PRAXIS IVDICIARIA CAMILLI CAPVC[illegible]II

DE IVDICIIS IN GENERE.

CAMILLI CAPVCII
I. C. AESINI
IN ROMANA CVRIA
CAVSARVM PATRONI.
PRAXIS
IVDICIARIA
TAM IN PROPHANIS,
QVAM IN BENEFICIALIBVS
IVDICIORVM TELAM PRÆSCRIBENS.

IN TRES PARTES DISTINCTA.

Cum Indice locupletissimo Conclusionum, Materiarum, Rerum, & Verborum, quæ in toto Opere continentur.

Omnibus Iudicibus, tam Ciuilibus, quam Criminalibus, alijsque in foro versantibus apprimè necessaria.

R O M AE,
Ex Typis Iacobi Dragondelli. MDCLVII.
SVPERIORVM PERMISSV.



EMINENTISS.^MO PRINCIPI
D. D. FLAVIO
CARD. CHISIO



CAMILLVS CAPVCIVS.

SISTO pauca hæc Iuris prudentiæ documenta tibi, EMINENTISSIME PRINCEPS, qui Iuris prudentiam omnem, quam ego longa temporis ſerie in Romana Curia verſatus, ac in ſupremo Sacri Palatij Auditorio cauſas tuendo, aſſequi vix potui, breui ætatis compendio, non tàm hauſiſti, quam moribus tuis expreſsiſti. Nec mirum ſi ad Purpuratæ Dignitatis apicem euectus, vel Iura Populis tradis, vel à Populis exigis; quando tui ſeuerisſimus cenſor, tibi leges imponis; memor imperanti cęteris, ſibi ipſi imperandum. Si tamen in Ius peccare liuentibus oculis, & male arguat non nemo, quod cum Iuris ſit ſuum vnicuique tribuere, tu non ſuum, cui-

que modo æqua Iuſtitiæ lance diſtribuis, ſed de tuo promens Erario, Theſauros efficis alienos: laudabilis certè culpa, quæ beneficientiam in Populos deriuans, non mœtum extorquet ab animis, quem leges inducere conſueuerunt; ſed beneuolentiæ teſſeras, & amoris argumenta. Huius imaginem in gentilitijs montibus conijcere licet, quorum ſicut dos non ignobilis, vt cœli beneficia, quæ propiùs vertice Sydera ſuſpicientes, in ſe ſe corriuat, in ſubiectam planitiem prodigo deuoluunt; ſic quos Vaticano è cœlo à Vicaria Numinis poteſtate, ſponte, venientes excipis fauores, in ſubditos omnes largè diſpenſas, edoctus ſolam auaritiem cupiditatum, quæ nutrix eſt liberalitatis, & parens, in Principe comendandam. Quarè te PRINCEPS EMINENTISSIME viridi, & vigenti ætatæ, tàm maturè, hoc eſt legum normam cæteris præeuntè, nullum hæc Iuris pręcepta, aut felicius, aut perennius ſortiri potuere Patrocinium, quam tuum; ſi enim à Syderibus aſtrorum contemplatores, hominum ſalutem ſolent auſpicari; Mihi certè perennis felicitas, tuo è ſydere auguranda: Quippè, quod non fortunæ micat ſplendoribus, hoc eſt mutabilibus; ſed virtutis radijs, nunquàm ſcilicet perituris; Dat ſiquidem fortuna claritatem, Virtus facit. Vale.

IMPRIMATVR,

Si videbitur Reuerendiss. Patri Magistro Sacri Palatij Apostolici Ordinis Prædicatorum.

M. A. Oddus Vicesgerens.

OPVS ad me transmissum à Reuerendissimo Patre Raymundo Capisucco Sacri Palatij Apostolici Magistro, cuius titulus est. *Camilli Capucij I.C. Æsini Praxis Iudiciaria, tam in Prophanis, quam in beneficialibus Iudiciorum telam præscribens in tres partes distincta.* Vidi, & perlegi, nihilque in eo offendi, quod Catholicæ Sacrosanctæ fidei, vel bonis moribus aduersetur, & cum sit opus Doctissimi, & Excellentissimi I.C. dignum, iustum censeo, vt quam primum ad publicum bonum, & studiosorum solamen, & maxime practicantium commodum in lumine publico ponatur. In quorum fidem &c. hac die 10. Septembris 1655.

Ita est Paulus Rubeus I.C. Romanus.

IMPRIMATVR;

Fr. Raymundus Capisuccus Ordin. Prædicatorum Sacri Apostolici Palatij Magist.



AD LECTOREM.


V.AE nupèr Iuniorum impulſu foro expoſueram aditamenta, Lectores humaniſſimi, quoniam comperi humanirèr à vobis excepta; addiderunt animum, vt alia quæ adhuc collegeram in medium libentiſsimè adducam: Si iucundi fuerint labores mei, vtimini ſorte veſtra; ſin minus, conſilium, quo pergratam vobis rem fore exiſtimabam, comprobate. Amico enim ex animo, quæ proueniunt, Amore, ac beneuolentia iudice, facilè excuſationem, niſi etiam laudem demerentur.

AD D. CAMILLVM CAPVCIVM

PRAXIS IVDICIARIAE AVCTOREM.

COMES ANTONIVS LVNARDVS.

EPIGRAMMA.

SAnguineos fraudum, ſcelerumque exoſa Penates
Aſtræa in ſuperas euolat vſque plagas:
Scilicet in ferrum ruit implacabile vulgus;
Vertere fas æquum eſt; iura fouere ſcelus;
En iterùm antiquum de ferro cuditur aurum,
Et puro currunt aurea ſæcla pede.
Nām dūm Iura doces, Sontes, & plectere pænæ
Eximere Inſontes, fulmine ſecla nouas
Impauidum cernam innocuum, trepidumque nocentem
Nam tua ſunt terror, ſunt documenta fauor.
Sanat Achillea, atque eadem ferit haſta, tuuſque
Sontibus eſt Calamus plaga, probiſque ſalus:
Et ſi vincla reis deſint, pars maxima pænæ eſt,
Quam ſceleri inducunt, hæc documenta, Timor.

De

De Ciuitate AEsina Patria
D. CAPVCII AVCTORIS
ANTONIVS CARCARASIVS.

Epigramma.

PRISCA, quod à priſco nomen contraxeris Aeſeu
Inter Picenas ſis numeranda prior.
Baccus ouat; ridetquæ Ceres; Pomona vireſcit
Æſis perpetuæ dum famulantur aquæ.
Circumfuſus ager Caſtrorum, ſeruit, honorat;
Et quaſi tè Dominam noſcere poſſe Iuuat.
Sunt hæc magna quidem; ſed fas eſt creſcere: poſt hac
Capuci è calamo gloria maior erit.

AD D. CAMILLVM CAPVCIVM
ANTONIVS CARCARASIVS.

Epigramma.

TER volui Capuce tuam percurrere praxim
Et nihil inueni, quod ſine laude foret.
Illa docet iuris teneros, ea paſcit adultos;
Et mihi, ne taceam, profuit illa ſeni.
Fama tui noſtram repleuit nominis Vrbem
Crede mihi, poſthac, arbiter artis eris.

INDEX
OMNIVM MATERIARVM
QVAE IN TOTO OPERE RECENSENTVR.

Per Titulos deinde per Articulos distinctum.

PARS PRIMA.

De Iudicijs in genere, CAP. I.

De Iudice, & eius Iurisdictione Cap. II.

De Actore, Cap.III.

De Reo Cap. IV.

De Procuratore, & mandato, Cap. V.

De Citatione, & Inhibitione Cap. VI.

De citatione per diligentias, Cap. VII.

De citatione per contradictas Cap. VIII.

De citationibus per edicta in Curia, & extra, Cap. IX.

De terminorum obseruatione. Cap. X.

De petitorio, & possessorio, Cap. XI.

Quale

PARS II.

De probationibus, Cap. I.

De positionibus, Cap. II.

De Remissoria, Cap. III.

De Immemorabili, Cap. IV.

De Notarijs, & fide instrumentorum. Cap. V.

De Compulsoria, Cap. VI.

De exceptionibus impedientibus actionem Cap. VII.

De sententia, Cap. VIII.

De sequestro, Cap. IX.

Quo-

PARS III.

De Appellationibus, Cap. I.

De Signatura, Cap. II.

De Commissionibus. Cap. III.

De Attentatis, Cap. IV.

De fatalibus, Cap. V.

Qui-

De re iudicata, & executionibus. Cap. VI.

De Compensationibus, Cap. VII.

De Executorialibus. Cap. III.

De Declaratoria, Cap. IX

De restitutione in integrum, Cap. X.

De fructibus, & litis expensis. Cap. IX.

De nullitate, Cap. XII.

De Alternatiua Cap. Odoardus. & Cap. peruenit. Cap. XIII.

De Septuagenaria. Cap. XIV.

PRAXIS

PRAXIS IVDICIARIAE CAMILLI CAPVCII I. C. AESINI

Et in ROMANA Curia Causarum Patroni

PARS PRIMA

De Iudicijs in genere.

Iudicij partes, quæ sint. Cap. I.

1 *Iudicij diuisio.*
2 *Iudicij partes.*
3 *Iudicij principium, medium, & finis.*

1 Ex communi Practicorum sententia, Iudicium † ita solet distingui, vt aliud sit ordinarium, aliud summarium, & aliud executiuum
2 † Lius partes tres assignantur, Iudex, Actor, & Reus,
3 & in eo † instituendo consideratur principium, medium, & finis: scilicet pro principio Libellus, seu petitio, monitorium, vel commissio; pro medio citationes tam ordinatoriæ, quam probatoriæ, necnon probationes exceptiones, replicationes, & duplicationes; pro fine verò sententia interlocutoria, vel diffinitiua, res iudicata, eiusque executio.

Atque idcirco, vt suo ordine procedamus incipiemus à Iudice, tanquam à nobiliori, eiusque Iurisdictionem pro Causarum diuersitate perquiremus; dein ad reliquas Iudicij partes deueniemus.

De Iudice, & eius Iurisdictione. Cap. II.

Quotuplex sit Iurisdictio.

Artic. I.

1 *Iurisdictio est fundamentum iudicij.*
2 *Iurisdictio alia voluntaria, alia conuentionalis, alia ordinaria, siue contentiosa.*
3 *Iurisdictio ordinaria à quo tribuatur.*
4 *Iurisdictio quando, & quomodo possit acquiri ex consuetudine.*
5 *Iurisdictio delegata, quænam dicatur.*
6 *Iurisdictio delegata, vel ordinaria, quomodo cognoscatur.*
7 *Iurisdictio ordinaria an reperiatur in Curia extra Papam.*
8 *Iudices ordinarij sunt multi in Curia Romana.*
9 *Signatura quid obseruet committendo causas iudicibus Curiæ.*

IVDEX ante omnia debet considerare, quam habeat iurisdictionem, quia hæc
1 est basis, & fundamentum iudicij, † vt per *Bald. in rubr. C. si à non compet. Iud.* & ideo antequam iudicium inchoetur, debet de illa Iudex inquirere, *cap. cum in iure extra de offic. delegat. Vant. de nullit. tractat. de nullitate*

luate ex defect. iurisdictionis in princ. num. 9.

Est igitur iurisdictio multiplex: voluntaria, vt in adoptione, † & manumissione, §. 2 §. 3. instit. quib. ex caus. manumit. non licet, Vbert. de citat. cap. 4. num. 26. tom. 1. fol. 111. & cap. 11. nu. 39. fol. 491. tom. 2. conuentionalis, vt arbitrorum, toto tit. ff. & C. de arbitr.

Et ordinaria, siue contentiosa, quæ à lege, Principe, Vniuersitate † legitima præscriptione, vel consuetudine tribuitur, glos. 3 ordin. & DD. in l. & quia, & in l. more maiorum, ff. de iurisdict. omn. Iud. cap. dilecti, vbi glos. in verb. consuetudinem extra de arbitr. glos. & Geminian. per text. in cap. 1. §. non sic de offic. ordinar. in 6. & Vbert. de citat. dicto num. 26. & dict. cap. 11. num. 47. & num. 55.

4 Quomodo † autem, & quando iurisdictio possit acquiri ex consuetudine, videndus est Fel. in cap. ex parte. Decan. n. 2. extra de rescrip.

Delegata est, quæ recipitur ex delegatio-
5 ne Superioris, † vel propriam habentis, l. 1. §. fin. ff. de offic. eius cui mand. est Iurisd. glos. in dict. l. & quia, Marant. in suo speculo in quinta principali dist. in princ. vbi tractat quomodo
6 cognoscatur † ordinaria, & delegata, Vestr. lib. 3. cap. 3. fol. 33. cum sequenti.

Et quamuis sit opinio, quod in Curia nullus habet iurisdictionem ordinariã præ-
7 ter † Papam, vt Archidiac. in cap. experientia 11. quæst. 1. & volunt omnes præallegati, in effectu tamen, & secundum vsum cõmunem Curiæ, cui in hoc standum est, vt notat Imol. in Clement. Auditor de rescript. multi sunt Iu-
8 dices † ordinarij, qui absque commissione procedunt, vt Gubernator Vrbis, Auditor Cameræ, & Vicarius Papæ, quorum iurisdictiones à primæua erectione fuerunt ad certas causas, & personas restrictæ, vt in extrauag. Iul. II. de reform. Tribunal. Vrbis consti-tut. 28. in Bull. nouo tom. 1. fol. 387. Vestr. lib. 2. cap. de Guber. Vrb. de Audit. cur. caus. Cameræ, & de Vicario Papæ. Signatura in committen-
9 do causas † alicui eorum considerat facultates illis à Papa attributas.

De Vicario, & diuersis Rom. Cur. Tribunalibus. Artic. II.

10 *Iudices Laici Curiæ sint, & qui, quasque Clericorum causas cognoscant.*

Magistri viarum an Clericorum causas cognoscant. ibidem.

11 *Gubernator Vrbis in causis mercedum, an cognoscat inter Clericos.*

12 *Consulatus Vrbis plures cognoscunt inter Clericos.*

13 *Iudices Curiæ Ripæ, & Ripettæ, an cognoscant inter Clericos.*

14 *Vicarius Papæ, quas causas cognoscat actiuè, & passiuè.*

Amplia, etsi agatur vigore obligationis Cameralis. ibidem.

15 *Archipresbyteri Basilicarum, quam Iurisdictionem habuerint, & habeant.*

16 *Iurisdictio Præsidum Grasciæ, & Annonæ, & Thesaurariæ.*

17 *Iudices Capitolini, quam iurisdictionem habeant, & priuilegia.*

SVnt etiam in Romana Curia plures alij
10 Iudices Laici, qui auctoritate ordinaria † cognoscunt causas contra Clericos, & de re Ecclesiastica, vt puta DD. Magistri † viarum cognoscunt circa fabricas, & vias inter quascunque personas quacunque dignitate fulgentes, vt videri poterit in facultatibus ipsis signanter attributis in notissima Bulla Gregory XIV. const. 22. fol. 292. in Bull. nou. to. 2.

Illustrissimus D. Gubernator quoque in causis mercedum trahit quascunque perso-
11 nas Ecclesiasticas † ex speciali priuilegio sibi concesso à Pio V. const. 34. pag. 38. in Bullario nouo tom. 2.

12 Sunt adhuc plures Cõsulatus † qui habent eorum statuta confirmata in forma specifica in eorum exercitio trahendi etiam Clericos vt puta Ferrarij, Fabrilignarij, & huiusmodi, vt de dictis priuilegijs mihi oculariter constitit, qui habent iurisdictionem ordinariam in rebus spectantibus ad eorum artes. Idem dicendum de Curia Ripæ, & Ripettæ,
13 † quæ circa merces subiectas habet eandem iurisdictionem, vt per constitut. 25. Pij IV. in Bull. nou. tom. 2. fol. 25. & constitut. 42. fol. 45. eodem tom. 2.

De iurisdictione Curiæ de Sabellis, & Turris Nonæ nõ est opus differere, quia redactæ sunt ad nihilum, quamuis aliquales causæ adhuc in illis cognoscantur, parui tamen momenti.

Eminentissimus verò Vicarius Vrbis ha-
14 bet authoritatem † cognoscendi causas Viduarum, Pupillorum, & miserabilium personarum actiuè, & passiuè, etiam quod agatur vigore obligationis Cameralis, Apostatarum, Monasteriorum, Iudæorum, Clericorum Vrbis, Religiosorum vtriusque sexus, Confraternitatum Laicorum, Hospitalium; contra eos, qui festiuis diebus vetita exercent; contra blasfematores, & periuros, & matrimoniorum actiuè, & passiuè; & priuatiuè, quo ad alios cognoscit causas alienationum bonorum Ecclesiasticorũ; habet iurisdictionem inter Hebræos priuatiuam, inter Christianos vero, & Hebræos, si præuenit, ex constit. Pij IV. constit. 3. par. 3. in Bull. nouo tom. 2. Pij V. constit. 18. Pauli II. const. 1. Pauli III. constit. 36. pag. 552. Iul. III. constit. 2. fol. 527. tom. 1. & Pauli V. const. 71. pag. 197. tom. 3. Quibus adde iurisdictionem eidem deman-

demandatam super Hospitale Sancti Spiritus in Saxia, *per constit. 118. Clem. VIII. de qua in d. Bull. nouo tom. 3. fol. 123. & per constit. 22. Pauli V. de qua in eodem Bull. fol. 150. eodem tom. 3.*

15 Eandem iurisdictionem exercebant † antea Eminentissimi Archipresbyteri contra quoscunque actiuè, & passiuè, sed superuenit *constitutio Vrbani VIII.* qui dictam facultatem restrinxit, prout videri poterit *in Appendice ad Bullarium constit. 48. alias 158. in Bullario nouo tom. 3.*

Iurisdictio Illustrissimorum Præsidū Grasciæ,
16 † & Annonæ, & Thesaurarij Vrbis, est satis de per se nota *ex constitutionibus Gregorij XV. constit. 35. fol. 130. Pauli V. constit. 70. fol. 191. tom. 3. & constit. 100. Sixti V. fol. 508. tom. 2.*

Iurisdictio Fori Capitolini est amplissima nisi agatur vigore obligationis Cameralis,
17 † quando agitur inter Romanos, & Incolas; quia isti si non adsit priuilegium Cameralis obligationis, possunt declinare quemcunque Forum, & reassumere causas à quibuscunque Iudicibus, vt de amplissima ista iurisdictione apparet *ex constitut. Iulij II. edita anno 1512. 5. Kalendas Aprilis, & Breui emanato 15. eiusdem mensis, & anni, ex constit. Leonis X. publicata 14. Kalend. Aprilis eiusdem anni, ex alia Pauli III. edita 10. Kalen. Septemb. 1535 quas habemus impressas post Galganetū ad statutum Vrbis, & in Bullario nouo.* Et plura alia videntur in *reformatione san. mem. Pauli IV. tit. de Capitolio, & eius officialibus impressa in Bullario nouo,* quibus addi potest *constitut. 34. Pij IV. fol. 37. tom. 2. & constit. 61. Gregorij XIII. fol. 330. in Bullario nouo to. 2.*

In quibus causis raro, vel nunquam rescribitur à Signatura, quia obseruatur statutum à quo non receditur, nisi propter grauitatem causarum Papa censeat esse recedendū, & Senator procedit, etiam in criminalibus inter Romanos, & quandoque etiam districtuales.

De Auditore Cameræ.

Artic. III.

18 *Auditor Cameræ non habet iurisdictionem in beneficialibus.*

19 *Contraueniens inhibitiones A. C. in beneficialibus non committit attentata.*

20 *A. C. est executor Litterarum Apostolicarum cumulatiuè cum alijs. & num. 21.*

22 *A. C. est executor obligationis Cameralis priuatiuè.*

23 *Limitatur nisi agatur de preuentione cum foro Capitolino.*

24 *Limita etiam, quando talis obligatio dependet à causis pendentibus coram alijs.*

25 *A. C. quas alias facultates habeat.*

26 *A. C. qualiter procedat inter Mercatores, & eius Notarius sui Tribunalis.*

27 *Monitorium an requiratur, quando A. C. procedit inter Mercatores.*

28 *Causæ summariè, simpliciter, de plano, sine strepitu, & figura iudicij, ac manu Regia, & absque terminorum seruatione, important viā executiuam.*

29 *Forus non potest eligi, nisi ab habente priuilegium* l. vnicæ, C. quando Imper.

30 *Causa in prima instantia sunt remittendæ ad partes.*

31 *Limita si Iudex de partibus per biennium sit negligens.*

32 *Capitolinæ causæ omnes habent locum in iudicibus ordinarijs tantum.*

33 *Declara, & in materijs contentiosis, & extra Curiam. & num. 34.*

Instantia in Curia Romana est perpetua. ibid.

35 *Aud. Cam. non est Iudex competens in prima instantia.*

36 *Et quid si contractus sit factus in Vrbe, seu ibidem destinata solutio.*

37 *Actorum transportatio an sit necessaria, si causa iam ventilata committatur in Rota, cum facultatibus A. C. prout in prima.*

38 *Et quid si fuit commissa cum dictis facultatibus in gradu appellationis.*

39 *Clausula, cum facultatibus A. C. non facit quod Rota non cognoscat, vt Iudex appellationis.*

40 *Actorum transportatio, quando sit necessaria. & num. 41.*

42 *Acta, quenam debeant transportari, remissiue. & num. 43.*

44 *A. C. est Iudex executor omnium sententiarum in Curia, & extra latarum.*

45 *Acta quanam debeant transportari pro executione sententiarum coram A. C.*

46 *A. C. an exequatur mandatum Curiæ Capitolinæ.*

47 *A. C. pro executione sententiarum relaxat censuras.*

48 *A. C. est Iudex omnium appellationum, exceptis beneficialibus.*

49 *Vicarius Vrbis an extendat obligationem Cameralem in eius executione.*

50 *Iudex competens dicitur ille, qui ex communi errore talis habetur.*

51 *Iudex delegatus post sententiam amittit iurisdictionem.*

52 *Causa facta curialis semper est talis, & innouatum in partibus dicitur attentatum.*

18 IVrisdictio Auditoris Cameræ † non datur in causa beneficiali, *Ludouis. decis. 118. num. 4. vbi adden. num. 7.* vbi quod etiamsi agatur in solo possessorio.

Quod est adeo verum, vt si contraueniatur
19 illius inhibitioni in causa simili, † non possit

possit dari de attentatis, *Rot. decis. 42. de appellat. in nouis, Achill. decis. 24. de appellat. Lancellottus de attent. lit. pen. in præfat. n. 103. & 324. fol. mihi 57. Penia decis. 685. num. 7.*

Est tamen executor quarumcunque Litterarum Apostolicarum, etiam vbi non est da-
20 tus † Iudex: sed hoc cumulatiue, vt in eius
21 facultatibus † impressis penes *Salust. Tiber. in fine, & pro hac opinione, est Penia decis. 241. num. 1. & decis. 479. num. 1. & 3.*

Si vero agitur vigore obligationis Came-
22 ralis, † ipse habet iurisdictionem priuatiuam
23 quo ad omnes Iudices, dummodo † non agatur de præuentione Capitolij, vt habetur in reformatione Sanctissimi, *tit. de A.C.* de quo testatur *Rota decis. 3. nu. 15. & decis. 134. num. 2. apud Peniam.*

Limitatur tamen, quādo Cameralis obli-
24 gatio dependet à causa, † quæ pendet coram alijs Iudicibus pro tempore introductis, *Penia decis. 134. num. 4.*

25 Aliæ facultates amplissimæ † leguntur in *constitut. penes Salustium Tiberium in constitutione 28. Pauli V.*

Inter Mercatores, & inter Notarios sui
26 Fori † agitur etiam coram A.C. in iudicio summarie & simpliciter, & de plano, & sine strepitu, & figura iudicij, sola facti veritate inspecta, ac manu regia, & absque aliqua terminorum seruatione, sic iubente *constitutione Gregorij XIV.*

Multi dubitarunt, an in casu prædicto inter Mercatores debeat præcedere monito-
27 rium. † Ego vero in Praxi sequendo consiliū DD. Ioannis Baptistæ Ciofani, adhuc in Romana Curia patrocinantis mei amantissimi, & Illustrissimi ac Reuerendissimi D. Honorati de Honoratis primi Episcopi Ciuitatis Vrbaniæ, sub quorum tutela septennium fui sollicitator, nunquam fui vsus monitorio formali, sed aliquali petitione, non sine motiuo rationis, quia clausulæ præcitatæ important viam executiuam, vnde tali beneficio non videtur renunciandum.

Quod vero important viam executiuam
28 † est famigerata *decis. in Romana affictus ferreriæ 25. Iunij 1649. coram R.P.D. meo Meltio, post Labyrint. creditorum fol. 22.*

Si autem esset incipiendum aliquod in-
29 terdictum, vel iudicium summarium, † vel ordinarium, vel etiam executiuum, & non adesset obligatio Cameralis, nec quarantigia, vtique agenti denegaretur electio Fori, nisi esset ex priuilegiatis priuilegio *L. vnica, C. quando Imperator inter Pupillum, & Viduā,*
30 quia † in omnibus alijs casibus in prima instantia omne iudicium est cognoscendum in partibus corā suo ordinario, *iuxta dispositionem Sacri Concilij Tridentini notissimo cap. 20. causæ omnes, de reform. sess. 24.*

Bene verum est, quod si Iudex de partibus
31 est negligens † in expediendo per biennium, causa deuoluitur ad A.C. vigore *dicti capituli, causæ omnes.*

Sed aduertendum est, quod negligentia debet prouenire à Iudice, vt resoluit *Rota decis. 223. num. 1. par. 2. recent. & in Aquilana bonorum 17. Iunij 1624. coram bon. memor. Remboldo apud Post. de manut. decis. 11.*

Et secundum dictam decisionem disposi-
32 tio dicti capituli, † habet locum solum in iudicibus ordinarijs, non autem in specialiter
33 delegatis: in materijs contentiosis, † non autem in gratiosis, & extra Romanam,
34 non autem † in ipsa Romana Curia, in qua instantia est perpetua, *Vrbeuetana Prioratus 16. Martij 1646. coram R.P.D. meo Bichio in folio.*

Si vero in prima instantia iudicium simile
35 prædictis incipiendum esset coram † A.C. inter Forenses, hoc pariter denegaretur, quia A.C. non est Iudex competens in prima instantia, *Rota in Spoletana Pradij 9. Decembris 1619. coram clar. mem. Card. Pamphilio tom. 2. par. 4. recent.*

Et ideò debet tales causas ad partes re-
36 mittere, nisi tamen contractus † esset factus in Vrbe, *vel in eadem fuisset destinata solutio, Rota in Nucerina affictus 4. Maij 1648. coram R.P.D. Verospio in folio.*

Quid vero si causa fuisset incepta coram A.C. vel in aliquo Tribunali, & per discor-
37 diam partium, vel alio modo postea † committeretur in Rota, cum facultatibus A.C.? Tunc si instituitur nouum iudicium, & petitur procedi, prout in prima, non est necessaria transportatio actorum. Si vero veniret casus quo, qui habuit contra se decretum
38 appellasset, & transferit causā ad Rotam, † appellatus vero ex hoc videns causam protelari, faciat committere causam cum dictis facultatibus, tunc onus transportandi acta videtur spectare ad appellantem. Sed distin-
39 gue, aut causa est deuoluta † per viam appellationis, & tunc coram Iudice appellationis non potest procedi prout in prima, nisi transportatis actis. Aut iudicium intentatur de nouo, non introducto iudicio in gradu appellationis, & tunc non est necessaria dicta transportatio, casus est in *Romana Societatis affictus 27. Martij 1647. coram R.P.D. Arguelles in folio.*

Vbi habetur etiam, quod clausula, cum
40 facultatibus A.C. non facit, † quod Rota non cognoscat tanquam Iudex appellationis, & quod acta non debeant transportari.

Verum an transportatio actorū sit vel nē
41 † necessaria in præfatis, ex decreto Congregationis Concilij, *dicitur in eadem decisione, §. nec difficultatem, coram R.P.D. Arguelles.*

Veri-

Veritas autem est, quod ex dicta decisio-
42 ne videtur clare colligi, † quod actorum
43 transportatio sit omnino necessaria. † Qua-
lia autem debeant transportari, licet ibi di-
catur, quod sufficiunt illa, quæ releuant,
tamen colligitur, quod sint omnia necessa-
ria ad hoc, vt possit cognosci, an sit idem
iudicium, vel diuersum.

44 Dicunt præterea, quod A.C. est Iudex † exe-
cutor quarumcunque sententiarum in Cu-
45 ria, & extra latarum, † adeo vt transporta-
tis ijs, quæ sunt necessaria ad iustitiam man-
datorum, & decretorū de partibus vel extra
eius Tribunal latorum, ipse solet dare exe-
cutionem ad formam eius facultatum supe-
rius enunciatarum.

Adeo vt si obtineretur mandatum in Cu-
46 ria Capitolina, † vbi prohibentur censuræ in
executionē obligationis Cameralis, si pro-
47 duceretur mandatum coram A. C. † & illud
iustificabitur coram eodem, poterit in subsi-
dium procedi, etiam ad censuras: seruatis
tamen terminis, de quibus infra dicam, quā-
do verba habebo de declaratoria, & censu-
ris: idemque poterit seruari si petitur exe-
qui decretum de partibus vigore obligatio-
nis Cameralis.

Est etiam Iudex quarumcunque appella-
48 tionum, dummodo † non agatur de causa
beneficiali, vt ex eisdem facultatibus.

49 Quando vero † agendum erit coram Vi-
cario pro executione obligationis Camera-
lis inter personas dicto Foro subiectas, ser-
uabuntur omnes termini seruari soliti co-
ram A. C. excepto, quod ibi non fit decre-
tum extensionis obligationis Cameralis,
nec minus decernitur mandatum nisi infra
tres, sed vnico termino dicitur decerni, &
relaxari.

Si vero daretur casus, quo aliquis habe-
50 retur pro Iudice ordinario, † & non esset ta-
lis; exerceret tamen iurisdictionem, an eius
sententiæ substineantur, vel potius dicantur
nullæ ex defectu iurisdictionis?

Erit dicendum, quod sic, quia error est
publicus, & communis error facit Ius, *ex
l. Barbarius Philippus, ff. de offic. Prætoris.*

51 Iudex autem delegatus † statim lata sen-
tentia cessat habere iurisdictionem, *Rota in
dicta Aquilana bonorum 17. Iunij 1624. coram
bon. mem. Remboldo apud Post. decis. 11.*

52 Est etiam aduertendum, quod causa † se-
mel facta curialis semper remanet curialis;
& si quid postea innouatur in partibus, re-
uocatur tanquam attentatum, *Rota in Ia-
nuen. attentatorum 2. Decembris 1650. coram
R.P.D. Cerro in folio.*

De Sacra Rota Romana Auditorio

Artic. IV.

53 *Rota Romana Tribunal quale sit; & qui eligantur in Auditores.*

54 *Auditorum Rotæ priuilegia, quænam sint. & num. 116.*

55 *Iudex causæ quis dicatur inter Auditores Rotæ. & num. 73.*

56 *Auditores Rotæ non votant in causis familiariū, & consanguineorum ad secundum gradum.*

57 *Rota non remittit causas ad Cancellariam, sine expressa licentia Papæ.*

58 *Auditores Rotæ non pronunciant sine voto coauditorum, nisi partes consentiant.*

59 *Amplia idem etiam in quocunque decreto præiudiciali.*

60 *Terminus pro seruato, quantum duret in Rota.*

61 *Commissio vnica sufficit in Rota pro terminanda causa.*

62 *Auditores Rotæ dant partibus copias decisionum & sunt incorruptibiles. & num. 63.*

64 *Item student, ne quid fiat contra ius, contra stilum, & decisiones antiquas.*

65 *Item sequuntur aliquando æquitatem de voto coauditorum.*

66 *Auditores Rotæ quas nullitates attendant, & an cognoscant causas criminales. & num. 67.*

68 *Auditores Rotæ quibus diebus sedeant. & nu. 69.*

69 *Rota Vrbana, & Martiniana, quæ sit, & quando fiat. & num. 70.*

71 *Causæ in Rota, quomodo proponantur, & qualiter vota præbeantur. & num. 72.*

74 *Terminorum reiteratio, quare seruetur in Rota. & num. 85.*

75 *Rota cognoscit simul articulum grauaminis, & negotium principale.*

76 *Rota fatalia prorogat, & de nouo concedit.*

77 *Rota quomodo procedat, quando sententia est nulla.*

78 *Rota decernit sequestra, præuia disputatione dubij.*

79 *Decanatus Rotæ cuinam detur in casu obitus Decani.*

80 *Auditoratus Rotæ vacat per obitum, vel per promotionem Auditoris.*

81 *Rota non admittit ad patrocinia nisi probos, & examinatos ab ipsa.*

82 *Rota inuehitur contra vtentes verbis iniuriosis.*

83 *Curiales quomodo examinētur à Rota, & exemplar approbationis. & num. 84.*

86 *Rota loquente omnia Tribunalia obmutescunt.*

87 *Sententia lata contra decisiones an valeat.*

88 *Rota cognoscit solum causas valoris 500. scutorum, & supra.*

89 *Causæ beneficiales omnes dicuntur Rotales.*

90 *Rota an exequatur sententias aliorum Tribunalium.*

91 *Et qualiter exequatur rem iudicatam alterius Tribunalis.*

92 *Audi-*

92 *Auditores Rotæ in procedendo dicuntur Iudices ordinarij, in sententiando delegati.*

93 *Possunt conferre beneficia loco Papæ, & confirmare electionem loco ordinarij.*

94 *Iudicant de bono, & æquo; nec reuelant secreta disputationum. & num.95.*

96 *Bonum ius dicitur stare pro eo, qui habet decisionem.*

97 *Decisio vltima attenditur ex duabus contrarijs.*

98 *Decisio semper est sequenda in dubio, & quare.*

99 *Sententiæ Rotales comprehendunt omnia, quæ continentur in decisionibus.*

100 *Rota an det sequestrum contra habentem sententiam fauorabilem.*

101 *Rota non dat expeditionem sine noua disputatione post decennium.*

102 *Rota dat executoriales post tres conformes in causis de partibus.*

103 *Rota concedit etiam ad partes mandatum executiuum. & num.106.*

104 *Executoriales intimatæ in partibus reproducuntur in Rota; & seruantur quattuor termini ad docendum de paritione. & num.113.*

105 *Executoriales prædictæ quare reproducantur.*

107 *Executoriales litteræ contra latitantem qualiter sufficienter intimentur.*

108 *Latitatio quomodo probetur; & qualis sit via securior. & num.109.*

110 *Præsentatio executorialium, vel inhibitionis an sufficiat facta per procuratorem. & nu.111.*

112 *Defectus citationis sanatur per scientiam illius.*

114 *Rota reuerenter recipit resolutiones Congregationis Concilij. & num.115.*

117 *A.C. non exequitur mandata aliorum, nisi gustato de meritis.*

118 *Sententia alterius Tribunalis non reuocatur in Rota, si causa fuit commissa prout in prima; nec transportantur acta prioris instantiæ. & num.122.*

119 *A.C. procedit etiam ipse prout in prima, sine obligatione Camerali, sed debet exprimi priuilegium* l.vnicæ.

120 *Rota procedit prout in prima, vigore clausulæ quam, & quas. & num.122.*

121 *Dubia super damnis, quæ dependent à negotio principali, non disputantur in Rota.*

123 *Clausula quam, & quas comprehendit causas motas, & mouendas. & num.125.*

124 *Rota vigore clausulæ quam, & quas relaxat mandatum, etiamsi causa sit commissa cum clausula, si quid exequendum.*

126 *Contractus si sit factus in Vrbe, & non alibi destinata solutio, an possit agi in curia, & coram quibus Iudicibus, & qualiter.*

QVale sit Sacrum Tribunal Rotæ Roma-
53 næ, dignoscetur potissimum † ex innata qualitate Illustrissimorum, & Reuerendissimorum Auditorum, qui vt mandat *san. mem. Martinus V. constitut. 3. §.14. pag. 240. in Bullario nouo tom. 1.* eliguntur ab vniuersis mundi Partibus, inter omnes Doctorum primarios; Et non sufficit quod Auditor sit vtriusque Iuris Doctor celeber, nec quod post doctoratũ per triennium publicè legerit, sed requiritur, quod sit cõmendatus de vitæ, ac morum honestate, alijsque virtutibus; nec satis est, hoc nisi admittatur etiam præuia rigorosa inquisitione, & nisi publicè substinuerit coram Collegio Eminentissimorum Cardinalium, & alijs Illustrissimis Coauditoribus, & Consistorialibus Aduocatis, ac omnibus Prælatis, & vno verbo coram vniuersa Curia Romana disputationes publicas, & demum alias secretas coram Illustrissimis DD. Coauditoribus, adeo vt per necesse dicantur insignissimi.

Et propter continuos labores Apostolica
54 † Sedes illos fecit immunes à recitatione horarum, horis communiter destinatis, & contentatur, quod recitent horis anticipatis, vel posticipatis, & impartita est indulgentiam stationum Vrbis, eorum propriam Capellam visitantibus Domi, vt in *constitut. fel. record. Clementis VII. constit. 13. §.7. & 8. pag. 485. dicto Bullario non. tom. 1.* Gaudent etiam omnibus priuilegijs, & gratijs Illustrissimorum Referendariorum, & habent alia priuilegia, de quibus in *constitutione 12. Pauli III. pag. 525. dicto tom. 1.*

In casu quo inter easdem personas fuerit
55 commissa causa † super eadem re diuersis Auditoribus, ille erit Iudex, cui primo præsentata fuerit commissio, ita *Martinus V. Sanctissimus Pontifex constitut. 5. §.4. fol. 243. d. tom. 1. & Bonifac. VIII. constit. 13. fol. 340. in Bullar. nou. tom. 1.*

Nullus se ingerit in dandis votis in causis
56 familiarium suorum, † neque in causis consanguineorum vsque ad secundum gradum: sic disposuit *san. mem. Paul. V. constitut. 71. de Auditor. Rotæ §.15. fol. 196. in Bullario nou. tom. 3.*

57 Causas ad Cancellariam † pro sola partiũ importunitate nunquam remittunt, nisi de expressa licentia Papæ, iustis de causis deductis, & approbatis in plena Rota, ex dispositis à Sanctissimo Papa *Pio IV. const. 44. §.15. fol. 44. in Bullar. nouo tom. 2.*

Nunquam pronunciant diffinitiuam sen-
58 tẽtiam, nec minus † interlocutoriam habentem vim diffinitiuæ, nisi causa in Rota proposita, & habitis votis Coauditorum; possunt tamen id facere de expresso Partium consensu in actis præstito: idemque dicatur
59 in alijs † quibuscunque præiudicialibus decretis ex dictæ *constitutionis §.4.*

Proseruato in dicto Tribunali durat toto
60 anno per quindecim dies, † in vltima vero audientia ante ferias durat per mensem.

Con-

Contenti sunt etiam vnica commissione
61 ab initio † vsque ad finem causæ ad instar ordinariorum, & ideo vigore eiusdem commissionis possunt præfigere terminũ ad docendum de attentatis, de nullitatibus, & de causis restitutionis in integrum, & ad expeditionem causæ deuenire, decernere remissorias, dilationes concedere, & liquidationes fructuũ ad partes delegare ex vi eiusdem *constitutionis* §.2.

62 Dant copias decisionum Partibus † petentibus vigore dictæ *constitutionis* §. 8. sunt incorruptibiles in ingerendo se in disputa-
63 tione causarum † erga Amicos, Procuratores, & Aduocatos: Et student summopere
64 ne quid fiat contra ius, † contra stilum, &
65 contra decisiones antiquas. Bene verum † est, quod maxima ratione ducti, & non sine votis omnium aut duarum illorum partium quandocunque æquitatem complectuntur ad maximam litigantium vtilitatem, sic moniti ab eadem *constitutione à* §.10. *vsque* ad 13.

Non attendunt alias nullitates, quàm iu-
66 risdictionis, citationis, † & mandati; causas
67 criminales nullo modo † cognoscere volunt, sed illas relinquunt Iudicibus ordinarijs, sic suadente eadem *constitutione* §.16.

Sedent nostris temporibus bis tantum in
68 hebdomada, vtputa † die Lunæ, & die Veneris, & si aliqua istarum dies est impedita, loco illius sedent die Mercurij.

69 Quando † autem impediti reperiuntur omnes isti dies, fit Rota in die Iouis, vel in die Sabbati, si dies Iouis est feriata, & vocatur Martiniana à nomine Pontificis, qui talem prouisionem demandauit, vt in *constitutione Martini V. constit.*5. §.31. *fol.*244. *in dict. Bullar. nou. tom.*1.

Semel in anno fit etiam in vigilia venerabilis semper solemnitatis Sanctissimi Corpo-
70 ris † D.N. Iesu Christi, ex iussu *san. mem. Vrbani VIII.* & ab eo nuncupatur Vrbana, credo factum ne Patres, qui ex debito interuenire debent tantæ solemnitati, à studijs causarum decidendarum distrahantur.

Modus proponendi causas fuit inductus
71 à *fel. recordatione Ioanne* † *XXII. constit.*14. §.9. *fol.*178. *in Bullar. nou. tom.* 1. vbi quod prior proponit Illustrissimus Decanus, & deinde alij secundum gradum receptionis ipsorum.

72 Vota quoque quatuor † Correspondalium quisque recipit iuxta ordinem, illaque secreta retinet, & ex eis decisionem extendit, illaque postea partibus vt supra communicat iuxta stilum: de his loquitur *dicta constitutio* 14. *Ioannis XXII.*

Innocentius quoque Octauus edidit *con-*
73 *stitut.*13. *fol.*340. *in Bull. nou. tom.*1. † quæ Rotæ Auditorum præuentionem declarat.

74 Concedit reiterationem terminorũ † substantialium nulliter, vel inculcate seruatorum, ad euitandas nullitates, & finem litibus celerius imponendum.

75 Procedunt quoque semel super † articulo grauaminis, & negocio principali insimul, omisso articulo appellationis.

76 Fatalia in causis † prorogant, & de nouo concedunt.

77 Et si prima, vel secunda sententia † detegitur nulla ex inordinato processu, vel ex eo, quia non fuit præstitum iuramentum super perrhorescentia, dummodo illud præstetur postea quandocunque in quacunque parte iudicij, solent confirmare, vel infirmare, refectis tamen expensis.

78 Sequestra solent † decernere præuia disputatione.

79 Quando autem contingit obitus † Decani, talis Decanatus confertur antiquiori Auditori præsenti in Curia, vel absenti ex causa Reipublicæ, sic disponit *fel. recor. Pius IV. constit.*61. *fol.*67. *in Bullar. nou. tom.*2.

80 Auditoratus verò nunquã solet † vacare aliter quam per obitum Auditoris, vel per eius promotionem ad Ecclesiam Cathedralem in *const.*6. §.1. *Innocentij VIII. pag.*335. *in Bullar. nou. tom.*1.

81 Non admittit ad scribendũ, † & patrocinandum alios Procuratores, nisi illos qui in litteratura, experientia, & stilo Curiæ examinati; & qui habita debita informatione de moribus, fidelitate, & honesta vita reperti fuerint idonei & per sacrum Tribunal per eius patentes litteras admissi, ex vi *constitutionis* 5. *fel. recor. Martini V.* §.14. *fol.*143. *in d. Bullar. nou. tom.*1. vbi etiam idem Pon-
82 tifex acriter inuehit † contra Procuratores vtentes iniurijs, contumeliosis verbis, & malo modo loquendi, formidabiles pœnas illis comminando, vt ipsius punitis, cæteri à similibus arceantur.

83 Formula vero dictarum litterarum † legitur composita in simplicitate cordis, istæque conceduntur præuio rigoroso & improuiso examine, in quo interueniunt Reuerendissimus Sacræ Rotæ Decanus, & quandoque cũ aliquo eius Collega, & vlterius duo, vel tres Primarij Procuratores de Collegio Curialiũ.

84 Tenor dictarũ litterarum † est huiusmodi Die Veneris 15. Februarij 1636. fuit approbatus D. Egidius Bonifacius. Ioannes Baptista Coccinus Rotæ Decanus. Locus sigilli eiusdem D. Decani.

Videtur etiam in eadem *constitutione* §.19.
85 20. † *& seqq.* modus seruandi terminos substantiales, & procedendi in causis in eodem Tribunali.

Clarum est etiam, quod hoc Tribunal est
86 † adeo eximium, vt eo loquente cætera Tribunalia

bunalia obmutescant, vt nos certiores facit *Mandos. de commiss. tit. de monit. quaest. 27. nu. 6.*
Et quod sententiae latae contra decisiones
87 † illius nihil valent, *Gabriel. conclus. 7. nu. 22. de sent. & Mascard. conclus. 474. num. 2.*
88 Et non cognoscit causas inferioris † valoris scutorum quingentorum, *Marches. de commiss. par. 1. cap. 5. fol. 54. num. 93. & dicit idem Innocentius constitut. 8. §. 3. dict. fol. 340. in dicto Bullar. nou. tom. 1.*
89 Sunt etiam Rotales omnes causae † beneficiales, *Marches. de commiss. auocat. caus. cap. 1. n. 6.* & ratio est, quia sunt inaestimabilis valoris, *Lancell. de attentat. lit. pend. in praef. nu. 323.*
Sententias vero aliorum Tribunalium
90 † nunquam exequitur Rota, nisi cognito de meritis, & iustitia illarum, *Guidopap. decisione 215. & 368. & Rota decis. 165. par. 2. in nou. Boccace. de censib. par. 2. num. 174.* praecipue quando agitur de sententia de partibus, *Mohedan. decis. 328. Put. decis. 294. lib. 1. Rot. in Salamantina censurarum 28. Nouembris 1594. coram Cardinali Seraphino decisione 1098.*
Et quando agitur de executione rei iu-
91 dicatae alterius Tribunalis † non requirit transportationem actorũ, dummodo exhibeantur iura, in quibus fundatur iustitia sententiae, *Rota Eugubina praedij 11. Febr. 1650. coram R. P. D. Cerro, in folio.*
Et quia dicti Domini Auditores habent iurisdictionem ordinariam, *glos. in Clement.*
92 *Auditor † de rescript. Cassador. decis. 5. eodem tit. Caputaquen. decision. 287. de rescript. in 6. Vant. de nullit. ex defectu iurisdictionis delegat. num. 6.* & licet in sententiando illam habeant delegatam; tamen dicuntur Iudices ordinarij in procedendo, *Mohedan. decis. 7. num. 2. de testibus.*
93 Et possunt conferre beneficia † litigiosa *d. Clement. Auditor de rescript. vbi Innocent. num. 5. & 18. Zabarell. post glos. d. Clement. num. 14. verb. poterit de rescript. & Vitalin. num. 15.* Possunt confirmare electionem factam loco ordinarij, *Vitalin. vbi supra nu. 46. & Zabarell. num. 12.* & ligant manus ordinariorum, qui pendente lite in Rota non possunt prouidere, *Vitalin. ibidem num. 29.*
Procedunt, & iudicant etiam de bono,
94 † & aequo rigore Iuris omisso, *Augnonen. decis. 34. num. 4.* eorumque decisiones sunt magnae authoritatis, *Mascard. dict. conclus. 484. nu. 4. Lancellott. de attentat. post inhibit. limit. num. 2, Rot. decision. 12. num. 2, par. 2. diuers.* adeoque custodiunt silentiũ de disputatio-
95 nibus habitis in Rota, † & eiusdem resolutionibus, & causis, quare ita resoluntum ante publicatas decisiones, vt sit impossibile ab eis quicquã scire, vigore *const. Vrbani VIII. vltima in Appendice Bullarij noui.*

96 Et ille, qui habet decisionem pro se, † dicitur habere bonum ius ex parte sua, & constare de eius bono iure, *Rota in Venetiana pecuniaria 17. Iunij 1605. coram bon. mem. Penia, apud Fenzon. decis. 10. circa princip. & in Romana societatis 22. Iunij 1611. coram san. mem. Innocentio X. in folio.*
Si vero contingat duas adesse decisiones
97 † contrarias, vltima est seruanda, *Mascard. conclus. 484. in fin.*
Et in rebus dubijs dictae decisiones ab
98 alijs † Iudicibus semper sequendae sunt, *Honded. cons. 66, num. 50. lib. 2.* quia (vt inquit *Vant. tit. ex defect. iurisdict. ordinar. num. 17.*) tales decisiones tanquam ab vberrimo fonte Iuris vtriusque emanatae vbique gentium, tanquam stellae in firmamento coruscant, suntque praecipuum iustitiae iubar, ac totius Romanae Curiae splendor.
99 Et sententiae Rotales cõprehendunt † omnia, de quibus fuit dispositum in decisionibus antea emanatis, vt est casus in *Meleuitana antianitatis 4. Iulij 1646. coram R. P. D. meo Verospio, in folio.*
100 An autem in Rota in beneficialibus † detur sequestrum contra habentem sententiam fauorabilem, est decisio in *Meleuitana commenda de Vaours 13. Maij 1650. coram R. P. D. meo Cerro, in folio.*
Si vero partes sint negligentes in expe-
101 diendo causas per decennium, † & postea petunt executionem, de stilo Rotae est, quod causa nõ expediatur nisi reuideatur decisio: est casus in vna *Nullius, seu Burgen. iuris visitandi 14. Iunij 1647. coram R. P. D. Rojas, inter volantes.*
102 Post tres conformes in causis † de partibus, & vltra montes, solent dari litterae executoriales, vt in causa *Tarraconen. primitiarum 24. Ianuarij 1639. coram Reuerendissimo*
103 *D. Dunozetto Decano,* † *inter volantes*; sed non ideo si cõcedit mandatum executiuum potest dari de nullitate mandati, si illud relaxatur extra Statum, vt dicitur *in d. decis. in fin. adducendo pro ista opinione, Ludouis. decis. 43.*
104 Quando autem † conceduntur dictae executoriales extra Statũ vigore trium conformium, non potest illarum vigore capi aliqua possessio; sed postquam fuerunt executae, debent reproduci in Rota ad effectũ seruandi quatuor terminos ad docendum de paritione primo pro prima, secundo pro secunda, tertio pro tertia, & quarto pro quarta, ad effectum obtinendi declaratorias, quia secus posset dari de attentatis, *Rota in eadem Tarraconen. primitiarum 16. Nouembris 1639 coram Reuerendiss. D. meo Dunozetto Decano.*
105 Et ratio est, quia tales litterae † habent solum vim monitorij, vt quid soluat, vel aliquid

quid faciat, sed non continent præcisam
comminationem: quod non est dicendum
de mandato executiuo, quod præcise com-
pellit ad soluendum illico per bonorũ abla-
tionem, eorumque subhastationem, & deli-
berationem; illis vero non extantibus, per
capturam ipsius debitoris.
106 Et licet, vt diximus, non soleat concedi †
mandatum executiuum, neque pro expensis
sed loco illius fuerint datæ aliquando exe-
cutoriales, vt in casu *decisionis 596. num.3.*
vers. vltra quod, par.3. recent. non ideo Rota
vt supra male facit, vel nulliter procedit, si
dat mandatum executiuum loco executo-
rialium, *Ludouis. dicta decision.43. cui in dicta*
Tarraconen. primitiarum 16. Nouembris addi-
tur Cassad. decis.6. num.11. vers. nisi loco exe-
cutorialium.
107 Nec quando pars dolose latitat † est ne-
cesse, quod dictæ litteræ intimentur perso-
naliter: quia ex causa talis doli sufficit inti-
matio illarum facta alicui ex affinibus, ac
domi intimandi, & per edictum ad valuas
Ecclesiarum.
108 Latitatio † dolosa, & malitiosa probatur
ex diligentijs Nuncij, seu Apparitoris in Pa-
tria latitantis, & in domibus proprijs ipsius,
& affinium, vt est casus in *Pampilonen. deci-*
marum de Verastegui 12. Iunij 1649. coram
bon. mem. Arguelles.
109 Securior via est intimatio † personaliter
executa, vt in causa *Tarraconen. primitiarum*
26. Iunij 1645. coram Reuerendiss. D. meo De-
cano, pariter inter volantes.
110 Si autem non præsentetur † à Cursore,
Mandatario, vel Nuncio, nil releuat, quia
satis est, quod præsentetur à Procuratore
111 obtinentis coram Notario & testibus. † Et
adducitur ratio, quia tota vis citationis cõ-
sistit in notitia, & certa scientia citati. Et
112 ratio rationis est, † quia si constat citatum
habuisse scientiam citationis, sanatur omnis
defectus, & arctatur citatus perindè, ac si
citatio fuisset legitime executa. Rota in *Ce-*
saraguſtana distributionum, seu attentatorum
25. Maij 1646. coram R. P. D. meo Cerro,
in folio.
113 Et de huiusmodi stilo, quod † executo-
riales reproducantur in Rota, licet Iudici-
bus delegatis in illis detur facultas decla-
randi, & denunciandi, & quod hoc supre-
mum Tribunal tantum procedat ad vlte-
riorem executionem, præter *Vestr. lib.8. cap.*
vltimo, num.16. dicit Rota in Tridentina ma-
trimonij 11. Martij 1650. coram R. P. D. meo
Albergato, inter volantes; fuerat etiam antea
dictum hoc idem *in Vicen. prioratus coram*
fel. record. Innocentio X. tunc eiusdem Audi-
tore, quæ est impressa *post secundum volum.*
cons. Farinacc. decis.283. num.1. & 2.

114 Ita reuerenter DD. Auditores suscipiunt †
resolutiones Sacri Concilij Tridentini, quo
ipsi cõtra omnes semper vtuntur in facti cõ-
tingentia, vt pronuntietur statim illis acquie-
scere, vt testatur eadem Rota in *Vicen. iu-*
risdictionis 2. Maij 1650. coram R. P. D. meo
Cerro, & alibi passim inter volantes.
Talesque resolutiones obseruat etiamsi
115 contra illas præcesserit † aliqua diffinitiua
in iudicio contentioso, vt in causa *Acernen.*
Vicarij 3. Martij 1650. coram Eminentissimo D.
meo Cardinali Ottobono, in folio.
116 Vt vero congerantur paucis † reliqua
priuilegia huius supremi Tribunalis, consu-
len. de materia *constitut.35.54.55.57. & 58.*
Pij IV. fol.38. 54.55.60. & 114. in Bull. nou.
tom.2. constitut.96. Gregorij XIII. fol.362. eo-
dem tomo, constit.3. & 5. Martini V. fol.239.
& 242. a. Bull. nou. tom.1. constit.2. Sixti IV.
fol.302. vbi reducitur ad numerum duode-
cim, *constit.6. & 13. Innocentij VIII. fol.335.*
& 340. tom.1. constit. 3. Leonis X. fol.404. &
constit.13. Clementis VII. fol.484. constit.12.
Pauli III. fol.124. tom.1. constitut.44. fol.45.
tom.2. & ad constitut.61. fol.67. Pij IV. qua
loquitur de Decano, tom.2.
117 Et non solum Rota, sed etiam A.C. † est
renitens in exequendo mandata aliorum
Tribunalium, nisi gustato de meritis, & iu-
stitia illorum, vt in *Romana domus 17. Mar-*
tij 1649. coram R.P.D. meo Bichio, inter vo-
lantes; & in Lucana vnionis 27. Aprilis 1648.
coram R.P.D. Ghislerio, in folio, & dixerat
ante Rota *in Romana locationis domus 14.*
Aprilis 1614. coram bon. mem. Cardinali Ve-
rospio, in manuscriptis.
Et si in Rota proceditur prout in prima,
118 non est opus reuocare † sententiam latam
extra eam; præsertim, quando causa fuit cõ-
missa prout in prima, & fuit factus nouus
processus, & nec est opus hoc casu transpor-
tare acta prioris instantiæ, vt in *Marsicen.*
iurisdictionis 18. Februarij 1647. coram eodem
R.P.D. meo Bichio, inter volantes.
A. C. quoque procedit prout in prima,
119 sine obligatione † Camerali, sed tali casu
debet exprimi in monitorio priuilegium
l. vnica, C. quando Imperator, vt in Spoletana
pradij 9. Nouembris 1619. coram san. mem.
Innocentio X.
Replico, quod Rota procedit prout in
120 prima, vigore clausulæ, quam, & quas, †
quatenus non fuit exaduerso aliquid oppo-
situm.
Nec ibi disputantur dubia super damnis,
121 & interesse, quando disputatio similis † de-
pendet à negotio principali, in quo illa vi-
dentur inesse, vt in *Romana subhastationis*
7. Iunij 1651. coram dict. R.P.D. meo Bichio,
inter volantes.

122 Et vigore dictæ clausulæ † potest pronun-
ciare prout in prima, absque eo quod reuo-
cetur sententia lata extra Rotam, dum præ-
cipuè prima sententia non fuit lata contra
iura in Rota deducta, vt in *Melenitana com-
mendæ de Vaours 4. Febr. 1650. coram R.P.D.
meo Cerro, inter volantes.*

Et comprehendit omnes causas motas, &
123 mouẽdas,† vt in *Romana Palatij 4. Maij 1648
coram eodem, in folio.*

Vigore etiam dictæ clausulæ si A. C. rela-
124 xat mandatum † vigore obligationis Came-
ralis, & si fuit commissa causa à Signatura
cum clausula, si quid exequendum, Rota
vigore dictæ clausulæ in cõmissione præsen-
tata contentæ solet relaxare mandatum exe-
cutiuum, vt in *Anconitana mannæ 21. Iunij
1649. coram Eminentissimo D. meo Cardinali
Corrado, inter manuscriptas,*

Si quis etiam cœpit iudicium in Saluiano
125 pro immissione † ad aliquod prædium, &
deinde fuit commissa causa in Rota, si petit
immissionem ad alia bona, & in commissio-
ne adest dicta clausula, potest obtinere, quia
illa comprehendit lites motas, & mouendas,
& est ac si ab initio omne ius, etiam quo
ad alia bona, fuisset deductum, vt in *Medio-
lanen. Census 22. Iunij 1646. coram R. P. D.
meo Meltio, inter volantes*, & idem firmat *Ro-
mana fideicommissi, seu attentatorum 11. Febr.
& 17. Martij 1647. coram R.P.D. Arguelles,
inter manuscriptas.*

Et si contractus est stipulatus in Vrbe, vel
non est alibi destinata solutio, poterit Reus,
126 etiam Forensis, in Curia † conueniri, vel co-
ram A.C. vel etiam in Rota præuia commis-
sione cum facultatibus A. C. vt est casus de
A. C. in *Nucernina affictus 4. Maij 1648. co-
ram R.P.D. Verospio, in folio.*

De Gubernatore Vrbis.
Artic. V.

127 *Gubernator Vrbis habet conspicuam iurisdictio-
nem in ciuilibus, & criminalibus.*
128 *Gubernator Vrbis, quæ delicta cognoscat, & con-
tra quos procedat. vsque ad num. 142.*
143 *Vicarius Vrbis, & A. C. in quibus causis co-
gnoscant iuxta præuentionem cũ Gubernatore.*
144 *Vicarius Vrbis procedit contra sollicitantes in
confessione.*
145 *Sacra Consultæ Tribunal sedet bis in hebdo-
mada.*
*Tribunal prædictum quomodo sit formatum, &
qualiter decidat causas. ibidem.*

GVbernator quoque Vrbis præter supe-
rius dicta habet in Vrbe iurisdictionem
127 † cõspicuam, in ciuilibus quidem limitatam
vt supra, sed in criminalibus amplam, vt in
*constitut. 8. Leonis X. fol. 409. in Bullar. nou.
tom. 1. constit. 1. Pij IV. fol. 1. tom. 2. const. 34.
eiusdem fol. 38. & const. 56. eiusdem fol. 60. tom.
eadem, in constit. 107. Pij V. fol. 326. constit. 4.
Gregorij XIII. fol. 279. in constit. 72. Sixti V.
fol. 459. tom. 2. & constit. 71. Pauli V. fol. 149.
tom. 3. & constitut. 93. Vrban. VIII. fol. 104.
tom. 4.* quodque habeat cum alijs Iudicibus
in criminalibus cumulatiuam, declarat *Gre-
gorius XIII. constitut. 61. fol. 330. dicto tom. 2.*
idemque dicit *const. 93. Vrbani VIII. fol. 104.
tom. 4.*

Proceditque super omnibus delictis in
128 Vrbe, & districtu commissis, † videlicet con-
tra Assassinos, Homicidas, & Banditos, &
contra deferentes Arma prohibita, puta Ar-
chibugiettos, Cultellos, & similia; non so-
lum vigore bannimentorum generalium,
quæ iuxta tempus renouantur, verum etiam
vigore *constitutionis 27. Pij IV. de qua in Bull.
nou. tom. 2. fol. 29. constit. 49. fol. 40. const. 52.
fol. 50,* vigore *constitutionis 9. 10. 24. 40. 138.
& 145. Pij V. in eodem Bullario, & tom. con-
stit. 65. Gregorij XIII. fol. 336. innouat. per
Sixtum V. constit. 6. fol. 374. tom. 2. & per Cle-
ment. VIII. constit. 37. fol. 38. tom. 3.*

Procedit contra Notarios criminales, sui
129 Tribunalis propalantes † depositiones Reo-
rum in secretis Carceribus detentorum, vi-
gore *constitutionis 67. Pij V. de qua in dicto
Bullar. nou. tom. 2. fol. 199.*

Contra Tonsores, & Fabricatores Mone-
tæ, vigore *constitutionis 111. eiusdem Pontifi-
130 cis, de qua † in eodem Bullar. & tom. fol. 237.*
Contra fraudolentos decoctores, vigore *con-
stitutionis 152. eiusdem Papæ, de qua in eadem
tomo fol. 238.*

Contra Scribentes aduisos secretos, & Li-
bellos famosos, vigore *constitut. 147. fol. 269.
131 † eiusdem Pontificis, & const. 4. Gregorij XIII.
fol. 274. tom. 2.*

Itidem contra Duellantes, vigore *consti-
tutionis 78. eiusdem Gregorij XIII. fol. 347. &
132 constit. 11. † Clementis VIII. fol. 10. tom. 3.*

Contra Exules, & alios in Vrbe, & distri-
ctu commorantes, qui animalia, & alia
133 bona in Statu † Ecclesiastico diripiunt, ad-
ducunt, recipiunt, vel permutant, vigore
*constitutionis 98. Gregorij XIII. fol. 364. eodem
tom. innouat. in constitut. 6. Sixti V. de qua in
eodem tom. fol. 374.*

Vlterius cõtra se recipientes in locis fran-
chis, & franchitiam acclamantes, vigore
134 *constitut. 12. eiusdem Papæ, † de qua fol. 282.
tom. 2.* Præterea procedit contra quærentes,
135 sine causa, temerariam † thori separationem
vigore *constitut. 46. Sixti V. fol. 421. tom. 2.*

Item contra armatos, qui insimul conue-
136 niunt, & faciunt † caualcatas, vigore *consti-
tutionis 75. eiusdem Sixti V. fol. 468. tom. 2.*

Vlte-

Vlterius contra procurantes abortus, vi-
137 gore *constitut.* 87. *eiusdem*, † *de qua fol.*487.
*tom.*2. quæ postea fuit in aliquibus modera-
ta per *Greg. XIV. const.*8. *fol.*532. *tom. eodem.*

Contra maleficos, & Astrologos exercen-
138 tes artem iudicialem astrologiæ, † & diui-
nationis, vigore *constitut.*1. *Innocentij VIII.*
*fol.*330. *tom.*1. *constitut.*17. *Sixti V. fol.* 388.
*tom.*2. *& constitut.*113. *Vrbani VIII. fol.*318.
*tom.*3.

Contra incestuosos, & tales incestus pro-
curantes, vigore *constitutionis* 54. *Sixti V.*
139 † *de qua fol.*333. *tom.*2.

Contra sodomitas, vigore *constitut.* 72.
140 † *Pij V. fol.*202. *tom.*2. Contra committentes,
141 & exercentes cambia † illicita, vigore *consti-
tut.*118. *Pij V. fol.*246. *tom.*2.

Tandem contra offendentes, vel partem,
vel procuratores, vel sollicitatores ex cau-
142 sa litium, † vigore *constit.*81. *Gregorij XIII.*
*fol.*349. *tom.*2. *& constit.*63. *Pauli V. fol.*184.
*tom.*3. & sub rigore seruat disposita *in con-
stitut.*11. *Alexandri VI. fol.*352. *tom.*2.

Declara tamen, quod pro eisdem delictis
143 procedit etiam iuxta præuentionem † Au-
ditor Cameræ, qui extendit vires suas in
toto Statu Ecclesiastico, & quatenus res aga-
tur cum Clericis, etiam extra Statum Eccle-
siasticũ, attenta prærogatiua, propter quam
est executor Litterarum Apostolicarum.

Sed contra sollicitantes in confessione,
144 tanquam loci ordinarius procedit † Vica-
rius Papæ in Curia, vigore *constitutionis* 34.
*Gregorij XIII. fol.*318. *tom.*2. sed tutius di-
ces, quod debeat procedere contra illos San-
ctissimum, & Terribile Inquisitionis Tri-
bunal.

Tribunal quoque, seu Congregatio nun-
145 cupata Sacra Consulta, † in qua bis in hedo-
mada conueniunt plures seniores, & pru-
dentiores Sacri Collegij Purpuratorum, die
scilicet Martis, & die Veneris, vitæ necisque
causas processatorum de criminibus in Sta-
tu Ecclesiastico mediate, & immediate su-
biecto patratis, cum summa amplaque po-
testate cognoscit, ex vi *constit.*74. *Sixti V. de
qua in Bullario nouo tom.*2. *fol.*467. vtiturque
in propositione, & relatione causarum Po-
nentibus, Prælatis sagacioribus, & magis
practicis, qui eligi possint, experientia insi-
gnibus, habetque deputatum Secretarium,
pariter Sanctitatis Suæ Referendarium, &
commensalem, qui resolutiones, & præcepta
Consultantium pandit, & communicat in
Curia ad ostiũ secretariæ, litterasque signa-
tas ab Eminentissimo Præfecto Congrega-
tionis transmittit extra Curiam, cui, vel qui-
bus res expostulat transmittendas, & alia
prout occasio, & munus requisitum pro bo-
no Reipublicæ expletur huius Congregatio-

Praxis Camilli Capucij.

nis post necem, & extirpationem plurium ex
facinorosioribus status Ecclesiastici, *Amplia-
tor fuit Clemens VIII. vt in eius constitut.*15.
*fol.*13. *in Bullar. nouo tom.*3.

De Camerario, & Camera Apostolica.
Artic. VI.

146 *Cardinalis Camerarius, quam iurisdictionem
habeat.*
147 *Magistri viarum, quam iurisdictionem habeant.*
148 *Camera Apostolica, quot habeat Prælatos, &
quot olim fuerint. & num.* 149.

Cardinalis Camerarius, etiam præter
iurisdictionem habet suum Tribunal,
146 † & præter iurisdictionẽ in Bancherios He-
bræorum ius dicit, vt etiam dicam infra
titulo, de iurisdictione inter Cameram, &
particulares, & inter aliquo modo Cameræ
subiectos, puta officiales, ipsosque particu-
lares in prima instantia, & cognoscit in se-
cunda causas in gradu recursus à decretis
DD. Conseruatorum Vrbis, eiusque iurisdi-
ctio legitur fundata in *constitut. Vrbani VI.*
*fol.*221. *tom.*1. *constitut.*41. *fol.*558. *Pauli III.*
*constit.*3. *fol.*567. *Iul. III. fol.*567. *tom.*1. *con-
stitut.*20. 26. 102. *&* 104. *Pij IV. fol.* 23. 28.
118. *&* 129. *tom.*2. *constit.*65. *Clement. VIII.*
*fol.*65. *tom.*3. quibus etiam adduntur facul-
tates eidem traditæ à Gregorio Decimoter-
tio super iure congrui, & materijs illius, vt
ex *constitut.*22. *fol.*292. *tom.*2. An autem eius
iurisdictio Sede Vacante conquiescat, vide-
bitur infra *tit. de contradictis.*

147 Et in hoc aduertendũ, quod † etiam ma-
gistri viarum, vigore huius constitutionis
habent propriũ Tribunal, quod fuisse etiam
antiquissimum, docet *constitut.*9. *Martini V.*
*fol.*246. *constit.*20. *Sixti IV. fol.*324. *const.*19.
*Leonis X. fol.*422. *tom.*1. *constitut.*102. *Pij IV.*
*fol.*118. & ab eorum sententijs committitur
appellatio ad viarum Præsidem Clericum
Cameræ Deputatum.

Camera vero constat inter cætera duode-
148 cim Clericis, & eorum † iurisdictio dicitur
ordinaria, tanquam delegatio reperiatur
facta in certo genere causarum, & præcipuè
in concernentibus aliquale Cameræ interesse,
vel ex quo Camera principaliter agit, vel
excipit, vel ex quo alteram partium defen-
dere tenetur.

Numerus ipsorum ab initio septem non
149 excedebat, vt legitur † apud Eugeniũ Quar-
tum *const.*13. *fol.*263. *tom.*1. fuit vero auctus
ad duodecim à Leone Decimo *constitut.*24.
*fol.*435. *tom.* 1. & eorum authoritas legitur
apud Calistum Tertium *constitut.*1. *fol.* 284.
*Sixtum V. const.*1. *fol.*301. *Innocentium VIII.*
*constit.*4. *fol.*333. *Iulium II. constitut.*7. *&* 9.

fol.359. Leonem X. constitut.24. fol.435. Paulum III. const.9. fol.521. tom.1. & Sixtum V. constitut.100. fol.508. tom.2.

De alijs inferioribus Curiæ Tribunalibus.
Artic. VII.

150 *Protomedicus Vrbis, quam habeat iurisdictionem.*
151 *Domus Pia, quod Tribunal habeat.*
152 *Aromatariorum Tribunal quod sit.*
153 *Sacra Visita Carceratorum, quam habeat facultatem.*
154 *Procurator Fisci, & Commissarius Cameræ, quam habeant facultatem, & officium.*
155 *Iudex Burgi quis sit, & quam iurisdictionem habeat.*

SVnt etiam in Vrbe alia diuersa Tribunalia, ita vt etiam Medici non contenti
150 † ius dicere, & exercere contra infirmos, voluerint etiam Tribunal erigere, vt videtur apud *Gregorium XIII. constitut. 40. fol.307. tom.2. Clementem VIII. constit. 120. fol.124. tom.3* Sed miror tantos Pontifices inclinasse in concedendo Iudicaturam, & Tribunal ijs, qui de facto, vt aiebat insignis Aduocatus Michael Aguilò Tarraconensis, nihil vltra didicerunt, quam amicos, beneuolos, & bene ipsis facientes necare, quique diligentiores sunt in expediendo infirmos, quam causas.

Domus etiam Pia nuncupata, vulgo *delle*
151 *malmaritate*, † habet speciale Tribunal, vt de hoc est *constitutio 52. Gregorij XIII. fol. 318. tom.2.*

Nec sunt prætereundi Aromatarij, quo-
152 niam & ipsi ius dicunt, † habentque propria statuta; & quia lites habuerant cum Medicis, & concordiam inierunt, talis concordia reperitur confirmata à Gregorio Decimotertio prima Iulij 1585. & pro eis edidit etiam constitutionem Clemens Octauus tertio Kalendas Ianuarij 1596. & vltimo loco datum fuit in ipsorum fauorem speciale Chirographum ab Vrbano Octauo 9. Kalendas Augusti 1628. quæ conseruantur apud Notarium eorundem Aromatariorum.

De sacra Visita Carceratorum, tam in Ci-
153 uilibus, quam † in Criminalibus eleganter scripsit Illustrissimus, & Reuerendissimus Pater D. Ioannes Baptista Scannarolus iam nostræ Curiæ excellentissimus Patronus, mihi enim satis erit indicasse *constitut.44. fol.560. Pauli III. constit.3. Iulij III. fol.379. tom.1. & constit.68. Pauli V. fol.199. tom.4.* vbi tota huiusmodi materia continetur.

Quia vero, tam respectu interesse Came-
154 ræ, quam respectu interesse † Fisci, sunt deputati pro vtriusque defensione Procurator Fiscalis, & Commissarius Cameræ, quam authoritatem habeant, adeundæ sunt *constitut.20. Clementis VII. constit. 44. Sixti V. & const.71. super reform. Tribun. Vrb. Pauli V.*

155 In Tribunali Curiæ Burgi † Sancti Petri nuncupato, solet præfici vir integritate, & doctrina vtplurimum conspicuus.

Huiusque iurisdictio tam in ciuilibus, quam in criminalibus, vitæ etiam, & necis est ordinaria, & ab eius sententijs appellatur ad A. C. vel Gubernatorem Vrbis.

De Iurisdictione Rotæ, & Iudicum Delegatorum.
Artic. VIII.

156 *Auditores Rotæ, quam iurisdictionem habeant in pronunciando, & procedendo.*
157 *Commissiones directæ Auditoribus Rotæ, dicuntur potius distributiones.*
158 *Auditores Rotæ non possunt procedere ante præsentationem commissionis.*
159 *Commissio vnica sufficit in causis Rotalibus vsque ad finem.*
160 *Causæ beneficiales, & spirituales committuntur in Rota in omni instantia.*
Causæ aliæ, quænam cõmittantur in Rota. ibid.
161 *Causæ leuiores in secunda instantia committuntur Referendarijs.*
162 *Vicarij Foranei dicuntur Iudices ordinarij delegati ad vniuersitatem causarum.*
163 *Commissio directa A. C. seu alteri Iudici ordinario in id, quod spectat ad suam iurisdictionem excitat, sed non delegat.*

SAcræ Rotæ Auditores in procedendo ha-
156 bent iurisdictionem † ordinariam, in sententiando verò delegatam, *glos. in Clement. Auditor, vbi Doctores de rescript. Vestr. lib.2. cap. de Capellan. Summ. Pont. fol.43. & lib.3. cap. Iud. 5. par. constare; fol. 56. Staphil. de litteris iust. cap.1. fol.267.*
157 Ideo commissiones, quæ Auditori † diriguntur, dicuntur potius distributiones, quã commissiones causarum, *Rot. decis.13. de offic.*
158 *delegat. in nouis*, † licet non possint ante præsentationem in ea procedere, *Gomes d. compend. fol. 158. col. 1.* & vt dixi, in causis
159 Rotalibus vnica † commissio sufficit, cuius vigore possunt Auditores omnia facere vsque ad consummationem totius causæ.

Committuntur vt supra dixi, in Rota om-
160 nes causæ beneficiales vndecunque sint, † & spirituales in quacunque instantia ad Curiã confluentes, profanæ, & omnes præterquam inter Romanos, dummodo ascendant ad valorem quingentorũ; & denique causæ omnes graues in Curia terminandæ in quacunque instantia, si orator id petat, nisi ex dispositione, vel priuilegio Papæ in aliqua instantia,

tia, specialiter earum cognitio spectet ad alium Iudicem,

161 Causæ vero leues sub summa † scutorum quingentorum committuntur in secunda instantia, Prælatis Referendarijs Romanæ Curiæ assistentibus, exceptis causis Capitolinis, istique procedunt, vt Iudices delegati, de quibus loquitur *constit.59. Pij IV. & constitut.41. Sixti V.*

Alij sunt Delegati ad vniuersitatem causarum, de quibus non est facta mentio † su-
162 pra, & isti sunt Vicarij Foranei Episcoporum, qui sunt quasi ordinarij in Territorio sibi attributo: & ad quæ restringatur eorum facultas, dicit *Franc. in cap. cum causam n.20. extra de appell.*

Omnes ergo prędicti Iudices exceptis Au-
163 ditoribus Rotæ, & Referendarijs † dicuntur habere iurisdictionem ordinariam in Curia, eisque præcipuè Gubernatori, A.C. & Vicario, vt diximus, indifferenter causæ, tanquam ordinarijs committuntur, & circa commissionem causarum aduertendum est.

De Iurisdictione Iudicis ordinarij.
Artic. IX.

164 *Commissio vt supra, non alterat. & num.165.*
166 *Limita si iurisdictio exceditur; puta vt procedatur appellatione remota.*
167 *Commissio delegato in causa spectante ad ordinarium facit causam commissariam.*
Iudex ordinarius non potest cognoscere causam delegatam, cessante delegato. ibidem.
168 *Iurisdictiones distinguuntur à summa, & causarum qualitate.*
169 *Causæ mercedum spectant ad Gubernatorem.*
170 *Causæ in forma Cameræ spectant ad A.C.*
171 *Causæ miserabilium personarum, & Viduarum spectant ad Vicarium.*
172 *Iurisdictio acquisita ratione qualitatis debet exprimi in libello, vel commissione. & n.173.*
174 *Petitio, & non verificatio attenditur in commissione causarum.*
175 *Iurisdictio distinguitur à quantitate petita, non autem debita.*
176 *Cumulatio summarum, an fiat ad distinguendam iurisdictionem.*
Processus factus ratione dubietatis summæ, an sustineatur. ibidem.

164 QVando committitur aliquid Iudici ordinario, quod aliàs ad eius † iurisdictionem spectet, dicitur excitari eius iurisdictio, *vt in reformatione Pauli V. tit. de A.C. §. in causis*, nec propterea effici-
165 tur † Delegatus, nisi in rescripto aliquid cōtineatur, quod alteret eius iurisdictionem, vt si detur facultas procedendi appellatione
166 remota, † tunc enim efficitur Delegatus, *cap. licet in corrigendis, vbi glos. & DD. extra de offic. ordinar. Franc. in cap. Pastoralis, in princip. num. 9. extra de appell. & dicta reformat. §. sequenti.*

Et si committatur Delegato causa, quæ
167 ad Iudicem ordinarium † spectaret, mortuo delegato, vel quouis modo eius iurisdictione expirata, non potest ordinarius in ea se intromittere, *Franc. in cap. vt debitus in fine extra de appell.*

Similiter, quia qualitates causarum, &
168 summæ distinguunt † iurisdictiones, præsertim inter Iudices minores, ac etiam inter
169 maiores, vtputa causæ † mercedum Gubernatori, vt dicta reformatione; obligationis
170 in forma † Cameræ A.C. vt ibidem; Vidua-
171 rum, & miserabilium personarum, † Vicario Papæ, vt *constit. 1. Paul. II. constitut.36. Paul. III. constit.2. Iul. III. constit.18. Pij V.*

Notandum est, quod quando ratione
172 alicuius qualitatis acquiritur † alicui iuris-
173 dictio ad hoc, vt ei committatur † causa, semper debet in Libello, & Commissione, qualitas illa exprimi: nec refert quod postea non verificetur in totum, ad hoc, vt ille re-
174 maneat † Iudex; inspicitur enim petitio non verificatio, & sic quotidie vidi practicari à Signatura Iustitiæ, & ab Eminentissimo D. meo Cardinali Sacchetto.

175 Eadem ratione, si quantitas † distinguat iurisdictionem, attenditur quantitas petita, non autem debita *l. pen. in fine, ff. de iurisd. omn. Iud. Afflict. decis.297. vbi addentes.*

Aduertendum est tamen, quod ad impediendam iurisdictionem, non fit cumulatio
176 summarum; imò si ab initio summa sit incerta, & deinde in processu constet eam excedere iurisdictionem Iudicis, sustinetur processus ratione incertitudinis, & dubietatis, quæ fuit à principio, *Vant. d. cap. quib. mod. null. san. poss. num.76.*

Quo tempore debeat constare de iurisdictione, & quomodo probetur.
Artic. X.

177 *Iudices ordinarij, & delegati valde differunt.*
178 *Iudex ordinarius qualiter, & quando acquirat iurisdictionem.*
179 *Iudex delegatus, & adiunctus, quando dicantur acquisiuisse iurisdictionem. & nu. 180. 181.*
182 *Amplia, etsi aliunde sciant factam esse delegationem, vel adiunctionem.*
183 *Processus factus non præsentata commissione an valeat, si postea præsentetur.*
184 *Iudex ordinarius an præueniat cognoscendo antequam alteri præsentetur commissio.*
185 *Præsentatio commissionis, & non expeditio, attenditur.*

186 Impe-

186 *Impedimentum præsentationis commissionis; in cuius damnum sit.*
187 *Non præsentatio commissionis, vel rescripti, an sit opponenda, vel non. & num.188.*
189 *Possessio iurisdictionis, an acquiratur per vnicum actum.*
190 *Commissio præsentata, registratur pœnes acta, & quare.*
191 *Et quid si perderetur; & an posset probari per testes. & num.192.*
193 *Cardinali asserenti habere iurisdictionem, & delegato, & cui, an credatur.*
194 *Iurisdictio an possit probari, etiam præsumptiuè.*
195 *Sententia antiqua præsumitur lata cum iurisdictione.*

COncludo igitur, quod in principio de-
177. bet constare de iurisdictione, licet †
in hoc valde differant Iudex ordinarius, &
delegatus: nam ordinario, cum ei acquira-
178 tur † iurisdictio, eo ipso, quod est talis, suffi-
cit à principio iurisdictionem suam, ac se
esse talem semel ostendere, & notificare,
Guidopap. decis.322. prout quotidie videmus
in praxi, & diximus supra.

Delegatus vero, nisi sit delegatus ad vni-
179 uersitatem causarum, † & adiunctus, debet
semper in quacunque causa docere de iuris-
dictione, ideo ipsi non acquiritur actu iu-
180 risdictio, † nisi post præsentatam commis-
sionem, *cap. vt nostrum, cap. super eo 2. extra de appell. glos. in Clem. 1. verb. receptis de Procurat. Staphil. cap.21. fol.340. Vbert. de cit. cap.10. nu.350. fol.365. to.2. & cap.15. nu.246. fol.699. tom.3.* & nisi post citatam partem
181 ad dicendum contra † commissionem, quia
aliàs commissio non tribuit iurisdictionem,
Cassador. decis.7. de appell. & Vbert. vbi supra num.353. fol.366. & num.438. fol.393. & in tract. de mod. & rat. citand. part.3. §. in actis
182 *præsentata fol.100.* & hoc † procedit quam-
uis sciuerint aliunde delegationẽ, vel adiun-
ctionem; quodque commissio fuerit expedi-
ta, & si procedunt, processus est ipso iure
nullus, *Franc. in cap. super eo num.9. vsque ad nu.15. & in cap. vt debitus num. 41. extra de appell.*

Nec processus validantur per præsentatio-
183 nem commissionis, † quia non retrotrahitur,
Guidopap. decis.286. de quo vide etiam *glos. Bald. Salicet. & alios in l.1. C. qui pro suo.*

Eadem ratione si Iudex ordinarius incœ-
184 pit cognoscere aliquã † causam priusquam
commissio causæ præsentetur delegato, dici-
tur præuenisse, quamuis commissio esset ex-
pedita antequam causa introduceretur co-
185 ram ordinario, quia attenditur † præsenta-
tio commissionis, non expeditio, ad acqui-
rendam iurisdictionem, imputetque sibi im-
petrans, qui antea non præsentauit; neque
ei suffragatur impedimentum, dummodo
186 † non processisset ex facto, & culpa aduer-
sarij, quia tunc secus diceremus, *cap. vt debitus, vbi Franc. num.3. extra de appell.*
187 Et licet † aliqui voluerint, quod procedat
dummodo pars opponat de non præsenta-
tione rescripti; secus si consentiat; vel sal-
tem non opponat de non præsentatione,
quia tunc sustineretur processus, *Bal. in l. nequicquam, §. vbi decretum, in fin. ff. de offic. proconf.*

Huiusmodi tamen limitatio non videtur
188. recepta, vt per *Franc. in d. cap. super eo n.13. & Guidopap. d. decis.286.* Possessio vero iurisdi-
189. ctionis alio non possidente, † vel si possideat
patiente, & tolerante, acquiritur per vnicum
actum iurisdictionalem, *Vant. dict. cap. quib. mod. null. sanar. poss. num.40.*

Præsentata vero commissione debet pe-
190 nes acta registrari: quãuis enim postea per-
datur originale, vel abradatur, vel alteretur,
& dubitetur propterea de validitate proces-
sus ex defectu iurisdictionis, dummodo regi-
stratio sit auctorizata per Iudicem, totaque
commissio reperiatur registrata, vel habeat
principium, & finem, cum clausulis necessa-
rijs, & substantialibus, & pars fuit citata,
quicquid dicat *D. Gratiosus Vbertus in suo tract. tit. de citat. cap.16. numer. 73. fol. 787.*
sufficit; sustinebiturque processus; imò si
191 fuisset † data copia parti, quæ nihil oppo-
suisset, & originale perderetur; posset pars
cogi ad præsentandam copiam habitam,
quæ denuo registrata fidem faciet, *Felin. in cap. cum in iure num.8. extra de offic. deleg.*
192 Poterit etiam eo casu † probari per testes,
deponentes de tenore commissionis, & eius
amissione, *glos. & Abb. in cap. cum olim extra de priuil. Vant. de nullit. ex defectu iurisdict. dicto num.20. & 29.*

Quod si delegatus esset de maioribus Iu-
193 dicibus, ac de Eminentissimis, vtputa † Car-
dinalis, tunc crederetur illi asserenti se ha-
buisse iurisdictionem, *Vant. dict. cap. quib. mod. nullit. sanar. poss. num.43.*

Præsumptiuè quoque probari posset, vt si
probaretur delegatum publicè notorieque
194 † sciente, & patiente delegante, vel eo, qui
delegare poterat processisse, & tulisse sen-
tentiam, & hoc siue in totum negetur iu-
risdictio, siue impugnetur, tanquam inuali-
da, *Vant. dict. num.43.*

Si etiam essemus in sententia antiqua,
195 præsumitur præcessisse iurisdictio, † nisi ex
scripturis productis defectus ipse probare-
tur, *Felin. in cap. sicut. num.32. & seq. extra de sent. & re iudic.*

Iurisdictio quomodo, & quando perpetuetur.
Artic. XI.

196 *Iurisdictio, vt perpetuetur, quid saltem requiratur. & num.198. & 199.*
197 *Et quid in habentibus iurisdictionem voluntariam.*
200 *Inquisitio sine citatione non dat praeuentionem in criminalibus.*
201 *Iurisdictio perpetuata quo ad vnū, an sit etiam quo ad alios inter plures Iudices.*
202 *Iurisdictio quando dicatur perpetuata, remissiuè, & an perpetuetur in non expressis.*
203 *Iurisdictio à quibus perpetuetur per decretum citationis, à quibus non.*
204 *Perpetuatio iurisdictionis, quo ad actorem qualiter fiat, & quoad reum quomodo. & nu.205.*

196 VT perpetuetur iurisdictio acquisita quomodocunque, requiritur † saltem decretum citationis, *Bisign. decis. 1. de offic. delegat. Rot. decis. 9. de dol. & cont. in antiq. Cassador. decis. 5. de rescript. Felin. post alios, in cap. gratum, & in cap. relatum extra de offic. delegat.*

Praeterquam in habentibus iurisdictionē
197 voluntariam, vt in arbitris, ad † quorum iurisdictionē perpetuandam requiritur contestatio litis, *l. si conuenerit, ff. de iurisdict. omn. Iud. Cardin. in Clem. Procuratorem, nu.3. de Procur.*

Et quamuis dubium sit, an per alium actū
198 positiuum ante † citationem, puta subdelegationem causae, & similes, perpetuetur iurisdictio, vt tenuit *Gemin. post glos. in cap. cum plures, num.11. & 14. in cap. quamuis, & in cap. si à subdelegato, de offic. deleg. in 6.*

Receptior tamen opinio est, quod requi-
199 ritur † saltem decretum citationis, vt notat *Boer. in dict. cap. gratum, & cap. relatum.*

Neque in criminalibus inquisitio dat prę-
200 uentionem, nisi adsit † citatio, *Bald. in l. 1, col.8. C. de confess. Boss. in sua praxi, tit. de For. compet. num.193. & late Guazzin. in suo tract. tom.1. num.3. & 4. fol.10.* & si sint plures In-
201 dices † in eadem causa, perpetuata iurisdictione quo ad vnum, censetur, etiam perpetuata, quo ad alios *dict. cap. cum plures,* vbi *Gemin. num.11. & 14.*

Perpetuata autem nunquam dicitur, quo
202 ad ea, quae non fuerunt expressa, † nisi in connexis, vel nisi actus per quem inducitur perpetuatio respiciat tam expressam, quam non expressam, & in certis alijs casibus, quos recenset *Felin. in cap. Pastoralis, §. quoniam, num.2. extra de rescript.*

Limita primam conclusionem de decreto
203 citationis ad perpetuandam † iurisdictionē, vt procedat in Iudice ordinario, vel delegato à Principe, quia in delegato ab inferiore non sufficit decretum citationis, sed requiritur alius actus, *Put. decis. 2. de officio delegat.*

Perpetuatio iurisdictionis inducitur eo-
204 dem modo, etiam quo ad † illum, ad cuius instantiam citatio decernitur, vel sit alius actus, quamuis non deuenerit ad notitiam
205 citati; Quò † ad aduersarium verò non perpetuatur iurisdictio, nisi executa citatione, *Clement. 2. vt lit. pend. Roman. cons.330. circa princ. Felin. in dict. cap. gratum, num.5. Cassador. decis.1. de rescript.*

De Praeuentione causarum.
Artic. XII.

206 *Iudicum duorum actoris, & rei, quis potior dicatur.*
207 *Iudex ille, quo ad partes experitur, qui prior citauit.*
208 *Citatio attenditur, si concurrat citatio, & captura, etiam in Rota.*
209 *Praesentatio semper attenditur in Rota ad effectum praeuentionis.*
210 *Auditores Rotae de consensu coauditorum procedunt post praesentatam commissionem.*
211 *Declara, quod consensus praedictus, non est opus quod sit expressus.*
212 *Auditores Rotae, an possint causam inter se ipsos remittere, si dubitetur de iurisdictione.*
213 *Iurisdictio si sit dubia inter Auditorem Rotae, & Iudicem extra Rotam, quid fiat.*
214 *Citatio qualis esse debeat ad effectum terminandi iurisdictionem, & instantia, & actus.*

206 IDeo si duo † Iudices, alter per actorem, alter per reum in eadem causa impetrentur, cum debeat ab vno causa auocari, & alteri qui praeuenit committi, vt dictum fuit supra, ille dicetur praeuenisse, qui in executione citationis praeuenit, quamuis post alium eam decreuerit; licet enim decretum arctet actorem, non tamen arctat reum ad comparendum coram eo, *Bisign. dicta decis.1. de offic. delegat. Rota dicta decis.9. de dol. & contumac. in antiq. Vbert. de citat. d. cap.10. num.353. fol.366.*

Inspicimusque semper circa praeuentionē, quo ad partes executionem citationis, *Fe-*
207 *lin. in d. cap. gratum, num.5.* † Et hoc procedit in omnibus causis tam in Rota, quam extra Rotam, & in partibus pendentibus, etiam criminalibus.

Quinimò si concurrant citatio, & captu-
208 ra, quo ad praeuentionem attenditur † citatio, vt late per *Marian. in cap. proposuisti, col.7. vers.8. quaro, extra de For. compet.* licet in multis locis contrarium obseruetur, vt per *Boss. in sua praxi, tit. de For. compet. nu.99. & Guazzin. vbi supra to.1. n.13. & 14. fol.21.*

In

In Rota autem sola præsentatio commis-
209 sionis † attenditur, vt dicebam, & absque decreto citationis datur præuentio, *Rot. decis. 1. de constit. in antiq. decis. 6. de rescript.* & habetur in dicta extrauaganti *Innoc. VIII. de facult. Auditor. Rotæ*; quam vocant Innocentianam; possuntque tunc Auditores de
210 consensu Coauditorum, † vt dixi, procedere, vt cauetur *in dict. extrauaganti, & dicit Vbert. de citat. dict. cap. 10. num. 353. fol. 366.*

Et quia non requiritur expressus consen-
211 sus, † sed sufficit etiam tacitus, qui semper interuenire præsumitur, nisi expresse contradicatur, de stilo nunquam iste consensus requiritur, sed absque illo proceditur ad vlteriora, *Cassador. dict. decis. 5. de rescript.*

Si etiam dubium sit de iurisdictione inter
212 ipsos, possunt causas † inter ipsos remittere, valentque processus, *Rot. decis. 13. de offic. delegat. in nou.*

Et si quæstio præuentionis sit inter Audi-
213 tores Rotæ, & alium Iudicem † in Curia, attendimus citationem, vel alium actum positiuum, vt dictum fuit. *Cassador. dict. decis. 5. Vestr. lib. 3. cap. de præuent inter Iud. fol. 57. & Gratiosus Vbert. vbi supra.*

Citatio autem debet esse legitima, ac du-
214 rare instantia, in qua emanauit, † quia ad inducendũ perpetuitatem iurisdictionis, non sufficit aliquis actus, qui non sit legitimus, *cap. pen. extra de for. comp. glos. fin. in cap. cum plures de offic. deleg. in 6. Put. decis. 2. de offic. deleg. Rom. cons. 412. & singul. 146. Boss. in dicto tit. de for. comp. num. 105. Vbert. de citat. cap. 13. num. 14. fol. 244. tom. 3.*

Quæ citatio perpetuationem inducat.

Artic. XIII.

Quinimo si citatio fuisset valida à prin-
215 cipio, & male esset executa, † adhuc non perpetuatur iurisdictio, *Franc. in cap. vt debitus, nu. 1. vers. 3. conclusio extra*
216 *de appell. & Vbert. vbi supra.* Actus † enim quouis modo nullus, non habetur in consideratione, neque aliquem operatur effectũ, de quo vide latissimè *Felin.* plura in proposito cumulantem, *in cap. ex tenore num. 2. extra de rescript.*

217 Limita tamen prædictam † conclusionem, si citatus aliunde notitiam habuisset, vel sponte comparuisset: quia tunc non obstante nullitate citationis inducitur perpetuatio iurisdictionis, *Felin. in cap. gratum, num. 4. extra de offic. deleg. Vbert. d. tract. d. cap. 13. nu. 134. fol. 265.* quam materiam etiam late tractat *Marian. in cap. proposuisti extra de for. compet. Boss. remissiue dict. num. 105. & Guazzin. d. tract. ad defens. tom. 1. fol. 20. & seqq.*

Non semper tamen attenditur præuentio
218 multoties enim causa † spectat ad alium Iudicem, etiam præuentum, eique committetur: vt si aliquis sit Iudex in certis causis priuatiuè quo ad alios, sicut A. C. in obligationibus Cameralibus, Gubernator in causis mercedum, & similes: vel quando non procedit regula *l. vbi cœptum, ff. de Iudic.* quam refert *Felin. in cap. ex tenore, extra de rescript. num. 15. & seq. & in cap. proposuisti, extra de for. comp.* vbi dantur rationes, & exempla.

Hæc procedunt de plano, quando iurisdi-
219 ctio subsistit à principio: at si † sit nulla, vel Iudex ea omninò careat, partes neque taci-
220 tè, neque expressè eam prorogare, aut † validare possunt, nec Iudex eo casu per processum ad vlteriora, etiam parte non opponente, pronunciat se esse Iudicem competentem; sed processus semper est nullus, præterquam in certis casibus, vt per *Gemin. in c. 1. num. 12. & in cap. dispendia, in princip. de rescript. in 6.*

De nullitate, iurisdictionis defectu.

Artic. XIV.

232 *Iu-*

232 *Iurisdictio potest esse nulla, etiam ratione rescripti, & quando.*

233 *Commissiones strictè interpretantur, licet extendantur ad ea, quæ veniunt consequenter.*

234 *Causa simpliciter commissa censetur tam de ciuili, quam criminali.*

235 *Amplia, & tam in petitorio, quam in possessorio. Causa dotis an censeatur commissa cum causa matrimoniali. ibidem.*

236 *Causa damnorum, dicitur commissa cum causa spolij.*

237 *Verba*, cognoscat, & iustitiam faciat, *quid operentur in extensione Signaturæ.*

238 *Rescriptum ad lites, non dat iurisdictionem, nisi quo ad nominatos.*

239 *Processus an sustineatur, etiam contra non nominatum in rescripto. & num. 240.*

241 *Rescripta, licet late interpretanda non se extendunt contra, vel præter mentem rescribentis.*

242 *Iurisdictio ratione causæ, non est aliquando prorogabilis.*

243 *Amplia etiam ratione personæ.*

244 *Papa pro delicto proprio à nullo mortalium iudicari potest.*

245 *Papa nec volens posset in criminalibus se supponere iudicio alicuius.*

246 *Imperatores, Reges, & alij Principes, Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi iudicantur à solo Papa.*

247 *Episcopi iudicantur à solo Papa.*

248 *Monachi, & alij Regulares subsunt eorum Superioribus. & num. 249.*

250 *Et an subsint ordinarijs, vel possint se subijcere: & num. 251.*

252 *Familiares Cardinalium olim erant exempti, & ad ipsos Cardinales remittebantur.*

253 *Cardinales olim habebant priuatos carceres; hodie secus. & num. 254.*

255 *Hebræi de iure cõmuni in criminalibus subsunt foro seculari.*

256 *Milites de consuetudine plectuntur ab eorum Ducibus.*

POtest etiam iurisdictio tam ordinaria, quam delegata esse nulla multis modis,
221 vt refert *Vant. de nullit. cap. de modo, & ord. Iud. processus, n. 2. & in cap. de nullit. ex defect. iurisdict. ord. & in cap. de nullit. ex defectu iurisdict. delegat.* ad quem semper est recurrendum in materia.

222 Resultat igitur primo ratione † incapacitatis personæ Iudicis, quæ multipliciter contingere potest, vtputa:

Natura, quia est mutus, surdus, furiosus,
223 impubes. Lege etiam; quia † est infamis, excommunicatus, Bannitus, Hæreticus, Iudæus, & similes, *Vant. dict. cap. de modo Iud. processus. num. 3.* vel quia non sit qualificatus iuxta formam *cap. statutum, de rescript. in 6.* & in alijs casibus recensitis à *glos. in cap. si à subdelegato, in verb. alijs casibus, de offic. delegat. in 6.*

Differunt tamen dicti defectus in eorum
224 substantia. Aliqui enim defectus † impeditiui potestatis iudicandi proueniunt à Iure naturali, vt quia Iudex est pupillus, mutus, furiosus; & isti irritant absolutè processum, & possunt semper opponi. Aliqui verò proueniunt propter crimen; & isti non irritant processum, nisi de eis pars opponat, & sequatur sẽtentia declaratoria, *Felin. in cap. sciscitatus, extra de rescript.*

Fallit id, quod dicitur de Iudicibus crimi-
225 nosis, in quinque casibus † relatis per *Felin. ibid. num. 3.* inter quos est
226 Excommunicatio, quæ irritat † processum, & potest semper opponi. Imò si Iudex delegatus tempore impetrationis Commissio-
227 nis, sit excommunicatus, † quamuis tempore præsentationis reperiatur absolutus, processus, & commissio sunt nulli; non enim reualidantur, dummodo fuerit publicè excommunicatus, *glos. & DD. in cap. dilectus, 2. extra de præben. Gemin. in cap. 1. num. 5. de rescript. in 6. Felin. in cap. cum dilectus, num. 2. extra de accusat.*

Dicitur autem publicè excommunicatus
228 secuta † denunciatione, vel declaratoria, *c. ad probandum, vbi DD. extra de re iudic. Decian. cons. 822.* quia nemo debet reputari crimino-
229 sus † nisi post sententiam declaratoriam; gestaque per eum ante, ratione publici officij, tenent propter communem errorem, *Vant. in cap. quib. mod. nullitas sanari possit, num. 55.*

Secus est in Auditoribus Rotæ, & in Iudi-
230 cibus ordinarijs, quorum † processus tenent quamuis sint excommunicati, *Gemin. d. c. primo, num. 5. Rot. decis. 2. de Iudic. in antiq.* si enim Iudex ordinarius hæreticus, excommunica-
231 tus, vel aliàs inhabilis, processus facti † per ipsum tenent, non est tribuendum eius vitæ merito, sed officij potestati, *Vant. eodem cap. num. 41.*

Ratione etiam rescripti iurisdictio potest
232 esse † nulla, vt quando est auocatorium, & subreptitium; ac denique in omnibus casibus, in quibus commissio est nulla ipso Iure, aut ope exceptionis; vel si non tribuat iurisdictionẽ inter illas personas, inter quas proceditur, aut iurisdictio detur sub conditione, & Iudex procedat ante eius euentum, *Vbert. de mod. & rat. citan. par. 3. formul. 1. §. sed quando, & seqq. fol. 100.*

Commissiones tamen debent latè inter-
233 pretari, quantum fieri possit, † *Innoc. in c. super litteris, extra de rescript.* extenduntur que ad ea, quæ etiam veniunt in consequentiam, vel sunt connexa: ideò vltra ibi dicta si causa
234 committitur † simpliciter, censetur commissa tàm ciuiliter, quàm criminaliter, tàm petito-

235 rium, † quàm possessorium. Et si commicti-
tur causa matrimonialis, censetur etiam cō-
missa causa dotis, licèt contrarium videa-
tur sensisse *Staphil. de litteris gratiæ, cap.19.*
236 *fol.158. vsque ad med.* si committitur † cau-
sa spolij, censetur etiam commissa causa
damnorum datorum in expoliando; & si in
237 extensione † Signaturæ non adsunt verba,
decidat, vel terminet, dummodo adsint
illa verba, cognoscat,& iustitiam faciat,po-
terit pronunciare, *Vant. quib. mod. null. sen.*
poss. num.66.

Vnde licet rescriptū ad lites non tribuat
238 iurisdictionem † nisi contra nominatos in
eo, neque cōtra alios sit prorogabile, *cap.P.*
& G. extra de offic.deleg. Si tamen procedere-
239 tur † contra aliquem non nominatum, qui
tamen veniret in cōsequentiam primæ litis,
ratione connexitatis sustineretur processus,
240 vt si committatur causa † cum B. ille vero
nominet in Auctorem C. valebit processus
contra C. *Afflict. decis. 227. Vbert. de citat.*
cap.9. nu.228. vsque ad num.239.tom.2. & de
mod. & rat. cit. par.3. form.1. fol.98. in princ.

241 Nota tamen,quod licet rescripta † sint la-
tè interpretanda, non tamen se extendunt
ad ea, quæ sunt contra, vel præter mentem
committentis, *Staphil. cap.19. fol.331. nu.5.*
Buratt. decis.226. nu.6. & 10. & Vbert. de mod.
& rat. cit. par.3. §. & quamuis, fol.98.

Ratione autem causæ, vt si sit specialiter
242 Principi reseruata, † quo casu non potest
inferior se intromittere, neque eius iurisdi-
ctio est prorogabilis per partes, nec per sta-
tutum,nec per pactum ei tribui posset, *Vant.*
cap. de nullit. ex defect. iurisd. ord. num.99.

Ratione personæ rei conuenti, siue ciui-
243 liter, siue criminaliter † agatur,quod etiam
multipliciter contingere potest.

Primo propter paritatem, vel inferiori-
244 tatem Iudicis; par enim in parem † non
habet imperium, & multo minus inferior:
ideo Papa pro delicto proprio à nullo iudi-
cari potest, cum ipse omnes iudicet, & à
nullo mortalium iudicetur, etiamsi delicta
essent notoria, ipseque incorrigibilis, ita vt
scandalum in Ecclesia oriretur.

Neque potest Papa, etiam volens, se sub-
245 mittere in criminalibus iudicio Imperato-
ris,vel alicuius secularis, neque Concilij ge-
neralis, vt ab eis iudicetur, nisi deuiaret à
Fide Catholica,quo casu Concilium genera-
le eum iudicare posset, *iuxta cap.si Papa, vbi*
Card.Alex. 40.distinct. & Guazzin. ad defen-
sam, tom.1. cap.39. num.4. fol.93. Secus au-
tem in ciuilibus, *Dec. post alios in l. est rece-*
ptum, ff.de iurisd. omn.Iud. Clar. in sua praxi,
quæst.35.

Imperator vero, Reges, & alij Principes
246 non recognoscentes † superiorem, Cardina-
les, Patriarchæ, Archiepiscopi in grauibus,
& notorijs delictis à solo Papa iudicari de-
bent, *Clar. dicta quæst.35. & Guazzin. d.tract.*
in d. defens. 1. cap.39. ferè per tot. dict. fol.93.
247 Hodie idem est, etiam † in Episcopis, *ex di-*
spositione Concilij Tridentini sess.24. cap.5.

Propter priuilegium generale, Monachi,
248 quoque, & alij Regulares,† in criminalibus
subsunt eorum Abbatibus, & Superioribus,
qui habent super eis ordinariā authoritatē,
& possunt eos capere, detinere, & punire,
Cald. cons.20. de Regular. & Guazzin. d. tract.
249 *tom.1. cap.39. fol.94.* quod etiam † seruatur
de consuetudine, præsertim in concernenti-
bus obseruantiam regulæ; quamuis multi
250 voluerint, quod Episcopus tanquam Iudex
ordinarius, etiam non expectata negligen-
tia Abbatis, possit contra eos procedere,
Clar. dict. quæst.35. vers. quæro qui sit Iudex;
251 in alijs vero, † neque volentes sine consensu
Papæ possunt in illum consentire, si sunt ex
immediate subiectis Sedi Apostolicæ, *Rot. in*
Gandauen. exemptionis 10. Maij 1647. coram
R. P. D. Celso.

252 Familiares Cardinalium † in criminali-
bus antea erant exempti à quocunque Iudi-
253 ce, & remittebantur puniendi ad ipsos †
Cardinales, quapropter ipsis erat permissū
tenere carcerem priuatum, *Card. in Clem. ne*
Romani, in 7.quæst. de elect. Clar. d. quæst.35.
254 *vers. excipiuntur,* † *& Guazzin. ibidem.* Hoc
tamen nostris saltem temporibus, nunquam
in Curia, nec vidimus, nec audiuimus pra-
cticatum; cum isti Eminentissimi ita castè,
& sanctè viuere dignoscantur, vt familiares
incorrigibiles,quantumuis pro seruitio ido-
neos, & vtiles ab eorum seruitio expellant
potius, quam illos cum aliorum scandalo,
& murmuratione continuare permittant:
hocque meo tempore vidi sæpius practica-
tum, ne dum à Senioribus Purpuratorum,
verum etiam à Iunioribus, etiam Sanctissi-
mo Proximiorum.

Iudæi de iure communi in criminalibus,
255 sunt fori secularis, non autem Ecclesiastici,
Clem.1.de Iud.iuncta glos. in vers.principibus,
Io. de Anan. in rubr. ext. eodem tit. & alij,per
Guazzin. loco citato, nu.31. fol.99. Scholares
subsunt Episcopo, ac Rectori, vel Episcopo,
& Gubernatori, prout de consuetudine ser-
uari dicit *Clar. loco allegato.*

Milites de consuetudine in omnibus de-
256 lictis puniuntur † ab eorum Ducibus, *Boer.*
in tract. de cust. claus. nu.29. & Clarus vbi su-
pra, Guazzin. vbi supra num.3. dict. fol.95. &
ego durante Sede Vacante sanctæ memoriæ
Vrbani Octaui, dum essem Caprarolæ, pro-
prijs oculis vidi tres milites propter delictū,
& inobedientiam, *Archibugiorum ictibus de-*
functos per sententiam Gaufridy, non obstan-
te

te præsentia Octauij Clari Ducis Parmæ, qui tunc in tali loco Principatum præsentialiter retinebat.

De iurisdictione in Clericos.

Artic. XV.

257 *Clerici non possunt Laici Iudicis iurisdictionem prorogare.*
258 *Clericus etiam nolens, & dicat se Laicum, potest ab Ecclesiastico abstrahi è manibus secularis.*
259 *Amplia magis in criminalibus, cum priuilegium sit à iure diuino.*
260 *Clericus nec tacitè, nec expressè potest priuilegio fori renunciare.*
261 *Clericus citatus corã Laico, non tenetur cõparere.*
262 *Clericus à Laico non potest mulctari, tanquam contumax.*
263 *Amplia etiam in Clerico illegitimo; & in causa reconuentionis.*
264 *Amplia etiamsi Clerici, & Laici simul conuenirentur in omni causa.*
265 *Magis dignus trahit ad se minus dignum.*
266 *Causa cognoscetur ab Ecclesiastico, si magis dignus est Clericus.*
267 *Clausula, omnesque alios, in commissione posita, an comprehendat Clericos. vsque ad nu. 271.*
272 *Clausula, pro indiuiso, ponitur, quando Laicus trahitur propter Clericum.*
273 *Laicus an trahatur propter Clericum, ex obseruantia praxis.*
274 *Clericus, & Laicus simul inquisiti à quibus cognoscantur.*
275 *Clericus coniugatus, nisi sit bigamus, cui subsit.*
276 *Habitus Clericalis, quis dici debeat.*
277 *Dubium an causa sit spiritualis, spectat ad Ecclesiasticum.*
278 *Captus à Laico si dicat se Clericum, quid agendum sit. & num. 279.*
280 *Cognitio an habitus sit clericalis, & an quis sit excommunicatus, ad quem spectet. & nu. 281. & 282.*
283 *Clericus delinquens in officio Principis secularis punitur ab Ecclesiastico.*
284 *Clericus in fraudem delicti ordinatus, an posse pœna pecuniaria à Laico puniri.*
285 *Declara, quando dicatur adesse talis fraus.*
286 *Familiares Episcoporum cognoscuntur ab Ecclesiastico.*
287 *Familiares Clericorum à quibus cognoscantur.*
288 *Clericus fideiussor pro Laico, à quo Iudice cognoscatur.*
289 *Laicus fideiussor Clerici coram quo conueniatur. & num. 290.*
291 *Clericus offendens maiestatem Iudicis secularis, à quo cognoscatur.*
292 *Clericus succedens Laico, à quo cognoscatur.*
293 *Locus Pius, quis dicatur.*
294 *Clericus quando conueniatur coram seculari. vsque ad num. 298.*
299 *Clericus comparens, tanquam defensor necessarius Laici, coram Laico conuenitur.*
300 *Et quid seruetur de præsenti à Signatura.*
301 *Curiales, quod priuilegium habeant. & n. 302.*
303 *Clericus coram quo conueniatur, tanquam hæres defuncti. & num. 304.*
305 *Laicus an sit Iudex in feudis datis Ecclesia à seculari.*
306 *Clericus an iudicetur à Laico ex priuilegio, & consuetudine.*
307 *Clericus depositarius deputatus à Laico, an possit ab eodem cogi.*
308 *Clericus incorrigibilis, an possit puniri à Laico. & num. 309.*
310 *Clericus incorrigibilis, quis dicatur. & n. 314.*
311 *Habitus clericalis an præbeat priuilegium fori, pro quocunque crimine. & num. 312.*
313 *Clericus assassinus non incedens in habitu, à quo puniatur. & num. 316. 317. 318.*
315 *Clericus depositus perseuerans in excommunicatione, à quo possit puniri.*
319 *Clericus si sit in sacris, qualiter procedendũ sit.*
320 *Clerici ioculatores, histriones, vel scurræ, à quibus puniantur.*
321 *Iudex Laicus à Papa delegatus, cognoscit causam Clerici.*
322 *Et quid in causa tributorum.*
323 *Laicus, qui dedit se, & sua bona alicui Monasterio, à quo iudicetur.*
324 *Laicus an procedat in causa spolii beneficialis; & quomodo intelligatur. & num. 325.*
326 *A.C. in beneficialibus non est competens, etiam in possessorio.*
327 *Clericus conueniens coram Laico, an possit coram eodem reconueniri. & num. 328.*

Clerici non possunt prorogare iurisdi-
257 dictionem Laici, quia † priuilegium est concessum ordini non Clerico, *cap. si diligenti, & cap. significasti, ext. de for. comp. Rot. decis. 10. de consuetud. in antiquis, & Galles. de oblig. Cameral. quæst. 8. vbi adden. fol. 65. & sequenti. Marant. in suo speculo, 11. distinct. in princip.* Imò si Clericus conueniatur coram
258 Iudice seculari criminaliter, quamuis † dicat se esse Laicum, Iudex Ecclesiasticus potest etiam eum nolentem abstrahere à Iudice seculari, & Iudicem tanquam sacrilegum excommunicare, *Gemin. in cap. si Iudex. nu. 6. de sent. excomm. in 6. & Guazzin. defens. 20. cap. 8. & 9. fol. 299. & fol. 300.*

Quod procedit multo magis in criminali-
259 bus; Est enim priuilegium † eis concessum à Iure diuino, *cap. Sacerdotibus 11. quæst. 1. cap. 2. & cap. cum non ab homine, vbi Abb. num. 2. extra de Iudic.* etiam dato, quod Papa concessisset priuilegium cognoscendi, *Felin. in cap. 2. extra de maiorit. & obedien.*

In tantum, vt Clerici non possint tacitè
260 vel expressè, huic † priuilegio renunciare,

neque id cõsuetudine induci potest, *cap. Clerici, extra de Iud. Clar. in sua praxi, quæst.36. in princ. & Guazzin. ibidem*.
Et si citentur coram Laico, non tenentur
261 comparere, & exceptiones † Clericatus proponere, *Felin. in cap. veniens in fin. extra de accus. & Guazzin. ibidem*, neque possunt vti
262 contumaces † multari, vel in expensis condemnari, & si multentur, vel carcerentur, quandocunque constat eos esse Clericos, debent relaxari, & multa reuocari, *Dec. consil. 241. Gram. vot. 18. Guidopap. decis. 139. Clar. in d. vers. est autem*.
Procedunt etiam prædicta, quamuis Cle-
263 ricus sit illegitimus, *Gram. decis.81.* & † in causa reconuentionis, *Imola, Dec. & alij in cap. at si Clerici extra de Iud. Clar. d. quæst.36. vers. ex hoc quidem*.
Ampliatur primo hæc conclusio, vt pro-
264 cedat etiam in causis, in quibus † Clerici & Laici simul conueniuntur, siue ciuiliter, siue
265 criminaliter agatur, quia cũ Clericus † tanquam dignior trahat ad se Laicũ, *cap. quod in dubijs extra de consecr. Eccles.* causa debet
266 cognosci † per Iudicem Ecclesiasticum, *Bartol. in l. præcipimus, §. eodem obseruando, C. de appell. Staphil. fol.302*.
Hinc est, quod si committitur causa con-
287 tra † N. Laicum, omnesque alios sua interesse putantes, ac in decreto, prout fieri solet quotidie, cum huiusmodi clausula non cõprehendat maiores, vel digniores expressis, non potest vigore illius commissionis procedi contra Clericos, quamuis prædictus N. ab eis causam habeat, dummodo de cõpetentia excipiatur, *cap. sedes, extra de rescript. Clem. non potest, de Procur. Rot. decis. 8. de rescript. in nou*.
Intelligenda est tamen conclusio prædi-
268 cta de Laicis, & Clericis, † simul conuentis, quando simul conueniuntur vti singuli;
269 secus si conueniantur vti vniuersi † vtputa si esset Collegium, vel Vniuersitas; Nam tunc si maior pars est Laicorum, reputantur omnes vt Laici, & conueniuntur coram
270 Iudice Laico: si vero † maior pars est Clericorum, cõueniuntur coram Iudice Ecclesiastico, *Felin. in cap. 1. extra de præscript. Marant. in suo speculo, 10. distinct. in. num. 23.* & de hoc loquitur *Rota in Mediolanen. bonorum 18. Martij 1648. §. tandem non obstat, coram R. P. D. meo Bichio, inter volantes*.
Intelligendum est etiam ampliationem regulæ procedere in causis indiuisibilibus,
271 † quia quando causa est diuisibilis, Laicus, & Clericus essent separatim conueniendi, quilibet coram suo Iudice, *Maran. d. nu.23*.
272 Ideo quando † committitur causa, in qua Laicus trahatur propter Clericum ad Iudicem Ecclesiasticum, debet in commissione addi clausula, quod causa sit pro indiuiso, ad hoc vt clarè eliciatur ex lectura commissionis: Quicquid tamen sit de Iure fauore
273 † Clericorum, hoc non seruatur in praxi, præcipuè in criminalibus: nam si Clericus, & Laicus inquirantur de delicto per eos simul
274 cõmisso, Iudex Ecclesiasticus † procedit contra Clericum; Laicus vero contra Laicum. *Capic. decis.123. Clar. quæst.36. vers. euenit, & Guazzin. loco cit. tom. 1. defens. 1. cap.13. num.17. fol.25*.
Secundo ampliatur conclusio, etiam in
275 Clerico coniugato, tam in ciuilibus, † quam in criminalibus, dummodo nõ sit bigamus, & incedat in habitu, & tonsura, *cap. vnic. vbi Gemin. de Cler. coniug. in 6.* Abstineatque à negociationibus Laicorum.
Quis vero dicatur in proposito habitus
276 Clericalis, statur consuetudini, † *Clar. dict. quæst.36. vers. quæro; an Clericus coniugatus, vsque ad vers. hoc autem*; vbi latè tractat an, & quando Clericus coniugatus possit puniri per Iudicem Laicum, distinguendo multos casus; & *Guazzin. vbi supra, cap.13. fol.12*.
Tertio ampliatur, etiamsi dubitetur ra-
277 tione personæ, an causa spectet † ad Iudicem Ecclesiasticum; quãdo enim dubitatur an causa sit spiritualis, huiusmodi cognitio pertinet ad Iudicem Ecclesiasticum; *l. omni nouat. C. de Sacrosanct. Eccles. cap. si Iudex Laicus, de sent. excomm. in 6.* Ideo si delinquens
278 † captus à Iudice Laico asserat se esse Clericum, sitque notorium, vel fama publica eum esse talem, aut capiatur in habitu Clericali, dummodo prius se pro Laico non gereret, debet statim remitti ad Iudicem Ecclesiasticum; si vero dubitatur, an sit Clericus, cognitio spectat ad Iudicem Ecclesiasticum, vocato Iudice seculari, vel parte interessata, *dict. cap. si Iudex, vbi Gemin. in dict. cap. vnic. in fin. de Cler. coniug. in 6. Boss. in dicto tit. de for. compet. num.51. & Guazzin. locis citatis, fol.299. & seq*.
279 Debet tamen interim remanere † in carceribus Iudicis Laici, *Rip. in cap. decernimus, num.4. extra de re iud*.
Si vero oriatur quæstio super habitu an
280 sit Clericalis, cognitio † spectat ad Iudicem Ecclesiasticum secundũ *Guidopap. decis. 138. Clar. d. quæst.36. vers. dixi Clericum, in fine, & vide d. Guazzin. in d. fol.12*.
Proceduntque hæc de Iure, licet multis in
281 locis obseruetur, quod cognitio † an sit Clericus, fiat coram Iudice seculari, coram quo debent produci Instrumenta, vel alia Iura probantia Clericatum, vt testatur *Clar. dicta quæst.36. vers. realiter autem*.
Posletque hæc obseruantia ex eo coadiu-
282 uari, quod in simili videmus, † quoniam si opponitur coram Iudice seculari exceptio

excom-

excommunicationis: si enim dubitatur, an
quis sit excommunicatus, hoc potest cognosci
à Iudice seculari: si vero de excommunicationis
validitate, spectat ad Iudicem Ecclesiasticum,
Gemin. in cap. si quis 2. nu. 15. de except. in 6.

283 Quarto, si Clericus fuisset admissus † per
Principem ad aliquod officium seculare, in
quo deliquisset, non propterea posset puniri
per Iudicem secularem, licet, vt plurimum
hæc non seruentur, *Clar. dict. quæst. 36. vers.
quæro, pone.*

Quinto, etiamsi delinquens fuisset Cleri-
284 cali charactere insignitus † post commissum
delictum, dummodo id non fecerit in fraudem;
si enim in fraudem suscepisset Clericatum,
posset pœna pecuniaria puniri per Iudicem
Laicum, secundum *Imol. cons. 119.
Viui. in lib. comm. opin. in verb. ord. Ecclesiast.
Boss. dict. tit. de pæn. num. 35. & ita intelligitur
285 Aufrer. seu Capell. Tolos. decis. 373.* † præ-
sumiturque in fraudem fecisse, qui prius
fuerat de crimine delatus, diffamatus, aut
condemnatus, *Clar. dict. quæst. 36. vers. sæpenumero.*

Sexto, non solum in Clericis, sed etiam in
286 Laicis familiaribus Episcoporum, † qui de-
bent remitti ad Iudicem Ecclesiasticum,
*cap. fin. extra de offic. Archid. Abb. in cap. 2. de
for. compet. Guazzin. tom. 1. num. 24. fol. 303.*
287 Familiares vero, † & famuli aliorum Cleri-
corum non gaudent priuilegio fori; licet
multi contrarium asseruerint, *Capit. dec. 121
num. 2. Clar. quæst. 35. vers. quæro, nunquid.*

Septimo, etiamsi Clericus esset fideiussor
288 Laici de eum repræsentando, † non enim
propterea Iudex secularis potest contra eum
procedere, *Marian. in cap. 1. extra de for.
289 competen.* Licet secus sit † in Laico fideiusso-
re Clerici, nam quāuis regulariter exceptio
290 competens principali competat † fideiusso-
ri, hoc tamen fallit in exceptione ob priui-
legium personale, propter quod principa-
lis conueniri non posset, *l. si reus, ff. de Iud.
soll. l. sed si restituatur, §. 1. ff. de Iud. Roman.
singul. 633. Afflict. decision. 206. Boss. in tit. de
carce. fid. committ. num. 52.*

Octauo, etiam quod Clerici coram Iudi-
ce Laico deliquissent, eiusque maiestatem
291 offendissent. † Hinc est, quod licet quilibet
Iudex possit punire testem deponentem fal-
sum coram se, *l. nullum, C. de test.* si tamen
falsum Clericus deponat coram Iudice Lai-
co, non potest per eum de falso puniri, sed
debet remitti ad Iudicem Ecclesiasticum,
vt notant communiter *Doct. in cap. dilectus
filius, extra de pæn. & in cap. 2. de crim. fals.
Afflict. decis. 230. & decis. 219. Felin. in cap. ve-
rum, extra de for. compet. Clar. quæst. 38. vers.
sed quæro, & sequitur Vant. de nullit. in cap. de
null. iurisdict. ord. num. 50.* non sic est in Lai-
co falsum deponente coram Iudice Ecclesia-
stico, potest enim per vtrunque puniri, vt
dicemus infra in materia mixti fori.

292 Nono, etiamsi Clericus † succedat Laico,
vt *Rot. in Bisuntina Cerisus 8. Iunij 1646. co-
ram Eminentissimo D. Card. Corrado*: Et quod
dicitur de Clerico habet locum in loco Pio,
qui seculari non subest. Quisnam autem
293 dicatur † locus Pius, dicit *decis. Mediolanen.
bonorum 18. Martij 1648. coram R. P. D. Bi-
chio, & Melcuitana bonorum 10. Febr. 1651.
coram R. P. D. Meltio.* Vbi de Hospitali, cum
distinctione, si regulatur à Laicis, vel à Cle-
ricis.

Limitatur principalis conclusio de Cleri-
294 cis non cōueniendis † coram Iudice Laico.
Primo ex *decretis Concil. Trid.* vt non proce-
dat quo ad simplices Clericos, nisi incedant
in habitu, & tonsura, & actu deseruiant
alicui Ecclesiæ, aut versentur in Seminario
Clericorum, aliquaue Schola, vel Vniuersi-
tate Episcopi, quasi ad maiores ordines ac-
295 cessuri, Clerici † autem bigami non gau-
296 dent priuilegio fori, neque † alij coniugati,
nisi scilicet incedant in habitu, & tonsura,
atque deseruiant alicui Ecclesiæ de manda-
to Episcopi, vt cauet *Concil. Trident. sess. 23.
cap. 6.*

297 Secundo, limitatur † in quinque casibus
relatis per *glos. in cap. Principes 23. quæst. 5.
Imol. in Clem. ne Romani, de elect.*

Tertio, quando Clericus comparet, non
298 vti principalis, sed vti accessorius, † vel ne-
cessarius defensor pro Laico conuento; quia
tunc ipse quoque debet coram Iudice secu-
299 lari comparere. † Ideo Signatura antiqua,
quādo Laicus cōueniebatur super re empta,
& Clericus nominatus venditor ab empto-
re volebat in se iudicium suscipere, tanquam
defensor, petebat causam auocari à Iudice
seculari, & eam committi Ecclesiastico, fuit
aliàs solita resoluere, quod Clericus acce-
deret ad Iudicem Laicum, etiam quod vellet
totum iudicium in se assumere, iuxta nota-
ta per *glos. Bartol. & Bald. in l. 1. C. vbi in rem
act. Bartol. in l. solutione, ff. de solut. Abb. in
cap. quoniam frequenter, ext. vt lit. non contest.
in cap. fin. extra de empt. & vendit. Angel. in
l. non solum, §. quod vulgus, ff. de vsufr. Aretin.
in §. actiones Instit. de act.* licet ibi *dicat con-
trarium seruari. Ancar. in cap. ea, quæ, de reg.
Iur. in 6. & in cap. 1. de Cleric. coniug. in 6. &
cons. 33. & Soccin. de communi, cons. 91. nu. 14.
volum. 3.*

Signatura tamen moderna contrarium
300 seruat, † ex eo, quod in casu simili, vt te-
status est in plena audientia Eminentissimus
D. meus Iulius Card. Sacchettus, san. mem.
Vrbanus Octauus, in quadam sua Signatu-

ra,

ra, habita de anno 1647. declarauit talem Clericum trahere Laicum ad Iudicem Ecclesiasticum, etiam in casu fortiori, quia Ecclesia successerat Laico, & Laicus iam diu litiganerat coram Laico, & nihilominus non obstante causæ instructione coram eo, fuit ita resolutũ, & propterea semper postea fuit auocata causa à seculari, & commissa Ecclesiastico. & hoc etiam videtur sensisse Rota *moderna in Bituntina census 5 Iulij 1649 coram bon. mem. Arguelles, in folio*.

Proceditque dicta tertia limitatio in om-
301 nibus præcedentibus † priuilegium fori, vt in curialibus vigore Eugenianæ. Tenentur enim comparere coram Iudice, coram quo intentatur Iudicium contra possessores bonorum, de quorum euictione tractatur *Boer.*
302 *decis. 69.* Licet contrarium † sit in praxi ob fauorem Curiæ Romanæ, vt vidi sæpissimè practicatum.

303 Quarto, limitatur de Iure, quando † Clericus conuenitur, tanquam hæres ex persona defuncti, pro eo, pro quo fuerat carceratus defunctus, debet enim finiri lis coram Iudice, coram quo defunctus conuentus fuerat, *l. hæres absens*, vbi *Castrens. & alij, ff. de Iud.* tunc enim de Iure non prodest priuilegium personæ, vel domicilij: hoc tamen, vt dixi hodie ex mente dicti SS. Vrbani Octaui, non procedit, cum contrarium vt supra declarauerit, & postea seruatum fuerit.

Sublimita dictam limitationem in casu,
304 quo quis conueniatur † ex persona propria, licet ex causa proueniente à defuncto, & propria legata, & fideicommissa, quia tunc gaudet priuilegio fori, *Gallesf. dict. tract. dict. quæst. 8. vbi addend. fol. 60. & sequenti*, vbi tractat, quando hæres repertus extra locum domicilij possit vti hæres conueniri.

Quinto, si natura causæ contrarium sua-
305 deat, vt si agatur de re † Feudali concessa Ecclesiæ in Feudum à Principe seculari, debet enim tractari coram D. Feudi, *cap. Romana, §. debet, vbi glos. & Gemin. de appell. in 6. Gemin. in cap. vni. §. & cum iuxta, nu. 6. de Cler. coniug. eodem lib. 6.*

Sexto, etiam quando ex priuilegio, & cõ-
306 suetudine approbata, † Clericus coram Laico conueniri potest, vt in causis appellationum in quibusdam partibus seruatur, *dicto §. debent iuncta, glos. & Gemin.*

Septimo, adhuc si Clericus sit deposita-
307 rius alicuius rei de mandato † Iudicis secularis, potest enim tali casu cogi ad restitutionem depositi ab eodem Iudice, non per modum Iudicij, sed executiuè in consequentiam officij suscepti, si credimus *Bald. & Ias. in l. si fideiuss. §. si satisdatur, ff. qui satisd. cogant. Afflict. decis. 24. num. 3.*

Octauo, si Clericus vere sit incorrigibilis,
308 potest per Iudicem Laicum puniri, † præcipuè si id Ecclesiasticus facere non potuit, si fidem habemus *Aretin. in cap. cum non ab homine, num. 39. extra de Iud.* licetque de Iure requiratur declaratoria super dicta incorrigibilitate, vt inquit *Felin. ibidem num. 10.*
309 id tamen † non seruatur, sufficitque de facto, quod sit talis, secundum *Clar. dict. quæst. 36. vers. successiuè quæro*.

Habetur autem pro incorrigibili Cleri-
310 cus, qui post trinam † monitionem non incedit in habitu, & tonsura, *cap. contingit 2. extra de sent. excommun. Imol. in cap. fin. num. 7. extra de vit. & honest. Cleric.* vel etiam post vnicam generalem factam in Sinodo, cum talis habeat vim trinæ monitionis, *Ostien. in cap. 1. extra, ne Clerici, vel Monach.* Est enim
311 maximè priuilegiatus habitus, quo ad † priuilegium fori, in tantum, vt Clericus incedens in habitu, non possit ex causa cuiusuis enormissimi criminis, etiam relterati, etiam si in eis perseueret, etiam in crimine læsæ maiestatis, per Iudicem Laicum puniri. *Boss. d. tit. de for. compet. num. 134. Clar. quæst. 36. vers. quæro nunquid.*

312 Hoc tamen procedit de Iure, † sed de facto contrarium audiui seruatum in pluribus Regnis, præcipuè tempore belli propter crimen rebellionis.

Assassinus Clericus quoque, si non incedit
313 in habitu, & ter non fuit † monitus, an ratione enormitatis criminis possit puniri per Laicum, dubitant maximè Doctores, & communis videtur, quòd non: contraria tamen oppinio magis practicatur vt inquit *Clar. in dict. quæst. 36. vers. quæro modo*, vbi infinita adducit.

In multis tamen locis non seruatur id
314 quod diximus † de monitione ad inducendam incorrigibilitatem, sed sufficit, quod non incedat in habitu ad hoc, vt per Iudicem Laicum puniri possit, secundum *Clar. dict. quæst. 36. vers. hæc autem, & seq.*

Idem erit in Clerico in habitu incedente,
315 qui tamen † fuerit depositus, excommunicatus, anathematizatus, & perseueret in sua contumacia, *Abb. in dict. cap. cum non ab homine.*

Nono, limitatur in Clerico assassino, qui
316 potest etiam non † degradatus à Iudice Laico puniri, *cap. 1. vbi Gemin. de homicid. in 6.* Licet de Iure debeat præcedere declatatoria Iudicis Ecclesiastici, illum esse assassinum;
317 In praxi † tamen non seruari, neque requiri in hoc incorrigibilitatem, sicut in alijs delictis, tenet *Clar. dicta quæst. 36. vers. sed quæro.* In alijs vero delictis, etiam grauissimis, secus
318 dicendũ est, dummodo † incedat in habitu.

Decimo, limitatur in Clerico degradato.
319 *cap. 2. de pæn. in 6.* Clericus † enim in sacris ordi-

ordinibus constitutus non potest rationi cuiusuis criminis, excepto assassinio, per Iudicem Laicum puniri, nisi prius sit à Iudice Ecclesiastico degradatus, *Clar. in d. quaest. 36. vers. scias autem*.

Vndecimo, limitatur in Clerico iocula-
320 tore, histrione, vel scurra, † *cap. 1. de vit. & honest. Clericorum*.

321 Duodecimo, si Iudex Laicus † sit delegatus à Papa, *glos. in cap. 2. extra de Iud.*

Decimotertio, limitatur ratione tributo-
322 rum; in ea enim causa Iudex Laicus † habet in Clericos iurisdictionem, secundum *glos. in cap. Principes 23. quaest. 5. & cap. conuenie 29. quaest. 8. Boss. in sua praxi, tit. de for. compet. nu. 6. & 12. cum seqq. & Marant. in suo speculo 11. distinct. S. 34. num. 1.* sed contrarium tenuit Rota in *Brundusina gabellae* 13. *Febr.* 1604. *cora bon. mem. Penia*, si desint requisita, de quibus in ea.

Decimoquarto, limitatur in Laico, qui
323 dedit se, & sua bona alicui † monasterio, vel loco religioso, non mutato habitu, quia potest per Iudicem Laicum puniri, *Aufrer. seu Capell. Tolos. decis. 8. Clar. quaest. 35. vers. sed pone*.

Decimoquinto, limitatur in causa spolij
324 beneficialis, non per modum † ordinariae cognitionis, sed extraiudicialis defensionis, *Afflict. decis. 24. & 85.* Sed caute in hoc agendum puto, & pro hac resolutione recurrendum ad *Pen. decis. 377. in Oscen. Canonicatus 1. Decembris* 1595. *vbi & paenes Afflict.* deci-
325 ditur, quando Iudex secularis † possit se intromittere inter Clericos, saltem in possessorio, vt apud *Afflict. decis. 2.* praecipuè in
326 additione, & de A. C. qui non † habet iurisdictionem in beneficialibus, an possit cognoscere causas in possessorio, dicit *Ludouis. decis. 118. vbi addent.*

Decimosexto, limita in causa reconuen-
327 tionis: si enim Clericus conueniat † Laicum coram Iudice seculari, potest coram eodem reconueniri, maximè stante consuetudine,
328 vt per *Afflict. decis. 173.* † praeterquam in quatuor casibus relatis per *Felin. in cap. at si Clerici, ext. de Iud.* neque potest tunc Clericus in praeiudicium reconuentionis renunciare processui incepto, *dicta decis. 173. eiusdem Afflicti*.

De iurisdictione in Laicum, & causis mixti fori

Artic. XVI.

329 *Laicus per Laicum pro legato pio, an possit coram Ecclesiastico conueniri.*
330 *Et an processus sit nullus, nisi causa de sui natura spectet ad Ecclesiasticum.*
331 *Iudex Ecclesiasticus, & secularis saepè procedunt in causa mixti fori. & num. 332. 333.*
334 *Adulterium, concubinatus, sodomia, sacrilegiū, sortilegium, blasphemia, & falsitas commissa coram Laico, sunt delicta mixti fori. vsque ad num. 339.*
340 *Falsarius punitur à Laico, & ab Ecclesiastico. Delictum Laici in Ecclesiasticum spectat ad Iudicem Ecclesiasticum. ibid. & num. 342.*
341 *Absolutus ab vno foro, an possit ab alio puniri in delictis mixti fori. & num. 344.*
Declara prout etiam à nu. 343. vsque ad n. 346.
347 *Iudex Ecclesiasticus an debeat vti censuris, vel carcere, & in quibus delictis.*

LAicus vice versa, Laicum coram Iudice
329 Ecclesiastico, etiam pro legato † pio cōuenire non potest *Aufrer. alias Capell. Tolosa decis. 214.* & si conueniatur processus erit
330 nullus, † tanquam factus à Iudice incompetenti, nisi causa de sui natura spectet ad forū Ecclesiasticum, vt diximus supra, & *glos. in cap. fin. de rescript. in 6. & glos. & Doctor. in cap. licet, extra de for. compet.*

In multis tamen casibus tam Iudex Eccle-
331 siasticus, quam secularis † procedere potest, & dicuntur mixti fori, praecipuè in criminalibus, vt est crimen vsurariae prauitatis, quā-
332 do agitur † criminaliter; ciuiliter vero si oritur quaestio Iuris, an contractus sit vsurarius, & principaliter de hoc cognoscendum, tunc cognitio spectat ad Iudicem Ecclesia-
333 sticum. At si † incidenter per modum exceptionis opponatur contractum esse vsurarium, vel mandari restitui vsuras iam solutas, potest etiam coram Laico, *Couarru. lib. 3. variar. resolut. cap. 3. Clar. plenè quaest. 37.*

Adulterium pariter est mixti fori, quoad
334 poenam, *Abb. in cap. intelleximus*, † *extra de adult. Alciat. in cap. 1. extra de offic. ordin.* nisi agatur de separatione thori, quia tunc solus Iudex Ecclesiasticus est competens, *Dec. consil. 212. Guazzin. vbi supra tom. 1. fol. 26. num. 7.*

335 Concubinatus, † & sodomia, idem *Abb. in cap. cum sit generale, extra de for. comp. Clar. dicta quaest. 37. & Guazzin. ibidem num. 9.*

Dic idem de sacrilegio, & sortilegio, vt
336 refert *Clar. d. quaest. 37.* † *& in S. haeresis, vers. successiuè quaero, & Guazzin. ibidem num. 10.*
337 & 11. *fol. 26. & 27.* Licet de † crimine sacrilegij multis in locis Iudices Ecclesiastici non cognoscant, vt dicit *Clar. ibidem*; praeter-
338 quam † in percutiente Clericum, cuius cognitio, tanquam mixti fori spectat ad Ecclesiasticum.

339 Idem † dicendum de blasphemia, secundū *Guazzin. ibid. num. 5. & Clar. in cap. blasphemia, vers. hoc crimen.*

340 Falsitas † etiā Laici coram Iudice Eccle-

siastico falsum deponentis potest per vtrunque Iudicem puniri, & attenditur præuen-
341 tio causæ, quamuis Iudex secularis † falsarium punierit, non propterea impeditur Ecclesiasticus, quin ipse quoque possit pœna canonica eundem mulctare, per *Afflict. decis.*219. Licet secus sit in Clerico, vt supra.
342 Laici delictum † in Ecclesia non est mixti fori, sed spectat ad Ecclesiasticum, *Bartol. in .si cui, §.cum sacrilegium, ff. de accus. Clar. quæst.*38.*vers. vide etiam*.

Et nota, quod in delictis mixti fori, quã-
343 uis reus fuerit † absolutus ab vno ex Iudicibus, puta Ecclesiastico, poterit nihilominus pro eodem delicto puniri à Iudice seculari,
344 neque absolutoria nata ab vno † foro facit rem iudicatam in altero, *Bald.cons.*260.*vol.*3 Imò si fuit punitus ab vno, potest per alterum grauius puniri denuo, *Felin. cap. de his, num.*10. *extra de accus. Alciat. cap.*1.*nu.*128. *extra de offic. ord.* Licet secus sit in punito à
345 Iudice † Laico, quia iterum puniri non posset ab Ecclesiastico, sicuti etiam ab eodemmet Iudice non posset puniri bis, semel enim
346 punitus † non est iterũ puniendus, nisi interuenerit fraus ex parte Iudicis; quo casu siue sit minus punitus, siue sit absolutus, potest denuo puniri, *Bald. cons.*34. *in fin. volum.*1. *Clar. quæst.*14. *vers. sed hic occurrit, & cum sequenti, latissimè Boss. in tit. de for. compet. num.* 79. *& seq.* Et de materia videndus est *Guazzin. tom.*1.*cap.*11. *num.*35. *fol.*27.

An autem Iudex Ecclesiasticus debeat vti
347 carceratione, & similibus, † vel potius censuris, magna est Doctorum controuersia, & magis communis videtur esse via censurarum: sed in hoc videtur standum consuetudini Laicorum, *Clar. dict. quæst.*37. *in fine, & Guazzin. vbi supra.*

De iurisdictione in exemptos.
Artic. XVII.

348 *Iurisdictio aliquando est nulla propter priuilegium personale.*
349 *Iudices Conseruatores, quam habeant iurisdictionem.*
350 *Et an impediant iurisdictionem, & quando. & num.*351.352.
353 *Conseruatoria non conceditur vltra quinquennium.*
354 *Iudex Conseruator, si allegatur suspectus, quid agendum est.*
355 *Exempti non habentes Conseruatorem an conueniantur coram ordinario. & num.*356.
357 *Exempti quinam dicantur, & qui subsint ordinario. & num.*358.

348 PRopter priuilegium quoque particulare personæ, iurisdictio † est nulla, ideo exemptus à iurisdictione alicuius, coram illo conueniri non potest: quare si Clericus eximitur à iurisdictione ordinarij, eique cõcedatur, vt non possit conueniri nisi coram certo Iudice, qui Conseruator appellatur, processus factus contra eum coram alio Iudice in causis comprehensis in Conseruato-
349 ria erit nullus. De his † Conseruatoribus, quam iurisdictionẽ habeant, in quibus causis eam exercere possint, qui deputari valeant, & in quo differant à Iudicibus delegatis, videndus est *text. & glos. in cap. fin.de offic. deleg. in* 6. *& in cap. de priuil. eodem lib.*

Hodie vero Conseruatoriæ cum quibus-
350 uis † clausulis concessæ Clericis non impediunt, sic mandante Concilio Tridentino;
351 quia Ordinarij † in causis ciuilibus, & criminalibus, & mixti fori, pro iure quomodolibet, cesso in causis mercedum, aut miserabilium personarum, contra exemptos procedere, & inquirere, ipsique accusari, & conueniri coram ipsis valent, neminem autem coram Conseruatore trahere possunt: & licet
352 Conseruatoria comprehendat † etiam familiares, duo tantum conseruati sumptibus viuentes comprehenduntur. De istis autem Conseruatorijs quomodo concedantur, dicit *constitut.*9. *Gregorij XV. in Bullar. nou. tom.*3.*fol.*288.

Quomodocunque autem concedatur, per
353 quinquennium, & † non vltra durat; quo elapso statim expirat. Et si super iurisdictione inter Ordinarium, & Conseruatorem
354 quæstio † oriatur, vel Conseruator allegetur suspectus, debent eligi arbitri, Cõseruatorq; interim procedere nequit, exceptis Conseruatorijs Vniuersitatum, & Hospitalium, hospitalitatem actu exercentium, quæ hodie etiam tantum valent, quantum sonant, vt cauetur in *Concil. Trid. sess.*14. *cap.* 5. *& dicta constit* 9. *Gregorij XV. fel. record.*

Similiter Clerici seculares, vel regulares
355 exempti, si Conseruatorem † non habeant possunt coram Ordinarijs, tanquam Apostolicæ Sedis Delegatis conueniri.
356 Si vero habent Conseruatores, † præmissa seruantur *Concil. Trid. sess.*7. *cap.*14. *& dict. constit.*9. *Gregor.XV.* quam edidit super forma eligendi istos Conseruatores, & declarat eorundem authoritatem.

Exempti etiam ratione Protonotariatus,
357 Acolitatus, Capellaniæ † Regiæ, vel oblati Monasterijs, seruientes Collegijs, & Militijs, nisi professionem emiserint, & intra eorum septa viuant, de quo Ordinarijs constare debet, subsunt in omnibus & per omnia, non obstante exemptione, iurisdictioni Ordina-
358 riorum, *Concilium Trident. sess.* 24. *cap.*11. Quomodo vero Ordinarij possint contra Canonicos, & alios de Capitulo in Cathedralibus,

dralibus, & Collegiatis Ecclesijs in causis criminalibus, non obstantibus priuilegijs, consuetudinibus, & exemptionibus procedere, videnda est *sess.25. cap.6. de reform.*

De Iurisdictione in delinquentes.

Artic. XVIII.

359 *Episcopus an possit procedere contra Clericum forensem.*
360 *Forensis sortitur forum ratione domicilij, vel ratione delicti. & num.361.*
362 *Iudex procedit contra Forensem, qui falsum coram se deposuit.*
363 *Forensis potest puniri secundum statuta loci delicti. & num.364.*
365 *Iudex originis, & domicilij an teneatur remittere reum ad Iudicem delicti. & nu.366. 367.*
368 *Remissio rei an fiat pro leuibus delictis, etiamsi agatur ciuiliter.*
369 *Curia Romana, nunquam remittit reum, sed vt patria communis cognoscit.*
370 *Reus de pluribus inquisitus coram diuersis Iudicibus, an remittatur de vno ad alium.*
371 *Absolutus à Iudice delicti, an possit molestari à Iudice originis.*
372 *Condemnatus à duobus, an soluens pœnam vni, teneatur etiam alteri.*
373 *Gratia obtenta in loco delicti, an suffragetur in loco originis.*
374 *Et quid in foro Pœnitentiariæ.*
375 *Confessio an sit facienda proprio Sacerdoti.*
376 *Delictum an possit puniri vbi cœptum fuit, & iuxta quas leges. & num.377. 378.*
379 *Iudex originis, & domicilij qualiter procedant siue in ciuili, siue in criminali. & n.380. 381.*
382 *Vagabundus punitur vbicunque reperitur, & quis dicatur talis. & num.383.*
384 *Vagabundus quo iure puniatur, & quomodo. & num.385.*
386 *Fur repertus cum re furtiua potest vbique puniri.*
387 *Delinquens in vno loco, quando possit in alio puniri; & quando sit locus remissioni. & numer.388. 389.*
Iudicium vnũ, quando faciat aliud cessare. ibid.
390 *Nullitas iurisdictionis potest oriri ratione personarum, loci, & temporis. & num.391. 392.*
393 *Iurisdictio delegantis, & delegati potest esse nulla, remissiuè.*
394 *Competentia, vel incompetentia Iudicis, quomodo cognoscatur.*

EPiscopi quoque ratione cuiuscunque
359 priuilegij contra Clericos aliàs sibi †
non subditos, sine interuentu Ordinarij loci,
dummodo resideat, vel personæ ab eo, deputandæ,
procedere nõ possunt. Cum etiam
360 reus sortiatur forum ratione † originis; domicilij, & delicti, concurrantque multoties

Iudices in hoc, prętendentes quilibet ratione
aliqua ex prædictis reum sibi subesse, possitq;
consequenter ex hoc nullitas iurisdictionis
361 succedere. Ideo sciendum est, † quod delinquens,
ratione delicti sortitur forum illius
Iudicis, in cuius iurisdictione delinquit,
potestque reum punire, quamuis aliàs non
sit illi subiectus ratione originis, vel domicilij,
*l. 1. vbi glos. & Doctores, C. vbi de
crimin. agi oportet. Scribentes in l. solent. ff. de
custod. & exhibit. reor. cap. fin. vbi glos. extra de
for. compet.* & hac ratione Iudex potest pu-
362 nire testem falsum coram se † deponentem,
etiam sibi aliàs non subditum aliqua ratione,
vt diximus supra, & tradit *Clar. quæst. 38.
vers. sed quæro, & Guazzin. fol. 66. num. 11.
tom. 1. fol. 68. num. 4. tom. 2.*

Ampliatur ista conclusio, primo, vt etiam
363 Forensis delinquens † possit puniri secundũ
statuta loci delicti, etiam quod delictum resultet
ex prohibitione, statuto, vel constitutione
illius loci, etiam quod de Iure communi
non sit delictum: datur exemplum
364 † in extractione frumẽti, in delatione armorum,
& in similibus; tribuitur enim, tunc,
vt plurimum arbitrio Iudicis, qui habita
ratione personæ, & scientiæ, vel ignorantiæ
prohibitionis, pœnam ordinariam minuere
potest, *Clar. quæst. 85. vers. secundus casus,* &
vide *Guazzin. tom. 1. fol. 66. num. 19.*

Secundo ampliatur, vt Iudex domicilij,
365 & originis reum tradere, † quotiescunque
fuerit requisitus, & ad Iudicem delicti remittere
debet, *Cepol. cons. crimin. 58. Curtius
Iun. in l. hæres absens, ff. de Iudic.* Fitque hu-
366 iusmodi remissio, † quamuis Iudex remittens
non habeat facultatem procedendi super
illo delicto; sufficit enim quod Iudex
cui fit remissio, possit procedere, licet *Boss.
tit. de for. comp. nu. 52.* contrarium tenuerit.
367 Hoc tamen seruatur, † dummodo fiat remissio
inter subditos eiusdem Principis; in Iudicibus
enim diuersorum, non fiunt remissiones,
nisi adsint confœderationes, vel capitula
hoc disponentia, *Cepol. d. cons. 58. Couarru.
pract. quæst. cap. 11.* vbi latissimè hanc
materiam tractat, *Clar. quæst. 38. vers. est autem.
& Guazzin. tom. 1. fol. 29. num. 1. & defens.
34. cap. 3. num. 1. & sequenti;* & quomodo
fiat, vide ibidem *fol. 46. num. 83.*

Non fit etiã remissio pro leuibus delictis,
368 neque si agitur ciuiliter pro crimine, † etiã
grauissimo *Abb. in cap. fin. num. 15. extra de
for. compet. Couar. d. cap. 11. Duen. regul. 278.
Aufrer. Tolosan. decis. 319.*

Curia quoque Romana, numquam remit-
369 tit, quia est communis † Patria, & ibi quilibet
potest conueniri, & puniri, *Oldrad. consil.
124. in fin. Clar. quæst. 38. vers. scias tamen.*

Tertio ampliatur, vt reus quamuis sit in-

370 quisitus, de pluribus † delictis à diuersis Iu-
dicibus, uno processu per vnum debeat re-
mitti ad Iudicem delicti puniendum pro eo,
Boss. in tit. de for. compet. num.58.
Quinto ampliatur, quod si reus fuit abso-
371 lutus per Iudicem loci † delicti, non poterit
per Iudicem loci originis, aut domicilij de
372 Iure molestari: similiter si † fuit per vtrun-
que Iudicem in contumaciam condemna-
tus, soluta pœna in loco delicti, non potest
amplius in loco originis molestari, licèt de
consuetudine hoc non seruetur in Iudicibus
diuersorum Principum, quia vterque Iudex
potest condemnare, *Aret. in cap. de his. nu.20. extra de accus. Clar. quæst.57. vers. scias etiam,*
& desuper videndus *Guazzin. in defens. 35. cap.11. defens.2. cap.7. & tom.1. fol.1 9. n.57.*
Gratia autem obtenta in loco delicti nun-
373 quam suffragatur † in loco originis, *Clar. ibid. vers. habet etiam.*
374 Limitatur † hæc conclusio primo, vt non
375 procedat in foro pœnitentiali; † peccans
enim extra locum originis, vel domicilij
tenetur omnino peccata de Iure confiteri
proprio Sacerdoti, nec sortitur forum alibi
ratione delicti, *glos. in cap. placuit 16. quæst.1. Couar. practicar. qq. dict. cap.11. nu.3. vers.1. Duen. regul. 378. in princip. Guazzin. tom. 1. fol.66. num.15.*
Limita secundo, vt procedat in delicto
376 consummato, nec sufficit, † quod sit inchoa-
tum; Hinc est, quod mandans in vno terri-
torio committi maleficium in alio territo-
rio, debet puniri per Iudicem territorij, in
quo fuit delictum inchoatum, *Abb. in cap. fin. nu.27. extra de for. comp. Clar. d. quæst.38.*
377 *vers. item quæro*; † licet ibidem asserat alias
fuisse seruatum contrarium, & mandantem
punitum in loco originis, & domicilij, vbi
præcesserat mandatum. *Guazzin. to.1. fol.37. num.7.*
Limitatur tertio, vt non propterea impe-
378 diatur Iudex originis, & domicilij, quin pos-
sit procedere, diuersimode tamen: in causis
379 enim ciuilibus Iudex † originis potest pro-
cedere, dummodo conuentus ibi reperiatur,
aliàs secùs: Iudex vero domicilij, etiam con-
tra absentem, *Bart. in l. assumptio, §.1. ff. ad municipal. Alex. in l. cum quædam puella nu.5. de iurisdict. omn. Iud.*
In criminalibus verò reus potest puniri,
380 etiamsi sit † absens, per Iudicem originis, &
domicilij, etiamsi procedatur ex officio,
Cagnol. in dict. l. fin. num.153. Clar. quæst.39. Boss. in tit. de for. compet. num.182.
Quinimo etiam Iudex loci, in quo delin-
381 quens assiduè conuersatur, † saltem per de-
cennium, eum punire potest, *Boss. dict. tit. de for. comp. num.72.* licet hoc non obseruetur
Clar. d. quæst.39. vers. quæro, nunquid.

Limitatur quarto in vagabundo, qui vbi-
382 cunque reperiatur potest ibidem puniri, †
glos. fin. in l.1. C. vbi de crim. Bart. in l. hæres absens, §. proinde, ff. de Iud.
383 Diciturque vagabundus, † qui in aliquo
loco domicilium certum non habet, vt sunt
banniti, si nullibi habent certam habitatio-
nem, *Clar. latè dict. vers. quæro, nunquid, & Guazzin. tom.1. fol.177. num.25.*
An autem tunc Iudex in puniendo debeat
384 seruare Ius commune, † statuta loci delicti,
originis, vel domicilij, vide eundem *Clar. quæst.85. & Guazzin. tom.1. fol.66. num.15.*
385 Quinto declaratur † supradicta conclusio,
quod quamuis Iudex propter incompeten-
tiam, quouis respectu non possit punire
delinquentem, potest nihilominus pœnam
aliorum delictorum, pro quibus contra eum
procedere potest, aggrauare, *Clar. d. quæst.49. in fin. & in §. furtum, vers. sed pone.*
Limitatur sexto, in fure reperto cum re
386 furtiua, qui potest vbique † puniri, *Bartol. in l. si Dominum, num.2. ff. de furtis.* Licetque
forsan communis opinio Doctorum, sit con-
tra Bartolum, opinio tamen Bartoli serua-
tur. *Clar. quæst.38. vers. cum suis, & Guazzin. tom.1. fol.36. num.1. & sequenti.*
Latè de huiusmodi materia, quando in-
387 quisitus, vel condemnatus in vno loco † de
iure possit inquiri, vel condemnari in alio;
388 Quando † vnum Iudicium faciat cessare
aliud: An & quando remissioni locus sit, vi-
de *Boss. d. tit. de for. compet. num.79. cum seq. & Guazzin. locis citatis.*
Ex quibus causis quis sortiatur forum in
389 omni materia tam † ciuili, quam criminali,
vide *Marian. in rubr. extra de for. compet.* vbi
enumerat 119. causas, & vide *Guazzin. to.1. fol.66. num.15. & defens.1. cap.27.*
Ratione personarum potest etiam aliun-
390 de oriri nullitas, vt quia † legitimam perso-
nam standi in Iudicio non habeant: de qui-
bus dicemus infra, *in cap. sequenti de Procuratore, & mandato.*
391 Ratione † etiam loci nullitas oritur, vt
quia extra territorium.
392 Ratione † vero temporis, vt quia tempo-
re incongruo, vel post expiratam iurisdictio-
nem Ius dicatur.
393 Delegantis, & Delegati iurisdictio ordi-
naria, ac delegata potest esse nulla, vt latè
per *Vant.* ad quem est recurrendum, *in cap. de mod. & ord. vid. proc. & in cap. de null. ex defect. iurisdict. ord. ac in cap. nullit. ex defect. iurisdict. deleg.*
394 Ad cognoscendam † etiam cõpetentiam,
vel incompetentiam Iudicis, est recurrendũ
ad quinque considerationes; de quibus per
Boss. in dict. tit. de for. compet. in princ.

De

De exceptione fori declinatoria.

Artic. XIX.

395 *Exceptio nullitatis defectu iurisdictionis dicitur personalis.*
396 *Exceptio declinatoria competens principali, an competat fideiussori.*
397 *Laicus fideiussor Clerici an possit conueniri coram Laico.*
398 *Contumax non opponit declinatoriam fori. & num. 399.*

Quomodocunque ergo insurgat nulli-
395 tas ex defectu iurisdictionis, † opponaturque exceptio declinatoria fori aduertendum est, quod huiusmodi exceptio est personalis, non autem realis, neque transit in singularem successorem, sicut etiam non transit contra ipsum, *Bartol. in l. si tertius, §. si quis, ff. de aqua pluu. arcen. Bald. & Angel. in l. si quis rem. ff. de Procur. Afflict. de-*
396 *cis. 74.* Hac ratione † exceptio declinatoria competens principali non competit fideius-
397 sori, *l. si reus, ff. iud. sol.* Ideo † Laicus fideiussor Clerici poterit conueniri coram Iudice seculari, non obstante quod principalis coram illo conueniri non possit, *Bald. in l. 1. in fin. C. de priuil. dot. Afflict. dec. 206. Boss. in tit. de carc. fideiuss. committ. num. 52.*
398 Contumax etiam † non potest opponere exceptionem declinatoriam fori, quamuis deinde comparendo contumaciam purgauerit, dummodo priuilegio fori renunciare possit: illi enim qui priuilegio fori ex-
399 presse renunciare † nequeunt, vt sunt Clerici, neque etiam per contumaciam tale priuilegium amittunt, *Afflictus decis.* 133. & dicemus inferius, vbi tractabimus, quomodo inducatur consensus in iurisdictionem.

An nullitas defectu iurisdictionis impediat executionem.

Artic. XX.

400 *Nullitas iurisdictionis est maior omnibus; & semper potest opponi; & ampliatur; & limitatur multipliciter. & vsque ad num. 414.*
411 *Processus tenet si Iudex non est penitus incapax iurisdictionis.*

400 Nullitas † ergo defectu iurisdictionis dicitur maior alijs omnibus nullitatibus, quæ in Iudicio opponi possunt, ita quod
401 licet nullitas † aliqua ad impediendam executionem trium sententiarum conformium
402 allegari non possit, *Clem. † vt calumnijs de re iud.* Hæc tamen poterit opponi, *glos. fin. in Clem. vnic. de sequestr. possess. & fruct. Vbert. de citat. cap. 11. num. 62. fol. 495. tom. 2. Rot. decis. 333. n. 2. par. 4. recent.* nisi fuerit consensu partium validata, *Rot. decis. 9. nu. 4. dict. par. 4. recent.*

403 Ista conclusio ampliatur † primo, etiam quod statutum, rescriptum, vel constitutio disponant nullam exceptionem, vel nullitatem posse admitti, etiam aduersus tres conformes, *Card. in d. Clem. vnic. Felin. in cap. pastoralis, nu. 11. extra de rescript. Staphil. cap. 4. fol. 380. num. 11. Vant. de nullit. cap. de null. ex defect. iurisd. ord. in princip.*

Secundo, etiam quod statutum disponat
404 † non posse reclamari, appellari, recursus haberi, aut aliquid dici contra sententiam, vel pars iurasset nō dicere de nullitate: quia poterit nihilominus saltem per viam exceptionis, huiusmodi nullitatem opponere, *Franc. in cap. dilecto num. 167. extra de appell. Vant. cap. quis possit dicere de nullit. num. 37.*

405 Tertio ampliatur, quod Iudex etiā † parte non vocata, vel absente, huiusmodi nullitatem reuocare potest, *Abb. in cap. causam, quæ, extra de rescript. Felin. in cap. olim, extra de re iud. Vant. cap. de null. ex defect. iurisd. ord. num. 5.*

Quarto, quod quamuis per Principem sanentur omnes nullitates cum clausulis
406 † quātumuis prægnantibus, hæc tamen nunquam censetur sanata, *Staphil. dict. fol. 380. num. 11. Gomes. in dicto compend. fol. 167.*

Ratio autem potissima præmissorum ea
407 est, quia statuentes, & † ius dicentes habent semper pro constanti, quod adsit iurisdictio cum de ea in primis, & ante omnia constare debeat, *cap. cum in iure, extra de offic. deleg.*
408 Et cum dicimus † sententiam non posse dici nullam, præsupponimus, quod sit sententia, & sic quod adsit iurisdictio, vt in supradictis, & notat *Staphil. dicto fol. 380. num. 1. & seq. Vant. d. cap. quis poss. dic. de null, num. 38*

409 Ideo, † licet aliæ nullitates soleant aliquando per Signaturam sanari, hæc tamen nunquam omnino sanatur propter defectum solemnitatis, & consensus, qui coram alieno Iudice interuenire non potuit, *Abb. in cap. significasti num. 22. extra de for. compet. Staphil. d. cap. 4. fol. 374. Gomes. dicto fol. 167. Vant. d. cap. de null. ex defect. iurisdict. eodem nu. 6.*

410 Et ad probandum † huiusmodi nullitatem, sufficit simplex negatio per productionem actorum, in quibus non censetur Iudicem habuisse iurisdictionem; vel per testes litteratos, & fide dignos, qui interuenerint processui, deponentes talia necessaria facta non fuisse, *Vant. multos cumulans, cap. d quo. & à quibus nullit. prob. poss. num. 12. vsque ad num. 21.*

Limitatur tamen supradicta conclusio,
411 primo vt nō procedat in nullitate † calumniosē

niosè proposita, sed in notoria, & euidenti,
& ita loquuntur omnes Doctores supra ci-
tati, si bene videantur, & in specie, *Vant. d.*
412 *cap. ex defect. iurisd.* † *ord. nu.* 5. repelliturque
proponens calumniosè huiusmodi nullita-
tem, vt si quis vellet impugnare iurisdictio-
nem patentem, & notoriam alicuius Iudicis:
413 Ideo † ad excludendam huiusmodi nullita-
tem, satis erit probare, Iudicem tunc fuisse
in possessione ius dicendi, & pro tali habi-
414 tum, *Rot. decis.* 129. *nu.* 1. *par.* 4. *recent.* † Se-
cundo, quando non est totalis defectus iu-
risdictionis, si enim est probabilis, & scien-
ter prorogetur, tollitur omnis nullitas, *glos.*
in l. cui, in verb. patientia, C. qui pro sua iurisd.
Bartol. in l. 1. *ff. de Iud. Staphil. dicto fol.* 380.
Rota dicta decis. 9. *par.* 4. *recent.*

Et si Iudex non est penitus incapax iu-
415 risdictionis, licet patiatur † defectum impe-
ditiuum suæ potestatis, sententia lata per
ipsum tenet, quando à principio non fuit
oppositum, *Felin. post alios in cap. suscitatus,*
extra de rescript. Vant. in cap. quib. mod. null.
san. poss. num. 54.

Iurisdictio quomodo prorogetur.
Artic. XXI.

416 *Iurisdictio quælibet an possit tacitè, vel expressè*
impugnari.
417 *Iurisdictio an possit impugnari ab eo, qui semel*
consensit.
418 *Et quid si Iudex declarauit se competentem.*
419 *Iudex bene est, quod se declaret competentem,*
si dubitatur de iurisdictione.
420 *Contra contumacem, & contra comparentem, qua*
distinctione agatur.
421 *Iurisdictio an possit prorogari à parte, absque*
consensu proprij Iudicis.
422 *Limitatur tamen in Clerico.*
423 *Iudex incompetens an fiat competens in causa*
reconuentionis.
424 *Limitatur tamen pluribus modis. vsque [illegible]*
mer. 435. *& seqq.*
441 *Iudex ordinarius prorogata iu[illegible], an possit*
denuo cognoscere de nullita[illegible]m. 442.

ET pro intell[illegible]rix consensus
416 in iurisdicti[illegible] prroga-
tionis, sciendū [illegible]io cuiusuis
Iudicis Ord[illegible]ati in ciuilibus,
& criminalibu[illegible] potest, non solum
expresse, [illegible] tacite, *Bart. Castren. Curt.*
Iun. Ca[illegible] Doctores communiter in l. 1.
ff. de I[illegible]ando autem expresse, vel tacite
fiat d[illegible] infra.

A[illegible]liatur conclusio primo, quod qui se-
417 me[illegible] consensit † in iurisdictionem, non potest
a[illegible]ius eam impugnare, *Vant. d. cap. quib.*
mod. nullit. san. poss. num. 36. præcipue si Iu-
418 dex † incompetens pronunciauit se compe-
tentem, & pars ab huiusmodi sententia non
appellauit, tunc enim quamuis iurisdictio
esset alias elidibilis, nō potest amplius de ea
dubitari, nec opponi, quamuis prorogatio,
& consensus haut per errorem, vt infra di-
cam in quarta limitatione.

Ideo notandum est pro regula in hac ma-
419 teria, bonum esse, quod † quando dubitatur
de iurisdictione, Iudex pronunciet se compe-
tentem, *Felin. in cap. si duobus, nu.* 8. *extra de*
appell. Vant. d. cap. quib. mod. null. san. poss. n. 8.
potest enim cognoscere an sua sit iurisdictio,
vt asserit remissiuè *Franc. in cap. ad audien-*
tiam num. 2. *extra de appell.*

Sed si agitur contra cōparentem, satis est,
420 quod procedat ad vlteriora, † secus si cōtra
contumacem, *Rota in Ceruien. bonorū* 29. *Mar-*
tij 1647. *coram R. P. D. Ghislerio, in manuscri-*
ptis, vbi etiam, quod Iudex, qui reponit à
decreto moderationis, dicitur velle proce-
dere in negocio principali, & declarare se
competentem.

Ampliatur secundo, vt pars possit iurisdi-
421 ctionem Iudicis aliàs incompetentis † pro-
rogare, etiam absque proprij Iudicis con-
sensu, quamuis de eiusdem Iudicis præiudi-
cio agatur, vt quia esset recepturus sportu-
las, *Bartol. & alij in l.* 1. *§. & post operis, ff. de*
non. oper. nūnciat. Capic. decis. 9. *in princip. &*
num. 11.

Nisi esset Clericus, qui alterius iurisdictio-
422 nem sine licentia sui Episcopi † prorogare
non potest, *Bart. & alij in d. §. & post operis,*
Gemin. in cap. 1. *de for. compet. in* 6. *Abb. &*
alij in cap. significasti, extra eodem tit.

Ampliatur tertio, in causa reconuentio-
423 nis, in qua Iudex aliàs incompetens † sem-
per efficitur competens, vt in notatis in *l.* 1.
ff. de Iud. Afflict. decis. 27.

424 Limitatur tamen pluribus modis: † & pri-
mo, vt non procedat, quando Iudex fundi-
tus careret iurisdictione, vel penitus esset
incapax iurisdictionis: cum enim loquimur
425 de prorogatione, & † consensu, præsuppo-
426 nimus iurisdictionem adesse: vt † si loqua-
mur de ordinario, si sit furiosus, mutus, sur-
dus, impubes, &c. vel nunquam habuerit
iurisdictionem in causis similibus, vt si Iu-
dex ciuilis pronunciaret in criminalibus;
similiter si Iudex secularis procedat contra
Clericum, qui eius iurisdictionem nullo mo-
do prorogare potest, vt dixi supra; quod vi-
deri poterit in delegato, si nunquam ei cau-
sa commissa fuerit, vt *Doct. in l.* 1. *ff. de Iud.*
Abb. in cap. si diligenti, num. 14. *extra de for.*
compet. Imol. in cap. P. & G. num. 48. *extra de*
offic. deleg. Vant. dict. cap. quib. mod. null. san.
poss. num. 14. *Clar. quæst.* 42.

Item limitatur secundo, vt procedat in
præ-

427 præiudicium partis prorogantis, † non autem Reipublicæ, vel Iudicis, ad quem huiusmodi cognitio aliàs spectaret, *Abb. Imol. & Clar. ibidem*. Ideo multi voluerunt, quod subditus non possit absque Domini consen-
428 su † prorogare iurisdictionem alterius Iudicis non subditi Domino suo, de quo vide latè *Capic. dicta decis.9. num.2.*

429 Item limitatur tertio, † quando prorogatio fit per personam inhabilem, vt per minorem, qui iurisdictionem Iudicis incompetentis etiam suo iuramento prorogare non potest, cum non habeat personam legitimam standi in iudicio absque Tutore: nisi huiusmodi prorogatio sit omnino vtilis, *Felin. in dict. cap. P. & G. num.10. extra de offic. deleg.*

Procurator vero an, & quando possit iu-
430 risdictionem † Iudicis incompetentis prorogare, vide infra in capitulo *de Procuratore*, & mandato in particulari; Mandatum ad quæ se extendat.

Item limitatur quarto, quādo pars igno-
431 raret incompetentiam † Iudicis, non potest enim consentire, quando errat, cum nihil sit magis contrarium consensui, quam error, *l. si per errorem, ff. de iurisd. omn. Iud. glos. in l.vn. verbo patientiam, C. qui pro sua iurisdict. Staphil. d. cap.4. fol.380. Vestr. lib. 5. cap. de reiter. terminorum, fol.123.* nisi Iudex pro-
432 nunciasset se esse † Iudicem competentem, quia tunc si non appellatur, firmatur iurisdictio non obstante errore, *Bartol. in l.2. ff. si quis in ius vocat*, & in duobus alijs casibus quos refert *Felin. in dicto cap. P. & G. nu.13.*

Item limitatur quinto, in causis reserua-
433 tis Principi, in his enim iurisdictio † alterius Iudicis prorogari non potest, *cap. per venerabilem, §. insuper, extra, qui filij sint legitimi, Alex. & Ias. in d. § & post operis, Capic.*
434 *dicta decis.9. num.13.* Vel si iurisdictio † talis Iudicis esset taliter restricta, quod nullo modo posset in huiusmodi causa se intromittere, tunc enim iurisdictio etiam de consensu partium prorogari nō potest, quia esset potius nouam iurisdictionem dare, quàm datam prorogare, *Capic. ibidem num.15.*

Item limitatur sexto illud, quod diximus
435 quādo Iudex pronunciat † se competentem, vt procedat, si expresse super hoc interloquatur, non autem quando tacitè per processum ad vlteriora; non enim habet eandem vim, *Felin. in cap. suborta, extra de re iud. [illegible] cap. super litteris, extra de rescript. Marsil. in [illegible]us, num.99. ff. de quæstio.*

I[illegible] Iudex procedendo contra contu-
436 macem pronunciet, vt dixi, expresse † se competentem, & sententia transeat in iudicatum, licet contumax non dicatur consen-
437 tire † in iurisdictionem, nec eam prorogare *Innoc. in cap. in notoria, extra de eo, qui furt. ord. suscep. Franc. in cap. si duobus, num. 14. extra de appell.* non poterit tamen amplius dicere
438 † de nullitate iurisdictionis: secus si tacitè, & per processum ad vlteriora, quia tunc posset eam semper opponere, *Franc. in d. cap. si*
439 *duobus num.19.* Similiter per processum † ad vlteriora, Iudex nunquam pronunciat se Iudicem competentem, nisi prius fuerit oppositum de incompetentia, poteritque semper opponi, *Franc. in dicto cap. si duobus, num.16.* vbi late tractat, an, & quando Iudex incompetens pronunciando se competentem contra præsentem, vel contumacem, firmet suam iurisdictionem.

440 Item septimo limitatur, & declaratur † huiusmodi materia, quod iurisdictio quæ prorogatur, non alteratur, nec mutatur, sed solummodo ampliatur: quæ quidem amplia-
441 tio † non alterat suam naturam, sed remanet talis, qualis erat prima. Ideo Iudex ordinarius, cuius iurisdictio fuit prorogata, poterit denuo de nullitate cognoscere, cum per sententiam eius iurisdictio non expiret, *Guidopap. decis.462.* quod procedit si non
442 † detulit appellationi, quia si detulit expirat iurisdictio, & non potest se amplius intromittere, *Rota in Eugubina prædij 14. Iunij 1649. coram R. P. D. meo Cerro, inter volanter.*

Iurisdictio quomodo prorogetur.
Artic. XXII.

443 *Differentia quæ sit, quando Iudex se declarat competentem tacitè, vel expressè; & quando tunc possit dari de nullitate.*
444 *Consensus in iurisdictionem an possit fieri tacitè, & expressè.*
445 *Producens mandatum procuræ, an dicatur consentire.*
446 *Tacitus cōsensus in iurisdictionem, per quos actus induci possit.*
447 *Præstans cautionem de stando iuri, an dicatur consentire in iurisdictionem.*
448 *Et quid si petatur copia libelli. & num.449.*
450 *Et quid si dicens citra consensum, alios actus faciat non repetita protestatione. & num.451.*
452 *Patientia sola an sufficiat ad inducendum consensum in iurisdictionem. & num.453.*
454 *Actus facti præsente parte, & non contradicente, an inducant prorogationem iurisdictionis.*
455 *Limitatur tamen prout num.456.*
457 *Contumax comparens, etiam in secunda instantia an possit allegare defectum iurisdictionis.*
458 *Et quid si oppositio facta redderet ipso iure iudicium nullum.*
459 *Exceptiones declinatoriæ, quando possint in prima, vel secunda instantia opponi.*
460 *Iudex an allegetur suspectus absque speciali mandato.*

461 *Et*

461 *Et quid in curia, si mandatum superueniat antè sententiam.*
462 *Et extra curiam, an, & quando fieri debeat Iudicis recusatio.*

PRorogatio autem iurisdictionis, & con-
443 sensus in illam, potest non † solum fieri
expresse, sed etiam tacite, per *Bartol. in l. 1.*
ff. de Iud. quem omnes sequuntur, nisi simus
in casu, in quo ex iuris dispositione requi-
ratur expressus, quia tunc tacitus non suffi-
ceret, *Rota decis. 15. de offic. deleg. in nou.*
Inducíturque tacitus consensus per actum
444 positiuum factum coram † Iudice, qui citrà
iurisdictionem explicari non possit, vt ser-
uatio alicuius termini, productio iurium, vel
similes, *Cassad. decis. 3. de rescript.* & de Procu-
445 ratore citato ad docendum de mandato †
alias videndum &c. quod si producit man-
datum absque protestatione, dicatur consen-
tire, dixit *Rota in dict. Ceruien. bonorum co-*
ram Ghislerio, si enim talis actus non sona-
446 ret † in agere, sed in pati, non prorogaret iu-
risdictionem *Rota in Auenionen. attentatorum*
10. Iunij 1648. coram R. P. D. meo Celso, in-
ter volantes.
447 Ideo prestando cautionem † de stando iuri,
& iudicatum soluendo, quis non dicitur
cõsentire in iurisdictionem, *Bart. in l. vir bo-*
nus, ff. iudic. soluen. Imol. in l. quidam consule-
bant, ff. de re iud. Afflict. decis. 133.
Similiter per petitionem copiæ libelli, aut
constitutionem Procuratoris ad comparen-
448 dum coram † Iudice, non inducitur tacitus
consensus, possuntque nihilominus proponi
exceptiones declinatoriæ fori *Felin. in cap. in-*
ter monasterium numer. 9. 11. & per totam, extra
de sent. & de re iud. vbi latè declarat quomo-
449 do proponens exceptiones † dilatorias dica-
tur in Iudicem consentire. hi enim actus pos-
sunt sine iurisdictione expediri.
450 In tantum autem sufficit † actus positiuus
ad inducendum huiusmodi consensum in iu-
risdictione, quamuis illum faciens proteste-
tur se non intendere propterea, neque per
quemlibet alium actum faciendũ consentire
in iurisdictionem, velleque huiusmodi prote-
stationem habere semper pro repetita: si ni-
451 hilominus faciat † alium actum alias suffi-
cientem, non repetita protestatione, induci-
tur per illum actum consensus in iurisdictio-
nem, iuxta notata *per Alex. Ias. & alios commu-*
niter in l. non solum, §. morte, ff. de nou. oper. nunc.
& per Abb. & alios in cap. sollicitudinem extra
de appell. Put. dec. 1. 43. de Iud.
452 Patientia vero † sola non sufficit ad indu-
453 cendum huiusmodi consensum: licet † enim
regulariter in iudicio taciturnitas habeatur
pro consensu, etiam in preiudicialibus *l. cum*
extendimus, §. fin. ff. de fideiuss. Bart. in l. si duo
Patroni, §. idem Iulianus ff. de iur. iur. glos. &
Gemin. in cap. 2. de accus. in 6. Felin. in cap. cum
in iure, extra de offic. deleg. Vant. dict. cap. quibus
mod. nullit sanari possit num. 61. in simili *Gallef.*
in tract. de oblig. Camer. quæst. 20. num. 12. vbi
adden. fol. 127. & seq.
454 Valent etiam actus † in iurisdictione par-
te præsente, & non contradicente facti, ac si
consensisset, *Felin. in dict. cap. cum in Iure*
num. 9.
In pluribus tamen regula cessat, & ideo
455 permittens † se citari, non propterea dicitur
consentire *Cassad. dict. decis. 3. de rescript.* si-
456 cut † etiam diximus de contumace, qui per
non comparitionem non dicitur in iurisdi-
ctionem consentire, *Franc. & alij in cap. ad*
petitionem extra de accus.
457 Aduertendum tamen † est, quod contu-
max si deinde compareat, non potest etiam
in secunda instantia allegare exceptiones
declinatorias, per quas reddatur iudicium
nullum, sed tenetur prosequi eam in statu, &
terminis in quibus reperitur, *glos. in cap. 1. in*
verb. absentia, vbi Doct. de elect. in 6. nisi es-
458 set † talis, quæ redderet iudicium ipso iure
nullum, *Innoc. in cap. fin. extra de dilat. Franc.*
in cap. cum cessante numer. 19. extra de appellat.
459 vbi *vsque ad num. 30.* latè † tractat, quando
huiusmodi exceptiones declinatoriæ omis-
sæ possint per Comparentem in prima, vel
secunda instantia opponi. Circa præmissa ad
prorogandam iurisdictionem de re ad rem,
de persona ad personam, de loco ad locum,
an requiratur expressus consensus, vel suffi-
ciat tacitus. & quando huiusmodi proroga-
tio fieri possit, vide *Felin. in cap. cum olim in*
princ. & ibi in additione, extra de offic. deleg. in
cap. cæterum in princ. extra de Iud. Marant. in
suo speculo 12. distinct. per totam. Vant. dict. cap.
quibus mod. null. san. poss. num. 76.
Adhuc est aduertendum, quod hodie si Iu-
dex est suspectus, & non placet, vti talis non
460 allegatur † in actis, vel si allegatur, requiri-
tur quod sit specialiter constitutus, quia hoc
est declaratio animi principalis requirens
speciale mandatum, *vt fuit decisum in Roma-*
na hæreditatis de Scarsellis 17. Nouembris 1645.
coram Reuerendissimo P. D. Dunozetto. In Cu-
461 ria † autem in Iudicibus Commissarijs, si al-
legantur suspecti a Procuratore nomine prin-
cipalis, etiam sine mandato, dummodo ante
litis contestationem, attenditur, quando po-
stea etiam in termino citationis ad senten-
tiam producitur mandatum speciale ad id
faciendum, propter abundantiam Prælato-
rum hic existentium cognitæ probitatis, &
semper Eminentissimus Præfectus hoc casu
solet dare alterius subrogationem in termi-
nis, in quibus causa reperitur; sicque vidi
pluries practicare, & expertus sum per acta

D. Ma-

D. Maximi Righæ Notarij Archiuiorum, & in specie sic voluit dictus Eminentissimus D. meus Iulius Cardinalis Sacchettus, in causa inter Petrum Paulum de Trontis, & quasdam mulieres de Abbatijs, quæ allegauerant suspectum R. P. D. Ferentillum, causaque fuit commissa R. P. D. meo Camillo Ghino; & hanc etiam esse praxim testatus est idem Eminentissimus in plena audientia.

Hoc autem non practicatur alibi, quam
462 in Curia, quia de cætero recusatio Iudicis tanquam exceptio dilatoria, non attenditur de iure, nisi ante litis contestationem, *vt in Piacent. seu Abulen. Decimarum 12. Decembris 1650. coram R.P.D. meo Celso, in manuscriptis.*

Prout nec attenditur si pars comparet coram eodem Iudice, dicta recusatione minime repetita; vel si appellaret, non interposita appellatione ab vlteriori processu, vt dicam infra.

De Actore.

Cap. III.

De incumbentia actoris, foro, quem debet sequi, alimentis, filiatione, & executione.

Artic. I.

1 *Actor de quo debeat docere.*

2 *Reus quid agere debeat.*

3 *Procurator debet videre ante omnia scripturas, & documenta, quæ producturus est.*

4 *Actor debet probare suam intentionem.*

5 *Actor sequitur forum rei.*

Forus quis dicatur. ibidem.

6 *Actor potest eligere domicilium, quando reus plura habet domicilia.*

7 *Actor conueniens reum extra suum forum, aliquãdo amittit actionem.*

8 *Pupillus, Viduæ, & miserabiles personæ habent electionem fori.*

9 *Actor cum citatione ad dicendum contra, debet instruere reum, vt possit deliberare, an velit liti cedere.*

10 *Actor debet reum extraiudicialiter monere, antequam illum ad Iudicium vocet.*

11 *[illegible]ctor mouens iudicium contra Monasterium, debet capitulariter citare Monachos.*

12 *[illegible]dicium potest incipi ab articulis.*

13 *[illegible]or ante omnia debet adimplere pro parte sua, quod debet.*

14 *[illegible] in actione reali debet probare dominium, vel quasi ex parte sua.*

Reus verò debet probare possessionem, vel detentationem. ibidem.

15 *Seruientes [illegible] Curiæ non dicuntur contrahere domicili[illegible].*

16 *Statutum laicorum non habet authoritatem super hæreditate Clerici.*

17 *Agens pro Laudemio, quid facere debeat.*

18 *Petens alimenta tenetur probare paupertatem, & bonum ius.*

19 *Paupertas probari debet per testes, & qualiter deponentes.*

20 *Modus probandi paupertatem.*

21 *Alimenta non admittunt compensationem, nec retentionem pro alio credito.*

22 *Alimenta futura dicuntur illa, quæ debentur post motam litem.*

23 *Alimenta præstita non repetuntur ab eo, cui fuerunt data, etiam quod succumbat in negotio principali.*

24 *Filiatio qualiter sit probanda in præiudicium tertij.*

25 *Filiatio legitima, & naturalis quomodo probãda. Fides baptismatis, & nominatio Patris, iunctis adminiculis probat filiationem.*

26 *Petens alimenta officio Iudicis, si habet aliundè viuere, non obtinebit.*

27 *Actor habens instrumentum, in quo fuerit promissum aliquid, quod dependeat à mera voluntate obligati, potest contra illum agere ad factũ.*

28 *Et idem dicitur quãdo quis est obligatus ad factũ.*

29 *Socius, qui administrauit effectus societatis, potest ea durante conueniri, vt reddat rationem.*

ACTOR ante omnia docere debet,
1 qui † nam sit, & quo nomine, an
tanquam principalis à nullo dependens, siue tanquam cessionarius dependens ab alio, vel vti legatarius, vel tanquam hæres, aut quouis alio titulo agat: est enim vtilissimum, hoc docere in principio cuiuscunque Iudicij, quia pertinet principaliter ad substantiam ipsius: In vno
2 quoque enim iudicio de persona, † & de re
agitur, Deinde fundabit intentionem suam secundum ea, quæ dicta sunt, & fuerunt superius considerata. Qui ergo acturus est ne-
3 gocij pro † suo cliente, debebit videre ante
omnia scripturas, & documenta, quæ producturus est, omniaque bene considerare, & summariolum sibi de omnibus facere: quia
4 est certum, † quod Actor debet in primis
fundare suam Intentionem; aliàs enim reus absoluetur, præcipuè post terminum datum ad probandum, *Tomat. decis. 74. & 178.* & idem eueniet si iura actoris sunt obscura, dubia, & intricata, idem *decis. 174.* vt ad propositum facit *decisio in Toletana decimarum de Capillæ 14. Decembris 1648. coram R.P.D. Verospio, inter volantes.*
5 Actor etiam † debet sequi forum rei, *Tomat. decis. 276.* siue agat reali, siue personali actione, *ibid.* qui forus erit, vbi habet domicilium ipse reus, vel vbi sita est res, de qua tractatur, aut vbi contractus fuit celebratus,

vt

vt præter considerata *tit. de iurisd.* aduertit *Vestr. in sua praxi lib.3. capite 6. in principio*.

6 Fallit tamen, si haberet plura † domicilia: quia tunc Actor forum potest eligere, *Maranta in repetit. l. si Actor, nu.33. de Procurat.* vbi sublimitatur, si iste Iudex non esset suspectus de iure speciali.

7 Estque cauendum, quod † si Actor conueniret reum extra suum forum, de iure aliquando fuit dictum amittere actionem, *prout in l. criminali, C. de iur. omn. Iud.*

8 Limitandum est etiam, † vt superius tetigi, in Pupillis, Vidua, Cæco, Claudo, miserabilibus personis, & illis omnibus, qui perhorrescunt nõ posse iustitiæ assequi complementum, isti enim habent electionem fori, *l. vnica, C. quando Imperator inter Pupill. & Viduam*.

9 Debet etiam Actor, cum † citatione ad dicendum contra, & iuribus productis instruere reum, ad hoc, vt possit deliberare, an velit liti cedere, *l.1. ff. de edend.*

10 Et antequam illum † in iudicium vocet, debet ex vrbanitate monere extraiudicialiter, *l.quidem, ff. de seruit. vrban. præd.* Si vero concludenter non probat, reus absoluitur, *Rota decis.3. de appell. in nou. Tomas. dicta decis.174. & 274.*

11 Quando iudicium mouet † contra Monasterium, debet capitulariter citare Monachos, *Rot. in Nuccrina affictus 4. May 1648 coram R.P.D. Verospio, in folio*.

12 Quando agitur in causa † cum clausula sine strepitu, & figura iudicij, potest incipere iudicium ab articulis, *Bertach. ver. clausula, vers. sine figura*.

13 Actor, vt possit audiri, † debet ante omnia adimplere pro parte sua, faciendo quod debet, *l. ædiles etiã, §. ordinem, ff. de ædilit. edict.*

14 In actione reali † debet probare ex parte sua dominium, vel quasi: ex parte verò rei debet probare possessionem, vel detentationem, *Rota in Romana domus 20. Nouembris 1624. coram. bo.me. Remboldo, in manuscriptis*.

15 Dixi supra de foro rei; † & ideo est sciendum, quod seruientes in Curia, non dicuntur contrahere domicilium, *Rota in Firmana codicillorum 1. July 1644. coram R.P.D. Ghisilerio, in folio*.

16 Qui agit ad hæreditatẽ † Clerici vigore statuti Laicorum, repellitur, quia statutum Laicorũ non habet authoritatem super hæreditate Clerici, vt in *Rauenaten. hæreditatis 5. Iulij 1648. coram Eminentissimo Cardinali Otthobono, inter volantes*.

17 Qui agit pro Laudemio, † quid possit exigere, & in quo casu, & quomodo; est casus in *Cersuen. bonorum 18. Iunij 1649. coram eodem Card. Otthobono, post Labyr. credit. fol.172.*

18 Petens alimenta, duo tenetur † probare, paupertatem scilicet, & bonum ius. Pau-
19 pertas autem probatur per testes, † qui dicant talem pauperem esse, & non habere bona, cum adiectiua, quod si haberet, minus esse non posset, quin ipsi scirent, *Rota in Romana de Catalanis 1. Iulij 1648. corã d.D. Card. Otthobono, in fol.* & hunc modum probandi
20 paupertatem, † dat etiam *Rota in Toletana matrimonij 1. Februarij 1649. coram Eminentiss. Card. Corrado Episcopo meo, & Sanctissimi Datario, inter impress. tom.2. par.4. recent. decis.532.*

21 Et quoniam sumus in † alimentis, sciendum est, quod non admittunt compensationem, nec retentionem pro alio credito,
22 † si sunt futura: & dicuntur futura illa, quæ debentur post motam litem, *Rota in Ianuen. separationis thori 29. Aprilis 1624. coram R.P.D. Remboldo, inter manuscript.*

23 Et quæ fuerunt præstita, † non repetuntur ab eo, cui fuerunt data, etiam quod alitus succumbat in negocio principali, vt dixit *Rota in eadem decisione coram R.P.D. Remboldo*.

24 Et quando contingit † probandam esse filiationem ab actore, si sit in præiudicium tertij, indiget efficaci probatione, nec sufficit similitudo, & effigies, nec quod fuerit agnitus pro suo, *Rota Farfen. bonorum 23. Ianuarij 1647. coram Eminentiss. Card. Corrado, in manuscrips.*

25 Si autem est probanda † filiatio legitima, & naturalis, est recurrendum ad Rotam in *Fanen. seu Senogallien. bonorũ 26. Iunij 1648. coram R.P.D. Meltio, in folio*; vbi adducitur inter cætera nominatio Patris, & fides baptismatis, quæ iunctis adminiculis probat filiationem; & idem dicitur in *Ianuen. professionis 28. Iunij 1645. coram eodem, pariter in folio*.

26 In casu, quo alimenta † petantur officio Iudicis, si petens habet aliàs vnde viuat, non obtinebit *Rota in Posnanien. Abbatiæ 5. Iunij 1649. coram R. P. D. meo Celso, inter volantes*.

27 Actor quoque habens Instrumentum, † in quo fuit promissum aliquid, quod dependeat à mera voluntate obligati, potest contra illum petere mandatum ad factum.

28 Idemque erit, † quando quis est obligatus ad factum ex legis dispositione, quia siue promiserit, siue non, tunc etiam potest contra illum concedi mandatum ad factum.

29 Datur exemplum in socio, † qui administrauit effectus societatis, vbi etiam, quod socius, durante societate, potest conueniri, vt reddat rationem, ad hoc *est pulcra decisio in Romana societatis affictus 3. Iunij 1647. coram R.P.D. Arguelles, apud Merl. de pigno. dec.148.*

De

De constituta, pensione, locatione, fructibus decurrendis, & electione peritorum.

Artic. II.

30 *Executio intelligitur pro indiuiso, quando fit vigore mandati obtenti in vim obligationis Cameralis, & contra quos.*

31 *Adiudicatio pignoris nunquam fit creditori nisi praeuia aestimatione.*

32 *Subhastatio, licet non possit fieri, nisi praesente pecunia, sustinetur tamen per accollationem debitorum.*

33 *Mandatum non executum si sit excessiuum, reducitur ad summam debitam, & pro illa sustinetur.*

34 *Obligatio Cameralis non dicitur vulnerata per reuocationē executionis ratione excessiuitatis.*

35 *Differentia quaenam sit inter petitionem assotiationis, vigore clausulae constituti, & vigore facultatis capiendi possessionem propria authoritate.*

36 *Clausula constituti operatur respectu vniuersi, non obstante incertitudine loci, & quotae.*

37 *Processus necessarius pro exigenda pensione; quomodo formetur, remissiue.*

38 *Pensio, quando exigi non potuit ab antiquo possessore, poterit exigi, factis tamen diligentijs, à moderno.*

39 *Fructus à die litis vsque ad obitum prouisi debentur heredibus prouisi, etiamsi obtinuerit suprogationē gratiosam, quia ista non tollit ius.*

40 *Locator exigens à subconductore non liberat conductorem.*

41 *Conductor, qui non restituit rem sibi locatam, dicitur recconduxisse, & tenetur ad nouas pensiones.*

42 *Probationes quomodo faciendae, quando agitur inter vocatos, & in concursu.*

43 *Possessor praesumitur fructus percepisse.*

44 *Possessor an praesumatur in praedijs vrbanis fructus percepisse.*

45 *Fructus si debeantur, vt genus, debentur etiam si sit lapsum triennium, quo praesumuntur durare, remissiue.*

46 *Mulier agens pro restitutione dotis non impeditur ex eo, quod amiserit bona mariti.*

47 *Mulier non potest agere vigore statuti, quod dat contra tertium viam executiuam, si dictus tertius sit Clericus.*

48 *Mulier si pro restitutione suae dotis ageret contra bona fideicōmisso subiecta, est quaestio ad quem spectet probare adesse, vel non adesse bona libera.*

49 *Fructus dotales non petiti à marito, si non debentur iure actionis, censentur remissi.*

50 *Mulier praetendens alimenta, debet probare paupertatem, & ostendere diligentias dotem recuperandi.*

51 *Interpellatio, quando mulieri sit necessaria, vt possit petere fructus dotales.*

52 *Dos consistens in stabilibus restituitur statim; si in immobilibus, & pecunia, post annum.*

53 *Mulier pro se allegans confessionem mariti factam in testamento reuocato, non auditur.*

54 *Maritus tenetur reddere rationem fructuum extradotalium, & illos restituere mulieri agenti, & probata administratione fructus liquidantur coniecturis.*

55 *Mulier eiecta à viro potest praetendere fructus ad rationem statuti Vrbis.*

56 *Fructus non amplius debentur, si cesset titulus dotis, imò soluti repetuntur non obstante quacunque conuentione.*

57 *Creditores accollati an possint recta via agere cōtra debitorem accollantem.*

58 *Actor habens Instrumentum cum pactis executiuis tantum, quas actiones habeat vsque ad satisfactionem.*

59 *Executio debet iustificari ex eisdem actis.*

60 *Executio vigore pactorum executiuorum, datur contra quemcūque fundi censuati possessorem.*

61 *Actio pro fructibus decursis, & in futurum decurrendis ad effectum, vt soluantur veniente die, conceditur.*

62 *Actio contra debitorem debitoris datur executiuè, quando debitor tali debitori etiam tenetur executiuè.*

63 *Electio Peritorum non datur quando plures subsunt modi probandi, sed sunt apprehendendae aliae probationes.*

64 *Libri quo in loco debeant exhiberi electis Peritis, & quid si asportandi sint extra Curiam.*

65 *Relationi Peritorum regulariter standum est.*

66 *Appellatio à tertij Periti, vel aliorum relatione debet fieri intra decem dies.*

67 *Peritus electus ad calculandum, non potest assumere partes Iudicis.*

68 *Periti aliquando eliguntur pro faciliori instructione animi Iudicis.*

69 *Actor exhibens testamentum factum coram Parocho, vel Confessario, licet non sit Parochus cum praesentia duorum testium, potest obtinerē immissionem.*

70 *Praesumptio legis*, Quintus Mutius, *non operatur, nec pro, nec contra tertium.*

71 *Modus cogendi Vniuersitatem ad soluendum.*

72 *Actor agens vigore Instrumenti Cameralis, & petens cambia decursa, quid docere debeat, vt obtineat.*

73 *Debitorcambiorum si assumpsisset in se onus pecunias exercendi, & diligentias debitas procurandi, ad quid teneretur.*

74 *Debitor cambiorum si doceret fecisse diligentias, & non reperisse, qui pecunias ad cambium reciperet, non tenetur ad fructus.*

75 *Reus absoluitur à petitis quoticscunque summa, de qua agitur, prouenit ex ludo prohibito.*

76 *Litterae cambij à Mercatore acceptatae, procedunt executiuè, & qualiter.*

77 *Litteræ camby exposcum celerrimã executionem.*
78 *Litteræ camby acceptatæ supra protesto,&c. habent etiã celerrimam executionem, & quare.*
79 *Litteræ camby non admittunt compensationem, dummodo earum acceptatio sit posterior credito, cum quo prætenditur compensatio,*
80 *Actor agens contra filiumfamil. quid docere debeat, vt obtinere possit. & num.81.*
82 *Mulier contrahens cum minore, vel è conuerso, an indigeat solemnitatibus.*
83 *Minor tractans de damno euitãdo an habeat priuilegia potiora muliere tractante de lucro captando.*

30 VIgore obligationis † Cameralis obtento mandato, eius vigore fit quandoque executio pro indiuiso; puta si res possideatur à debitore, & ab alio pro indiuiso, tunc executatur pars debitoris, *Rota in Romana Censuum 26. Marty 1629. coram bo.mem. Cardinali Virili, in manuscript.*

31 Aduertendum est etiã, quod facta † executione ad instantiam creditoris, nunquam fit illi pignoris adiudicatio, nisi præuia æstimatione, *Rota in Romana Census 21. May 1627. coram bon. mem. Card. Vbaldo, in folio.*

32 Et licèt subhastatio † non possit fieri, nisi præsente pecunia, sustinetur tamen per accollationem debitorum, *Rota in Romana domus 9. Decembris 1624. coram R.P.D. Remboldo, inter volantes.*

33 Mandatum verò † non executum, si sit excessiuum, reducitur ad summam debitam, & pro illa sustinetur, *Rota in Romana Camby 23. January 1651. coram R.P.D. meo Rojas, in folio,* sed executum de rigore Iuris reuocatur in totũ, si est consummata signanter executio per subhastationem, & deliberationem, *Tomat. decis.272.*

34 Et si contingit reuocari † executionem, non ideò dicitur vulnerata obligatio Cameralis, *Aesina pecuniaria 27. Juny 1647. coram R.P.D. Peutingero, in manuscrip.*

35 Si vero agitur vigore † Instrumenti, in quo adsit clausula constituti, & facultas capiendi [illegible]ssionem propria authoritate, sit diffe[illegible]a magna inter petitionem [illegible]tionis vigore clausulæ constituti, & vigore dictæ facultatis capiendi possessionem: sed dubium tollitur, si petitur vigore dictæ facultatis; istam distinctionem ponit *Rota in Romana census 22. Maij. 1648. coram R.P.D. Ghislerio, in Labyrinth. creditor. fol.90.*

36 Operatur etiam clausula † constituti respectu vniuersi, non obstante incertitudine loci, & quotæ, *Rota in Vrbeuetana Prædy 27. Juny 1642. coram R.P.D. Carillo, in manuscrip.*

37 Processum necessarium † ad exigendam pensionem, decet agentem, *Rota in causa Acerrarum pensionis 14. January 1647. coram R.P.D. Ghislerio, in folio.*

38 Si verò quis non potuit illam exigere † ab aliquo possessore, quod poterit agere, & obtinere à moderno titulari factis diligentijs, & quo modo debeat agi, dicit *Rota in Conchen. pensionis 21. May 1649. coram Eminentissimo D. Cardinali Corrado, inter volantes.*

39 Scimus etiam ad propositum, † quod fructus à die litis, vsque ad obitum prouisi, debentur hæredibus prouisi, etiamsi reus obtinuerit subrogationem gratiosam, quia ista non tollit ius, *Rota in Barchinonen. fructuum Vicariæ 14. Februarij, 1648. coram dicto Eminentissimo D. Cardinali Corrado, in manuscript.*

40 An habens locationem, † si agit contra subconductorem, censeatur liberare conductorem? Dices, videtur quod non; quia locator exigens à subconductore, non liberat conductorem.

Quid si non restituit rem sibi locatam?
41 dicitur reconduxisse, † & tenetur ad nonas pensiones, *Rota in Romana affictus Ferreriæ 25. Juny 1649. coram R.P.D. Meltio, in folio.*

42 Quo modo autem sint faciendæ † probationes, si agitur inter vocatos, & in concursu inter ipsos, *est casus in Bononien. Fideicommissi de Amorinis 18. May 1648. coram R.P.D. Meltio, inter volantes.*

43 Et si oritur disputatio, † quis præsumatur fructus percipisse? regulariter erit respondendum fuisse perceptos à possessore. Sed li-
44 mitabitur responsio in † Prædijs vrbanis, quæ nisi dicantur locata, & fructus fuisse perceptos a posse[illegible]re, cessat talis præsumptio. *Rota in Verulana Beneficy 1. July 1644. coram R.P.D. meo Meltio, in manuscript.*

45 Si autem agitur ad fructus, † & illi debeantur, vt genus, sciendũ est, quod debentur etiam quod sit lapsum triennium, quo præsumũtur durare. An autem requiratur interpellatio, videnda est *Rota in Gadicen. fructuum 4. July 1646. coram dicto R.P.D. meo Meltio, in folio*: aliàs enim si deberẽtur, vt fructus, quia præsumerentur consumpti, deberetur æstimatio ipsorum, *Tomat. decis.273.*

46 Si mulier agit pro restitutione dotis, non impeditur ex eo, quòd amouerit bona mariti, *Rota in Romana dotis 23. May 1646. coram Eminentiss. D. Cardinali meo Ottobono, inter impres. a Merlin. de pignor. decis.120.*

47 Et si vellet agere vigore Statuti, quod daret contra tertium viam executiuam, non ideo posset agere contra Clericum, *Rota in Valentina Rectoriæ 3. Decembris 1646. coram R.P.D. meo Bichio, inter volantes.*

48 Si etiam ageret pro restitutione † dotis, contra bona fideicomisso subiecta, ad quem spectet probare adesse, vel non adesse bona libera, *est casus in Romana Census 22. May 1648 coram eodem, in folio.*

49 Et

49 Et fructus dotales non petiti à marito, si non debentur, iure actionis non dantur, quia censentur remissi, *Rota in Romana fructuum dotis 16. Ianuarij 1626. coram dicto bon. mem. Remboldo, in folio.*

50 Quando mulier prætendit alimenta, debet probare paupertatem, & ostendere diligentias recuperandi dotem, *Rota in Asculana Spolij 5. Martij 1638. coram bon. mem. Merlino, in manuscript.*

51 Quando sit necessaria mulieri † interpellatio, vt possit petere fructus dotales, dicit *Rota in Tusculana Saluiani 25. Maij 1648. coram R. P. D. Verospio, inter volantes.*

52 Et si dos consistit in stabilibus, restituitur statim: si in mobilibus, & pecunia, post annum, *Rota in Interamnen. dotis 20. Maij 1622. coram bon. mem. Nauarro, in folio.*

53 Si mulier pro se allegaret confessionē† mariti factam in testamento reuocato, non obtineret, *Rota in Romana hæreditatis 1. Iulij 1647 coram R.P.D. Arguelles, in manuscript.*

54 Si ageret † contra maritum, qui administrauit bona extradotalia, tunc maritus teneretur reddere rationem, & fructus restituere, & probata ipsius administratione fructus liquidantur coniecturis, *Rota in Bononien. pecuniaria 10. Ianuarij 1650. coram d. D. Cardinali meo Otthobono, inter volantes.*

55 Eiecta, in Vrbe à † viro potest prætendere fructus ad rationem Statuti Vrbis, per aliud Statutum decernens alimenta, *Rota in Romana fructuum dotis 13. Nouembris 1624. coram bon. mem. Remboldo, apud Gilian. ad statut. Perusin. decis. 72.*

56 Quando cessat titulus dotis, † non debentur amplius fructus, & soluti repetuntur, non obstante quacunque conuentione, *Rota in Romana crediti dotalis 13. Martij 1645. coram R.P.D. meo Verospio, apud Merlin. de pignor. decis. 94.*

57 Si agere vellent creditores accollati † recta via contra debitorem accollantem, vtique possent, licet adsit magna controuersia. De hac pulchra materia eleganter digestæ tractat *Rota in Leodien. pecuniaria 28. Maij 1647. coram R.P.D. meo Bichio, in manuscript.*

58 Qui habet instrumentum† cum pactis executiuis, licet careat obligatione camerali, vel quarātigia, agit executiuè, & datur ei captura personæ debitoris, ac etiam post factam executionem super vna re, potest ad alias trāsire, & sic facere, & variare, donec ei sit integrè satisfactum, *Rota in Bituntina census 5. Iulij 1649. coram d. R. P. D. Bichio, inter volantes.*

59 Cauendum est tamen, quod executio † debet iustificari ex eisdem actis, vt in *Romana testamenti, seu attentatorum 19. Iunij 1647. coram R. P. D. Bichio, in fol.* & si est facta potest ex nouiter deductis impediri, *Tomat. decis. 251.*

60 Et quod executio vigore dicti pacti, detur contra quemcunque fundi censuati possessorem, vt soluat de fructibus fundi, dicit *Rota in Meleuitana Census 12. Iunij 1645. & prima Iulij 1648. coram R.P.D. Ghislerio, in fol.*

61 Scimus etiam, quod potest agi † pro fructibus non decursis, & in futurum decurrendis, ad effectum, vt soluantur veniente die, *Rota in Romana Saluiani 28. Martij 1648. coram d. R.P.D. Ghislerio in fol.* & agitur etiam contra † debitorem debitoris, *Rota in Romana domorū de Regardis 28. Ianuarij 1650. coram Reuerendissimo D. meo Dunozetto, in manuf.* & proceditur executiuè, quando debitor tenetur tali debitori executiuè, *Rota in Romana pecuniaria 15. Iunij 1626. coram R.P.D. Remboldo, in folio.*

62

63 Veniente casu, quod plures† subsint modi probationes faciendi, tunc nunquam deueniatur ad electionem peritorum, sed sunt apprehendendæ aliæ probationes, *Rota in Ferrarien. Pensionis 12. Martij 1647. coram R.P.D. Ghislerio, inter manuscript.*

64 Et quando talis electio datur, † debent ante omnia exhiberi libri in loco Iudicij. Si verò libri debent asportari ex aliquo loco extra Curiam, tunc qui petit illorum exhibitionem, debet se obligare de periculo, & expensis, *Rota in eadem Ferrarien. pensionis 7. Februarij 1648. coram eodem, inter vagantes.*

65 Relationi verò tertij periti † regulariter standum est, *Rota in Eugubina pretij 11. Februarij 1650. coram. R. P. D. Cerro, inter volantes.*

66 Et si appellatur ab eius, † vel aliorum relatione, debet fieri intra decem dies, *Rota in Foroliuien. bonorum 10. Iunij 1622. coram bon. mem. Merlino, in manuscript.*

67 Quando autem est electus † ad calculandum, non potest assumere partes Iudicis, *Rota in Romana, seu Spoletana redditionis rationis 31. Ianuarij 1650. coram D. meo Card. Otthobono, inter manuscript.*

68 Aliquando periti † eliguntur pro faciliori instructione animi Iudicis, & habetur exēplum in *Romana pecuniaria 5. Ian. 1648. coram D. Cardinali Corrado, in manuscript.*

69 Actor quoque, qui exhibet † testamentum factum coram Parocho, cum præsentia duorum testium, obtinebit immissionem. Idem si coram confessario, qui non sit Parochus, *Rota in Firmana codicillorum 25. Maij 1648. coram d. D. Cardinali Otthobono, in manuf. in confirmatione aliarum decisionum factarum, coram R.P.D. Ghislerio 28. Iunij, & 13. Febr. 1648. in folio.*

70 Et quando habet creditor† obligationem cameralem, & agit contra bona mariti alicuius fœminæ, & vellet exequi contra bona ex-

tra dotem à muliere possessa, sub prætextu, quod spectent ad virum, ex præsumptione *legis, Quintus Mutius*, nõ poterit obtinere, quia ista præsumptio non operatur nec pro, nec contra tertium, *Rota in Romana Saluiani 25. Ianuarij* 1646.*coram R.P.D. Verospio in manusc.*

71 Veniente casu, †quo quis esset creditor alicuius Vniuersitatis, modus illam cogendi ad soluendum creditori, datur à *Rota in Romana Notariatus* 21.*Iun, coram bon.mem.Pirouano,& in Anconitana florum pœnes Postium, decis.*276.& in *Romana Collecta* 5.*Iul.*1632. *coram Eminentiss.bon.mem.Card.Verospio, apud Post.de subbast. decis.*117.

72 Quando peterentur cambia decursa,† nisi doceretur de spacijs necessarijs, *dell'andata, e del ritorno*, non obtineretur, *Rota in Romana pecuniaria* 28. *Iunij* 1649. *coram R. P. D. meo Meltio, inter volantes.*

73 Benè verum est, quod si debitor assumpsisset in se onus pecunias super cambijs exercere, & diligentias debitas procurare, tunc ipse teneretur ad fructus, si non vti cambia, saltem loco damnorum, & interesse. Sed limitaretur,

74 quando ipse doceret † fecisse omnes diligentias, & non reperisse, qui pecunias ad cambium reciperet, vt est casus in *Romana pecuniaria* 5.*Iun.*1648.*coram Eminentissimo D. meo Corrado,&* 28. *Iun.*1649. *coram R. P. D. Meltio, in manuscript.*

75 Vigore apocæ obligationis, † seu instrumenti, prò summa prouenientε ex victoria in ludo prohibito, non dabitur mandatum, & reus absoluetur à petitis, *Rota in Romana pecuniaria* 22.*Maij* 1626.*coram bon.mem.Remboldo, in folio.*

76 Vigore autem litterarum cambij à mercatore acceptatum corã A.C. proceditur adeò rigorose, vt conculcentur termini ad dicendũ contra iura, ad recognoscendum manum, & ad soluendum, & obtinetur decretum per totam audientiam, *vt dicam tit.de cambijs.*

77 Et merito, quia exposcunt † celerrimam executionem: licet Rota dixerit habere tantum vim instrumenti publici, & executionem paratam, *Rota in Romana litterarum cambij* 19. *Iun.*1647. *coram D. meo D.Cardinali Ottthobono, inter impress.apud Merlin.de pign.decis.*149.

78 Quando fuerunt acceptatæ, †*sopra presesto*, habent eandem executionem, quia dicta protestatio non minuit obligationem, sed solum declarat animum acceptantis, intendẽtis quidem soluere, sed animo se reualendi contra scribentem, & repetendi ab illo, non autem acceptandi debitorem sibi assignatum pro regressu, iuxta receptam consuetudinem mercatorum, de qua in *dicta decisione Romana litterarum cambij, coram d. D. meo Cardinali Otthobono.*

79 Quod si acceptans litteras cambij, †opponeret compensationem, actor obtinebit non obstante dicta oppositione, quando obligatio, & acceptatio litterarum est posterior credito, cum quo prætendit compensare, vt dicitur in *dict.decis. coram D.Cardinali Otthobono.*

80 Veniente casu, † quo litigaretur cũ filiofamilias, cui datæ sunt pecuniæ ad societatẽ officij, vel in alio contractu, sine dubio ad instar filiorum familias Romanæ Ciuitatis (intelligendo tamen de non amantibus iustum, & honestum) opponetur statim statutum Vrbis prohibens contractus cum similibus: propterea nisi aderit instrumentum, in quo eum iuramento ipse enunciauerit se emancipatum, & haberi, & reputari publicè pro patrefamilias, & de per se negociari, & nisi adiungantur aliundè probationes, & ex quibus motus ostẽdat actor habuisse iustam causam credendi dictæ assertioni, difficillimè

81 obtinebit. † Hæc dico, quia expertus sum hoc in Camera Apostolica, coram Eminentissimo D.meo Imperiali, tunc dictæ Cameræ Apostolicæ Clerico, deinde Vrbis Gubernatore, & hodie Amplissimo Cardinali, in causa amici mei; & vidi quod malum est cum filijsfamilias negociari: vici tandem in acerrima pugna, ponendo in practicam *Romanam Societatis officij* 10. *Aprilis* 1644. *coram R.P.D. Peutingerio, apud Zach. decis.*185.

82 Obseruatur etiam in praxi, † in casu, quo aliquis minor vellet in Vrbe contrahere, & contraheret cum muliere, an indigeat solemnitatibus statuti Vrbis, vel potius solemnitatibus statuti originarij, vel etiam sine talibus solemnitatibus cõtrahere possit cum muliere? ad quod dicit elegans, & pulcra decisio *in causa Romana, seu Perusina census* 23.*Iunij* 1645. *coram R. P. D. meo Bichio, in manuscript.*

83 Vbi etiam dicitur, † quis dicatur habere potiora priuilegia: An qui tractat de damno euitando; vel qui tractat de lucro captando?

De indebito, dote, cessione, delegatione, & obligatione filijfamilias.

Artic. III.

84 *Iudicium repetitionis indebiti requirit voluntatem soluentis.*

85 *Restitutio dotis respectu iocalium, quomodo procedere debeat.*

86 *Creditor acceptans ordinem à suo debitore, an illum liberet.*

87 *Delegatio quid requirat.*

88 *Delegans ex quibus, & quando dicatur liberatus.*

89 *Cessio simplex non operatur solutionem donec cum effectu sequatur solutio.*

90 *Nouatio quando dicatur inducta.*

91 Cre-

91 *Creditum cessum cum clausula, talia qualia,&c. si non est exigibile,non dat actionem contra cedentem, & quare.*

92 *Promittens soluere creditori creditoris, si adhuc habet pecunias in manibus,& superueniat creditor anterior, tunc talis anterior potest euincere tales pecunias non solutas.*

93 *Merces transmissæ cum signo ordinantis defuncti, an prius debeantur transmittenti, vel creditoribus ordinantis.*

94 *Mandatum vigore obligationis Cameralis obtentum, quod non sit vndequaque iustificatum, si non est executum potest ex nouiter coadiuuari.*

95 *Possessio quomodo, & quando ex nouiter deductis reuocetur.*

96 *Reus si promisit dare nouum fideiussorem, & interim illo non dato moriatur ille, sub cuius periculo societas posita erat, non disdicta societate,vel non ratificata,quaritur,an sit iudicandum pro, vel contra lucrum.*

97 *Dominus herbarum in consignatione pretij Bonum, pro quorum alimonia credidit, debet à Iudice præferri omnibus alijs, etiam anterioribus.*

98 *Filiusfamilias, qui se obligauit vna cum Patre, & eius contemplatione, liberatur, quo ad personam, & bona acquisita, postquam factus est sui Iuris, & quomodo.*

IN iudicio repititionis indebiti est aduer-
84 tendum, † an qui soluit,soluerit sponte, vel coacte, & obseruare circunstantias solutionis,quia Rota facit differētiam ad illum effectum super huiusmodi solemnitatibus,& super modo soluendi, vt dicit *decisio facta in Firmana pecuniaria 14.Iunij 1647.coram R.P. D. meo Bichio, inter volantes.*

85 Veniente casu restitutionis dotis per obitū mariti, quomodo debeat procedi respectu iocalium, quæ debeant restitui hæredibus mariti. An data contemplatione solius viri, vel aliàs? *est elegans decis.in Pisauren. iocalium 22.Iunij 1648.& 28.Iunij 1649. coram R.P.D. Arguelles, inter vagantes.*

86 Qui debet consequi aliquam † pecuniarum summam ab aliquo, & debitor dat creditori ordinem directum alicui, vt ei soluatur,poterit vti tali ordine ad probandum suum creditum, nec ideo dicetur liberasse suum debitorem, sed acceptasse talem ordinem, seu litteras, seu debitorem, ad faciliorem exactionem, *Rota in Romana litterarum cambij 27.Nouembris 1648. coram R.P.D.meo Celso, inter volantes.*

87 Delegatio enim ex hoc non censetur † inducta, cum ad illam inducendam requiratur, quod qui ordinat sit debitor eius, ad cuius fauorem ordinatur; quod sit præsens, & debitor, & promittens ille, cui ordinatur: & quod sit præsens, & acceptans creditor, ad cuius fauorem fit delegatio: ex hoc enim dicitur liberatus delegans, *Tomat. decis.206.* & si delegatus † fiat postea non sol-
88 uendo, hoc currit ad damnum ipsius creditoris,ad cuius fauorem fuit facta delegatio, *vt dicit Surdus decis.23. à princip.vsque ad numer.26. Est etiam de hoc decisio Veneta litterarum cambij 23.May 1583.coram Gipsio impressa penes Marches. de commiss. par.1.fol.873. & in Romana pecuniaria 4.Feb.1611. coram Cardinali Caualerio, apud Fenzon.decis.164.in Bononien. litterarum cambij 19.Iunij 1647. coram R.P.D. meo Verospio, apud Merlin.de pign. decis.150. & post Labyrint. creditor. fol.19.*

89 Estque aduertendum, quod † simplex cessio non operatur liberationem, donec eum effectu sequatur solutio. *Tomatus decis.137.* nec ex ea extinguitur obligatio cedentis, cum sonet potius in simplex mandatum de
90 exigendo: quæ autem † dicatur vera, & ad quem spectet periculum, dicit idem *ibidem.* Et in huiusmodi, quando dicatur inducta nouatio, *est Rota in Bononien. litterarum cambij 8.Aprilis 1648. coram d. D. meo Verospio, inter volantes.*

91 Si autem aliquis cessisset † alicui creditum, & iura, cum clausula, talia, qualia: si illud non est exigibile, aut euincatur post factō, non potest rediri contra cedentem: quia dicetur iactus retis, & aleæ; *Rota in Romana cambior. 26.Martij 1640. coram R.P.D. meo Cerro, & in Romana Depositi 24. Aprilis 1648. coram Eminentiss. D.meo Card. Ottbobono, inter vagantes.*

92 Sed si creditū est exigibile,† & qui promisit soluere creditori creditoris, adhuc habet pecunias in manibus,& superueniat creditor anterior; tunc talis anterior, non obstante dicta delegatione, potest euincere dictas pecunias non solutas: Hoc ego pluries practicaui coram Illustriss. Baranzono, ex dicta *decisione Surdi.*

93 Si Mercator ordinauerit † alteri,vt transmittat sibi aliquas merces, & illæ fuerint transmissæ cum signo ordinantis; interim verò ordinans decedat, vel foro cedat, vel etiam transmittentem pœniteat, & nolit amplius consignare: An dominium talium rerum fuerit quæsitum ordinanti,ita vt eius creditores possint aliquid super illis prætendere, vel potius præferatur transmittens, est, casus apud *Peniam decis.6.*

94 Quando actor vigore obligationis † Cameralis, vel quarantigiæ, obtinuit mandatum,quod non sit vndequaque iustificatum, tunc si non est executum, potest ex nouiter coadiuuari, *Rota in Ceruien. bonorū 29.Martij 1647. coram R.P.D. Ghislerio, in folio.*

95 Non ita, si fuit data possessio à Iudice, quia ex nouiter non reuocatur; sed id debet

peti

peti ex eisdem actis. Benè verum est, quod si deduceretur aliquid de nouo ad coadiuuandas antiquas probationes, tunc reuocaretur possessio, Rota in *Vrgellen. Canonicatus 27.Nouembris 1634. coram bon. mem. Pirouano, in folio.*

96 Et si aget vigore Instrumenti † societatis officij, in qua reus promisit dare nouum fideiussorem, & interim eo non dato mortuus est ille, sub cuius periculo societas posita erat non disdicta societate, vel non ratificata: an sit iudicandum pro, vel contra lucrum. *Est pulcra decisio in* Romana *societatis officij* 14. *Ianuarij &* 13. *Martij* 1648. *prima coram D.meo Card. Otthobono, secunda coram R.P.D. meo Bichio, inter volantes.*

97 Si agant plures † pro consignatione pretij Bubalarum, vel Boum, inter quos sit dominus herbarum, qui illas pro eorum alimonia dedit, & cum effectu credidit: Iudex tunc prefert dominum herbarum omnibus, etiam anterioribus, Rota *in Romana potioritatis* 22.*Maij* 1619. *coram bon.mem. Remboldo, inter vagantes.*

98 Si verò agatur contra † filiumfamilias, qui se obligauit vna cum Patre, & contemplatione Patris: talis filius liberabitur quoad personam, & bona acquisita, postquam factus est sui iuris, Rota *in Anconitana pecuniaria* 1.*Iulij* 1627. *coram d. bo.me.*Remboldo, *in folio*: Non autem quo ad bona, quæ habebat tempore obligationis, *Tomatus decision.*218.& si abstinet se ab hæreditate paterna, tenetur tantum in quantum facere potest. *idem Tomat. dicta decis.*218.

De associatione fideiussore, potioritate, & fide librorum, & alijs probationibus. Artic. IV.

99 *Restitutio dotis fit pro rata eiusdē dotis receptæ.*
100 *Actor, qui habet pro se reseruationem dominij, & possessionis, potest obtinere mandatum de associando, etiam quod sit hæres, contra tertios possessores, non tamen posset si vellet procedere actione personali, & executiuè. & numer.*101.
102 *Libri publici Ciuitatis probant valorem bonorū.*
103 *Libri particularium probant valorem fructuum à retinente acceptorum.*
104 *Instrumentum centum annorum, vel octuaginta, vel septuaginta, non indiget recognitione, sed creditur subscriptioni Notarij.*
105 *Concilium prohibet, quem cedere libros nomine fictitio, & tollit illorum fidem.*
106 *Liber Communitatis probat exemptionem illorū, qui in eo scripti non reperiuntur inter alios onera soluentes.*
107 *Liber defuncti facit magnam præsumptionem, quia nemo præsumitur immemor suæ salutis.*
108 *Libri Montis Pietatis, & Depositariæ probant pro tertio, & contra tertium.*
109 *Libri à Mercatore, tunc probant, quando continent data, & recepta.*
110 *Libri à Mercatore pro memoria retenti non probant, nec obligant, nec indicant solutionem.*
111 *Liber, qui nuncupatur Vacchetta, non probat regulariter.*
112 *Liber priuati regulariter non probat fauore scribentis, nisi sit adminiculatus.*
113 *Liber priuati potest adminiculari, si detur mors ipsius scribentis, & qualitas, & integritas eiusdem, & illius bona fama.*
114 *Liber priuati, quomodo, & quando probet contra tertium. & num.*115. 116.
117 *Pauper non præsumitur per quinquenniū differre exactionem, precipuè si talis pauper sit fœmina.*
118 *Inuentarium probat contra scribentem, & id conficientem, & eius hæredes.*
119 *Probatio non excludit probationem, remissiue.*
220 *Materia probanda, quando est difficilis probationis, supplent coniecturæ.*
121 *Archiuiatio non est necessaria, quando constat de legalitate Notarij, & legalitas præsumitur lapsu centum annorum.*
122 *Probationes multæ, licet nulliter factæ, coniunguntur ad perfectam probationem, propter earum multiplicitatem.*
123 *Inspectio ocularis, & visitatio loci superat omne genus probationum.*
124 *Nomen nudum nullum Ius præbet.*
125 *Emens pro persona nominanda, sibi quærit, donec nominet, & quando nominat, hypotheca transit ad nominatum, perinde ac si ab initio emisset.*

99 ET si pulsatur aliquis † pro restitutione dotis: tunc ille condemnabitur tantum pro rata dotis receptæ: nec tenebitur ad nō receptam, *Rota in Bononien. de Manzolis* 12. *Maij* 1622. *coram eodem, inter manuscriptas.*

100 Actor hæres vigore reseruationis dominij & possessionis in fauorē sui auctoris, obtinet sibi mandatum de associando, *in* Romana *vineæ* 29. *Aprilis* 1648. *coram R. P.D. Meltio, inter vagantes.*

101 Qui vellet procedere actione † personali, & executiue contra tertium, non posset, *vt in* Romana *hæreditatis, de Gratianis* 11.*Decembris* 1648. *coram eod. in manuscript.*

102 Si esset facienda † probatio valoris bonorum, est recurrendum ad publicos libros Ciuitatis, si retinentur, quia illi probant valorem illorum.

103 Prout etiam libri particularium † probant valorē fructuum à retinente perceptorum, *vt in Bononien. fideicommissi, de Rubeis* 11.*Martij* 1646. *coram Reuerendiss.D.meo Dunozetto, inter volantes.*

104 Qui producit Instrumentum † centum annorum, vel octuaginta, vel septuaginta, non

non indiget recognitione, & creditur sub-
scriptioni Notarij.

105 Et si vtantur probatione desumpta † ex
libris historicorum, est aduertendum, quod
si tales historici suppresserunt eorum nomen
non probant, quia sacrum Concilium pro-
hibet, quem edere libros nomine fictitio, &
tollit illorum fidem, præcipuè si in aliquo
conuincatur de mendacio.

106 Liber quoque Communitatis, † probat
exemptionem eorum, qui non reperiuntur
in eo scripti inter alios soluentes onera, *vt
in Auximana sepulturæ de Cimis, 28. May 1646.
coram R.P.D. Arguelles, in manuscript.*

107 Liber autem Defuncti, † facit magnam
præsumptionem, quia nemo præsumitur im-
memor salutis æternæ, *vt in Romana reinte-
grationis 15. Iuny 1648. coram R.P.D. Meltio,*
108 *in folio*: sed libri Montis Pietatis, † & De-
positariæ, probant etiam pro tertio, & con-
tra tertium, *vt in Romana, seu Melcuitana pe-
cuniaria 1. July 1649. coram R. P. D. Cerro,
inter volantes.*

109 Et libri Mercatorum, † tunc probant,
quando continent data, & accepta, ex qua
causa, & nomine, & qua die.

110 Libri, qui à mercatore retinentur † pro
memoria, non probant, nec obligant, nec
indicant solutionem, *vt in Bononien. manu-
tentionis 15. Iul. 1650. coram R. P. D. Mel-
tio, in folio*, vbi etiam habetur quod liber,
111 qui nuncupatur † Vacchetta, non probat,
ideo, si esset facienda liquidatio ex eis non
bene fieret, licet cum sit difficilis probatio-
nis, remittatur arbitrio Iudicis, qui solet se
regulare à solito, habito respectu temporis
præcedentis, & subsequentis, & tenet me-
diam viam, vt habetur in *eadem decisione*.

112 Nec liber priuati regulariter † probat
fauore scribentis, nisi sit adminiculatus, *To-
mat. decis. 215.*

113 Pro adminiculo solet dari † mors scri-
bentis, & qualitas, & integritas eiusdem,
cum illius bona fama.

114 Pro alio, si partitæ in illo adscriptæ † iu-
stificentur aliunde, tunc probaret etiam
115 contra tertium, & hoc procedit † etiamsi
in aliqua parte non iustificentur.

116 Et fortius, si concurrat paupertas † eius,
qui debebat à tali scribente exigere, *vt in
Romana pensionis Palaty 22. Iuny 1648. coram
R.P.D. Meltio, inter vagantes.*

117 Vbi etiam habetur, quod pauper † non
præsumitur per quinquennium differre
exactionem; præcipuè, si talis pauper est
fœmina.

118 Inuentarium quoque † probat contra
scribentem, & eum conficientem, eiusque
hæredes, *vt in Romana residui dotis 15. Iu-
ny 1648. coram R.P.D. Cerro, in folio.*

119 Nec terrorem dabit probatio † contra-
ria, quia probatio non excludit probatio-
nem, vt *in Hispalen. decimarum 26. Iun. 1647.
coram Eminentissimo D. meo Corrado, apud
P. Dianam, par. 9. fol. 395.* & neque si mate-
120 ria sit difficilis probationis, † quia id sup-
pletur coniecturis: & si aderit Instrumentum
121 antiquum, vel scriptura, sciendum, † quod
Archiuiatio non est necessaria, quando con-
stat de legalitate Notarij, legalitas vero præ-
sumitur lapsu centum annorum, *vt in dicta
Auximana sepulturæ de Cimis 14. Martij 1646.
coram Reuerendissimo Dunozetto, in folio.*

122 Multæ etiam probationes licet † nulliter
factæ, coniunguntur ad perfectam probatio-
nem, propter earum multiplicitatem, *vt in
Marsicen. Iurisdictionis, 18. Febr. 1647. coram
R.P.D. Bichio, in folio.*

Sed ocularis inspectio, & visitatio loci su-
123 perat omne genus † probationum, *vt in Ro-
mana executionis laudi 14. Iuny 1647. coram
R.P.D. Arguelles, inter manuscript.*

Si quis habet nudum nomen, non potest
124 agere, quia nudum nomen nullum ius † præ-
bet: & qui emit pro persona nominanda,
125 quærit sibi donec nominet † & quando no-
minat, hypotheca transit ad nominatũ, ac si
ab initio ille emisset, *vt in Romana fructuum
Censûs 14. Iuny 1647. coram R. P. D. Meltio,
inter volantes.*

*De productione iurium, pacto redimendi, primo
acquirente, & domino directo.*

Artic. V.

126 *Iura producta sine partis citatione ad dicendum
contra, non attenduntur.*

127 *Productio, quando semel est facta, non est opus
iterum citare partem ad dicendum contra, sed
potest citari ad soluendos nouos terminos.*

128 *Emens cum pacto soluendi precium anterioribus
si non soluit non potest agere de euictione, nec
liberatur ex solutione facta posterioribus.*

129 *Habens facultatem capiendi possessionem propria
authoritate, adeundo Iudicem facilius obtine-
bit mandatum de associando.*

130 *Agens in Iudicio Saluiani, si fiat oblatio debiti,
non obtinebit: sed nec tenetur cauere pecu-
nias recipiendo.*

*Creditor dicitur esse in damno, quando tenetur
cauere. ibidem.*

131 *Scriptura sigillo munita fortius probat, quia
illud dicitur confirmatio eorum, quæ in illa
continentur.*

132 *Signum Notarij non est opus recognoscere, quan-
do in scriptura reperitur sigillum, quia sufficit
id recognoscere vna cum legalitate, vt fides
adhibeatur.*

133 *Debitor pagarum decursarum, quando est in mo-*

ra,

ra, potest conueniri pro toto credito.

134 *Læsio dicitur inducta ex tertia parte, & etiam ex dimidia iusti precij.*

135 *Primus acquirens ex titulo oneroso potest excludere quos vult, & de sic acquisitis disponere.*

136 *Dominus directus attento pacto renouandi, quibus actionibus conueniri potest.*

137 *Promittens donare potest cogi ad faciendum Instrumentum.*

138 *Agens contra aliquem, vt se in dominum recognoscat, quid teneatur probare.*

ADuertere etiam debet Actor, quod Iu-
126 ra † producta sine partis citatione ad dicendum contra, non attenduntur, & ideo procuret non omittere talem citationem, sic enim monet *decisio Romana pecuniaria 28. Iunij 1649. coram R.P.D. Arguelles in manus.* Et vt supra dixi, quando productio semel est
127 facta, † non est opus iterum citare partem ad dicendum contra, sed potest citari ad soluendum nouos terminos, *vt in citata Romana fructuum dotis 10. Iunij 1648. coram R. P. D. Rojas, inter vagantes.*

128 Qui emit fundum cum pacto soluendi precium anterioribus, & illud non soluit, non potest agere de euictione, si fundus euincitur ab anteriori; quia debebat dictis anterioribus satisfacere iuxta suam promissionem, & ex solutione facta posterioribus, non liberatur, *vt in Maceraten. Saluiani 11. Martij 1647. coram Eminentissimo D. Cardinali Corrado, apud Merlin. de pignor. decis. 144.*

Qui habet pro se facultatem capiêdi pos-
129 sessionem propria auctoritate, † si adit Iudicem, facilius obtinebit mandatum de associando, vt *in Romana Census 17. Martij 1649. coram Reuerendiss. Dunozetto, inter volantes.*

Qui agit in iudicio Saluiani, & fiat obla-
130 tio debiti, non obtinebit: recipiens† autem non erit obligatus præstare aliquam cautionem in recipiendo pecunias, quia Ius offerendi, vt supra, non permittitur, quando primus creditor esset in damno, & in damno diceretur si teneretur cauere, *vt in supra allegata Ciuitatis Castelli Saluiani 1. Iulij 1647. coram R.P.D. Bichio, in manuscript.*

Scriptura, quæ producitur, si habet sigil-
131 lum, † fortius probat, quia illud dicitur confirmatio eorum, quæ in illa continentur, *vt in Vladislauien. manutent onis 5. Iunij 1648. coram R.P.D. Ghislerio, inter manuscript.*

Et tali casu non est opus recognoscere
132 signum Notarij, † sed sufficit recognoscere sigillum, & legalitatem, vt fides illi adhibeatur, *vt in Ampurien. seu Ciuitaten. Archipresbyteratus 26. Nouembris 1649. coram R.P.D. Bichio, inter volantes.*

Agitur etiam ad totum creditum, quan-
133 do debitor est in mora † pagarum decursarum, per pactum quod deficiente in vna teneatur ad duas, & in duabus ad tres, & in tribus ad totam summam, *vt in citata Ariminen. manutentionis 1. Iulij 1647. coram R.P.D. Ghislerio, in folio.*

134 Si quis ageret pro læsione ex eo quod prædium paruo pretio vendidit, si adsit pactum redimendi, ex tali pacto dicitur diminutum pretium in sexta parte, quando non est absolutum, & indefinite conceptum, sed restrictum ad certum tempus; læsio enim dicitur inducta ex tertia parte, vel etiam ex dimidia iusti precij, *vt in Romana rescissionis transactionis 29. Maij 1648. coram Eminentissimo D. Cardinali Corrado, in manuscr. & in Romana simulationis contractus 29. dicti mensis eiusdem anni, coram Reuerendissimo D. Dunozetto, inter volantes.*

Et quia primus acquirens ex titulo one-
135 roso potest excludere quos vult, † & de sic acquisitis disponere, non secùs ac de suis patrimonialibus, in præiudicium quorumlibet comprehensorum, etiamsi agatur de emphyteusi, ex pacto, & prouidentia, & potest de eis in testamento disponere, eadem ratione in sui, & comprehensorum præiudicium poterit illa obligare, & ideo tunc poterit creditor in illis sibi satisfacere durante inuestitura, *Rota in Cesenaten. emphyteusis 23. Ianuarij 1651. coram R.P.D. meo Albergato, inter manuscript.*

Stante etiam pacto, quod dominus dire-
136 ctus debeat facere † renouationem de tanto in tanto tempore, poterit talis dominus cõueniri actione personali, etiam ad factum, ad faciendum talem renouationem, vt dicitur in *eadem decisione.*

Qui etiam promisit donare, potest cogi ad
137 faciendũ Instrumentum, † & si promisit simpliciter, non potest apponere aliquam conditionem, sed tenetur eam puram, & liberam facere, præsertim si talis promissio fuit facta contemplatione certi matrimonij, *vt in Romana donationis de Castellanis 17. Iunij 1630. coram bon. mem. Coccino, non impressa.*

Qui autem agit contra aliquem, vt se in
138 dominũ recognoscat, † quid teneatur probare, *videbitur in Perusina emphyteusis 21. Iunij 1641. coram Reuerendissimo D. Dunozetto, inter vagantes.*

De creditore anteriore, & posteriore, euictione, & lucro societatis.

Artic. VI.

139 *Creditor anterior, de quo informatus est Tutor, qui soluit posterioribus, potest cogi agere pro solutione contra eundem, vt sibi soluat.*

140 *Creditor posterior si occultet bona debitoris, vel*

illa

illa dilapidet, & de hoc adsit timor, an possit agi pro assecuratione.

141 *Creditor posterior si fuit diligens, non solum in exigendo, sed etiam in consumendo pecunias, non potest ab anterioribus pulsari, nisi adsit obligatio in forma depositi.*

142 *Creditor pauper solet esse diligens in exigendo.*

143 *Creditor non tenetur recipere diuisas solutiones.*

144 *Dotans non tenetur de euictione rei datæ in dotem, nisi talis euictio fuerit promissa in specie.*

145 *Dos promissa in qualitate reinuestienda ex partium conuentione non dicitur consistere in quantitate, sed in inuestimento.*

146 *Damna, & interesse succedunt loco promissionis factæ, si non adsit protestatio opportuna.*

147 *Fideiussio non est de substantia societatis officij, ideo petens lucrum ob non datum fideiussorem non obtinet.*

148 *Præseruatio illa sine præiudicio fideiussionis, quid operetur.*

149 *Materia societatis officij fusè digesta.*

150 *Non adimplens pro parte sua, etiam sine interpellatione non lucratur societatem.*

151 *Promittens duo, vnum adimplens non liberatur.*

152 *Creditor, si recepit fructus, dicitur sibi præiudicasse durante illorum tempore.*

153 *Cessionarius ad quas teneatur diligentias pro credito sibi cesso cum promissione exigibilitatis.*

Executor vnus sufficit, qui perquirat, & referat non inuenisse bona, super quibus possit facere executionem. ibidem.

Creditor non tenetur discutere bona à tertijs possessa, & litibus intricata.

154 *Cessionarius potest citare cedentem ad indicandũ bona debitoris cessi, super quibus possit exequi mandatum, aliàs ad soluendum pecunias receptas.*

155 *Diligentiæ pro scriptura reperienda.*

139 ET creditor anterior, de quo informatur est Tutor, † qui soluit posterioribus, potest agere pro solutione contra eundem, vt sibi soluat.

Si etiam adsit timor, quod creditor posterior occultet bona debitoris, † vel illa dilapidet, potest agi pro assecuratione, docto de credito, & iurato de tali metu.
140

Sed si posterior fuit diligens, non solum
141 in exigendo, † sed etiam in consumendo pecunias, non potest pulsari ab anterioribus, vt restituat, nisi se obligauerit restituere anterioribus, & in forma depositi; præsertim, quando est æque priuilegiatus, vt agentes: de his, *Romana residui dotis 15. Iunij 1648. coram R.P.D. Cerro, inter volantes.*

Et si agit creditor pauper, faciliter repel-
142 litur, quia similes creditores † solent esse diligentes in exigendo, *vt in Romana vineæ de Granuela 26. Iunij 1648. coram Eminentissimo D. Corrado, inter vagantes.*

Siquè debitor vellet soluere creditori pau-
143 latim, non audiretur, † quia creditor non tenetur recipere diuisas solutiones, *vt in Maceraten. redditionis rationis 5. Iunij 1648. coram R.P.D. Meltio, non impressa.*

Quando autem quis dotauit, non tenetur
144 de euictione rei datæ in dotem, † nisi talis euictio fuerit in specie ab illo promissa, vel dotans sit in mala fide.

Et si dos fuit promissa in qualitate reinue-
145 stienda ex partium conuentione, † non dicitur consistere in quantitate, sed in inuestimento, *vt in Camerinen. dotis Ecclesiæ 22. Iunij 1650. coram dict. R.P.D. Meltio, in folio.*

Loco promissionis factæ, si ille non pro-
146 testatur, † succedunt damna, & interesse, *vt in Romana census 16. Decembris 1647. coram R.P.D. Bichio, inter vagantes.*

Si autem adsit differentia, quoad lucrum
147 societatis officij, ex quo † quis prætendit lucrum, & non dedit promissum fideiussorem: dicemus cõtra creditorem esse iudicandum, quia fideiussio non est de substantia societatis, non obstante quod in quietantijs fructuum adsit protestatio, quod recipiantur sine præiudicio dictæ fideiussionis: Præ-
148 seruatio † enim facit solum, vt fideiussio possit peti, non autem quod impediat lucrum societatis, quia aliàs nunquam daretur casus tali lucro, & si non adesset talis præseruatiua, diceretur remissa fideiussio: & quoad
149 hoc legitur materia optime tractata, *in Romana societatis officij 13. Martij 1648. coram R.P.D. meo Bichio, inter vagantes.*

In alia etiam Romana societatis officij 14. Ianuarij 1648. coram Eminentissimo D. Cardinali
150 *Otthobono,* dicitur, quod † qui non adimplet pro parte sua, etiam sine interpellatione, non lucratur societatem, etiam quod fuerit promissum in primo Instrumento, & non in secundo; dummodo fuerit dictum, citra nouationem; & sufficit defectus simplicis implementi, etiamsi fuerint soluti fructus à tertio; vt si fuerunt duo promissa, non sufficit
151 vnum adimplere. † Quando autem creditor recipit fructus, dicitur sibi præiudicasse durante illorum tempore, & eo durante societas superlucratur, non obstante dicto non implemento.

Sed si venerit casus, in quo aliquis cesse-
152 rit alteri creditum, † cum promissione exigibilitatis, ad quas diligentias tenebitur cessionarius? *dixit Rota,* quod obtento mandato cõtra debitorem cessum, poterit si vult prosequi diligentias mediante vno executore, vel duobus, sed sufficit etiam vnus, qui perquirat, & referat non inuenire bona, in quibus possit facere executionem, *vt in Romana lucri dotis 1. Aprilis 1650. coram R.P.D.*
153 *Albergato. in folio;* vbi etiam dicitur, † quod non

non tenetur creditor discutere bona à tertijs possessa, & litibus intricata; & poterit
154 etiam citari cedens † ad indicandum bona debitoris cessi, super quibus possit exequi mandatum, aliàs ad soluendum pecunias receptas pro credito cesso, *vt in vna Bononien. litterarum cambij 17. Nouembris 1648. coram R.P.D.Celso, inter volantes*.

Diligentiæ autem pro reperienda scriptu-
155 ra, vel titulo ab aliquo † præsumptiue allegato, fiunt per duos deputatos à Iudice, & aliter factæ non releuant, *vt vult Rota in vna Ampurien. seu Ciuitaten. Archipresbyteratus 26. Nouembris 1649. coram R.P.D.Bichio, non impressa*. & de libris Datariæ, *dixit Rota in Burgen. Beneficiorum 26. Iunij 1651. coram R.P.D. Celso, inter Vagantes*; & bene dicuntur quando nullus remanet locus, qui non fuerit perquisitus, *Tomat. decis. 220.*

De Reo.

Cap. IV.

Quis sit reus, de apprehenso in Curia, de contumace, cedente, vel recedente à Curia.

Artic. I.

1 *Reus quis dicatur.*
2 *Reus Romæ apprehensus an possit ibidē conueniri.*
3 *Reus conuentus absoluitur ex non iure actoris, & ex defectu probationum eiusdem. & nu. 4.*
5 *Citatus in partibus an, & quando possit accedens ad Vrbem contra actorem per contradictas agere.*
6 *Reus contumax an audiatur examinatis testibus absque interrogatorijs.*
7 *Contumax personaliter citatus, post tempora ad appellandum non auditur.*
8 *Processus per contradictas, datur in beneficialibus mortuo reo in qualibet parte Iudicij.*
9 *Limita hoc non procedere in causis profanis.*
10 *Reus in sua exceptione est actor, & illam concludenter probare debet.*
11 *Iudex magis faueat reo quam actori.*
12 *Reus si pendente iudicio ciuili accuset actorem, quid agendum.*
13 *Confideiussor soluens totum debitum an indigeat integra iurium reportatione, & possit agere cōtra correum.*
14 *Examen testium pro reo excipiente admittitur, si articuli sint releuantes.*
15 *Et quid si ex pluribus articulis tantum aliqui essent releuantes.*
16 *Remissoria de stilo Rotæ in re graui negatur, sed testes Romam accedunt.*
17 *Remissoria quando in genere sit concedenda.*
18 *Testes quomodo debeant deponere super immemorabili.*
19 *Articuli releuantes, vel calumniosi, aut inuerisimiles qui dicantur,*
20 *Compulsoria specialis negatur: nisi constet de existentia scripturæ compulsandæ.*
21 *Remissoria, aut compulsoria, quando concedatur.*
22 *Remissoria non est petenda in vltimis audientijs.*
23 *Remissoria an possit obtineri post rem iudicatam.*
24 *Præscriptio non currit contra ignorantem.*
25 *Tutor conuentus ad reddendam rationem pupillo quid facere debeat, remissiue.*

1 QVis dicatur Reus, *dixit* † *glossa in §. 1. verb. & stipulandi, instit. de duobus reis, & l. cum is, qui, ff. de fideiussor.*
Ideo etiam hoc assumptum desero; satis enim mihi erit aliqua de ipso circa praxim asserere.

2 Si igitur reus apprehenditur Romæ, † dummodo non venerit ratione deuotionis, seu vt cito aliquo, & vrgenti negocio se expediat, poterit Romæ conueniri in Iudicio, etiam quod nulla adsit obligatio Cameralis, *hoc dicitur apud Vestrium seruari in Praxi libro 4. cap. 1.*

3 Quando autem † conuentus fuerit, potest absolui in duobus casibus: Primo ex non
4 iure † actoris. *Cassad. decis. 2. de sent. & re iud. Tomat. decis. 123.* quod *vt ibid.* procedit tam in profanis, quam in beneficialibus. Secundo, quando actor non probat suam intentionem, *l. 1. C. de rei vendicatione, & dicit text. in cap. inter dilectos de fide instrumentor. Tomat. decis. 178. & 249. & 274. tom. 2.*

Insuper, quando fuit citatus in partibus
5 in vim citationis † decretæ, accedens ad Vrbem, potest contra actorem ab Vrbe recedentem, nullo Procuratore dimisso, tanquam contumacem, absque alia citatione de partibus per audientiam contradictarum procedere: & huiusmodi processus est perducendus vsque ad sententiam diffinitiuam inclusiuè, *Rota decis. 402. in nouis. Et sic docet Vestrius in sua Praxi lib. 4. cap. 4. num. 1.*

Si vero non comparuisset, & contra ipsum fuissent interim examinati testes sine inter-
6 rogatorijs, † auditur, si vult testes repetere super suis interrogatorijs; expensis tamen ipsius rei, *vt apud Vestrium dicto lib. 4. cap. 4. numer. 9.*

Et si personaliter citatus fuerit contumax
7 & superueniat post tempora † ad appellandum, non auditur, si appellat via ordinaria, sed debet petere via extraordinaria restitutionem in integrum, & reficere expensas, *vt idem Vestrius lib. 4. dict. cap. 4. num. 9.* apud quem videantur etiam declarationes, & limitationes.

Si autem moriatur in quacunque parte
8 Iudicij, & causa sit beneficialis, † solet procedi per contradictas contra omnes suc-

inte-

intereſſe putantes, non ſolum ad effectum
abſoluendi beneficium, vel relaxandi fru-
ctus, vt accidit multis vicibus ſequeſtratos,
Rota decıſ. 143. in nou. Verum etiam ad effe-
ctū abſolutoriæ: nec eſt neceſſe in huiuſmo-
di proceſſu citare Procuratorem Defuncti,
etiamſi eſſet effectus Dominus litis, *Veſtrius*
ibidem dicto cap. 4. num. 12. & 37.

Hoc tamen non debet practicari in cauſa
9 profana, quia tunc citatur † procurator Do-
minus litis effectus, *vt annuit dictus Veſtrius*
loco citato, & dicam infrà.

10 Quando reus excipit, in ſua † exceptione
dicitur Actor; & debet audiri, *Tomas. de-*
ciſ. 200. ſed illam concludenter tenetur pro-
bare, præcipuè quando actor ſuam intentio-
nem concludenter probauit; *Rota in Toleta-*
na decimarum de Capilla 14. Decembris 1648.
coram R.P.D. Verospio, in folio.

Semper tamen potius Iudex fauebit Reo,
11 quam Actori: quia † Actor habet poteſta-
tem agendi, quando vult; quod eſt ſecus in
Reo, *l. pure 9. fin. ff. de except. dol.* & dixit
Rota in Aretina penſionis 20. February 1598. co-
ram bon. mem. Litta, in folio.

Quid autem ſit faciendum, & quomodo
12 procedendum, & an ſit † inhibendus Iudex
criminalis; ſi reus conuentus pendente iudi-
cio ciuili accuſet Actorem? *Eſt pulcra deciſio*
in cauſa Romana hereditatis 27. Aprilis 1644.
coram R.P.D. Meltio in folio.

13 Et ſi duo rei conueniuntur † ad ſoluen-
dum, & non ſunt principales debitores, ſed
confideiuſſores, ſi alter illorum ſoluit, non
eſt neceſſe quod pro ſua rata reportet iuriū
ceſſionē, quia eſſet inefficax, ſatis enim erit,
quòd illam reportet quoad ratam tangen-
tem confideiuſſorem, cumque eius vigore
poteſt conuenire, *Rota apud Ludouiſium deciſ.*
19. num. 1. & 5.

Quando verò reus excipit, & vult facere
14 ſuas probationes, & † indiget aliquando
examine teſtium, tunc eſt aduertendum,
quod ſi articuli ſunt releuantes, admittitur
examen; ſecus verò, reijcitur non obſtante
ſtilo ſolito allegari, quod in Curia nunquam
denegatur: hoc deſumitur ex *Romana dotis, &*
Saluiani 20. Decembris 1630. coram R. P. D.
Q cippo deciſ. 415. par. 5. recent. & in Romana
n[illegible]ſſionis concordiæ 14. Marty 1650. coram
R.P.D. meo Cerro, in folio.

15 Et ſi aderunt † plures articuli, ex quibus
[illegible] ſunt releuantes, tunc examen conce-
[illegible] tantū quoad illos, reſecatis calumnio-
ſis, & impertinentibus, ſic enim ſeruauit *Ro-*
ta in Valentina Parrochialis 23. January 1647
coram R.P.D. meo Cerro, non impreſſa.

Quando autem dubitatur, & agitur de
16 cauſa graui, & ardua, † de ſtilo Rotæ non
datur remiſſoria; ſed teſtes debent accedere
ad Curiam, *vt teſtatur eadem Rota in cauſa*
Tullen. nullitatis matrimony 18. Martu 1647.
coram R.P.D. Ghiſlerio, inter manuſcript.

Quando autem in genere ſit concedenda,
17 vel deneganda remiſſoria, poterit haberi *à*
D. Gratioſo Vberto, in eius tractatu de citatio-
nibus cap. 13. à num. 361. vſque ad num. 633. &
nos dicemus *infra tit. de remiſſoria.*

Et ſi quis indiget probatione immemo-
18 rabilis, † quomodo teſtes debeant deponere;
videbitur *in Nazarena ſeu Montis Viridis be-*
neficy 16. February 1648. coram Illuſtriſſimo
D. Dunozetto Decano, in folio, vbi etiam di-
19 gnoſcetur qui nam dicantur † articuli rele-
uantes, qui nam calumnioſi, & qui inueriſi-
miles, & dicam etiam *infra tit. de immemora-*
bili.

Si verò indiget compulſoria ſpeciali, il-
20 lam non obtinebit, niſi † conſtito de exiſten-
tia ſcripturæ compulſandæ, *Rota in Anconi-*
tana Manus 31. Iunij 1647. coram Eminentiſſi-
mo D. Corrado, inter volantes, & dicam pari-
ter *infra tit. de compulſoria.*

Et quando, aut remiſſoria, aut compulſo-
21 ria conceditur, tunc † dirigitur, vbi ſunt te-
ſtes, & ſcripturæ reperiuntur, & diriguntur
alicui conſtituto in dignitate eccleſiaſtica,
cap. ſtatutum de reſcript. in 6. Clem. & ſi prin-
cipalis eod. tit. nec talis locus poteſt allegari
ſuſpectus ſub aſſerto intereſſe alicuius de
Magiſtratu, quando ibidem adeſt copia Iu-
dicum, Procuratorum, & Aduocatorum, vt
firmat *Rota in Melenitana nullitatis profeſſio-*
nis 1. Iuny 1650. coram R.P.D. meo Rojas, in
folio, & dicam pariter pleniùs infra.

Cauendum eſt etiam, quod ſi quis indige-
22 ret remiſſoria, non debet expectare † vltimas
audientias, illamque in dictis vltimis audiē-
tijs petere, quia Rota, quæ odit calumnias,
ſolet in tali caſu illam denegare, *vt in Ari-*
minen. pecuniaria 16. Iun. 1624. coram bon. mem.
Remboldo, in folio. Si tamen eam petes alio tē-
pore; & articuli erunt releuantes, illam obti-
23 nebis, etiam poſt rem † iudicatam, *Rota in*
Melenitana Domus 11. Marty 1648. coram
Eminentiſſimo D. meo Otthobono in folio, & in
Toletana decimarum 16. Marty 1648. coram
R.P.D. Cerro, non impreſſa.

Et ſi reus excipit de præſcriptione; debe-
24 bit † animaduertere, quòd illa non currit
contra ignorantem, *Rota in Brnehentana do-*
mus 13. Decembris 1648. coram d. Eminentiſſi-
mo D. Otthobono, in folio.

Tutor etiam conuentus ad reddendam
25 rationem legitimam pupillo, † quid debeat
facere, docetur *à Rota in Licien. adminiſtratio-*
nis 25. February 1647. coram d. Eminentiſſimo
D. meo Cardinali Otthobono, in folio.

De herede, appretiatione bonorum, implemento, delegatione, & præscriptione.

Artic. II.

26 *Tutor datiuus datur, si alter ex causa publici muneris excusatur.*

27 *Hæres non implens mandata testatoris, an, & in quas pœnas incurrat.*

28 *Hæres si conueniatur de proprio, an teneatur.*

29 *Executio an retardetur ex simplici oppositione fideicommissi.*

30 *Hæres non beneficiatus, non potest facere detractiones.*

31 *Hæres fraudolenter, omittens aliquid describere in inuentario, ad quid teneatur.*

32 *Reus possidens, absoluitur ex non iure sui contrarii.*

33 *Exceptio rei non liberè iustificata, an pariat rescissionem contractus.*

34 *Exceptio non integræ transportationis actorum, tollitur per exhibitionem iurium iustificantium rem iudicatam.*

35 *Executio causæ ad curiam deuolata, non potest per appellationem remitti ad partes.*

36 *Reus quando cogatur ad edendum scripturas, vel iura, & liberetur cum cautione iuratoria.*

37 *A.C. moderatur inhibitionem ex se elapso biennio post appellationem.*

38 *Detractio legitimæ debitæ grauato, quomodo reguletur.*

39 *Obligatus repræsentare, non repræsentans tempore conuento, an admittatur ad purgationem moræ.*

40 *Opponens cautionem de stando iuri, an possit cogi ab alio iudice, quàm expresso in cautione.*

41 *Filius nomine patris, an possit conueniri ad soluendum de bonis per ipsum possessis.*

42 *Compensatio an, & quando sit permissa etiam in executione sententiæ.*

43 *Emptor non data cautione de euictione, habet electionem precium deponendi.*

44 *Venditor an possit cogere emptorem soluere precium, non data cautione euictionis.*

45 *Obligatio ex causa necessaria, sustinetur etiam deficientibus solemnitatibus.*

46 *Fructus census an debeantur, si destruitur fundus.*

47 *Exceptio rei non liberæ debet opponi ante relaxationem mandati.*

48 *Liberatio correi cum dictionibus personalibus trahitur ad personam, & non ad bona.*

49 *Filius obligatus à Patre ad aliquod exercitium, an possit talem obligationem reuocare.*

50 *Peritus adhibitus tanquam testis debet validè examinari iuxta stilum testium.*

51 *Valor verus domorum, ex quibus inspectis habeatur.*

52 *Reus passus confiscationem, an teneatur ad debita antea contracta, si diues fiet.*

53 *Exceptio in continenti probata impedit immissionem, & interdictum adipiscendæ.*

54 *Exceptio in continenti probata, dicitur per transactionem, quæ impedit litis ingressum.*

55 *Transactio dicitur si sit super lite mota, vel mouenda.*

56 *Concordia facta ab herede fideicommissario, an noceat alijs successiuè vocatis.*

57 *Matrimonium promissum, & postea præsente Parocho non consentiente contractum, an valeat.*

58 *Reus diligenter excipiat, & protestationem suam in quolibet actu repetat.*

59 *Reus conuentus ex pacto faciendi duas solutiones, relicta prima, an possit purgare moram primæ solutionis, & liberetur excipiens non aduenisse diem alterius solutionis.*

60 *Creditor post obtentam sententiam pro se, potest facere liquidationem.*

61 *Editio scripturarum, qualiter obtineatur, tam à Reo, quam ab Actore vtendi coram Iudice.*

62 *Obligatus in forma Cameræ, cum clausula, & ad omne mandatum, rectè conuenitur executiuè.*

Exceptio non implementi, non tollitur per implementum non durabile, & non perpetuum. ibid.

63 *Exceptio delegationis non saluat reum, nisi illa iustificetur in quacunque sui parte.*

64 *Cessionarius quando dicatur fecisse debitas diligentias, si cessum fuit nomen debitoris.*

65 *Reus eligens domicilium, & actus faciens non sonantes in agere, non consentit in iurisdictionem.*

66 *Præscriptio opponitur contra actorem quando, si adest congruus temporis lapsus.*

67 *Restitutio in integrum, est medela præscriptionis, & datur ex probabili ignorantia.*

68 *Præscriptio non completa cum defuncto, an currat contra minorem, vel pupillum heredem.*

69 *Concordia, si impugnetur propter causæ falsitatem, sustinetur donec fuerit reuocata per tres conformes.*

70 *Sententia lata secunda die, an sustineatur, si citatio fuerit facta pro prima, & in antea.*

Quando autem se excusat ratione pu-
26 blici muneris, † tunc datur datiuus. *Romana Tutelæ 5. May 1632. coram bon. mem. Pirouano, in folio.*

Hæres quoq; nisi dolo desierit implere man-
27 data testatoris, † non cadit à cõmodo hæreditatis, nec incidit in pœnam iniunctam à testatore caducitatis, *Rota in Romana hæreditatis 18. Martij 1650. coram R.P.D. Rojas, non impressa.*

28 Et si conueniatur, de proprio † condemnabitur sine dubio, nisi doceat de adhitione hæreditatis cum beneficio legis, & inuentarij, & doceat de inuentario confecto intra nonaginta dies; *casus est in Nepesina pecuniaria 27. Aprilis 1646. coram R.P.D. Verospio, in folio.*

Nec executionem retardabit ex simpli-
29 ci † oppositione fideicommissi, non probata iden-

identitate bonorum, nec ex alia friuola exceptione, quia executio cœpta debet terminari, vt finis tandem litibus imponatur, *Rota in Anconitana dotis 30. Maij 1650. coram R.P.D. meo Verospio, non impressa*.

30 Insuper si non est beneficiatus, † neque poterit facere detractiones, *Rota in Bonon. fideicommissi de Pancaldis 31. Iunij 1649. coram R.P.D. meo Peutingerio, in folio*, vbi etiam dicitur, ad quem spectet probare alienationes sufficere, vel non sufficere pro detractionibus.

Et quando fraudolenter omittit aliquid
31 describere in † inuentario, non perdit beneficium legis, sed tantum condemnatur ad duplum, *Rota in Romana legatorum 28. Iunij 1641. coram bon. mem. Pirouano, non impressa*.

Reus etiam, si possidet, absoluitur ex non
32 Iure sui contrarij, † vt dixit *Rota in Abulen. pensionis 14. Iunij 1647. coram R. P. D. meo Cerro, in folio*, & dixi supra in principio.

Exceptio rei non liberæ iudicata, parit
33 rescissionem contractus, † adeò vt, reus non teneatur ad precium, sed actor teneatur recipere quod credidit, vel tradidit, *Rota in Eugubina prædij 14. Iunij 1649. coram R.P.D. Cerro, non impressa*.

34 Si reus opponat de non † integra träsportatione actorum in executione rei iudicatæ tunc actor satis est, quod doceat exhibuisse Iura, in quibus fundatur iustitia rei iudicatæ, *Rota in dicta Eugubina prædij 14. Februarij 1650. coram eodem, non impressa*.

Et quando causa est deserta, non potest
35 reus, si causa deuoluta fuit † ad Curiam Romanam per appellationem, petere, quod executio remittatur ad partes; sed talis executio semper remanet coram Iudice ad quem, *Rota in Lucerien. attentatorum 26. Iunij 1648. coram R.P.D. Cerro, inter volantes*.

Vlterius veniente casu, quod reus pulsetur
36 ad edendum scripturas, † & Iura, quando possit cogi, & quãdo liberetur cum cautione iuraroria, se non habere, nec dolo desijsse habere, *est elegantissima decisio in Romana fideicommissi de Strotijs 3. Iunij 1647. coram R. P. D. Cerro, inter volantes*.

Postquam reus appellauit ad A.C. & passus est bienniun † elabi, tunc A.C. absque alia commissione moderatur inhibitionem; stante desertione causæ, *Rota in Caietana bonorum 3. Decembris 1646. coram dicto R.P.D. Cerro, in folio*.

Si verò opponat de quantitate legitimæ debitæ grauato, † quomodo detractio regulectur, fuit decisũ in *Romana rescissionis transactionis 29. May 1648. coram Eminentissimo D. meo Cardinali Corrado, inter volantes*.

Si autem obligatus repræsentare pulsare-
39 tur ad repræsentandum, † nisi repræsentabit tempore conuento, admittetur ad purgationem moræ, nisi executio fuerit perfecta, vel à lege per dominij translationem, vel ab homine per rei traditionem, *Romana fideiussionis de repræsentando 3. Iulij 1617. coram bon. mem. Coccino apud Fenson. decis. 42*.

Opponens cautionem de stando Iuri, re-
40 strictam ad certum iudicem, † non potest cogi coram alio iudice, quam in cautione expresso, *Rota in Bononien. de Formagliarijs 19. Ianuarij 1628. coram dicto R. P. D. Kemboldo, non impressa*.

Si autem conueniatur filius nomine Pa-
41 tris, vt soluat † de bonis per ipsum possessis; nisi ille probabit bona aliunde habuisse, quam à Patre, illa præsumuntur paterna, & à Patre habuisse, *Rota in Perusina fideicommissi de Gratianis 5. May 1635. coram eodem, inter vagantes*.

Compensatio quoque est permissa etiam
42 in executione † sententiæ, sed creditum cõpensandum, debet esse liquidum, vel quod in continenti possit liquidari, *Rota in Romana compensationis 25. May 1628. coram eodem, inter volantes*.

43 Emptor etiam, si venditor † non dedit cautionem de euictione, habet electionem, vel precium deponere, vel illud inuestire, vel etiam penes se retinere: Si verò retinet, tenebitur ad fructus recompensatiuos, *Rota in Romana Palatij 14. Aprilis 1625. coram eodem, in manuscript*.

Nec venditor potest cogi per emptorem
44 ad soluendum precium, nisi † data dicta cautione de euictione, *Rota in Romana pecuniaria 15. Iulij 1626. coram eodem R.P.D. Remboldo, in folio*.

Quando verò dicatur de nullitate obliga-
45 tionis † defectu solemnitatum, si talis obligatio est ex causa necessaria, obligatio sustinetur, *Rota in Spoletana dotis 4. Febr. 1636. coram eodem, non impressa*.

Et si obijceretur destructio fundi, & quod
46 ideo † fructus census amplius non debeantur, si superest pars fundi, vel bonorum, illa præsumitur sufficiens pro illorum solutione; & dicenti contrarium incumbit onus probandi, & sic census sustinetur super tali portione, *Rota in Romana census 10. Iunij 1642. coram R. P. D. meo Cerro, inter volantes*.

Si vlterius detur oppositio rei non liberæ,
47 est aduertendum, † quod ista exceptio debet opponi ante relaxationem mandati; *Rota in Romana Vineæ 28. Iunij 1625. coram bon. mem. Pirouano*.

Et si opponatur, quod liberasti debito-
48 rẽ correũ, & in liberatione adsunt † dictiones personales, diceris non liberasse bona, sed personam, *Rota in Reatina census 17. Februa-*

bruary 1642. coram R.P.D. Cornelio, in folio.
Si vero Pater obligauit filiũ ad aliquod
49 exercitium, talis † obligatio nõ poterit reij-
ci; *Rota in Romana mercedis 5. Iunij 1621. co-
ram bon. mem. Remboldo, non impressa.*
Si agetur de probando valore domus, &
50 actor vti velit † Peritis, tanquam testibus;
tunc reus poterit opponere, quod talis Pe-
ritus debet valide, & iuxta stilum exami-
nari tanquam testis; & ad hoc, vt dignoſca-
tur verus domorum valor, non sufficiet
51 sola æstimatio † cementorum; sed etiam
habētur in consideratione fructus, & pensio;
quæ inde percipitur: *est casus in Romana do-
mus 24. Nouembris 1642. coram Reuerendissimo
D. Dunozetto, inter vagantes:* Poterit etiam
videri *Rota in Interamnen. Lesionis bonorum
21. Febr. 1609. coram bon. mem. Pirouano, non
impressa.*
Si reus conuentus, fuisset passus confisca-
52 tionem † omnium bonorũ, non teneretur ad
debita antea contracta, etiam quod deue-
niret ad meliorem fortunam, *Ferrarien. pe-
cuniaria 27. Ianuarij 1627. coram dicto bonæ
memor Pirouano, in folio; & in Florentina pe-
cuniaria 18. Februar. 1636. coram bon. mem.
Merlino.*
Exceptio incontinenti probata à reo, im-
53 pedit † immissionem, & interdictũ adipi-
scendæ, *Bononien. fideicommissi de Manzolis
15. Martij 1630. coram bon. mem. Coccino, de-
cis. 760. par. 5. recent.* & impedit executionem
etiam ex nouis, si probatio est concludens, &
per monumenta publica, *Tomat. decis. 251.*
Dicitur autẽ incontinenti probata per in-
strumenta publica, vt per Tomatũ, *vbi supra.*
54 & per transactionẽ, quæ † impedit litis ingref-
sum, *vt Rota in Romana donationis 9. Decem-
bris 1650. coram R.P.D. Rojas, in manuscript.*
Et vt dicatur transactio, satis est, quod
55 sit † super lite mota, vel quæ timetur moue-
ri; magnumque luctum dicitur fieri eo ipso,
quo quis recedit à lite, *dicta Romana donatio-
nis coram dicto R.P.D. Rojas.*
Facta etiam transactio ab vno ex hæredi-
56 bus † fideicommissarijs, nocet alijs successi-
ue vocatis, etiamsi non sint hæredes transi-
gentis, *ibidem coram dicto R.P.D. Rojas.*
In casu etiam, quo quis promisit matri-
57 monium consummate cum aliqua, & cum
illa postea etiam contraxerit per verba de
præsenti, vis, volo, præsente Parocho; sed
Parochus noluerit consentire, & aufugerit;
attamen matrimonium est validum & pro-
missor conuentus ad obseruantiam tenetur
obseruare, *Rota in Neapolitana matrimonij
1. Iulij 1650. coram R.P.D. Rojas, & 13. Mar-
tij 1651. coram Eminentiss. Card. Corrado, inter
volantes.*
58 Nec prætermitto, quod reus † debet esse
..

etiam diligens in opponendo omnes exce-
ptiones, quas habet: & esse memor, ad hoc
vt afficiat eius protestatio, quod illa debet
repeti in quolibet actu; *Rota in Maceratẽ...
prædij 19. Ianuarij 1624. coram R.P.D. Rem-
boldo, in folio.*
Ille verò, qui non renunciauit purgatio-
59 ni moræ, etiam † de Iure Canonico, licet con-
ueniatur vigore pacti, quod deficiẽte ex vna
teneatur ad duas, admittitur ad purgatio-
nem moræ, & opponere potest non ventile
diem solutionis, & satisfaciendo de eo quod
vsque ad diem Iudicij effluxit, liberatur, *vt
in Ariminen. manutentionis 1. Iulij 1647. coram
R.P.D. Ghislerio, in folio.*
Si autem non opponit de non facta liqui-
60 datione, † creditor, qui obtinuit sententiam
pro se satis est, quod post eam faciat suam
liquidationem: & in hoc etiam est aduer-
tendũ, quod si fructus erunt à reo cõsumpti,
non potest agere ad executionem, sed debet
agere via ordinaria; secus autem, quando
non sunt consumpti, *vt in Romana bonorum
1. Iulij 1644. coram eodem, non impressa:*
Et si reus actori, vel è contra, petit edi-
61 tionem † scripturarum, quibus vult vti co-
ram Iudice, non obtinebit, nisi facta decla-
ratione velle vti pro, & contra, *vt in Ferra-
rien. pensionis 12. Martij 1647. coram eodem,
non impressa.*
Obligatus cum clausula in forma deposi-
62 ti, & ad † omne mandatum, non rectè con-
uenitur via executiua; si depositum est con-
fessionis, *Tomat. decis. 296.* sed si adest obli-
gatio Cameralis, bene conuenitur, quia
tunc pecuniæ præsumũtur extare; & si postea
Signatura committet causam cum clausula,
si quid exequendum, non vulnerat obliga-
tionem Cameralem, *vt in Romana pecuniaria
7. Mart. 1649. coram R.P.D. Celso, inter
volantes.*
Opponitur etiam exaduerso exceptio nõ
implementi, nec implementum dicitur suffi-
cere, nisi illud sit durabile, & perpetuum,
*vt in Ferrarien. transactionis 28. Ianuarij 1650.
coram eodem, inter vagantes.*
Nec exceptio delegationis saluat reum,
63 si illa † non iustificetur in quacunque sui
parte, vt puta, quia cessit, & promisit nomen
cessum debitoris verum, reale, & exigibile.
Quando vero delegatio est facta cum suis re-
quisitis, transfert omne periculum in eum,
cui fuit facta delegatio. & in praxi vidi,
64 quod quando † fuit cessum nomen debito-
ris, vt cessionarius dicatur fecisse debitas di-
ligentias, satis est, quod citauerit cedentẽ ad
indicandum bona debitoris, desuper quibus
possit fieri executio, alias soluendum de-
bitum cessum, & pro eo videndum decerni,
& relaxari mandatum, iuxta praxim procef-
sus

ſus infra indicati, *vt in dicta Bononien. litterarum cambij 27. Nouemb. 1648. coram eodem R.P.D. Celſo, in folio.*

Reus quoque, qui eligit domicilium; &
65 facit † actus, qui non ſonant in agere, ſed in pati, non dicitur cōſentire in iuriſdictionem, *vt in Auenionen. attentatorum 10. Iunij 1648. coram eodem, in folio.*

Contra actorem opponitur præſcriptio,
66 quando adeſt † congruus temporis lapſus: ſed eſt aduertendum, quod tot ſunt præſcriptiones, quot ſunt anni, in annuis præſtationibus, *vt in Gerunden. portionū 25. Iunij 1649. coram R.P.D. Celſo, in manuſcript.*

Reſtitutio in integrum verò eſt medela
67 contra præſcriptionem, † & datur, quando adeſt probabilis ignorantia in præſcribente, quæ ignorantia talis eſſe debet, vt non admittat notam negligentiæ, *vt in Sulmonen. beneficij 10. Martij 1649. coram eodem, in folio.*
68 Sed ſi non eſt † impleta cū defuncto, non currit contra minorem, nec contra pupillum hæredem, & ad præſcriptionem ſufficit titulus putatiuus, & habilis ad præſcribendum, *vt in Melenitana Antianitatis 14. Decembris 1648. coram Reuerendiſſimo Dunozetto, inter vagantes.*

Concordia ſi impugnetur, propter cauſæ
69 falſitatem, † ſuſtinetur donec fuerit renocata per tres conformes: ſuſtinetur autem ex cauſa probabili, quæ excludat calumniā; *vt in Bononien. de Toſtinis 31. Maij 1649. coram eodem R.P.D. Cerro, non impreſſa.*

Si autem fuerit lata ſententia cum cita-
70 tione pro prima die, † & deinde in antea cum continuatione, deſeruit non ſolum pro prima die iuridica, ſed etiam pro ſecunda; & tertia ſequenti audientia, quando id ſeruatur de ſtilo loci, qui dicitur probatus per fidem Curialium, *vt in Caietana bonorum tertia Septembris 1646. coram eodem, in folio.*

De exceptione, citationis, ſimulationis eiſdem citatis.

Artic. III.

71 *Liberatio à moleſtijs non datur agenti, niſi conſtet de lite.*
72 *Et quid ſi agatur vigore contractus ſimulati. Simulatio, vt dicatur probata, requiritur cauſa ſimulandi. ibidem.*
73 *Simulatio excluditur ab inueriſimilitudine, nec ſufficit ſanguinis coniunctio.*
74 *Simulatio dicitur probata ex iniuſtitia pretij.*
75 *Clauſula in circa non facit conſiderabilem ſummam.*
76 *Conuentus ad ſoluendum, ſi oſtendit factam deſcriptionem in libris de ordine ſuo, ſub credito agentis, dicitur probare ſolutionem.*
77 *Et quid niſi adeſſet legitima cauſa.*
78 *Conditio, & modus differunt, ſi reus opponat defectum implementi conditionis.*
79 *Mulier tuetur ſua iura allegādo nullitatem obligationis.*
80 *Debitor docens de trina ſolutione liberatur.*
81 *Obligatio non valet, facto inſtrumento à Curatore ſine præſentia minoris, & ſolemnitatibus.*
82 *Debitor an liberetur ex accellatione.*
83 *Hæredes mariti ſi agunt pro reſtitutione donatorum à marito, qualiter procedendum.*
84 *Donata à conſanguineis mariti, vel vxoris, ad quos ſpectent.*
85 *Identitas mercium Mercatori venditarum, quomodo probetur.*
86 *Dominum quomodo probetur.*

Liberatio à moleſtijs non datur agenti,
71 niſi conſtet † de lite, *vt in Bononien. prædij 21. Iunij 1649. coram Eminentiſſimo Corrado, non impreſſa.*

Si agatur vigore contractus ſimulati, non
72 obtinetur: † & ſimulatio vt dicatur probata, requirit cauſam ſimulandi, & talis cauſa debet eſſe probabilis, inueriſimilitudo enim illam excludit, nec ſufficit coniunctio
73 ſanguinis. Quando autem † contractus dicatur ſimulatus, & quomodo probetur, *videndus eſt caſus in Romana vineæ de Granucla 29. Iunij 1648. coram eodem, in folio.*

Sed quod dicatur probata ex iniuſtitia
74 precij, † *dicitur in Romana ſimulationis contractus 29. Iunij 1648. coram Reuerendiſſ. D. Dunozetto, non impreſſa.*

Sciendum eſt etiam, quod clauſula in cir-
75 ca, non facit conſiderabilem † ſummam baiocchorum duodecim, *vt in Romana Domorum de Incoronatis 18. Martij 1650. coram eodem, in folio.*

Conuentus etiam ad ſoluendum, ſi oſten-
76 dat, quod fuit † facta deſcriptio in libris de ordine ſuo, ſub credito agentis, dicitur probare ſolutionem, quia talis deſcriptio, ha-
77 bet eandem vim: ſecùs ſi † non adeſt legitima cauſa, cum titulo habili ad transferendum dominium; deficere autem cauſam, & titulum, tunc poteſt dici, quando non legitur eius expreſſio, & tunc recurritur ad cauſam de proximo expreſſam, *vt in Romana pecuniaria 11. Iunij 1649. coram eodem Eminentiſſimo Corrado, inter volantes.*

Si reus opponat deficientiam implemen-
78 ti cōditionis; aduerte, quod † inter modum, & conditionem eſt magna differentia, quia conditio debet impleri ante exequutionem; modus verò ſufficit quod impleatur poſt eā, *vt in Romana Saluiati 23. Ianuarij 1643. coram eodem, in folio.*

Mulier quoque tuetur ſua iura, allegan-
79 do † nullitatem obligationis vltra dimi-

diam

diam suæ dotis, sed pro dimidia illius dicitur valida obligatio, *vt dicitur in eadem decis.*

Et debitor, qui docet de trina solutione
80 liberatur † à præteritis paghis, *vt in dicta Romana census 16. Decembris 1647. coram R.P.D. meo Bichio, inter volantes.*

Si autem agitur vigore Instrumenti facti
81 à Curatore † sine præsentia minoris, & sine debitis solemnitatibus, non vallet obligatio. Et si debitor credit se liberatum ex ac-
82 collatione † est aduertendum, quod accollare non est extinguere, & quod ideo non dicitur liberatus, *vt in Romana domus 4. Maij 1648. coram eodem, in folio.*

Quando verò hæredes mariti agunt con-
83 tra Viduam pro restitutione † donarorum à marito, debet pro rea procedi cũ distinctione: quod vestes festiuæ, & iocalia non censentur donata; secùs autem illa, quæ sunt destinata ad vsum quotidianum: & quod donata à consanguineis viri, spectant ad hæ-
84 redes; † donata verò à consanguineis vxoris, spectant ad vxorem; *vt in Pisauren. iocalium 22. Junij 1648. coram bon. mem. Arguelles, apud P. Dianam par. 9. fol. 410.* quam decisionem eruditissimam qui videbir, multum delectabitur, tam ratione obiecti, quam explicationis lepidissimi Auditoris.

Quid autem sit dicendum, si esset proban-
85 da identitas † mercium alicui Mercatori venditarum, si ille tractu temporis decoctus euadat? Dic, quod probatur ex qualitate earundem, iuncta vicinitate transmissionis, & venditionis illarum; & quando non constat recipientem habuisse aliunde aliàs merces similes, *vt in Melevitana mercium 22. Maij 1648. coram eodem, in folio.*

Et si reus nescit quomodo probatur do-
86 minium; videat † *Rotam in Romana separationis bonorum 20. Aprilis 1646. coram R.P.D. Verospio, non impressa.*

De collusione, liberatione, & dispositione legis, Quintus Mutius.

Artic. IV.

87 *Collusio repellit agentem.*
88 *Solutio partis debiti probat creditum contra opponentem de veritate illius.*
89 *Actor potest citare reum, etsi reus fuerit protestatus, quod citetur procurator.*
90 *Citatus vti hæres, non contradicens, & possidens bona hæreditaria, dicitur hæres.*
91 *Mulier, cui à Marito fuerunt data bona in restitutionem dotis, non potest executiuè conueniri.*
92 *Filius obligatus à Patre ad aliquod exercitium, non potest se eximere ab illo.*
93 *Mulier cum filijs à marito vsufructuaria instituta, debet esse contenta alimentis.*
94 *Donatio causa mortis quando transfundatur in donationem inter viuos.*
95 *Reus potest contra actorem periurium opponere.*
96 *Amplia etiam non obstante nullitate contractus.*

87 Collusio † quoque repellit agentem; sed quando dicatur inducta, & commissa, videnda est *Rot. in Ceruien. seu Iauuen. pecuniaria 1. Iuly 1648. coram R.P.D. Rojas, inter volantes.*

Qui etiam vult opponere de veritate cre-
88 diti, si doceatur ipsum soluisse † partem debiti, dicitur approbare creditum, *vt in Ro-*
89 *mana fructuum dotis 20. Iunij 1648.* † *coram eodem.* Et si reus protestatur, quod citari debeat eius procurator, actor tamen potest citare ipsum reum, non obstante dicta protestatione, *vt in Romana Casalis 23. Martij 1635 coram Reuerendiss. Dunozetto, inter volantes.*

Si autem citatur vti hæres, & non contra-
90 dicit, & est in † possessione bonorum hæreditariorum, dicitur hęres, vt dicitur in *eadem decisione.*

Repeto, quod mulier, cui à marito in re-
91 stitutionem † dotis fuerunt data bona, non potest executiuè conueniri ab illius creditoribus, si ante dictam dationem nõ fuerant relaxata mandata, *vt in Romana cambij de Molaria 26. Febr. 1625. coram bon. mem. Manzanedo, in folio.*

Filius etiam obligatus à Patre ad aliquod
92 exercitium, † non potest se eximere à dicta obligatione, *vt in Romana mercedis 9. Iunij 1621. coram eodem, decis. 296. tom. 2. part. 4. recent.*

Mulier etiam, quæ fuit instituta vsufru-
93 ctuaria à marito vna cum filijs, debet esse contenta alimentis, iuxta consuetudinem Bulgari; ad quod *videnda est Romana vsusfructus 18. Iuny 1615. coram bon. mem. Cardinali Pauzirolo, inter vagantes.*

Et qui vult videre casum, in quo donatio
94 causa mortis † transfundatur in donationẽ inter viuos, *videat Anconitanam prædij 19. Iunij 1634. & 24. Ianuarij 1635. coram bon. mem. Merlino.*

Reus etiam potest opponere periurium
95 contra actorem, quia † semper repellitur periurus à limine iudicij, non obstante nul-
96 litate contractus; & qui est periurus, † debet prius obtinere absolutionem ab ipso, & deinde à iuramento, *vt in Romana nullitatis obligationis 22. July 1604. coram bon. mem. Otthembergo, apud Picum ad statut. Vrb. decision. 54.*

De

De liberatione, Inquilinatu, & Alexandrina.

Artic. V.

97 Sed si opponit liberationem sibi factam à creditore, auditur, † & exemptatur, quo ad personam, non autem quo ad bona; & idem dicetur de Abundanzerijs alicuius Ciuitatis, quia finito eorum officio, dicuntur liberati ab obligatione inita durante tali officio, quo ad personam tantum, sed non quo ad bona, *vt in Reatina census 17. Februarij 1642. coram R.P.D. Cornelio, in manuscrip.*

Si verò creditores mariti agunt contra
98 bona empta † ab vxore, tunc si dicta bona non fuerunt empta à muliere absente viro, emptio præsumitur facta de pecunijs ipsius viri, ex præsumptione *legis, Quintus Mutius*
99 secùs autem si emptio † fuit facta præsente viro, *vt in Romana fideicommissi de Goris 23. Maij 1583. coram bon. mem. Bubalo, in folio.* sed in *Romana fideicomissi de Marianis 27. Iunij 1650. coram R.P.D. Rojas, inter volantes*, fuit dictum quod vxor propter suspicionem turpis quæstus non præsumitur habere aliquid, vltra dotem, etiam fauore tertij.

Hebræus quoque si conueniatur ad euacuandam domum † in Gherto, per ipsum
100 habitatam, tuetur consuetudine, & iure Inquilinatus, & non potest expelli; quinimò tale ius habet transitum ad hæredes, & successores eius, *vt in Romana domus 25. Maij 1615. coram bon. mem. Cardinali Verospio, inter vagantes.*

101 Sed Inquilinus vigore Bullæ Iuris † congrui expellitur à successore singulari, qui nõ tenetur stare locationi, absque eo, quod talis successor teneatur ad damna, & interesse, *vt in Romana retractus 15. Maij 1589. coram Mantica decis. 63. apud eundem, & decis. 229. part. 4. diuers. & decis. 11. par. 3. recent.*

102 Donatio etiam inter † virum, & vxorem reppellitur, sed limitatur quando iuramento fuit confirmata, vel morte roboratur, *vt* . Praxis Camilli Capucij. *Bononien. de Bosijs 22. Aprilis 1611. coram bon. mem. Cardinali Sacrato, inter vagantes.*

Sciendum est etiam, quod præscriptio sta-
103 tutaria Vrbis *cap. 158.* † habet solum locum in actione personali, non autem in reali, *vt in Tridentina fideicommissi 30. Iulij 1616. coram bon. mem. Manzanedo, non impressa.*

Quid autem si opponatur incursus Bul-
104 læ Alexandrinæ? † Dicendum est, quod, vt incurratur pœna dictæ constitutionis, primo requiritur dolus: secundo quod fuerit illata iniuria verbis, vel facto, ex causa litis; nec sufficit quælibet rixa, *vt in Romana incursus Alexandrinæ 10. Nouembris 1581. coram bon. mem. Blanchetto, quæ est impressa apud Farin. post primum volum. consil. & apud Marchesan. de commiss. par. 1. fol. 1296.*

De alijs exceptionibus, quibus reus vtitur in iudicio.

Artic. VI.

124 *Di-*

124 *Dimissio furti,& iniuriarum,an repellat agentē.*
125 *Negans possidere, an repellat eundem.*
126 *Declaratur conclusio prædicta.*
107 *Feriæ, quando impediant agere.*
128 *Excussio principalis debitoris, quando sit necessaria.*
129 *Solutio post litis contestationem,quādo impediat.*
130 *Confessio debiti, & susceptio termini,an repellat agentem.*
131 *Terminus Iudicialis coram quo, & quomodo admittatur.*

REus in summa Actorem multis modis
105 potest repellere, puta † antiquitus, si agebat seruus, *l. seruus, ff. de iudic. l. seruitutem, ff. de regul. Iur.*

106 Si est pupillus, qui non nisi † per Tutorem agere potest, *l. 1. C. qui legit. personam stan. in Iudic. & l. clarum, C. de auth. præst.*

Si sit minor vigintiquinque annorum,
107 † sine Curatoris authoritate, nisi Iudex pro eo sententiam proferat, *l. non & minus, ff. de Procur. l. acta, §. contra minorem, ff. de re ind.*

108 Si sit prodigus, † cui bonis interdictum est, surdus, furiosus, mutus, fatuus, mente captus; quia neque isti sine Curatore agere possunt, *l. dabimus, in fine, ff. de priuil. credit. & l. fin. C. ad l. Iuliam maiest.*

109 Impedit vlterius eum, † cui Prætor bona alienare interdixit, *l. vt Prætor, §. quid sit autem, ff. de iure delib.*

110 Si vir, & vxor ad inuicem, † inter se moueant matrimonio constante famosas actiones, *l. diuortia, C. rerum amotarum.*

111 Reijciet quoque filiumfamilias † agentem sine Patris consensu, *l. fin. C. de bonis, quæ liber.* nisi hoc eueniat Patre absente, vel sit turpis persona, vel demens, vel fatuus, *l. cum filiusfamias, ff. de reb. credit. si certo petat.*
112 Sed est † aduertendum, quod Pater potest compelli à Iudice, vt consentiat, *l. huiusmodi §. fin. ff. de legat.*

113 Bannitos quoque reus † repellet, *l. certa forma, C. de iur. Fisc. lib. 10.* quod fallit in bannitis à Præside Prouinciæ, & à Ciuitate, qui solum exploduntur à statutario Præsidio. *Bart. in l. iuri, qui, ff. de testament.*

114 Spolium quoque, quamuis prædo † sit, qui excipit, repellit agentem, *l. donum, C. de rei vendic. cap. grauis de restit. spoliat. & cap. antiquitus, cap. omnes leges, & cap. nullus 1. quæst. 1*

115 Proponens quoque exceptionem † excommunicationis, vel hæresis, quæ in quacunque parte Iudicij opponi possunt, *cap. exceptionum de exceptionibus, Clemen. vnic. de except. cap. omnis Christianus 11. quæst. 2. cap. si quis à Cat[illegible] [illegible] a Ecclesia 24. quæst. 4.*

116 Monasterium quoque ingressi, & Deo dicati repelluntur ab actione, *cap. non dicatis 12. quæst. 2. & cap. de præsentium 16. quæst. 1. l. Deo nobis, C. de Episcop. & Cleric. auth. ingressi, C. de Sacrosanct. Eccles.* & ideo semper agit Monasterium, vel Conuentus ex persona talis ingressi, & Deo dicati.

117 Fideiussor etiam arcetur, nisi † debitor pro quo fideiussit, cœperit bona dilapidare, tunc enim posset agere; quod & eueniet, si fuit conuentum, vt prius possit conueniri, vel si cesset soluere, vnde oriatur periculum fideiussori. His enim casibus fideiussor aget, vt liberetur à fideiussione, *l. indebitas, ff. de*
118 *cond. indebit. Bart. in l. si quis † mandati, ff. de negoc. gest.* Et iudicio quidem ordinario, nisi essemus in Vrbe, & foro Capitolino, vbi adest *Statutum ordinatorium lib. 1. cap. 157.* cuius vigore potest agi executiue, vt fideiussor liberetur, etiamsi non fuerit condemnatus.

119 Præpostero quoque ordine † si quis agit, repellitur ab agendo; vtputa, si hæres antequam hæres esse permittatur, agat iudicio familiæ erciscundæ, aut pro diuisione, *l. 1. ff. fam. erciscund. & l. fundi, ff. de except.*

120 Nec ante tempus agi permittetur in casibus, de quibus *in l. nisi finita, l. si Tutor, §. fin. ff. de tutel. l. soluatur, §. fin. ff. quib. mod. pignor. l. 1. §. interdū, ff. si pars hæreditat. petat. & l. sed si restit. §. fin. de Iud.* & creditores agentes ante diem repellentur regulariter, *l. fine, ff. quando dies legat. cedit. l. itē quia conuentiones, ff. de pact.*

121 Quod fallit vbi debitor flectat † ad inopiam, vel vergat in deterius, *l. in omnibus, ff. de iudic. l. si creditores, ff. de priuil. credit.*

Vel nisi agatur de annuis præstationibus, vt reus conuentus ante diem, soluat veniente die, vt dicam infra.

122 Qui etiam contra factum proprium † veniunt, repellentur à reo, *l. venditor, ff. commun. prædiorum*, prout qui propriam turpitudinem detegunt, & allegant, *cap. inter dilectos, de donat. l. transactum, C. de transact.*

123 Compensatio quoque repellit † agentem, si est liquidum id, quod petitur compensari, vel statim potest liquidari si factum propositum compensationem admittit, *l. fin. C. de transact. & l. viro, ff. solut. matrim.*

124 Repellet quoque reus agentem † postquā ille dimisit actionem furti, vel iniuriarum per pactionem, transactionem, vel dissimulationem, *l. eum qui nocentem, ff. de iniurijs, l. si tibi decem, §. quod in, ff. de pact.*

123 Negans etiam reus possidere rem, † quam actor vendicare intendit, explodit regulariter agentem, si præcipue assignat alium possessorem, *l. qui petitorio, ff. de rei vendic.* Declara tamen, quod si negans conuincitur de mendacio, possessionem amittit, & partes petitoris officio Iudicis cogitur subire, *l. fin. C. de rei vendic. l. quoties, §. 1. ff. si ex noxali causa agatur.*

127 Feriæ

127 Feriæ quoque repellent eundem, nisi adsit periculum, quod res sit peritura momento, *l. 1. C. de ferijs, & l. solet etiam, ff. de ferijs, & dilationibus.*

128 Nisi adsit obligatio † Cameralis, vel quarantigia, & clausula in solidum, obstet cōuentio fideiussoris, mandatoris, pignorum possessionis, non excusso principali debitore, *auth. sed hodie, C. de act. & obligat.*

129 Idem faciet solutio facta † post litis contestationem, propter quam reus condemnari non potest ad expensas, quia obligatio est perempta per solutionem, *§. fin. instit. de perpet. & tempor. actio, & quib. mod. tollitur oblig. in princ.*

130 Quod & fiet, si reus † debitum fateatur, & inducias petat ad soluendum, quatuor mensium, quod de iure facere potest, *cap. ad consultationem, de re iud. l. si debitori, l. debitoribus, ff. de iudic.* Hoc tamen tempus in Vrbe ex statuto fuit redactum ad decem dies, & de stilo A.C. ad triginta, quod & indicat
131 *reformatio Tribunalium † Pauli V. constit. 71. tit. de A.C.* & ideo multi post lapsos decem dies obtentos in alijs Tribunalibus confugiunt ad A.C. ad suscipiendum tempus triginta dierum, & hic terminus solet obseruari saltem pro alijs viginti diebus, & quandoque etiam pro triginta, iuxta arbitrium Locumtenentium.

De Procuratore, & mandato.

Cap. V.

Qualis debeat esse Procurator. Artic. I.

1 *Cliens debet facere electionē boni Procuratoris.*
2 *Insulsi litigantes eligunt togatos inexpertos, & qui togam aliquando sumpserunt propter necessitatem.*
3 *Multi credunt à toga, & ventris tumore prærogatiuas accipere.*
4 *Litigatores prædicti se ipsos offendunt, & Curiam, quæ semper abundauit hominibus egregijs. & num. 5.*
6 *Et deficiunt in proprio salutari, quia in electione non se commendant Deo.*
7 *Omnes addiscant, incipere à Cælo, à quo prouenit omne bonum.*
8 *Implorentque iuuamen animarum Purgatorij.*
9 *Idem faciant patroni, ne incidant in certi generis litigatores.*
10 *Patroni studeant semper ante omnia partes ad concordiam vnire.*
11 *Et bene audiant Clientem, & de qualitatibus causæ eum interrogent.*
12 *Procuratori melius est videre processus, quam studere digestis.*
13 *Pro seruitio litigantium debet fieri Congregatio pro directione causarum.*
14 *Quando sit legitimanda persona Procuratoris.*
15 *Quilibet an præsumatur habilis ad comparendum in Iudicio.*

Acturus de Procuratore, præmittendum censeo pro litigantiū vtilitate, facien-
1 dam esse secundum causarum pondus † electionem boni patroni, & non infimæ classis, quorum numerus non exiguus reperitur in Curia.

Nec litigare volentem decipiant insulsi litigatores, qui egentes patrono pro defen-
2 sa † eorum causæ, non quæsiuerunt rogare bonos, & idoneos, sed ex accidenti elegerunt sibi togatum, qui causas dicere edoctus fuit, vel à propria necessitate in longis carceribus, vel in latebris propter creditorum rigorem, vel fuerunt eiecti ab aliquo exercitio ex propria culpa: quoniam isti non sunt causarum patroni; sed causidici, qui dissipatis substantijs, exercitio, & libertate patriæ, carentes antiquo victu, se foris
3 immiscent, & quia † credunt à toga prærogatiuas accipere, confisi in ventris tumore, vt dicit Martialis; vt possint melius fallere sumunt togam: Nil vltra facientes, vt dicit Prudentius, nisi in omni foro canina voce latrare.

Isti (inquam) litigatores, sicut seipsos
4 offenderunt, eligendo † non idoneos, quorum opera causam perdiderunt; ita ignari
5 offendunt Curiam nostram, quæ † semper habuit diligentissimos, doctissimos, & præclarissimos in omni virtutum genere viros:
6 & dicendum est, † quod isti tales ex occulto Dei iudicio defecerunt in proprio salutari, quia in electione non se se Deo Opt. Max. Sanctissimæque Genitrici Mariæ, & Sancto Iuoni Patrono nostræ Curiæ commendarunt.

7 Addiscere ergo debent omnes, primitùs à Cælo, à quo prouenit omne bonum, incipere, implorentque humili corde Iuuamen Miserandarum Animarum Purgatorij; istæ
8 enim † adiutæ Missarum suffragijs (quibus sæpiùs vti debemus, ad benè eligendum) à pœnis purgantibus liberatæ, grati animi signo Adiutrices erunt apud Cœlestes, vt non solum probum Patronum, & Deum timentem eligamus, verùm etiam quatenus Iustitia assistat, fauorabilem causæ finem impetrare valeamus.

Quod, & faciant etiam ipsi Patroni, ne
9 incidant in certum genus † litigatorum, qui sæpius cum eorum cauillationibus, & ingeniolis inuentionibus, ita alliciunt, vt ipsi

Procuratores proprium decus perdere vi-
deantur, studeantque summoperè semper
10 quando se præbet occasio, † partes ad con-
cordiam vnire, amare bonum, & æquum,
& reiectis subterfugijs, & tergiuersationi-
bus, se in integritate manutenere conspicua,
S. Thom. 2. 2. quæst. 31. art. 2.

Studeantque ante omnia benè audire
11 Clientem, † & eundem de qualitatibus cau-
sæ, & de difficultatibus, quæ ex discursu eli-
ciuntur, interrogare; deindeque optimè vi-
dere scripturas, & processus: quia *vt consi-*
12 *derat Simon de Pretis cons.* 51. melius † est vi-
dere processus, quam studere Digestis; & si li-
tigatoris vires suppetunt antequàm Iudi-
cium, litemque incipiant, consulere aliquem
13 ex senioribus, & excellentioribus † Aduo-
catis, & cum eo aliquam inire congregatio-
nem, præuio aliquali omniū hinc inde diffi-
cultatum discursu in scriptis redacto. Hinc
enim, & directionem causæ, & finem in
quantū poterit, fœliciorem valebit expectare.

Nec eos terreat ab initio cognitio mali
Iuris in beneficialibus, neque propterea rei-
ciant causas: quia in huiusmodi litigando
Ius acquiritur; hoc tamen in profanis non
est verum, quia iniustam causam in his de-
fendere, rubori peccatum succedit, vt dicit
Gomes in compendio signaturæ, *col. 2. & 3.*
& quidem peccatum mortale, & obligatur
patronus restitutioni, *cap. 1. de offic. deleg.*

Igitur postquam firmata est iurisdictio,
14 per necesse antequam † fiat processus, est legi-
timanda persona Procuratoris, *vt dicit cap. 1.*
extra de accusat. cap. in nostra, extra de Procur.

Et quamuis quilibet præsumatur habilis
ad comparendum in Iudicio, nisi expressè
15 prohibitus † reperiatur, *instit. de his per quos*
agi poss. in princ. vbi Aretin. cap. 1. de Procur.
in 6. Vant. de nullit. ex defect. mand. in princip.

Qui possint stare in iudicio.

Artic. II.

16 *Multi non habent personam legitimam standi in*
iudicio.
17 *Confessio facta à pupillo in delictis an valeat. &*
num. 18.
19 *Tutor ad lites in beneficialibus, & spiritualibus*
minori debet per Iudicem dari.
20 *Causæ in Curia, vt plurimum tractantur per*
Procuratores.
21 *Citatus ad comparendum personaliter, siue cau-*
sa sit ciuilis, siue criminalis, qualiter intel-
ligi debeat.
22 *Citatus si causa est criminalis, non auditur per*
Procuratorem.
23 *Declara, si venit imponenda pœna corporis affli-*
ctiua.

MVlti tamen non habent personam le-
16 gitimā standi in Iudicio; † vt infans,
furiosus, prodigus, mutus, minor, mona-
chus, bannitus, excommunicatus, filiusfa-
milias, nisi patri quærat, & similes, si soli
compareant; de quibus *apud Vant. dicto cap.*
num. 6. vsque ad num. 58.

Et quod diximus de minore, procedit nō
17 solum in ciuilibus, verum † etiam in crimi-
nalibus, non enim valet confessio delicti per
ipsum facta, nisi ei detur Curator, imò est
ipso iure nulla, *l. clarum, C. de author. præst.*
Roland. cons. 31. numer. 1. Guazzin. defens. 32.
cap. 32. num. 3. & seq.

Licet in praxi non seruetur, sufficitque
18 quod sit maior quatuordecim † annorum,
ad hoc, vt confessio delicti per ipsum com-
missi sustineatur, vt testatur *Boss. in sua praxi*
tit. de confess. n. 69. Clar. in sua praxi quæst. 50.
in princip. & dicemus infra, *in cap. de nullit.*
ad quod videndus est etiam *Guazzinus de-*
fens. 31. cap. 32. num. 3.

Similiter in beneficialibus, & spirituali-
19 bus, maior quatuordecim potest in Iudicio
validè comparere; minori verò quatuorde-
cim debet per Iudicem dari Tutor ad lites,
cap. fin. de Iud. in 6.

Quia verò in Curia, causæ vt plurimum
20 tractantur per Procuratores, † aduerten-
dum est primo, an in huiusmodi causa pos-
sit vnus pro alio interuenire.

Citatus enim ad comparendum persona-
liter, siue causa sit ciuilis, siue sit crimina-
lis, est procedendum cum distinctione: quia
21 in causa † ciuili intelligitur, vel per se, vel
per Procuratorem, *vt inquit D. Gratiosus de*
citat. cap. 11. nu. 149. fol. 521. Si autem causa
22 est † criminalis, non auditur per Procura-
torem, vt videri poterit *apud dict. D. Gratio-*
sum Vbertum eod. tract. dict. cap. 11. nu. 151.
23 *fol. 521.* cum declaratione, quod † hoc pro-
cedit, quatenus venit imponenda pœna cor-
poris afflictiua; secùs in pœna relegationis,
vel priuationis officij, aut de interesse ciui-
li, *vt fol. 522.*

De Procuratore in causa criminali.

Artic. III.

24 *In criminalibus Procuratores non admittuntur,*
sed rei debent personaliter comparere.
25 *Declara, nè Iudicium reddatur elusorium.*
26 *Banniti, & homicidæ, & vbi datur pœna corpo-*
ris afflictiua, non audiuntur per Procurato-
rem. & num. 27.
28 *Declara, siue agatur de crimine publico, siue de-*
licto priuato.
29 *Amplia etiamsi reus fuerit pro alio delicto con-*
demnatus.

30 De-

30 *Declara, quod procedit quamuis deueniatur ad sententiam diffinitiuam.*
31 *Item & si pœna corporalis possit redimi pecunia.*
32 *Item etiam quod pœna sit arbitraria Principi.*
33 *Accusator an audiatur per Procuratorem in criminalibus. & num. 34. & 35.*
36 *Processus est nullus, si admittitur Procurator in casib us in quibus non debet admitti.*
37 *Limita, quando proceditur contra mortuum.*
38 *Limita etiam in delictis, pro quibus non erit imponenda pœna corporis afflictiua.*
39 *Neque refert, quod in euentum non solutionis pecuniariæ imponatur pœna corporalis.*
40 *Idem si imponatur pœna priuationis.*
41 *Similiter si pœna sit arbitraria Iudici.*
42 *Limita tertio, quando Procurator comparet non vt absentes defendat, sed eorum causam absentiæ proponat.*
43 *Procurator proponens suspiciones loci, ad quem citatur inquisitus, an admittatur.*
44 *Et quid in exceptionibus notorys tangentibus delictum. & num. 45.*
46 *Procurator quando admittatur pro inquisitis de homicidio, vno ex illis liberato.*
47 *Procurator in statu Ecclesiastico non auditur in exceptione tangente delictum.*
48 *Procurator in processu carcerati potest omnes actus iudiciales facere, præterquam respondere interrogationibus Iudicis.*
49 *Quando allegatur nullitas non tangitur iniustitia sententiæ condemnatoriæ.*
50 *Quæ dicuntur de Procuratore, an habeant etiam locum in accusatore.*
51 *Procurator quando admittatur in criminali.*

IN criminalibus enim practicatur, quod
24 Procuratores non admittuntur, † sed rei debent personaliter comparere, *per l. penult. §. ad crimen. ff. de public. Iud. l. seruum quoque, §. publice, ff. de Procur. cap. veritas, extra de accusat. Rot. decis. 15. de Procur. in nou.*

Hoc autem fit ne Iudicium reddatur elu-
25 sorium, in euentum, † in quem feratur sententia condemnatoria, *Alberi. in d. §. publicè, vt etiam cauetur in constitut. 24. san. mem. Iulij II. in Bull. nou. tom. 1. fol. 481. & Pij IV. la 52. in Bullar. nou. tom. 2. ac Pij V. const. 40.*
26 disponentes, † quod banniti, & homicidæ, & vbi datur pœna corporis afflictiua, non audiantur, de quo est etiam videndus *Guazzin. defens. 12. numer. 55. fol. 238. tom. 1.* Sed
27 quando citatur ad personaliter comparendum, debet exprimi facultas, & causa, *Vbert. d. cap. 11. num. 158. & num. 524.* vbi, quod ita practicatur in nostra Romana Curia.
28 Ampliatur, quod hoc † procedit, siue agatur de crimine publico, siue delicto priuato, *Doct. in d. §. ad crimen, & in d. cap. veniens, Clar. in dicta praxi quæst. 32. in princip.* si enim non comparet, potest capi. *Vbert. vbi supra num. 157. fol. 524.*
29 Ampliatur secundo, etiamsi Reus † fuerit pro alio delicto condemnatus; sibi enim imputare debet, quod hoc proueniat ex propria culpa, *Boss. vbi supra tit. de citatione num. 36. Clar. dict. quæst. 32. vers. tu scis.*
30 Tertio procedit, quamuis deueniatur ad sententiam diffinitiuam contra absentem, vigore statutorum vbique vigentium, quod contumaces habeantur pro confessis, & conuictis. & hæc est magis communis opinio, seruaturque in praxi, vt testatur *Clar. in dicta quæst. 32. vers. hac autem conclusio;* licet, vt dicit idem *Clar. & Vant. de nullit. ex defect. mandati nu. 177.* ipsi contrarium tenuerint:
31 Quarto, etiamsi pœna corporalis † possit redimi pecunia, nam quo ad hunc effectum habetur pro mere corporali.
32 Quinto, etiam quod pœna sit † arbitraria Principi, quia potest eam declarare esse corporis afflictiuam, *Clar. d. quæst. 32. vers. dies est, & sequenti.*
33 Sexto, idem obseruari debet non † solum in reo, sed etiam in accusatore; licet de cõsuetudine Procuratores admittantur pro
34 accusatore: † si tamen accusator esset inquisitus de aliquo delicto, pro quo possit procedi ex officio, *Clar. ibidem, vers. penultime,*
35 (licet multos contrarium † tenuisse dicat *Vant. d. cap. 10. num. 177.*) à quo non posset se defendere per Procuratorem, non admitteretur, etiam per Procuratorem ad accusandum, *Clar. d. quæst. 32. vers. quæro, nunquid.*
36 Tandem ampliatur, in tantum † vera esse, quæ supra diximus de non admittendo Procuratorem, quod si admittatur in casibus, in quibus non debet admitti, processus sit nullus, præcipue si agatur de delicto, pro quo possit procedi ex officio, *Clar. ibidem, vers. penult.* licet multos cõtrarium tenuisse dicat *Vant. d. cap. 10. num. 177.*
37 Limitatur primo supradicta † conclusio, quando proceditur contra mortuum, in casibus, in quibus procedi potest, vt in crimine hæresis, læsæ maiestatis, repetundarum, peculatus, & homicidij, seu ipsius ob conticentiam patrati sceleris, de quibus per *Clar. dict. prax. quæst. 51. vers. sunt tamen:* in his enim casibus admittitur Procurator, *Clar. d. quæst. 32. vers. debes scire.*
38 Limitatur secũdo in delictis, † pro quibus non erit imponenda pœna corporis afflictiua, vtpura pecuniaria, vel alia, à relegatio-
39 ne inclusiuè infra. Neque refert, † quod in euentum non solutionis pecuniariæ, imponatur pœna corporalis, dummodo reus sit soluendo, vel idoneè caueat, quamuis grauè sit delictum, vt consideratum est supra, *ex opinione D. Gratiosi.*

Idem

40 Idem est si imponatur pœna priuationis, vel depositionis ab ordine; similiter si pœ-
41 na est † arbitraria Iudici, dummodo, tale arbitrium non soleat extendi ad pęnas corporis afflictiuas; quia in his casibus cessat illa ratio, quod Iudicium possit reddi elusorium, *Clar. d. quæst. 32. vers. ex hac autem ratione, cum seq.*

Tertio limitatur, quando Procurator cõ-
42 pareret, non vt absentes defendat, † sed vt eorum causam absentiæ proponat; quo casu quilibet, etiam sine mandato, tanquam vnus de populo auditur, *Clar. ibidem, vers. hac autem conclusio in fin.*

Quarto, quando Procurator proposuit su-
43 spiciones loci, ad quem † citatur inquisitus; vel exceptiones dilatorias, declinatorias, & alias, quæ ante litis contestationem opponi possunt; dummodo non concernant delictũ, quia postea non auditur in exceptionibus
44 tangẽtibus delictũ, † nisi sint notoriæ, vtputa si producatur bannũ occisi, qui potuerit occidi, ad defendendum inquisitum de illo homicidio, & hoc notorie cõstat: secus in alia
45 aliqua † extrinseca probatione: tunc enim Procurator non admittitur. Eadem ratione, quando ex pluribus inquisitis de homicidio, si vnus se constituat, & liberetur, tanquam quod licuerit illum occidere, reliqui
46 debent audiri per Procuratorem, *Clar. dict. quæst. 32. vers. prædicta autem conclusio, vsque ad vers. quæro, an in causa nullitatis.*

In statu tamen Ecclesiastico non audiretur Procurator, in quauis exceptione, etiam
47 notoria, † tangente delictum, *vt in const. 14. Iulij II. & 52. Pij IV. in Bullar. nou. tom. 1. fol. 481. & tom. 2. fol. 50, & Pij V. constit. 40. fol. 171. eodem 2. tomo.*

48 Quinto, in processũ Carcerati, qui † potest omnes actus iudiciales facere, præterquam respondere interrogationibus Iudicis. Estque aduertendum, quod licet quilibet tanquam defensor, etiam sine mandato admitti soleat, bonum tamen est, quod habeat mandatum, aliàs enim non præiudicat reo in actibus per eum factis.

49 Sexto, quando allegatur nullitas, † neque tangitur iniustitia sententiæ condemnatoriæ, licet de consuetudine contrarium seruetur, neque hoc casu Procurator admittitur, *Clar. d. quæst. 32. vers. quæro, an in causa.*

50 Omnia autem, quæ diximus † de Procuratore, habere etiam locum in accusatore, dicit *Clar. in d. praxi quæst. 33.* vbi videndum
51 est etiam late, in materia, quando Procurator admittatur in criminali, *in cap. meminimus, extra de accus.*

Quando de mandato procuræ in ciuilibus doceatur.

Artic. IV.

52 *Procurator si causa patiatur, quem per eum audiri, debet producere mandatum legitimum.*
53 *Quando admittatur cum promissione de rato.*
54 *Coniunctus pro coniuncto auditur.*
55 *Coniuncti qui dicantur.*
56 *Limita in requirentibus speciale mandatum.*
57 *Limita secundo, quando principalis habet Tutorem, Curatorem, vel Procuratorem.*
58 *Limita tertio, si gerit contra voluntatem principalis.*
Limita etiamsi vellet preferri magis coniuncto. ibidem.
59 *Processus an sustineatur si aliquis cõpareat, tanquam Procurator, & non sit.*
60 *Quilibet admittitur tanquam defensor pro absente, cum cautione de iudicatum soluendo.*
61 *Procurator non docens de mandato potest compelli ad cauendum de rato.*
62 *Limita in quatuor casibus, & quibus.*
63 *Mandatum in Procuratore ad solutionem recipiendam, debet in specie probari.*
64 *Et an sufficeret si in Instrumento quietationis diceretur, talis Procurator. & num. 65.*
66 *Procuratori si totus tenor mandati esset de verbo ad verbum in alio Instrumento insertus, an crederetur.*
67 *Cautio de rato sufficit, quandiù dubitatur de mandato.*
68 *Mandatum an sufficiat præsumptum, vel requiratur expressum per Instrumentum. & numer. 69.*
70 *Mandatum præsumptum resultat ex impensa vnius ducati.*

52 SI igitur natura causæ † patiatur, quem audiri per Procuratorem, prout est regula in causis ciuilibus, debet Procurator comparens, si causa sit profana, producere mandatum legitimum, vel saltem cauere de
53 rato. Et quando † cum tali promissione admittatur, *vide Rot. in Romana cambij 9. Iunij 1649. coram R. P. D. Arguelles.* Coniun-
54 ctus etiam pro coniuncto, † auditur cum tali cautione de rato, *l. sed, & hic, ff. de Procur. & cap. qui generaliter, eodem tit. in 6. Felin. in cap. nonnulli, §. sunt & alij numer. 59.*
55 vbi declarat, qui dicantur in proposito cõiuncti, *de rescriptis,* præterquam in infrascriptis casibus.

56 Primo in requirentibus † speciale mandatum, *Felin. in cap. coram, extra de offic. deleg.* vbi septem modis ista limitatio sublimitatur.

57 Secundo, quando † principalis haberet Tutorem, Curatorem, vel Procuratorem.

58 Tertio, si gerit contra † voluntatem principalis.

Quar-

Quarto, si vellet præferri magis coniuncto, vt late per *Felin. in dict. cap. coram, extra de offic. deleg.*

59 Si tamen aliquis compareret † tanquam Procurator, & non sit, non sustinetur postea processus, tanquam factus à coniuncta persona, etiam cum dicta cautione, *Vant. d. cap. de nullit. ex defect. man. num.* 81. Qui-
60 libet etiam admittitur, † tanquam defensor, pro absente cum cautione de iudicatum soluẽdo, *l. solutionis, ff. de solut. & Vant. vbi supra.*

61 Quid autem si ass. Procurator compareat neque doceat de mandato? potest Iudex, ne in vanum laboret, compellere ipsum ad cauendum de rato, hæc enim est medela Procuratoris, de cuius mandato dubitatur, *l.* 1. *C. de procur. glos. in cap. coram, & in d. cap.* 1. & hoc semper procedit.

62 Præterquam in quatuor † casibus: Primo si per cautionem non esset plene consultum aduersario: Secundo si essemus in mandato publico, & in delegatione. Tertio in solutione recipienda; Quarto si Dominus est præsens; In his enim casibus, non sufficit
63 cautio, *Felin. in d. cap. coram*. Sed † debet in specie in Procuratore ad solutionẽ recipiendam probari mandatum, per Instrumentum
64 publicum, † neque sufficeret, si in Instrumento quietationis, vel venditionis diceretur, talis procurator, de cuius mandato constat manu talis Notarij, nisi mandatum originale ostenderetur, *Ludouis. decis.* 275. *num.* 5.
65 vbi quod faceret adminiculum, & † quod sufficeret talis enunciatio iunctis adminiculis; dicit idem *Ludouis. decis.* 111. *num.* 2. *vbi addend. nu.* 7. Si tamen totus tenor mandati
66 esset † de verbo ad verbũ in alio Instrumento insertus, crederetur, *vt per Boer. decis.* 281. Notaque quod in quouis casu, quo admit-
67 tatur ass. Procurator cum cautione; † hæc cautio sufficit, quandiu dubitatur de mandato, sed si opponatur defectus mandati, non sufficit amplius, *Vant. d. cap. num.* 64.

68 An autem sufficiat præsumptum, † vel requiratur expressum per Instrumentum, est maxima Doctorum controuersia: Rota ta-
69 men sequendo æquiorem † opinionẽ admittit præsumptum resultans ex productione iurium, *vt in Parmen. manutentionis* 1. *Februarij* 1647. *coram R. P. D. Arguelles, & in Romana camby* 9. *Iunij* 1649. *coram eodem*. vbi discussis opinionibus dicit; quod potest etiam probari per testes, & facto principalis acta reualidari. Idemque dicitur *in Fanen. bonorum* 27. *Nouembris* 1648. *coram R. P. D. Cerro, in folio*. Admittit etiam ea-
70 dem Rota, † quod mandatum præsumptum resultet ex impensa vnius ducati, *vt in Romana subhastationis de Alexijs* 15. *Febr.* 1647. *coram R. P. D. Cerro, inter volantes.*

Quando sit exhibendum mandatum in beneficialibus,

Artic. V.

71 *In beneficialibus, & spiritualibus, nemo auditur absque mandato.*
72 *Citatio est decernenda ad instantiam Procuratoris in beneficialibus.*
73 *In spiritualibus non habetur ratio affinitatis, quo ad mandatum.*
74 *Coniunctus qualiter audiretur, si per edictum procederetur ad priuationem beneficij.*
75 *Iudicium quando incipitur ad instantiam non Procuratoris.*
76 *Commissio, qua præfigitur terminus ad docendũ de mandato, quando detur.*
77 *Iudex in quibuscunque causis potest compellere Procuratorem ad docendum de mandato legitimo;*
78 *Alias procederetur contra principalem tanquam contumacem.*
79 *Nec requiritur alia monitio Procuratoris.*
80 *Si Iudex non repellit Procuratorem illegitimum, quid debeat pars protestari.*
Et quid si Iudex procedat non obstãte dicta protestatione. ibidem.
81 *Et an detur appellatio.*
82 *Et quid si intersit parti non appellare.*
83 *Processus an sit nullus, si Procurator sit substitutus, nec doceat de legitima substitutione, si opponatur per aduersarium.*
84 *Mandatum Procuratoris, & mandatum Iudicis delegati concordantur in pluribus quo ad rescriptum.*
85 *Mandatum legitimum, vt dicatur, quale esse debeat.*

71 IN beneficialibus vero, & spiritualibus, nemo audiri debet, † absque mandato, *Rota decis. 6. de Procur. in nou. Cassad. decis. 6.*
72 *vt lit. pend.* Nec ad alicuius † præterquam Procuratoris instantiam decernenda esset citatio, quia in spiritualibus non habetur ra-
73 tio † affinitatis, *Egid. conclus.* 681. alia vero sunt videnda apud *Vestr. lib.* 3. *cap.* 4. *fol.* 58.
74 Nisi procederetur per edictum † ad priuationẽ beneficij, quia tunc coniunctus priuandi, tanquam defensor, cum cautione de rato audiretur, *Rot. decis.* 35. *de Procur. in nou.*
75 At si forte ad instantiam non Procuratoris incipitur iudicium, prout quotidie fit, etiam in beneficialibus, quia nemo præsumitur Procurator, & eius acta nomine alterius non tenent, nisi doceatur de mandato, *vt in Vrbeuetana bonorum* 2. *Martij* 1648. *coram R. P. D. Meltio*: Ideo solet concedi ad-
76 uersario † commissio, quod præfigatur terminus ad docendum de legitimo mandato: quo elapso, Iudex pronunciet nullã iurisdictionem

ctionem competere, eumque in expensis cō-
demnet, *Cassad. in regul. de subrog. collit. decis.40. & decis. fin. vt lit. pendent. Vestr. lib.4. cap. de introduct. caus. in Cur. fol.78.*

77 Potest etiam Iudex † in quibuscunque causis compellere ass. Procuratorem ad docendum de mandato legitimo, *glos. in cap.1. §.1. in verb. obtenta, de elect. in 6. Rom. consil.60. Staphil. cap.4. fol.380. num.10. Gomez in d. compend. fol.167.*

78 Aliàs procederetur † contra principalem, ac si esset contumax; mittens enim Procuratorem, minus legitimum, vel non acceptantem, aut cum mandato non sufficienti, habetur pro contumaci, *l. 2. vbi glos. Castrens. & alii, ff. de Procur.*

79 Nec requiritur alia monitio † Procuratoris, vel compulsio ad acceptandum, vel refurandum, licet soleant fieri ad cautelam, *Egid. cons. 681. Vestr. lib. 4. cap. de procurat. fol.98.*

80 Quod si forte Iudex † Procuratorem illegitimum non repellat, debet pars protestari, ipsum non debere audiri, nisi docto de legitimo mandato procuræ, *vt dicit Ludouis. decis.330.* ad quod præfigitur ei terminus: & si non docet de mandato, etiam quod verè sit Procurator, acta omnia sunt nulla, *Post. de manut. obseruat 12. num.87. & obseru. 86. nu.4.* Procedenteque Iudice ad vlterio-
81 ra, † non obstante protestatione, datur appellatio, *cap. significauit, extra de appell.* & si interfit parti non appellare, & in ea proce-
82 dere, potest citare ass. Procuratorem † ad cautelam, quatenus sit Procurator, citato tamen semper domino per cōtradictas, *Vestr. d. fol.98. Cassad. decis. fin. vt lit. pend.* Et si
83 huiusmodi Procurator † sit substitutus, nisi doceat de legitima substitutione, præsertim si opponatur per aduersarium, processus factus per eum est nullus, quamuis postea ratificetur per substituentem habentem mandatum quantumuis amplissimum, *Bisignett. decis.6. de procur.*

84 Concordantur in pluribus † mandatum Procuratoris, & mandatum Iudicis Delegati, quo ad rescriptum, siue commissionem appellationis, de quo videndus est late *Felin. in cap. relatum, extra de offic. deleg.*

Ad cognoscendum igitur, quale debeat
85 esse mandatum legitimum, † hæc sunt principaliter indaganda. Primo, quis possit constituere Procuratorem. Secundo, quis possit constitui Procurator. Tertio, quomodo inducatur constitutio, & acceptatio Procuratoris. Quarto, ad quæ se extendat mandatum. Quinto, qualiter reuocetur, & quis possit reuocare.

Quis possit Procuratorem constituere.

Artic. VI.

86 *Vnusquisque potest constituere Procuratorem, nisi expresse reperiatur prohibitus à Iure.*
87 *Minor non habet legitimam personam standi in iudicio, & ideo non potest constituere Procuratorem.*
88 *Constitutio procuratoris facta per adultum cum iuramento, valet.*
89 *Mandatum ad lites factum ab illo, qui non habet administrationem, non valet.*
90 *Si procurator constituatur à persona, aliàs inhabili, gesta per ipsum ad eius fauorem valent.*
91 *Maior quatuordecim sicut potest comparere vti principalis, ita potest cōstituere procuratorem.*
92 *Procurator, & dominus litis effectus, an possit substituere procuratorem, etiamsi sit constitutus absque facultate substituendi.*
93 *Procurator potest prosequi litem non obstante morte principalis.*
94 *Mandatum, si procurator habeat facultatem substituendi, & substituit, expirat nec potest reuocari.*
95 *Substitutus non potest alium substituere, nisi fuerit factus dominus litis.*
96 *Procurator non potest alium substituere, postquā primo substitutus fecit plures actus iudiciales.*
97 *Factus dominus litis dicitur ille, qui seruauit terminos substantiales.*
98 *Dominus litis factus non potest causam deserere, sed eam debet prosequi.*
99 *Procurator habens potestatem substituendi, antequam substituat debet, vt substitutio valeat, saltem tacite acceptare mandatum.*
100 *Procurator postquam substituit, desinit esset procurator.*
101 *Procurator dominus litis efficitur per contestationem.*
102 *Procurator dominus litis, quandiù durat etiam mortuo constituente. & num.103.*
104 *Dominus litis post litem contestatam an reuocare possit, & sententia cum eo lata sustineatur.*
105 *Et quid ante litis contestationem.*
106 *Procurator post contestationem constitutus, vel si non requiratur contestatio litis, qualiter efficitur dominus.*
107 *Procurator si sit effectus dominus litis, principalis non potest citari ad sententiam omisso procurator.*
108 *Sententia an esset nulla non citato procuratore domino litis. & num.109.*
110 *Citatio sufficit quod fiat principalis ad sententiā de iure.*
111 *Tutor, & Curator non possunt à Iudice deputari cum facultate substituendi; si tamen aliquo modo efficiantur domini litis, poterunt substituere.*
112 *Et possunt constituere actores ad omnes causas.*

113 Tu-

113 *Tutor ante confectum inuentarium non potest actorem constituere.*

IGitur circa primũ, Dominus quis quis sit
86 nisi reperiatur specialiter à iure † prohi-
bitus, potest constituere Procuratorem, *ff. &*
87 *C. toto tit. de procur.* Ideo † ex iure ciuili mi-
nor, sicuti non habet legitimam personam
standi in Iudicio sine licentia Patris, vel Cu-
ratoris, *l. cum oportet; & l. cum non solum,*
C. de bon. quæ lib. l. 1. & 2. C. qui legit. pers.
stand. ita etiam non potest constituere Pro-
88 curatorem, *l. neque de procur.* Licet † multi
voluerint constitutionem Procuratoris, fa-
ctam per adultum cum iuramento, absque
alijs solemnitatibus valere, *Guidopap. deci-*
sion. 35. Puteus decis. 157. lib. 3. & Tomat. de-
cis. 181. tom. 2.

89 Nec tenet mandatum † ad lites, iuxta pri-
mam opinionem, vel alias factum super ali-
qua re, ab illo, qui quauis de causa, eius
administrationem non habeat; vt esset pu-
pillus, seruus, furiosus, & similes; nisi cum
decreto Iudicis, *Vant. de nullit. ex defect. man-*
90 *dati nu. 133.* Si tamen † constituatur Procu-
rator à persona, alias inhabili, gesta per ip-
sum ad eius fauorem tenent *Vant. cap. quibus*
mod. nullit. repar. poss. num. 565. Sicuti etiam
gesta per ipsos ad eorum fauorem, tenent
Vant. ibid. num. 81. & 83.

91 In beneficialibus vero, ac † spiritualibus,
maior quatuordecim sicuti potest cõparere
vti principalis, sicut diximus, ita etiã potest
constituere Procuratorem, *Puteus decis. 151.*
lib. 1. fol. 750. Minori autem quatuordecim
debet dari Curator à Iudice, *cap. fin. de Iud.*
in sexto.

Procurator, & dominus litis effectus da-
92 tus in rem suam, † etiamsi sit constitutus
absque facultate substituendi ad negocia,
præterquam ad contrahendũ matrimonium
aut quomodocunque, ad hoc habens facul-
tatem, alium substituendi, Procuratorem
constituere potest, etiam cum simili facul-
tate substituendi, dummodo huiusmodi
facultas sit in mandato expressa, & princi-
paliter ad hoc posita; Secùs si incidenter dè
ea fiat mentio, *cap. 1. §. licet, & §. sequenti, vbi*
Gemin. & cap. fin. de procur. in 6. l. nulla, &
l. quod Jcis, C. eodem tit. Rot. decis. 5. eodem in
nou. Bisign. decis. 5. eodem tit.

93 Et si moritur principalis, talis † Procurator
dominus litis effectus potest prosequi litẽ
nõ obstante morte principalis, si ille decessit
cum hæredes; secus autem si bona sint vacan-
tia, & nemo vult esse hæres, sed potest si su-
mus in dubio an quis velit esse hæres, & ad
hoc non est facta diligentia, *Penia decis. 149.*
94 *nu. 7. 8. & 9.* vbi etiam habes, quod † si ha-
bet facultatem substituendi, & substituat
eius mandatum expirat, & non potest substi-
95 tutum reuocare. Quodque substitutus † non
potest alium substituere, nisi fuerit factus do-
minus litis, *idem Pen. decis. 516.* Et quando
96 substituit † postquam primo constitutus fe-
cit plures actus iudiciales, non potest alium
substituere, *Pen. dicta decis. 149.* Factus autẽ
97 dominus litis, dicitur quando seruauit ter-
minos substantiales, *idem Pen. decision. 610.*
98 *nu. 5.* & factus dominus † nõ potest causã de-
serere, sed eam debet prosequi, *Rota in Ro-*
mana domorum 20. Iunij 1650. coram Eminen-
tissimo D. Cardinali Otthobono, inter volantes.

99 Debet etiam Procurator habens † pote-
statem substituendi; antequam substituat,
ad hoc vt substitutio teneat, saltem tacitè
acceptare mandatum, vtputa recipiendo
mandatum, & non contradicendo, *Vant. de*
nullit. ex defect. mand. num. 103. Et quia dixi
100 quod postquam substituit † desinit esset Pro
curator, declara procedere, nisi habeat fa-
cultatem reassumendi; quo casu, siue taci-
tè, siue expressè reassumat, censetur substi-
tutum reuocare, *vt ibidem num. 108.* Effici-
101 turque Procurator † etiam substitutus do-
minus litis per contestationem; ita quod
possit deinde substituere, *dict. §. licet, & Ro-*
ta decis. 5. & decis. 8. eodem in antiq. Factusque
102 † dominus durat tantum dominus illius in-
stantiæ, *Rot. in Neapolitana massariæ 26. Iunij*
1623. coram bon. mem. Remboldo, in folio.

103 Declara tamen, quod si † in mandato
Procuræ adest clausula, releuans, &c. co-
ram quibuscunque Iudicibus comparendũ,
iurã defendendum, &c. tunc durat etiam in
secunda, non obstante morte constituentis,
& quod reliquerit filios, *vt in Fauentina fide-*
iussionis, seu liberationis à molestijs 1. Iulij 1651
coram R.P.D. Albergato, in folio.

104 Et si dominus post litem † contestatam
vellet eum reuocare, non potest, & sententiã
cum eo lata sustinetur, *vt in Melouitana te-*
nutæ 14. Iunij 1647. coram R. P. D. Bichio,
non impressa.

105 Contrarium tamen esset † dicendum ante
litis contestationem, quia si reuocatio de-
ducitur ad notitiam partis, non potest cum
ipso amplius procedi. Quomodo autem
deducatur ad notitiam, *vide casum in Ti-*
burtina Castri Sancti Angeli 18. Iunij 1646.
coram R.P.D. Melzio, in folio. quæ est magi-
stralis decisio.

Si vero post contestationem constituatur
106 vel in huiusmodi causa † non requiratur
contestatio litis, efficitur dominus faciendo
aliquos actus post contestationem fieri soli-
tos, *Vestr. lib. 4. cap. de procur. fol. 97.* refertque
107 multum, † quod Procurator sit effectus do-
minus litis: nam inter alia, quamuis esset
præsens dominus, non potest ipse citari ad

108 ſententiam omiſſo † Procuratore, aliàs ſen-
tẽtia de Iure Ciuili eſſet nulla, licèt ſuſtineretur de Iure Canonico: & ſi eſſet nulla in Curia Capitolina vbi ſeruatur Ius Ciuile, non
109 eſſet nulla † in alijs Tribunalibus, vbi ſeruatur Ius Canonicum, *Vant. de nullit. defect. ci-*
110 *tat. n.* 85. ſufficit enim † quod citetur principalis, etiã quod pars aduerſa de hoc proteſtetur, *vt dicitur in Romana Caſalis* 25. *Martij* 1635. *coram Reuerendiſſimo D. Dunozetto, non impreſſa.*

111 Tutor quoque, & Curator, licet non poſſint à Iudice deputari cum facultate ſubſtituendi, ſi tamen aliquo modo efficiantur domini litis, poterunt ſubſtituere, *Biſignett. deciſ.* 10. *de procur. Veſtr. dicto cap. de procur. fol.* 97.

Poſſunt etiam conſtituere actores ad om-
112 nes cauſas, † etiam ante confectionem inuentarij, *Put. deciſ.* 1. *de procur.* quo caſu ſuſtinetur proceſſus magis de ſtilo, quam de
113 iure; † non enim poteſt Tutor aute confectum inuentarium actorem conſtituere, *Aret. conſ.* 85. *&* 88. Religioſus clauſtralis abſque licentia ſui ſuperioris non poteſt conſtituere procuratorem, *Clem. Religioſus de procur.*

Quis poſsit conſtitui Procurator.

Artic. VII.

114 *Procurator conſtitutus, vel ſubſtitutus, debet eſſe certus.*
115 *Et quid ſi non ſit certa perſona expreſſa in mandato, ſed certificari poſſit facta relatione ad aliud.*
116 *Mandatum, in quo conſtituitur præter nominatos ille, quem elegerit talis, valet.*
117 *Procurator in profanis, debet eſſe maior 25. an.*
118 *Procuratores conſtitui non poſſunt, qui non habent legitimam perſonam ſtandi in iudicio.*
119 *Et quid in beneficialibus.*
120 *Procuratori ad negocia, ſufficit habere 17. annos.*
121 *Proceſſus factus cum procuratore clerico, milite, & reo criminis, valet.*
122 *Declara, ſi pars non opponat exceptiones, ante litis conteſtationem.*
123 *Exceptio, quod quis non ſit procurator, nunquam cenſetur excluſa.*
124 *Regulariter clericus non poteſt conſtitui procurator.*
125 *Sicuti neque ad inuicem; dicitur compati procurator, qui ſit notarius.*
126 *Filiusfamilias abſque patris conſenſu, poteſt conſtitui procurator.*
127 *Laicus in cauſis ſpiritualibus, poteſt eſſe procurator.*
128 *Excommunicatus publicè, vel occultè, non poteſt conſtitui procurator.*
129 *Etiamſi tempore acceptationis ſit abſolutus.*
130 *Procurator excommunicatus tempore conſtitutionis, & deinde abſolutus ſciente Domino, & tacente, an ſuſtineatur.*
131 *Et an requiratur nouus, & expreſſus conſenſus.*
132 *Inhabilitates procuratorum, quæ non irritant mandatum.*
133 *Dominus, ſi falſus procurator compareat, geſta per ipſum poteſt ratificare.*
134 *Declara procedere de æquitate.*
135 *Religioſus clauſtralis non poteſt conſtitui procurator abſque licentia ſui ſuperioris.*
136 *Regula tamen procedit in cauſis laicorum.*
137 *Exceptiones contra perſonam procuratoris tanquam inhabilis, debent opponi ante litis conteſtationem.*
138 *Alias cenſentur excluſa.*

CIrca ſecundum, quis poſſit conſtitui
114 procurator: † ſciendum eſt in primis, quod quicunque conſtituatur, vel ſubſtituatur, debet eſſe certus, *l.* 2. *ff. de procur.* ſal-
115 tem taliter, † quod licet non ſit certa perſona expreſſa in mandato, certificari tamen poſſit facta relatione ad aliud, vt quotidie olim fiebat in obligationibus in forma Cameræ, in quibus præter nominatos, conſtituebantur Procuratores omnes, & ſinguli Notarij Curiæ, & dicebantur ſatis certi, habita relatione ad Curiam.

Mandatum etiã, in quo conſtituitur, præ-
116 ter nominatos, ille quem elegerit talis, valet eadem ratione: imò ſi nomen procuratoris relinquatur in albo, vt fit inter Gallos, & exteras Prouincias, etiam Regni Neapolis, & prout ſæpiùs vidi, poteſt ille, cui dirigitur tale mandatum, ex conſuetudine Curiæ, nomen procuratoris ſibi benè viſi in illo albo deſcribere, *Alberic. & Angel. in d. l.* 2. *Galleſ. de oblig. Cam. quæſt.* 4. *fol.* 34. *& ſeq.*

117 Debetque in profanis Procurator † eſſe maior 25. ann. *l. minor. ff. de procur. & L. exi-*
118 *gendi, C. eodem,* & regulariter † procuratores conſtitui non poſſunt, qui non habent legitimam perſonam ſtandi in iudicio; vt pupillus, furioſus, & ſimiles, de quibus diximus ſupra; ita vt mandata in perſonas ipſorum facta, ſint ipſo iure nulla.

119 In beneficialibus † vero minor 25. annis ſicut poteſt agere, & defendere, vt diximus, ita tenet proceſſus per eum factus, etiam parte opponente, *Put. deciſ.* 2. *de procur. & d. deciſ.* 151. *lib.* 1. *fol.* 73.

Tiro autem videbit *Egid. deciſ.* 143. &
120 eſt certum, † ad negocia ſufficere habere 17. annos, *cap. qui generaliter, in fine de procur. in* 6.
121 Si autem realiter quis ſit capax, † ſed inhabilitas procederet ex aliqua qualitate adhærente perſonæ conſtituti, vt quia eſt miles,

mules ; clericus reus criminis, & similes : tunc, si pars non opponat, vel excipiat, pro-
22 cessus valet, † debetque huiusmodi exceptio opponi, vsque ad litis contestationem, alias
23 est exclusa, † licet exceptio, quod quis non sit procurator, nunquam censeatur exclusa, *Vant. d. cap. de nullit. ex defect. mand. nu. 174.* respectu autem clerici, quod non possit cō-
24 stitui procurator, † nec ille munus huiusmodi exercere, est *Constitut. Martini V. la 3. §. 33. fol. 242. in d. Bull. nou. tom. 1.*
25 sicuti neque ad inuicem dicitur † compati procurator, qui sit notarius, vt notauit *Paul. V. Constit. 9 1. num. 19. fol. 201. tom. 3. apud quos, & in Constitutione Martini,* videntur qualitates in talibus requisitæ.

Filiusfamilias, etiam absque patris con-
126 sensu, † potest constitui procurator, *d. c. qui generaliter, de proc. in 6.* Laicus etiam in causis spiritualibus potest esse procurator, *c. eo-*
127 *dem in 6.* & denique † potest esse quilibet, & qui expresse à iure non prohibetur, debet ad præsens officium idoneus reputari, *dicto cap. 1. & l. mutus, §. 1. ff. eodem.*

Excommunicatus publicè, vel occultè,
128 quamuis non possit † constitui Procurator, neque valeat mandatum factum in eius persona, etiamsi tempore acceptationis sit ab-
129 solutus, † nec requiratur quod huiusmodi exceptio opponatur, possitque semper opponi : si tamen excommunicatio superueniat post constitutionē ; gesta per ipsum tenent, nisi excipiatur. Si verò constituatur
130 Procurator † excommunicatus tempore constitutionis, qui deinde absoluatur, sciatque hoc Dominus, & perseueret in sua voluntate, valet constitutio, neque requiritur
131 nouus, & expressius consensus ; si etiam Dominus perseuerans in priori consensu erroneè, rata habeat gesta per Procuratorem excommunicatum, valebit. *Felin. in cap. post cessionem, extra de proh. & in cap. cum dilectus, extr. de accus. Vant. ibidem num. 136.*

Aliæ verò inhabilitates procuratorum,
132 non irritant mandatum, nisi † opponātur, & de eis excipiatur, *Felin. ibidem extr. de prob.*

Falsus quoque Procurator si compareat,
133 potest † Dominus gesta per ipsum ratificare, etiam post sententiam, siue feratur ad sui
134 fauorem, siue contra eum. † quod tamen procedit de æquitate, *Guidopap. decis. 320.* & de huiusmodi materia est videndus latè *Felin. in cap. coram primo, extr. de Iudic. & in cap. 1. extr. de senten. & re iudic.*

Religiosus claustralis non potest consti-
135 tui Procurator † absque licentia sui superioris, *Clem. religiosus, de procur.* sed pro suo monasterio, potest semper interuenire, &
136 regula procedit † in causis laicorum, & coram Iudice laico ; *Franc. in cap. constitutus, in princ. extr. de appell.* & quando religiosus possit esse Procurator, vel Aduocatus, est videndus *Felin. in cap. cum I, & 2. extr. de sent. & re ind.*

Omnes autem exceptiones contra perso-
137 nam Procuratoris tanquam † inhabilis, debent opponi ante litis contestationem, alias censentur exclusæ, sicuti euenit de iudice,
138 nisi reddant † iudicium retroactum penitus nullum ; tales enim possunt semper opponi etiam post sententiam, quæ transitum fecerit in iudicatum, *Vant. d. cap. quib. mod. sent. null. repar. num. 56. 57. 58.*

De inducenda constitutione, & acceptatione mandati.

Artic. VIII.

139 *Procurator potest non solum constitui expressè, sed etiam tacitè.*
140 *Agens in iudicio, sciente, & patiente Domino, videtur tacite constitutus Procurator.*
141 *Si Procurator excedat fines mandati sciente Domino, videtur Dominus consentire, & obligatur.*
142 *Procurator tacite fit ille, apud quem reperiuntur instrumenta, & iura facientia ad causam.*
143 *Dominus si postquam in iudicio semel comparuit, alicui instrumenta, & scripturas consignat ad causam facientes, videtur tacitè eum constituere Procuratorem, resultatque tacitum instrumentum.*
144 *Dominus si prosequatur causam per falsum Procuratorem, videtur eius gesta ratificare.*
145 *Comparens cum aliquo, quem asserit suum Procuratorem, non videtur eum constituere.*
146 *Facta per falsum Procuratorem præiudicant Domino scienti, & patienti.*
147 *Procurator expresse reuocatus, qui agit sciente, & patiente Domino, videtur tacitè reconstitutus.*
148 *Constitutio Procuratoris de necessitate non debet fieri in scriptis.*
149 *Et si probanda sit per scripturam, sufficit instrumentum.*
150 *Sufficit etiam scriptura priuata, dummodo constet quod sit scriptura Domini.*
151 *Procurator constitutus, ante receptionem non dicitur Procurator.*
152 *Et gesta per ipsum proprio nomine sunt nulla.*
153 *Procurator debet acceptare, expressè vel saltem tacitè, recipiendo mandatum, & non contradicendo.*
154 *Amplia comparendo, & faciendo aliquem actum positiuum.*
155 *Procurator non sufficit quod patiatur se citari pro acceptatione.*
156 *An per substitutionem inducatur acceptatio mandati.*
157 *Substitutio Procuratoris est nulla, nisi doceatur*

de acceptatione.

158 *Procurator recipiens simpliciter mandatum, & illud producens, præsumitur acceptare, nisi de contrario protestetur.*

159 *Procurator constitutus ad plures causas potest ad certam tantum causam mandatum acceptare.*

160 *Declara, dummodo in receptione mandati, stante eius productione, protestetur de hoc.*

161 *Nec potest postea productionem separare.*

162 *Procurator potest in prima Instantia defendere Dominum; sed inuitus non cogitur appellationem prosequi.*

163 *Et quid, si sit constitutus ad appellandum, & prosequendum.*

164 *Procurator cum facultate substituendi potest tantum mandatum acceptare ad effectum substituendi.*

165 *Mortuo substituto substituens remanet Procurator, dummodo Dominus superuiuat.*

166 *Procurator si acceptet mandatum simpliciter, & illud producat ad effectum substituendi, nisi producat per compulsum, præsumitur in totum aeceptare.*

167 *Procurator constitutus ab absente potest recusare mandatum, sed potest pœnitere quandiu Dominus in eadem voluntate permanserit.*

168 *Substitutus nisi acceptet ante mortem substituentis, quando substituit iure proprio, non dicitur procurator.*

169 *Et gesta per eum sunt nulla.*

Circa tertium, quomodo inducatur có-
139 stitutio, & acceptatio † Procurato-
ris; sciendum est, quod Procurator potest
non solum expressè constitui, vt realiter fit,
sed etiam tacite; nam agens in iudicio, sciē-
140 te, † & patiente Domino, videtur tacitè
constitutus Procurator. de quo, quomodo
procedat, dicit latissimè *Alex. in l. sæpe, ff. de
re iud. Felin. in cap. ex parte decan. 1. num. 5.*
141 *extra de rescript.* Sicut † etiam si Procurator
excedat fines mandati sciente Domino, vi-
detur Dominus consentire, & obligatur;
dummodo sciuerit infra tempus, infra quod
Dominus debuisset illud, in quo fuit exces-
sum, expedire, quando materia est præfinita
tempore, *Felin. in cap. cum olim, 2. extra de
offic. deleg.*

Similiter is, apud quem reperiuntur in-
142 strumenta, † & iura facientia ad causam, vt
latè *Felin. in cap. coram, extra de off. deleg.* præ-
cipuè si ea producantur, & dubitetur de
mandato, quia tunc verè præsumitur esse
Procurator, ac productio iurium, & alij
actus requirentes impensam, *de quibus supra
artic. 4.* præsumuntur facti eorum nomine
quorum interest, *Bartol. & Alex. in l. cum
seruus, ff. de verb. oblig. Felin. in cap. sicut, ex-
tra, de re iud. Capic. decis. 86. num. 11. & 16.
Cassad. dec. 3. de procur. Put. decis. 15. eodem tit.
Ludouis. dicta decis. 111. & 275. & Rota in
dicta Romana subhastationis de Alexijs, coram
R.P.D. Cerro, 15. Februarij* 1647. vbi quod
sufficit impensa vnius ducati, imo iuliorum
decem, *inter vagantes.*

Si etiam dominus postquam in iudicio
143 semel comparuit, alicui † instrumenta, &
scripturas consignat ad causam facientes,
videtur tacitè eum constituere Procurato-
rem, resultatque tacitum mandatum, etiam
ad domini præiudicium, *Vant. d. cap. quib.
mod. sent. nul. rep. poss. num. 94.*

Similiter, si dominus prosequatur causam
144 per falsum Procuratorem eius nomine in-
choatam, vtendo processu per ipsum fa-
cto, aut simpliciter appellando à sententia
lata contra ipsum cum falso Procuratore,
videtur eius gesta ratificare siue constet, siue
non, de mandato, *Vant. ibidem num. 103.*

Comparens tamen cum aliquo, quem
145 asserit suum Procuratorem, † non propte-
rea videtur eum constituere, *Guidopap. de-
cis. 40.* nisi præsente principali actus faciat
iudiciales, & iura producat, *Tomat. decis.
237. tom. 2.*

Facta verò per falsum Procuratorem,
146 quando præiudicent domino scienti, & pa-
tienti, vide *Gemin. in cap. quo ad agendum, eo-
dem tit. in 6.* & quando Procurator præiu-
dicet domino sine speciali mandato, dixit
*Rota in Romana, seu Comen. hæreditatis, 26. Iu-
nij, 1641. coram R. P. D. Meltio, & Tomat. de-
cis. 215. tom. 2.*

Procurator autem reuocatus expressè,
147 qui agit sciente, † & patiente Domino, an
denuo videatur tacitè constitutus, vide
Vant. de null. d. cap. num. 105.

Neque constitutio Procuratoris debet de
148 necessitate fieri in scriptis, † sicut etiam po-
test absque scriptura probari, cum non sit
de casibus requirentibus scripturam, enu-
meratis per *glos. in cap. 1. §. postquam, in ver-
bo, in scriptis, de censib. in 6.* sed sufficiunt te-
stes, *glos. & Abb. in cap. 1. extr. de iui. iuran.
Card. in Clem. 1. eod. tit. Bartol. & alij in l. 1.
C. eodem.*

Et si probanda sit per scripturam, sufficit
149 instrumentum, † quamuis non sit subscriptũ
à Notario, & testibus, licet huiusmodi sub-
scriptio requiratur in alijs instrumentis, *Rot.
decis. 12. de procur. in nou. Vant. de nullit. ex de-*
150 *fect. mandati nu. 70.* Sufficit etiam † scriptu-
ra priuata, dummodo constet, quod sit scri-
ptura domini, *Clem. 1. de procur. cap. significa-
uit, de appell.* Præterquam in aliquibus casi-
bus, de quibus supra, *hoc eodem cap. in princ.*

Nec sufficit, quod quis constituatur Pro-
151 curator, † nisi etiam illud recipiat, & ac-
ceptet, nec ante dictam receptionem, vel
acceptationem dicitur Procurator, *l. inui-
tus,*

tus, *C. de procur. Clem. 1. eodem*. Et gesta per
152 ipsum proprio nomine de rigore† iuris sunt
nulla, quamuis in Curia aliquando susti-
neantur, vt dicam infra, præcipuè, si in man-
dato adsit clausula ratificationis gestorum,
ante receptionem mandati, *Gemin. in cap. is, qui, de procur. in 6. Rot. decis. 7. in addit. in fin. de procur. in nou.*

Debetque acceptare expressè, vel saltem
153 tacite, † vt puta recipiendo instrumentum,
& non contradicendo, *Vant. de nullit. ex defect. mand. num.* 103. Siue comparendo, &
154 faciendo aliquem † actum positiuum: neque
sufficit quod patiatur se citari, & secum
155 procedi; præsens enim, & tacens † in hoc ca-
su, cum simus in onerosis, non habetur pro
consentiente, *l. filiusfam. §. inuitus, ff. de procur. glos. fin. in Clem. 1. eod. tit. Cassad. decis. 3. de rescriptis*.

Et si mandatum contineat facultatem
156 substituendi, per substitutionem † non in-
duceretur acceptatio mandati; Imò substi-
157 tutio † erit nulla, nisi doceatur de accepta-
tione, *Rota d. decis. 7. de procur. in nou.*

Quod si simpliciter recipiat mandatum,
158 & illud producat, † præsumitur acceptare;
nisi de contrario protestetur, *Vestr. lib. 4. cap. de procur. fol. 97. & d. Clem 1. iuncta glos. fin.*

Potest etiam Procurator mandatum ac-
159 ceptare pro parte, † & pro parte non, ideo
si constituatur ad plures causas, potest ad
certam tantum causam mandatum accepta-
re, *Rot. decis. 3. de procur. in antiq.*

Dummodo in receptione mandati, stan-
160 te eius productione, † de hoc protestetur,
alias censetur in omnibus acceptare, neque
161 potest † postea productionem separare,
quam ipse iam fecit solum, vt audiretur in
certa tantum causa, nisi probaret se in re-
ceptione fecisse talem protestationem,
glos. fin. & DD. in dicta Clem. 1. Vestr. dicto folio 97.

Facit in simili, quia potest Procurator in
162 prima instantia † defendere dominum, &
tamen inuitus non cogitur appellationem
163 prosequi, † nisi sit constitutus ad appellan-
dum, & appellationem prosequendam, quia
tunc, si appellet, potest cogi ad prosequen-
dum appellationem; nisi protestatus fuit se
nolle astringi ad prosequutionem, *Rot. decis. 2. de procur. in nou.* debet enim mandatum ac-
ceptatum ad finem perducere, *Tomat. decis. 137. & 140. t. 2.* alias dicitur esse in dolo, &
tenetur ad damna, & interesse mandantis,
dicta decis. 137. d. tom. 2.

Similiter, si constituatur Procurator cum
164 facultate substituendi, potest † ad effectum
substituendi tantum, mandatum acceptare,
165 licèt mortuo substituto, † substituens rema-
neat Procurator, dummodo dominus su-
peruiuat, debetque cum eo procedi, *Rot. decis. 23. de procur. in non. Vestr. dicto cap. de procur. fol. 97.*

Si tamen simpliciter acceptet, & illud
166 producat ad effectum substituendi, nisi pro-
ducatur per compulsam, præsumitur in to-
tum acceptasse, & sententia lata ipso citato
valet, *Put. decis. 13. eodem tit.*

Licet igitur Procurator constitutus ab
167 absente, recusauerit† acceptare mandatum,
potest tamen pœnitere, & quandiu dominus
in eadem voluntate permanserit, acceptare,
cap. licet, de procur. in 6.

Similiter substitutus, nisi acceptet ante
168 mortem substituentis, † quando substituit
iure proprio, vt quia dominus litis, gesta per
169 eum sunt nulla: Si vero † substituit vigore
facultatis substituendi, si viuit principalis
Dominus, ex quo substitutio tunc videtur
facta nomine domini, potest post mortem
substituentis acceptare, & gesta per eum
valent, *Bisign. decis. 9. eodem tit. Rot. decis. 33. eodem tit. in nou. Vestr. dicto folio 97.*

Mandatum, quæ comprehendat.

Artic. IX.

170 *Procurator habens specialè mandatum potest facere ea que Dominus faceret.*
171 *Habens mandatum generale potest facere tantum ea, quæ in eo sunt comprehensa.*
172 *Procurator potest in solemnitatibus modici præiudicij renunciare, & consensus ipsius præiudicat.*
173 *In committenda causa sufficit consensus Procuratoris.*
174 *Procurator absente Domino tenetur pro eo adsoluendum expensas registri.*
175 *Procurator non potest prorogare iurisdictionem Iudicis incompetentis.*
176 *Si vero prorogatur sciente, & patiente Domino, valet prorogatio.*
177 *Procurator producens mandatum absque vlla protestatione declinatoria fori, dicitur prorogare iurisditionem, & præiudicat Domino.*
178 *Si procurator proroget Iurisdictionem, & instet causam remitti ad partes, & reiectus non appellauit, dicitur acquieuisse.*
179 *Sed si mandatum non est sufficiens, præmissa non præiudicant Domino.*
180 *Secus autem si in illo adessent clausæ sufficientes.*
181 *Procurator in dictis casibus debet recurrere ad Signaturam.*
182 *Iuramentum præstitum per Procuratorem ligat Dominum.*
183 *Mandata licet sint strictè interpretandæ, tamen extenduntur ad certas causas.*
184 *Procurator indefinitè constitutus ad omnes causas*

an valeat agere, & defendere in generalibus, & spiritualibus, praesentibus, & futuris.

185 *Mandatum generale comprehendit causas ortas.*

186 *Procurator constitutus ad causas deuolutas ex iuris necessitate in Curia tractiandas potest agere, & defendere. Etiamsi agatur de nullitate processus habiti in Curia, quia causa nunquam extra eam committitur.*

187 *Causa potest per speciale rescriptum Papae committi in Curia, etiam quod non sit deuoluta.*

188 *Procurator ad appellandum debet habere mandatum speciale.*

189 *Procurator ad contrahendum potest iurare etiam in animam principalis.*

190 *Procurator, an per mandatum generale se extendat ad id, quod de sui natura requirit mandatum speciale.*

191 *Mandatum speciale requiritur ad petendam restitutionem in integrum.*

192 *Procurator ad agendum potest petere restitutionem in integrum incidenter.*

193 *Si Aduersarius committat causam restitutionis, Procurator potest absque speciali mandato Dominum defendere.*

194 *Procurator ad agendum potest defendere suum principalem in causa reconuentionis.*

195 *Mandatum generale an, & quando extendatur ad requirentia mandatum speciale.*

196 *Procuratori ad petendam restitutionem in integrū sine mandato speciali, an mandatum ad agendum, sufficiat.*

197 *Si in mandato expressa sint aliqua requirentia mandatum speciale, & subsequatur clausula generalis, tunc poterunt etiam alia fieri, quae requirunt mandatum speciale.*

198 *Si Procurator generalis admittatur in requirentibus speciale mandatum, valent acta, secuta ratificatione per Dominum.*

199 *Mandatum speciale in quibus causis requiratur.*

200 *Iuramentum per necesse requirit speciale mandatum.*

201 *Vicarius Episcopi non potest sine speciali mandato resignare, nec approbare, nec erigere Iuspatronatus.*

202 *Nec minus admittere resignationes.*

203 *Specialiter ad exigendum admittitur mandatum praesumptum.*

204 *Requiritur speciale mandatum in acceptatione deuolutionis, & caducitatis.*

205 *Procurator ad recipiendum non potest liberare sine praesentia pecuniarum.*

206 *Mandatum semper interpretandum est, vt operetur effectum suum.*

207 *Etiamsi nulla fiat mentio.*

208 *Mandatum ad compromittendum non expirat per primum compromissum.*

209 *Procurator aliud faciens, quam sibi commissum, quando dicatur excedere fines mandati.*

210 *Procurator quando possit transgredi formam mandati.*

211 *Si duo mandata appareant, illud praeualet, quod minus authoritatis tribuit Procuratori.*

212 *Duo Procuratores absque clausula in solidum in spiritualibus, quilibet praesumitur constitutus in solidum, & est melior conditio occupantis. Secus est in profanis. ibidem.*

213 *Mandatum restrictum ad certas causas, & personas non extenditur ad alias causas, vel personas non nominatas.*

214 *Si moriatur nominatus in mandato, alio subrogato, vel veniente ad causam, non potest Procurator vigore primi mandati comparere.*

215 *Secus esset si mandatum non esset restrictum.*

216 *Procurator potest tantum causas tractare, quarum exercitium competit Domino.*

217 *Si constituatur Procurator tanquam Rector alicuius Ecclesiae, poterit tantum causas Ecclesiae tractare.*

218 *Mandatum ad lites cum facultate substituendi, ad quae se extendat.*

219 *Acta facta per Procuratorem contra formam, ac vires mandati, si tendant in vtilitatem mandantis, sustinentur.*

220 *Et Dominus potest cogi ad ratificandum, praecipuè ante sententiam.*

221 *Procurator quam authoritatem habeat in praeiudicium Domini.*

170 Circa quartum, videlicet, mandatum ad quae se extendat, dico, quod Procurator in causis comprehensis in mandato habetur loco Domini, poteitque ea facere, quae Dominus faceret, nisi requiratur mandatum

171 speciale: mandatum † enim generale non extenditur ad requirentia speciale mandatū *Clem. 2. de procur.*

172 Potest etiā in solemnitatibus modici praeiudicij, & aliàs per partem remissibilibus renunciare, & eo casu consensus ipsius habetur pro consensu partis.

Ideo in committenda causa cum certa

173 qualitate, vel certo Iudice, etiam † grauante, sufficit consensus Procuratoris: de quo vide late *Cassad. decis. 3. de rescript.*

174 Et propterea absente Domino, Procurator tenetur pro eo ad soluendum expensas registri, *Cassad. decis. 1. de procur. & ibi. d. c. de procur. fol. 97.* & super his vide, quae dicit *Rot. in Pampilonen. decimarum 5. May 1634. coram R. P. D. Verospio, in relationibus memorialium.*

Et quamuis aliqui voluerint, quod Pro-

175 curator nō possit prorogare iurisdictionem Iudicis incompetentis, nisi habeat mandatum cum libera, *Guidop. decis. 46.* Si tamen

176 prorogatur sciente, & † patiente Domino, tenet prorogatio. *D.D. in cap. cum olim 1. extra de offic. deleg. Felin. in cap. P. & G. extra eodem tit.*

177 In quo etiam aduerte, quod producti is man-

mandatum absque nulla protestatione de-
clinatoria fori, & dicit nihil fieri nisi
ipso citato, dicitur prorogare iurisdictio-
nem, & præiudicat Domino, idque sic fuis-
se declaratum in Signatura Gratiæ tempore
Vrbani VIII. *refert Rota in Ceruien. bonorum*
29. Martij 1647. coram R. P. D. Ghislerio in
178 *fol.* Et ad propositum, quod † proroget etiã
Iurisdictionem, si instat remitti causam ad
partes, & reiectus non appellauit, neque
adiuit Signaturam, quia dicitur acquieuisse
vt dicitur in eadem decisione.

179 Sed declara, quòd si mandatum non est
sufficiens, præmissa non præiudicant Do-
180 mino; secùs autem, si in † illo adessent clau-
sulæ sufficientes, puta. Ac si dictus cõstituens
præsens esset, facere posset, etiamsi talia
forent, quæ magis speciale mandatum re-
quirerent, cum clausula amplissima ad li-
tes, & causas pleno plenissimo mandato &c.
plena libera &c. cum facultate substituendi;
& quod clausula cum libera æquipolleat
mandato speciali, ad dictum effectum, fir-
matur in eadem decisione.

Vt sit igitur cautus Procurator appellat
181 in † dictis casibus, & recurrit ad Signaturam,
& in productione addit clausulas declinato-
rias Iurisdictionis.

182 Iuramentũ etiam præstitum per Procura-
torem ligat Dominum, ac si ipse iurasset,
Bartol. in l. qui bonum §. si alieno ff. de damn.
infect. Galles. in dict. tractat. quæst. 4. num. 8.
folio 35.

Mandata verò, licet sint strictè interpre-
183 tanda, regulariter tamen, non solum ex-
tenduntur ad illas causas, quæ in eis sunt
expressæ; verum etiam ad illas, quæ sub ge-
neralitate verborum comprehenduntur, &
veniunt in consequentiam expressarum.

184 Ideo constitutus indefinitè ad omnes cau-
sas, poterit etiam in generalibus, & spiri-
tualibus, præsentibus, & futuris; dummo-
do in aliqua causa non requiratur manda-
tum speciale, agere, & defendere, *Egid. con-*
clus. 5. Rot. decis. 27. de procur. in nou. de quo,
185 quando mandatum generale comprehen-
dat causas ortas post datam mandati viden-
dus est *Vant. dict. cap. de null. ex defect. mand.*
numer. 97.

Similiter constitutus ad causas deuolutas
186 ex iuris necessitate in Curia tractandas, si a-
gatur de nullitate processus habiti in Curia,
causa nunquam extra eam committitur: vel
187 si † causa per speciale rescriptum Papæ sit
commissa in Curia, etiam quod non sit de-
uoluta; quia veniunt in consequentiam,
poterit etiam in illis agere, & defendere,
Egid. conclus. 306.

Eadem ratione licet ad appellandum re-
188 quiratur mandatum speciale, constitutus ta-
men ad agendum, poterit etiam appellare,
licet non prosequi, quia appellatio est quod-
dam consecutiuum, *Rot. decis. 2. de procur.*
in nou. Sed si non habet mandatum, nihil fa-
cit, & appellatio habetur, ac si non fuisset
interposita; & idem ipsi eueniet, si appella-
ret, sed non coram Iudice, & dimitteret
tantum cedulam appellationis penes Nota-
rium, *vt in Perusina bonon. 23. Iunij 1651.*
coram R. P. D. Celso in folio. Estque etiam
speciale, quod Procuratores non possint pro
sequi appellationes à non diffinitiua, vel
grauamine reparabili, vel non lata diffini-
tiua, alias enim præter expensas, & damna
per ipsos partibus reficienda puniuntur gra
uiter, *vt vult Vrban. VIII. const. 6. regul. can-*
cell. 87. fol. 18. tom. 4.

189 Procurator ad contrahendum, potest †
etiam iurare in animam principalis, dum-
modo illi contractui soleat adijci iuramen-
tum, *Galles. in dict. tract. quæst. 2. fol. 10.*

190 Si etiam aliquid incidenter tractari con-
tingat, quod de sui natura requirat manda-
tum speciale, mandatum generale ad illud
191 se extendit; Ideo licet † ad petendam re-
stitutionem in integrum requiratur manda-
tum speciale, *l. illud §. 1. ff. de minor. Abb. in*
cap. scisitata extra de restit. in integr.

192 Constitutus tamen † ad agendum, & de-
fendendum poterit etiam petere restitutio-
193 nem in integrum † incidenter, vel si Aduer-
sarius committat causam restitutionis, po-
test absque speciali mandato Dominum de-
fendere, *Cassad. decis. 2. de procur. Pastr. dict.*
cap. de procur. fol. 99.

194 Procurator verò † constitutus ad agen-
dum, quando possit defendere in causa re-
conuentionis, *Vant. dict. capit. de null. ex de-*
fect. mand. num. 81.

195 Mandatum etiam generale † aliquando
extenditur ad requirentia mandatum spe-
ciale, dummodo comprehendi possit sub
generalitate verborum. Ideo licet ad pe-
196 tendam restitutionem in integrum princi-
paliter requiratur speciale mandatum, vt
dixi; tamen si mandatum dicat, ad agendũ,
appellandum, supplicandum, & generaliter
ad omnia alia, quæ requirunt speciale man-
datum, poterit peti restitutio in integrum
principaliter, *Cassador. decis. 1. de procur.* quia
satis videtur dari facultas, per verba illa,
supplicandum, præcipuè cum clausula illa,
& generaliter.

197 Idem dicemus si † in mandato expressa
sint aliqua requirentia mandatum specia-
le, & deinde subsequatur clausula generalis;
tunc enim poterunt etiam alia fieri, quæ re-
quirunt mandatum speciale, *cap. qui ad a-*
gendum, cum ibi notatis de procur. in 6.

198 Et in omnem euentum si Procurator gene-
ralis

ralis admittatur in requirentibus speciale mandatum, tenent acta, secuta ratificatione per dominum, *Gemin. in dict. cap. qui ad agendum de procur.*

199 Mandatum autem speciale in quibus causis requiratur, *vide ibi glos.& Doctor.*Eadem ratione licet iuramentum per necesse requi-
200 rat speciale mandatum, *vt per DD. in cap. vt circa, in fin. de elect. in 6.* poterit tamen præstari per habentem mandatum ad præstandum quodlibet licitum, & honestum iuramentum, *Cassad. decis. 1. de iur. iurand.*

201 Et est quoque speciale, quod † Vicarius Episcopi non potest sane speciali mandato reseruare, nec approbare, nec erigere, Ius patronatus, *vt in Nouarien. Iuris patronatus 10. Decembris 1649. coram R.P.D. Peutingerio, in folio.* Nec minus admittere resigna-
202 tiones, † *vt in Sarsinaten. Parochialis 27. Martij 1637. coram bon. mem. Cardinali Panzirolo, in folio.*

203 Specialiter etiam aduertes, quod † etiam ad exigendum admittitur mandatum præsumptum, & in filio res transit sine difficultate, *vt in Auinionen. pecuniaria 15. Ianuarij 1648. coram Reuerendiss. D. Dunozetto, non impressa.* vbi vide coniecturas, per quas faciliter illud præsumitur in coniuncto, prout etiam *in Perusina fideicommissi de Gratianis 5. Maij 1625. coram bon. mem. Remboldo, in folio.*

204 In acceptatione vero † deuolutionis, & caducitatis requiri speciale mandatum, *dixit Rot. in dict. Romana, seu Comen. hæreditatis 26. Iunij 1646. coram R.P.D. Meltio, non impressa.*

205 Constitutum verò ad † recipiendum non posse fateri recepisse, & cum confessione de recepto liberare debitorem, sine præsentia pecuniarum, *dicitur in Romana fructuum census 14. Iunij 1647. coram R. P. D. Meltio*, & apud *Tomat. decis. 290.* in declaratione autem animi specialis semper requiritur speciale, *Tomat. decis. 185. 225. & 288.*

216 Interpretari etiã debemus † semper mandatum, ita vt operetur effectum suum, in eoque omnia subintelligantur, sine quibus expediri non potest, etiamsi de eis nulla fiat
207 mentio; imò actus † etiam contiguus expressis in mandato non dicitur contra, nec præter mandatum, *Felin. in cap. causam, quæ extra de sent. & re iudic.*

Et propterea mandatum ad compromit-
008 tendum non expirat † per primum compromissum, sed illius vigore potest Procurator pluries compromittere, donec causa finiatur, præsertim si compromissum fiat vigore statuti, *Put. decis. 12. de procur.* & mandatum ad agendum, quod sufficiat ad faciendam interpellationem, dicit *Tomat. dec. 161. tom. 2.*

Et si Procurator aliud faciat, quod sibi
209 fuerit commissum, dummodo illud sit vtilius mandanti, ita vt præsumi potuerit, quod Dominus idem mandasset, si scire potuisset, non dicitur propterea excedere fines mandati, *Afflict. decis. 340.*

210 Et de hoc † quando quis possit transgredi formam mandati, videatur *Ias. in l. si Procurator C. de procur. Felin. in cap. cum dilectus extra de rescript. & in dict. Rom. fructuum census coram R. P. D. Meltio. Et Tomat. decis. 140. dict. tom. 2.*

211 Si tamen duo mandata † appareant, illud præualet, per quod minor authoritas tribuitur Procuratori, *Boer. decis. 310. Vant. dict. cap. de nullit. ex defect. mand. num. 166.*

212 Si constituantur duo Procuratores † simpliciter, & absque clausula in solidum, in spiritualibus quilibet præsumitur constitutus in solidum, & est melior conditio occupantis; In profanis verò secus est, *cap. si duo de procur. in 6. Felin. in cap. in nomine Domini extra de testibus. Vant. dict. cap. num. 78.*

Intelliguntur autem præmissa de exten-
213 sione † mandati, nisi mandatum esset restrictum ad certas causas, & personas, quia tunc non extenderetur ad alias causas, vel personas, præter nominatas; etiamsi de ea-
214 dem re agendum esset. Ideò si moriatur † nominatus in mandato, alio subrogato, vel veniente ad causam pro suo interesse, non poterit Procurator vigore primi mandati comparere, quia in beneficialibus mutata persona mutatur etiam causa, *Rot. decis. 31.*
215 *de procur. in nou.* & tamen † secus esset si mandatum nõ esset vt supra restrictum, quia intimata sibi subrogatione per subrogatum, posset cum eo litem prosequi, *Rot. decis. 12. vt lit. pend. in nou.*

Limitatur secundo, quod Procurator po-
016 terit eas tantum causas † tractare, quarum exercitium competit domino eo nomine,
217 quo constituit eum † Procuratorem; vt si constituat tanquam Rector alicuius Ecclesiæ, poterit causas Ecclesiæ solumodo tractare, *Vant. de null. dict. cap. de null. ex defect. mand. num. 77.* Et latè de huiusmodi mate-
218 ria, † videlicet mandatum ad lites cum facultate substituendi in forma solita, ad quas causas, quas personas, quos Iudices, & generaliter ad quæ se extendat, præcipuè si duo Procuratores simpliciter, vel in solidum constituantur, vide *Vant. ibidem à num. 75. vsque ad num. 114.*

219 Limitatur tertio omnia supradicta, † quod acta facta per Procuratorem cõtra, vel vltra formam, ac vires mandati, si tendant in euidentem vtilitatem mandantis, substinen-
220 tur. Potestque cogi dominus † ad ea ratificandum, *Vant. d. cap. quib. mod. null. repar. poss. num. 100.* & de gestis ante sententiam

hoc

hoc clarum est; Vide etiam ad materiam præsentis capituli, videlicet quam authori-
221 tatem habet Procurator in præiudicium domini, latissime *Felin. in cap. ad hoc Deus, extra ut lit. non contest.*

Mandatum quando finiatur, seu reuocetur.

Artic. X.

non possit reuocare constituens.
272 *Procurator constitutus ad commodum tertij, an possit reuocari.*
273 *Procurator substitutus vigore facultatis substituendi, quando possit reuocari.*
274 *Et quid si Dominus in totum ei tradiderit vices suas.*
275 *Procurator constitutus per Conuentum, potest per solum Abbatem reuocari.*
276 *Quando mandatum non subsistat.*

222 Circa quintum, mandatum † Procuratoris durat, donec constet de contraria voluntate constituentis, tacitè vel expressè, *l. si vero non remunerandi, §. si mandauero, ff. mand. l. si Procurator, §. fin. ff. de procur.*

Præsumiturque durare, nisi contrarium
223 probetur, † *l. cum hic status, §. 1. ff. de donat. inter vir. & vxor.*
224 Probata autem contraria † voluntate constituentis, statim expirat. Est enim man-
225 datum † de sui natura reuocabile, in tantum, quod facultati reuocandi etiam cum iuramento, vel per pactum renunciari non
226 possit, † quia cum id sit ex natura mandati, non potest contrarium firmari per pactum, nec per iuramentum, licet reuocans sit periurus, *glos. in cap. fin. de procur. in 6. Felin. in cap. si diligenti, num. 12. extr. de for. comp. Boer. decis. 207. Vant. d. cap. de null. ex defect. mand. num. 156. & 158.*
227 Nisi tale iuramentum sit † præstitum ad commodum alterius, quia benè seruandum est, *Galles. d. tract. quæst. 24. num. 5. fol. 141. vbi add.*
228 Ideo ad euitandum periurium † petitur absolutio à iuramento ad hunc effectum, & danda est in materia beneficiali, secus in alia materia, *Staphil. de litteris iustit. cap. 15. num. 8. fol. 319.*
229 Potest ergo Procurator reuocari † expressè per instrumentum eodem modo, quo
230 fuit constitutus, † quo casu huiusmodi reuocatio debet ipsi intimari, alias gesta per eum ante dictam intimationem valent, *cap. mandato, extr. de procur.* saltem ad præiudicium reuocantis, *Felin. in cap. ex parte decani, num. 24. extr. de rescript.* Dummodo † con-
231 stitutio quoque ei intimata fuerit, alias intimatio reuocationis forsitan non requireretur, *Rot. decis. 2. in nou. tit. eodem.*
232 Si tamen huiusmodi reuocatio † deueniat ad notitiam Iudicis, & partis, an sufficiat absque notitia ipsius Procuratoris reuocati, videndus est *Cassador. decis. 2. de appell.*
233 Si etiam parti, & Iudici facta fuit fides de mandati reuocatione, debet de necessitate, eis quoque intimari, *glos. in dicto cap. quamuis tit. eodem in 6.* Alias gesta per eum ante intimationem reuocationis, tenent ad fauorē partis, licet ad fauorē reuocātis sint nulla statim, & absque intimatione, *Vant. vbi supra n. 159.* & vt habeatur plenè, & breuiter notitia huiusmodi materiæ, sciendū est, quod
234 Reuocationes Procuratoris † iudiciales, vel extraiudiciales, regulariter non valent, nisi ei intimentur, tenentque gesta per eum post reuocationem, & ante intimationem, etiamsi habeat mandatum ad ligandum Dominum cum iuramento, & ligauerit post reuocationem, præterquam in infrascriptis
235 casibus. Primo in Procuratore † ad contrahendum matrimonium, vel cognatio-
236 nem spiritualem. † Secundo quando actus factus per Procuratorem non potest sortiri effectum contra voluntatem Domini, præ-
237 terquam in Procuratore ad † resignandum, exigendum, & quietandum. Tertio vbi agi-
238 tur solum de præiudicio † constituentis. Quarto, vbi aduersarius nondum fuit certificatus de mandato. Quinto in Nuntio:
239 sexto, vbi Dominus, † & Procurator cense-
240 tur vna, & eadem persona, † putà pater, & filius. Septimo, vbi reuocatio fit per mortē:
241 octauo, quando aduersarius fuit † particeps in occultatione fraudulenta reuocationis.
242 Nono, quando Procurator † est factus inimicus Domini: In omnibus enim prædictis casibus tenet reuocatio absque intimatione, *vt per Felin. in cap. ex parte decani, extr. de rescript.*

Præmissa de reuocatione Procuratoris,
243 non procedunt † in Procuratore Domino litis effecto, qui non potest sine causa legitima, & expressa reuocari, *l. post litem, ff. de procur.* cum ibi notatis, *cap. quamuis cum ibi-*
244 *dem not. eodem tit. in 6.* nisi ipse, † & forsan etiam aduersarius consentiat; & rationem, vide *apud Felin. in d. cap. ex parte decani, n. 25.*
245 quia tantum efficitur † Dominus litis ad commodum Domini, non autem ad com-
246 modum proprium; † Si reuocetur sine causa, non potest amplius in tali causa se ingerere, quia eo ipso efficeretur suspectus, *l. quæ omnia, ff. de procur. glos. in cap. 2. in verbo suspectus, de procur. in 6.* potest solum petere, vt cognoscatur, an fuerit legitimè reuocatus, & quod cognoscatur causa suspicionis, & an iustè fuerit reuocatus, ad saluandum honorem, *Card. in Clem. Procuratorem, de procur.*
248 Tacitè etiam absque causa † reuocari potest, *Cassad. decis. 2. de appell.* quæ tacita reuocatio in quocunque multipliciter con-
249 tingit, putà † ex mutatione status Procuratoris, aut ipsius Domini in peius, quouis modo succedat, & quia forsan efficitur criminosus, *Vant. vbi supra num. 175.* vel etiam
250 in melius, vt in hærede; Si enim sit † status differentis à persona defuncti, vt quia pupillus, Ecclesia, vel furiosus, Procurator defuncti,

functi, eo ipso censetur reuocatus, absque
alia reuocatione, etiam in casibus, in quibus
alias duraret, *Dec. post alios in l. rogasti, §. si
fugitiuus, ff. si cert. pet. Galles. in dicto tract.
quæst. 22. num. 5. fol.* 135.
351 Per mortem quoque mandantis † reuoca-
tur, *l. 4. ff. locat. & cap. si gratiosè, vbi glos.*
252 *de rescript. in 6.* Et hoc euenit non solum
per mortem naturalem; sed etiam per mor-
tem ciuilem, vt puta per libertatis amis-
sionem, capitis diminutionem, ingressum
Religionis, & similia; in tantum, quod si
cessio, vel amissio rei litigiosæ fuit ante sen-
tentiam, & deinde feratur sententia, non po-
test Procurator ab ea appellare, si habuit
notitiam reuocationis, *Cassador. decis. 2. de
procur. Vant. vbi supra de inhab. ex def. mand.
num. 168. cum seq.*
253 Quando Procurator est † constitutus à
Prælato, vel Rectore Ecclesiæ nomine ipsius
ipsius Ecclesiæ, & re non integra: secùs si es-
254 set constitutus nomine proprio; † quia tunc
re non integra, non reuocaretur, *Clem. fin.
de procur.* vbi *Card. latè nu. 6.* declarat, quan-
do res dicatur integra, & quando Procura-
tor dicatur constitutus nomine proprio, vel
Ecclesiæ, *Rot. decis. 28. & seq. de procur. in nou.*
licet contrarium tenuerit *Guidopap. decis.*
547. vbi etiam vult *dictam Clem.* procedere
solum in Actore, & non in Reo.
255 Fallit tamen dicta regula † expirationis
mandati, primo in Procuratore ad resignan-
dum, qui si ante obitum constituentis fecit
aliquem actum denotantem consensum, vt
puta porrigendo supplicationem, vel aliud
simile, potest non solum post obitum resi-
gnantis consensum præstare, sed etiam po-
test cogi ad illum præstandum, *Cassador. de-
cis. 1. de renunc.*
256 Secundò, in Procuratore † constituto su-
per eo, ad quod constitutus præcisè com-
pelli potest, *l. fundi venditor, §. item si amicus,*
vbi *glos. & Castrens. ff. de acquir. possess. cap. si
super gratia, de off. deleg. in 6.*
257 Licet per hæredem reuocari † possit, *vt
per Alex. & alios in dicto §. item si amicos Gall.
in dicto fol.* 135.
258 Tertiò, in Procuratore, † cuius constitu-
tio confertur post mortem, *l. mortis causa,
§. Titia, ff. de donat. caus. mort. l. si verò non re-
muneranda, §. fin. cum l. seq. ff. mand.* licet
259 enim per constituentem † reuocari non po-
tuit, hæres tamen posset reuocare, *glos. in l. sed
inter m, §. Si vxor. primo, ff. de donat. inter vir. &
vxor. Felin. & Dec. in cap. relatum extr. de of.
deleg. Galles. dicta quæst. 12. dicto fol.* 135.
260 Quartò, in Procuratore † constituto in
obligatione Camerali ad confitendum de-
261 bitum, † vt antiquitus solebat fieri: sicut
enim nō potest per Dominum reuocari; ita

non finitur morte mandantis, & in hoc est
magis priuilegiatus ceteris, quod hæres non
potest eum reuocare, saltem de stylo, vt no-
tat *Gale. dicto fol.* 135.
2262 Mandatum etiam extraiudiciale † finitur
morte mandantis re integra, *l. mandatum,
C. mandati,* præterquam in quatuor casibus.
263 Primo in mandato ad pias † causas: se-
cundò fauore dotis: tertiò fauore manda-
tarij, quando mandatum post mortem de
sui natura est expedibile: quartò, quando
in mandato sit mentio de duratione post
mortem, *Felin. in cap. relatum, in princ. extr.
de off. deleg.*
Tacitè similiter reuocatur Procurator,
164 & Dominus † litis effectus, si Dominus ve-
niat ad causam, eamque pertractet simplici-
ter non animo assistendi, dummodo alias
ipsius præsentia non sit necessaria, *cap. si
quando, de procur. in 6.* si tamen actus, qui
265 expeditur, † nisi ex alijs coniecturis constet
de voluntate Domini, volentis reuocari, nō
inducitur reuocatio, *Rot. decis. 21. & 31. de
procur. in antiq. & in cap. ex parte decani, in
fin. extr. de rescript.*
Per constitutionem quoque secundi Pro-
266 curatoris inducitur † reuocatio primi, nisi
Dominus contrarium protestetur, *cap. si
quem de procur. in 6. Rot. decis. 20. eodem tit. in*
267 *nou.* etiamsi secundus non † acceptet; dum-
modo specialiter ad causam primi constitu-
antur: Si enim primus esset constitutus ad
omnia specialiter, & secundus ad omnes
causas generaliter, secus esset, *Vant. vbi sup.
num. 164.* & si primus fuit deputatus ad vni-
268 uersitatem negociorum, & postea deputetur
alter ad aliquod negocium particulare, per
secundi deputationem prior non dicitur re-
uocatus, *vt in Ianuen. Canonicatus 31. Maij
1648. coram R. P. D. Ghislerio inter. va-
gantes.*
269 Constituti etiam ad certum tempus, vel
sub certa couditinoe, adueniente tempore,
vel conditione mandatum expirat. *Vant.
ibidem.*
Potest autem reuocari Procurator, non
270 solum per constituentem, † sed etiam per
eius hæredem; imò in multis casibus hæres
171 potest reuocare † Procuratorem, quem
non potest reuocare constituens, *vt per glos.
in l. sed interim, §. si vxor, de donat. inter vir. &*
272 *vxor.* quando non † sit constitutus ad com-
modum tertij, quia tunc sicuti Dominus, ita
& hæres eum reuocare non potest, prout in
obligatione in forma Cameræ, de qua su-
pra, *Bald. in l. id quod, C. de Episcopis, & Cleri-
cis. Ruin. cons. 7. vol. 2. Galles. d. tract. quæst. 23.
fol.* 139.
Substitutus etiā vigore facultatis substi-
273 tuendi, † si habet facultatem reuocandi in

eodem mandato, poteſt ſubſtitutum reuocare; & ſi ſubſtitutio non tenet, poteſt ſubſtituens litem proſequi, *cap. is, qui, de procur. in 6.* & ibi *Gemin.* niſi in totum ei † tradiderit vices ſuas, quia tunc etiam re integra, etiamſi in ſuo mandato haberet facultatem ſubſtituendi cum clauſula, procuratorio in ſuo robore permanente, non poteſt cauſam reaſſumere, *Biſignet. deciſ. 11. de procur.*

274

275 Procurator conſtitutus † per Conuentum, poteſt per ſolum Abbatem reuocari, *Gemin. in cap. pretium, num. 15. de teſt. in 6.*

276 Quando mandatum † reddatur nullum, vel non ſubſiſtat, vide *Vant. de nullit. tit. de mod. & ordin. Iud. proc. num. 5.*

De nullitate ex defectu mandati.

Artic. XI.

277 *Quæ requirant mandata, ſi fiant, & quando reddantur nulla.*
278 *Mandatum, quando probatur per teſtes præſentes proceſſui, neceſſaria non interueniſſe.*
279 *Nullitas mandati eſt inſanabilis, quia deficit conſenſus.*
280 *Si Princeps ſuppleat omnes defectus ex certa ſcientia, & plenitudine poteſtatis, attamen non præſumitur ſanare defectum mandati.*
281 *Nullitas mandati non comprehenditur in ſtatuto prohibente, dicere de nullitate etiam aduerſus tres conformes.*
282 *Litteris Papæ aſſerentis, reſignationem fuiſſe factam in eius manibus, an ſtetur.*
283 *Si dubitetur de falſitate mandati, cum quo fuit beneficium reſignatum, datur commiſſio præfixionis termini reſignatario ad docendum.*
284 *Commiſſio admiſſionis ad probandum contra litteras, cum clauſula conſtito de falſitate mandati, quando concedatur facta reſignatione.*
285 *Regens Cancellariæ habet authoritatem cognoſcendi mandata reſignationum.*
286 *Nullitas mandati in reſignatione, an poſſit opponi, etiam vſque ad centum annos. Si Dominus opponat nullitatem geſtorum per Procuratorem, tunc talis legitimatio ei non obſtat. ibid.*
287 *Aduerſus nullitatem mandati, non admittitur præſcriptio.*
288 *Solemnitates mandati, non præſumuntur extrinſecè perueniſſe.*
289 *Eoque ipſo dicitur adeſſe nullitas, quando non conſtat de mandato, præterquam in ſententia, vel laudo 70. vel 90. annorum.*
290 *Mandatum, quando ex longo tempore præſumatur. Sententia enuncians aliquem Procuratorem, an probet eſſe talem. ibid.*
291 *In actu requirente mandatum ſpeciale, non præſumitur talis actus præceſſiſſe, niſi ſpecialitas enuncietur.*
292 *Si mandatum enuncietur in aliquo actu inter diuerſas perſonas, non probat, niſi illius tenor inſeratur.*
293 *Exceptio mandati debet opponi ante litis conteſtationem.*
294 *Procurator, ſi ſemel oſtendit mandatum, & pars nihil opponat, non tenetur amplius exhibere.*
295 *Dominus, ſi approbauit Procuratorem per actus poſitiuos, non poteſt eius mandatum impugnare.*
296 *Mulier approbans Procuratorem, etiam ſine ſolemnitatibus, non poteſt amplius eum controuertere.*
297 *Appellatio interpoſita à Procuratore tempore debito ſine mandato, ſuſtinetur, ſi ratificetur à Domino.*
298 *Geſta per falſum Procuratorem, ſunt nulla.*
299 *Geſta in audientia Principis, ſi ratificantur à Domino, valent.*
300 *Duo Procuratores non inſolidum, alter ſine altero admitti non poteſt.*
301 *Procuratores ſi ſint inſolidum conſtituti, altero acceptante, alter non poteſt amplius ſe intromittere, niſi adſit clauſula, quod non ſit melior conditio occupantis.*
302 *Proceſſus factus per alterum ex Procuratoribus inſolidum conſtitutis, valet.*
303 *De iure mandatum debet produci in principio litis, ſecus de ſtilo.*
304 *Si ſemel producatur inſufficiens, & deinde ſufficiens mandatum, proceſſus non ſuſtinetur.*

277 QVæ requirant mandata, ſi fiant, † ſiue reddantur nulla, & quod ſatis eſt excipere, quod non conſtat de mandato, *Vant. dicto cap. de nullit. ex defect. mand. num. 62.*

278 Etiam poteſt probari per teſtes, † qui fuerunt præſentes proceſſui, talia neceſſaria non fuiſſe facta, *Vant. cap. à quo, & quibus mod. null. pro. poſſ. num. 13. & 19.*

279 Huiuſmodi nullitas eſt inſanabilis, † quia deficit conſenſus, qui neque per Papam ſuppleri poteſt; præcipuè ſi mandatum fuit reuocatum, *DD. in cap. per venerabilem, extr. qui fil. ſint legitimi, cap. in noſtra, extr. de procur. l. licet, C. eodem. Staphil. de litteris iuſt. dicto cap. 4. num. 6. in fine, & num. 7. fol. 380. & Gemin. in dicto cap. fol. 166. col. 2.*

Si autem Princeps ſuppleat omnes defe-
288 ctus † etiam ex certa ſcientia, & plenitudine poteſtatis; attamen non præſumitur ſanare iſtum defectum, cum ſit iuris naturalis, *Staphil. dicto cap. 4. fol. 381.*

Et huiuſmodi nullitas non comprehendi-
281 tur † in ſtatuto, vel reſcripto prohibente dicere de nullitate, etiam aduerſus tres conformes. *Vant. c. quis poſſit dic. de nullit. num. 41.*

282 Ideò licet regulariter ſtetur † litteris Papæ, aſſerentis reſignationem fuiſſe factam

in eius manibus ; *Clem. litteris, de prob.* Si ta-
283 men dubitetur † de falsitate mandati, cum
quo fuit resignatum beneficium, datur cō-
missio præfixionis termini resignatario ad
284 docendum, quod mandato † vti velit; Et an
ex eo resignatio facta fuerit, & possit con-
cedi commissio admissionis ad probandum
contra litteras, cum clausula, constito de
falsitate mandati, licet soleant huiusmodi
commissiones signari arbitrio Iudicis, *idem
Staphil. cap. 8. fol. 296. num. 12.*
285 Hodie verò huiusmodi † differentiæ di-
gnoscuntur apud Regentem Cancellariæ,
qui habet auctoritatem super huiusmodi, *vt
in Constit. 3. Martini V. bull. nou. tom. 1. fo-
lio 239. constit. 34. Clem. 7. dicto tom. 1. fol. 502.
constit. 54. Pij IV. eodem bull. tom. 2. fol. 54.
constit. 84. & 90. Pij V. tom. eodem fol. 113.
& 219.*
286 Potestque huiusmodi nullitas † opponi
quandocunque, etiam vsque ad centum an-
nos, nisi personæ litigatorum fuissent per
sententiam Iudicis expressè legitimatæ, nisi
Dominus opponat nullitatem gestorum per
suum assertum Procuratorem, quia tunc hu-
iusmodi legitimatio ei non obstaret, *Vant.
cap. quib. mod. null. san. poss. num. 91. & 93.*
287 Nec aduersus huiusmodi † nullitatem ad-
mittitur præscriptio, vt per *Vant. dicto cap. de
null. ex defect. mand. num. 57.*
288 Neque mandati solemnitas, † sicuti aliæ
solemnitates extrinsecæ, præsumitur inter-
uenisse, nisi probetur, *ad text. in l. sciendum
ff. de verb. oblig.* eoque ipso dicitur adesse,
289 quando non constat de eo, † præterquam
in sententia, vel laudo antiquo 70. vel 90.
annorum; Præsumitur enim in tali senten-
tia tunc adfuisse mandatū, & in laudo præ-
cessisse compromissum, quamuis producatur
tur sine processu; præcipuè si in eis enun-
cietur; quamuis ineptè. *Cassad. decis. 3. de
procur. Gemin. in dicto cap. fol. 167.*
290 An autem ex longo tempore † præsuma-
tur mandatum, est *videndus Boer. decis. 281.*
& de hoc, quando sententia enunciat ali-
quem esse Procuratorem, an probet, *Felin. in
cap. cum in iure, extr. de off. deleg.*
291 In actu vero requirente mandatum † spe-
ciale, non præsumitur talis actus præcessisse,
nisi etiam specialitas enuncietur, *Put. decis. 4.
de procur.*
Similiter, si mandatum enuncietur in ali-
292 quo actu, † seu scriptura, inter diuersas per-
sonas confecta, non probat, nisi illius tenor
inseratur, vt supra dixi, & addo *Boer. dicta
decis. 281. Vant. cap. de nullit. ex defect. mand.
num. 71.*
293 Exceptio tamen mandati † debet oppo-
ni ante litis contestationem, non autem
postea; Qui enim non opponit censetur ap-
294 probasse personam, & si Procurator semel
ostendit mandatum, & pars nihil opponat,
non tenetur amplius exhibere, *Felin in di-
cto cap. cum in iure, in fin. extr. de off. deleg. Vant.
ibidem num. 63.*
295 Idque fortiùs euenit in eo, † qui procu-
ratorem vti talem approbauit per actus po-
sitiuos, quia non potest eius mandatum am-
296 pliùs impugnare: quod † procedit etiam
contra mulierem approbantem, etiam sine
solemnitatibus, quia non potest ampliùs
controuertere mandatum, *vnam dicta Roma-
na subhastationis de Alexijs, 15. Maij 1648. co-
ram R. P. D. Cerro, inter volantes.*
297 Appellatio quoque tempore † debito in-
terposita à Procuratore sine mandato, susti-
netur si ratificetur à Domino, cum consti-
tutione, vel cum ratificatione gestorum, *Rot.
decis. 56. de appell. in antiq.*
298 Gesta etiam per falsum † Procuratorem
sunt nulla; sed licet posset puniri tanquam
falsus Procurator, *Bisignet. decis. 2. de procur.*
299 tamen si gesta per ipsum, † præcipuè in
audientia Principis, ratificentur à Domino,
valent, *l. 3. §. si Procurator ff. quod quisque iur. Fe-
lin. in cap. nonnulli, §. sunt, & alij, extra de re-
script.*
Ex duobus procuratoribus simul constitu-
300 tis, non in solidum, alter † sine altero admit-
ti non potest, & si sint insolidum constituti,
301 altero † occupante, alter non potest ampliùs
se intromittere, nisi in mandato adsit clau-
sula, quod non sit melior conditio occupan-
tis; quia tunc potest alter prosequi nego-
cium inchoatum ab altero, & sic inuicem se
adiuuare, dummodo prior non substituerit,
cap. si duo de procur. in 6.
302 De stilo tamen, processus factus † per al-
terum ex procuratoribus non insolidum
constitutis, valet, *Rot. decis. 3. de procur. in nou.
Vant. dicto cap. de procur. in fin.*
303 Licet etiam de iure debeat † mandatum
in principio litis produci, de stilo tamen,
etiam si producatur post sententiam, pro-
cessus factus, tenet *Rot. decis. 7. in fin. de pro-
cur. in nou. & decis. 19. eodem in antiq.*
304 Dummodo semel productum † non fuerit
insufficiens, quia tunc non sustineretur pro-
cessus, quamuis deinde mandatum suffi-
ciens producatur, *Put. decis. 6. eodem tit.*

Alia de Procuratore in genere.

Artic. XII.

305 *Procurator cum clausula, ad faciendum, quod sibi
placet, tenetur de negligentia, & dolo.*
306 *Magistri domus locorum piorum, censentur ha-
bere speciale mandatum, vti tutores, & cu-
ratores, & specialiter deputati.*

307 *Qua*

307 *Quæ clausulæ sint necessariæ in mandato procuræ.*
308 *Mandatum factum cum clausula, releuans, &c. & coram quibuscunque Iudicibus, &c. non expirat in prima instantia.*
309 *Satis est, quod mandatum producatur post sententiam, si de eo non fuit oppositum.*
310 *Secus, si fuit oppositum ante sententiam.*
311 *Si Procurator discedat à Curia, debet amicum substituere, & substitutionem deducere ad notitiam partis.*
312 *Aliàs enim proceditur contra ipsum per contradictas.*
313 *Si Procurator moriatur in Curia, proceditur per contradictas etiamsi non intimetur principali.*
314 *Quale salarium debeatur Procuratori.*
315 *Procuratori constituto ad lites, debetur salarium etiam non conuentum.*
316 *Quantitas salarij, vt plurimum remittitur arbitrio Iudicis.*
317 *Rota aliquando salarium tractauit, ad rationem scutorum 12. pro quolibet mense.*
318 *Quale salarium debeatur sollicitatori, pro quolibet mense.*
319 *Procuratores, quando sint potiores, & præferantur.*
320 *Procuratores sicuti volunt sibi ipsis satisfieri, ita debent esse cauti in adimplendo eorum munus.*
321 *Procuratores, si exegerunt pecunias principalis, tenentur de stilo Signaturæ, etiam executiuè.*
322 *Callidi litigatores, aliquando ad effectum euitandi contra se patrocinium alicuius spectabilis Procuratoris, procurant in principio causæ illum allicere.*
323 *Et alterius vtuntur opera.*
324 *Vt euenit egregio viro Camillo Adriano, cuius memoria viuet in æternum.*
325 *Procurator, & sollicitator, non potest cogi ad se examinandum contra suum clientem.*

305 QVando autem constitutus cum clausula, ad faciendum; quod sibi placet, teneatur de negligentia, & dolo, videnda est *Rota in Meleuitana redditionis rationis, 14. May 1649. coram Reuerendissimo D. Dunozetto Decano, inter volantes, & Tomat. 137. & 215.*

An etiam magistri domus locorum pio-
306 rum† censeātur habere mandatum speciale, & possint Dominis præiudicare, *Rota resoluit esse* ad instar tutorum, & curatorum, & Procuratorum, & posse liberè disponere tanquam specialiter deputati, & cum speciali mandato, & dictis locis præiudicare, *vt in Romana precij grani, 14. Decembr. 1648. & 14. February eiusdem anni coram R. P. D. Meltio, inter vagantes.* Ad exigendum tamen sortem principalem census requiri speciale, *dicit Tomat. decis. 263. tom. 2.*

307 Quæ clausulæ sint necessariæ† in mandato Procuræ, indicantur *à Rota in Romana prætensæ absolutionis, 15. Iunij 1646. coram eodem R.P.D. Merlino, apud Zacch. decis. 165.*

308 Quod autem mandatum procuræ factum cum clausula, releuans, &c. & cum clausula coram quibuscunque Iudicibus, &c. non dicatur expirare in prima instantia, sed durare etiam in secūda, vt dixi supra; quodque possit contra eum procedi etiam post mortem cōstituentis, *dicit Rota in Fauentina fideiussionis, seu liberationis à molestijs 1. Iul. 1650. coram R. P. D. Albergato, inter volantes*; sed quod factum cum clausula, cum libera, non det facultatem donandi, tenet *Tomat. decis. 290. dicto tom. 2.*

309 Et quod satis sit, † quod mandatum producatur etiam post sententiam, si antea de eo non fuit oppositum, dicitur *in Romana fideicommissi, de Capite ferreo, 19. Febr. 1636. coram Eminentissimo D. Cardinali meo Corrado,*
310 *apud Merlin. de leg. decis. 150.* secùs† autem, si fuit ante sententiam oppositum de eo, quia illius productio postea nihil operatur: benè verum est, quod ad saluandam sententiam attenduntur coniecturæ, & præsumptiones inducentes tacitum; *vt in dicta Romana Cambij, 9. Iunij 1649. coram R.P.D. Arguelles, post Labyr. creditorum.*

Ne autem in fine huius capituli, sine mo-
311 nitione † recedamus, cautus esse debet procurator, quod si aliquando à Curia discedat, debebit amicum substituere, & substitutionem deducere ad notitiam partis aduersæ, ne animi eius recreatio clienti præ-
312 iudicium afferat, † posset enim contra eum procedi per contradictas, idemque eueniet,
313 quando † procurator contrarius, qui producit iura, decessit, etiam quod non fuerit intimata mors illius principali: casus reperitur decisus in vtroque, *in Perusina bonorū, 23. Iunij 1651. coram R.P.D. Celso, inter volantes.* Si autem ægrotabit Iudex succurret causæ cum aliqua supersessoria, *Tomat. decis. 232. dicto tom. 2.*

314 Quale autem salarium † debeatur Procuratori, est maxima controuersia inter DD. In curia tamen quæstio videtur sublata, quia licet alibi salarium non conuentū non debeatur, hic tamen fallit, quia viget consuetudo locandi, & respectiuè conducendi operas, & soluendi salaria, vt considerat *Rota in Oueten. mercedis, 13. Decembris 1605. coram bon. mem. Coccino, decis. 117. par. 3. recent.*

Quod in specie viget in procuratore ad
315 lites, † quia illi debetur etiam salarium nō conuentum, vt consuluit *Natta cons. 376. num. 1.* Quod etiam sensit *Rota in Toletana mercedis, 14. May 1608.* quam refert *Granut. Theorem. 12. num. 9.* & in alijs casibus relatis *in Oscen. salarij, 21. May 1610. coram bo. me.*

Cardi-

Cardinali Lancellotto, decis. 238. par. 1. recentior.

316 Difficultas erit in quantitate,† & ideo vt plurimum remittitur arbitrio Iudicis,habito respectu ad laborem in causa factum, quod *dixit Rot.in Romana Palatij, 17. Nouembris 1568. coram bon. mem. Cardinali Seraphino,& in Valentina salarij, 21.Februar.1611. coram bon. mem. Marquemontio,inter volantes.*

317 Et in specie Rota aliquando salarium huiusmodi taxauit ad rationem scutor. 12. pro quolibet mense, *vt in Romana restitutionis in integrum, 1. Iulij 1609. coram bon.mem. Ottembergo, in folio.* Aliquando ad rationem scutorum octo cum dimidio, *vt in Valentina salarij, 21. Februarij 1611. coram dicto Marquemontio,decis.291.par.1.recent.*& nunquam quod viderim, ad minus, quam scutorum septem, pro quolibet mense, *vt de mente Rota,coram Sarmiento,30.Aprilis 1568. refert dict. Granut. dicto Theorem. 12. num. 9. post med.* Est, & alter modus soluendi honorarium ad regulam laborum, vt puta pro visione scripturarum, & processuum scutum aureum, pro quolibet centenario foliorum processus, & scuta duo auri pro informatione in scriptis,& totidem pro qualibet informatione vocali. De his loquitur Romanus modernus, in appendice ad D. Gratiosum Vbertum, sub titulo, Instructio pro agentibus, & ista est praxis ferè ordinaria tractandi Procuratores, & Aduocatos Romanæ Curiæ.

318 Quantum autem debeat solui † sollicitatori quolibet mensē recurrendum,est ad *Rot. in Vlisbonen. professionis, 27.Martij 1637. corā bon.mem. Carillo,decis.644.par.4.tom.3.recent.* vbi fuit taxatum illi salarium in scutis duobus, quolibet mense.

319 In istis verò salarijs, † si procuratores seruiuerunt pro tuenda hæreditate, habent hypothecam tacitam,sunt potiores, & præferuntur omnino creditoribus quantumuis priuilegiatis, etiam rei frumentariæ, & alimentariæ,nec coguntur,vt alij solent in concursu cautione de restituendo prioribus,& potioribus, & contribuendo cum æqualibus, quia dicuntur conseruare bona, *vt dixit Rota in Romana salarij, 1. Iulij 1569. coram Corradino apud Fenson. decis.60.*

320 Sed sicuti volunt sibi ipsis satisfieri, † ita debent esse cauti in adimplēdo eorum munus diligenter, secùs enim tenentur de negligentia, & de dolo, vt aduertit *Rota in Melenitana redditionis rationis,14.Maij 1649. coram Reuerendissimo D. meo Dunozetto, inter vagantes.*

321 Et si exegerunt pecunias† principalis,itenentur illi do stilo Signaturæ,etiā executiuè, vt cōsiderant *Adden.ad Ludouis.dec.518,n.10.*

321 Quia etiam sæpè euenit, † quod aliquādo callidi litigatores ad effectum euirandi contra se patrocinium alicuius spectabilis Procuratoris, curant in principio causæ illum allicere pro sua parte,& facere vt semel scribat pro eorum parte, posteaque illum

323 deserunt; & alterius vtuntur opera; †si veniet casus, quod derelictus accipiatur pro defensione contrarij, non dicitur præuari-

324 cator,vt euenit egregio viro,†quondam Camillo Adriano, cuius memoria semper erit venerabilis, & iure merito DD. de Rota, pro tutela honoris tanti viri approbarunt susceptionem patrocinij ab ipso factam in fauorem alterius partis, *vt in Romana patrocinij,15. Decembris. 1632. coram bon.mem. Coccino, inter volantes.*

325 An autem Procurator,& sollicitator possit cogi † ad se examinandum contra suum clientem,vide negatiuam *in Romana hæreditatis de Agazzarijs, 14. Ianuarij 1622. coram bon.mem. Remboldo, decis.334. tom. 2.par.3. recentior.*

Quas regulas debeat seruare in formando commissiones.

Artic. XIII.

326 *In Curia causæ ciuiles committuntur Prælatis, vel Rota,*

327 *Causæ criminales, quibus committantur.*

328 *Causæ extra curiam,committuntur constitutis in dignitate ecclesiastica.*

329 *Idem si fiat subdelegatio, vel subrogatio.*

330 *Si committatur simplici clerico, quando processus valeat.*

331 *Hodie committuntur iuxta formam Concilij.*

332 *Laici non sunt capaces causarum spiritualium, & ecclesiasticarum.*

333 *In quo foro, & loco debeant committi.*

334 *Declara in quibus procedat.*

335 *Et in qua actione, & casu procedat.*

336 *An perhorrescentia trahat reum extra forum, & per quot dietas.*

337 *Quid sit exprimendum in commissione, vt sustineatur.*

338 *Interesse expressio, quando sit necessaria.*

339 *Commissio in causa priuationis beneficij, ad cuius instantiam concedatur.*

340 *An sufficiat interesse de futuro.*

341 *Fideicommissarius ante diem agens, an obtineat commissionem.*

342 *Agens pro cautione de restituendo fideicommissum, obtinebit.*

343 *Vocatus sub conditione, quando possit agere.*

344 *Quid sit exprimendum in commissione causæ beneficialis.*

345 *Commissio non extenditur ad non nominatos, & non expressos.*

346 *Et si non adest clausula in iure, & in facto, non potest dari inhibitio extra Vrbem.*
347 *Secus in Auditoribus Rotæ.*
348 *Vsus commissionis debet esse infra annum.*
349 *Subreptio, & obreptio vitiant commissionem.*
350 *Quid sit subreptio.*
351 *Quare dicatur subreptio.*
352 *Subreptio, quando vitiet rescriptum.*
353 *Quando vitietur.*
354 *Commissio pluribus narratis in parte non veris, an sustineatur.*
355 *Commissio subreptitia, non est ipso iure nulla.*
356 *Auocatoria subreptitia, est ipso iure nulla.*
357 *Subreptio allegari potest dilatoriè, & peremptoriè, & quomodo.*
358 *Taciturnitas non vitiat rescriptum,*
359 *Declara habere locum extra Curiam, non autem in Curia, & quare.*

HIs præcognitis reliquum est, vt videamus de modo, quem Procurator seruare debet in formando primò commissiones, & deinde informationem facti, ad animum Iudicis instruẽdum. Respectu commissionis, præter ea quæ dicemus infra tit. de commissionibus, debebit aduertere, quod si agit in Curia, non debet petere causã com-
326 mitti alteri, † quam alicui Prælato, vel Rotæ Auditori, nisi ageretur in gradu appellationis in causa criminali; quia tunc de stilo, solet impetrari directa, vel Senatori
327 Vrbis, vel eius † Iudici criminali, vel Iudici criminali Curiæ Burgi, vel Gubernatoris aut alicui ex suis Locumtenentibus, vel alteri personæ sæculari iudicum in Curia exercenti ordinariam iurisdictionẽ, vt vult *constit.71.Paul.V. super reformat.tit.de Iudicibus crim. Vrbis*. Si verò agitur de causa ex-
328 tra Curiam, illa † non potest committi, nisi personæ ecclesiasticæ in dignitate ecclesiastica constitutæ, ad formam *cap. statutum, de rescript. in 6. & Clem. & si principalis, eodem tit.* quod etiam obseruabit, si petat ali-
329 quem † subdelegari, vel subrogari, quia semper sunt obseruandi dicti Textus; quod in tantum est verum, quod si causa com-
330 mitteretur simplici clerico, † nisi appareret, id factum fuisse de certa scientia Papæ, processus non valeret, quod quomodo procedat, dicit *Vant. de nullit. ex defect. iurisdict. de leg. num.53.* Quinimo, nec sufficeret illum habere qualitates *dicti cap. statutũ, & Clem.*
331 *& si principalis*, nisi † etiam seruaretur, quod mandat *Concil. Trident. sess.25. cap.10.* Laicis autem, nec per imaginationem committuntur, neque per delegationem remittun-
332 tur causæ spirituales, † vel inter personas Ecclesiasticas motæ, neque de consensu partium, *cap. decernimus, extra de iudic. & cap. si diligenti, eod. tit.* ad quod est videndus *Felin. in cap. cum sit, extra de foro comp. & Franc. in cap. cum tua nobis, nu.4. extra de appell.* & quæ dixi supra tit. de *Iudice, & eius iurisdictione.*

Aduertet insuper petere, quod causa
333 committatur in loco, † & foro Rei conuenti, quia Actor sequi debet forum Rei, *l. iuris ordinem, C. de iurisdict. omn. Iud. cap. si diligenti, & cap. si contra clericum, extra de foro compet.* Quod procedit dummodo Reus sit
334 necessarius, † non autem voluntarius; & quando quis citatur quatenus sua putauerit interesse, tunc enim tenetur comparere coram Iudice Actoris etiam sæculari, etiam si citatus sit clericus, *Ias. post alios in l. testamenta, C. de testam. Dec. in cap. cum inter nu.16. extra de except.*
335 Sed hoc habet locum in actione † personali, quia si ageretur in actione reali, iudicium esset instituendum in loco, vbi res sita reperitur, quia ratione rei dicitur forum sortiri, *l. fin. C. vbi in rem actio.*

Ratione etiam contractus, si forum sortitus fuerit reus, conuenietur ibidem, ad quod videnda est *glos. fin. in cap. 1. §. nec etiam, & §. fin. in verbo contrahentes, de for. comp. in 6.*

Quod cessat aliquãdo ratione perhorres-
336 centiæ, † quia scilicet actor dubitat de potentia sui Aduersarij, & hoc casu committitur viciniori, vel alteri; dummodo reus non trahatur extra suum forum vltra vnam dietam, vt vult Constitutio Bonifacij VIII. & ex commissione Concilij Generalis vltra duas dietas à fine suæ Diœcesis computandas, *vt dicto cap. statutũ, §. cum verò de rescript. in 6. cap. nonnulli. extra eodem tit.* Huiusmodi autem rigori Signatura derogat per clausulam, dummodo non vltra tres dietas, ac facultate derogandi, vt dicit *Staphil. de litter. iust. cap.13. fol.307.*
337 Commissio autem faciliter † componi potest, in illa enim debet exprimi nomen Iudicis, Actoris, & Rei, & causa super qua lis vertitur, vel vertenda est, cum instantia si est prima, aut vlterior: & in summa est facienda breuis facti narratiua, alias rescriptum vitiaretur, vt de his est *Textus in cap. forus, extra de verb. signific.* & post alios *Gomes. in cap. præsentium, num.4. de testib. in 6.* & de hac materia videndus est latè *Felin. in cap. super litteris, num.8. extra de rescript.*

Neque sufficeret, quia debet exprimi etiã quid intersit, quia secus, qui non habet in-
338 teresse, † audiri non potest, *cap. veniens, extra, de testib.* & hæc exceptio impedit litis ingressum, *cap. non soleut, 2. quæst.6. l. non solent, ff. de appell. recip.*

Quinimo, si ex lectura non constabit de interesse, reijcietur commissio, *Abb. in cap. ex parte, extra de foro compet. Rom. consil. 499. Staphil. de litter. iust. cap.19. fol.333.*

Et

Et hoc procedit tam in profanis, quam in beneficialibus, *glos.fin. in cap.post elect.extra de conc. præben.*

Nec sufficeret, quod aduersario obesset nisi petenti prodesset, *l.si fundo,ff.de rei vendic. Staphil. cap.14. fol.312.*

Exemplum erit in causa priuationis be-
339 neficij ob non solutam † pensionem, non enim datur commissio ad alterius instantiã, quam pensionarij, cuius interest, *Staphil. cap.15. fol.318.*

340 Nec esset satis interesse de futuro, † sed debet exprimi de præsenti: nec sufficeret, quod ius consisteret in euentu, & contingentia, quia super iure de futuro Iudex moueri non potest, *l. nam quemadmodum, ff. de iudi.*

Pro exemplo deseruit fideicommissarius,
341 qui si vult agere ante † diem fideicommissi, vt declarentur aliqua bona ob noxia restitutioni, non audietur, quia huiusmodi iudicium potest esse elusorium, si credimus *Ario Pinello in l.1. in 3. par.num.78.C.de bon. matern.*

Sed declara, quod si vocatus agit contra grauatum (dummodo ille non sit in primo
342 gradu) pro cautione † de restituendo fideicommisso, obtinebit commissionem, quia interesse si ille non cauet est de præsenti, si enim non præstatur cautio, datur immissio, *vt in Romana fideicommissi de Sabellis 10. Aprilis 1628. coram bo. me. Cardinali Virili.*

Aliud exemplum erit in eo, qui vocatus
343 est sub conditione; † iste enim videtur carere actione, & commissionem obtinere non potest, nisi conditio purificetur, *Cagnol. in l. in omnibus obligationibus, nu.68. de regul.iur.*

In causa beneficiali, non sufficit exprimere in genere beneficium, nisi illud in spe-
344 cie describatur, † & constaret de corpore ipsius, ita quod si in eadem Ecclesia sint plura beneficia similia, dignosci possit, quale est illud, quod est in lite; ne per vnicam cõmissionem detur occasio molestandi plures personas: & ideo solemus dicere in commissione super beneficio, sub inuocatione talis Sãcti in tali Ecclesia, quod vacauit per obitum talis; & potest etiam poni nomen intrusi, & commissio non extendetur ad alias
345 personas, † causas, res, & beneficia, præter expressa, *cap. 1. & 9. extra de offic.delegat.l.si tibi,§.si partes, & l. si vnus, §.ante omnia, ff.de pact.* quia est stricti iuris *cap.1.& 9.de off. deleg.* Ex quo etiam oritur, quod si in com-
346 missione non ponitur clausula illa † cum facultate inhibendi in Curia, & extra, Prælatus non posset inhibere extra Curiam, *cap.cum dilectus, de rescript.* & inquit *Decian. cons.33.num.6.* quod secus erit † in Auditore Rotæ, quia etiã deficiente dicta clausu-

la, potest inhibere, *Rot. decis.1. de procur.in non.Cassad.decis.4.de rescript.*

Cauere adhuc debet patronus, postquam
348 obtinuit cõmissionẽ, non permittere, † quod labatur annus, quia si labitur à die, qua potuit vti, commissio euanescit, *cap.plerunque extr. de rescript. & Felin. in cap. causam, quæ num.20.extr.eodem tit.*

Et debebit benè aduertere non obtinere
349 commissionem per viam † subreptionis, vel obreptionis, quia malè faceret, illaque vti non posset: subreptitia autem diceretur,
350 si † vtendo inuolucro verborum, vel callide, aut erroneè loquendo, obtineret rescriptum, quod alias non obtineret: illud enim, hac ratione nõn procederet ex mera,
351 & deliberata † Principis voluntate, vt inquit *Felin.in cap.cum dilecta,n.2.& in cap.ad audientiam,1.nu.13. extra de rescript.* & quomodo dicatur subreptio, vel obreptio, docet *Felin.in dicto cap.ad audientiam, num.15.*

In litibus est aduertendum, quod sub-
352 reptio dolosa viciat † in totum, si verò procedit ex ignorantia, vel simplicitate, non viciat, nisi in quantum fuit causa concessionis, *cap. super litteris, vbi Felin.num.2.extra de rescript.*

Sciendum est etiam, quod si illa, quæ nar-
353 rantur, in parte sunt falsa, † & ex veris potest sequi conclusio, & effectus desideratus, valet commissio, *cap. si proponente, iuncta glos. extra de rescript. Rot. decis. 7. eodem tit.in nou.*

Si in commissione plura narrantur, quo-
354 rum quodlibet sufficit † ad probandam intentionem impetrantis, nisi assumpserit in se onus omnia probandi, vel vnum veniat qualificatiuè ad aliud, tunc non tenetur orator omnia probare, *cap. exhibita, vbi glos.extra de iud. l.seruus, vbi Bartol.ff. de re iud.cap.significauit, vbi Franc. num.8.extra de appell.*

355 Commissio subreptitia † non est ipso iure nulla, sed venit elidenda, ope exceptionis, & tribuit iurisdictionem, nisi sit auocato-
356 ria, † quia hæc est nulla ipso iure, & non tribuit iurisdictionem, *Cassador.decis.1.& 2. de rescript. & decis. 2. de appell. Vant. de nullit.cap.quib.mod.null. san. poss.* & videnda est *Rot. decis.6. de rescript. in nou.*

357 Et subreptio allegari potest † dilatoriè, & peremptoriè. Dilatoriè quidem, *vt in cap. ad audientiam 2. iuncta glos. de rescript.* Peremptoriè verò, quando opponitur contra ipsam gratiam, *vt in cap. si motu proprio, de præb. in 6.* & potest allegari ante sententiam, non postea, *l. peremptorias, C. sent.rescind. non poss.* super quo est videndus *Innoc. & Abb. in cap. constitutus, de rescript. & Staphil.cap.6.fol.284. vers. hinc est, & Vant. de nullit.*

nullit. cap. quot, & intra quot tempus, num. 15.
358 dicit † taciturnitatem non, vitiare rescriptum,& dat rationem, *nu.26. & 53.*

Hæc autem quæ diximus de subreptione,
359 & obreptione,habent locum extra † Curiã, quia in ipsa Curia nostra non datur de ista exceptione, propter facilem aditum, qui ad Principem haberi potest, propter continuam præsentiam Sanctissimi D. N. Papæ, *vt in Calaguritana iurisdictionis de Nagera, 3. Iulij 1623. coram clar. mem. Cardinali Vbaldo, & in Spoletana coadiutoriæ, 5. 13. Martij 1615. coram eodem.*

Et Tyrones, qui cupiunt faciliter huiusmodi commissiones componere, poterunt recurrere] infra ad titulum de commissionibus, vbi dantur plures formulæ, ex quibus pro facti contingentia suæ poterit satisfacere necessitati.

Quas regulas debebit seruare Procurator in bene scribendo, & informando.

Artic. XIV.

360 *Probationes quando faciant rem claram.*
361 *Quotuplex sit quæstio, & quæ.*
362 *Quæstio iuris, in quo sit posita, & quid ex ea oriatur.*
363 *Quæstio iuris, ex quibus dilucidetur.*
364 *Quid oriatur ex facto probato.*
365 *Quid faciant prudentes procuratores.*
366 *Leges loquentes de Aduocatis, adaptantur Procuratoribus Romanæ Curiæ.*
367 *Procuratores Curiæ æquiparantur Aduocato de partibus, propter eorum excellentiam, & Tribunal Sacræ Rotæ.*
368 *Procuratores Romanæ Curiæ in facto, & in iure germanum sensum explanant.*
369 *Et recurrunt lege deficiente ad legum interpretes, & ad alios.*
370 *Fugiunt fallaciam logicam.*
371 *Vtuntur varijs argumentis.*
372 *Dicuntur excellentiores, qui in indiuiduo Doctores allegant.*
373 *In criminalibus quam regulam teneant.*
374 *Procuratori plus olei quam vini est consumendũ.*
375 *Quale ius præferatur.*
176 *Procuratores, an & quando debeant vti allegationibus.*
377 *Quæ regulæ tenendæ sit in informationibus in scriptis, & vocalibus.*
378 *Ex quibus sit discendum bene scribere, remissiuè.*
Procurator debet modeste scribere, & absque conuicijs.
379 *Illustrissimus D.Camillus Meltius, optimam dedit regulam ad bene scribendum, & informandum.*
380 *Regula dicti Illustrissimi D. Meltij.*
381 *Vtilitas, quæ oritur à dicta regula.*
382 *Procurator debet oculum firmare ad punctum negotij, & quare.*

Sed postquam commissionem obtinuerunt,& fecerunt probationes, quæ 360 factum palam faciant, † atque in tuto, certoque ponant, *vt in l. si ex plagijs, §. in cliuo, ff. ad l. Iuliam, cap.Paulus 1. quæst.1.* 361 aduertent quod duplex est † quæstio, altera quidem facti,& altera Iuris. Quæstio facti contingit, quando rei propositæ veritatem alter affirmat, & alter negat: quæ probatur artificio, & industria, circumstantijs,coniecturis,atque alijs argumẽtorum generibus. De hac tamen,certa regula non potest constitui ob communes multiplices locos, ex quibus ingenium probationes depromit.

162 Quæstio autem iuris in eo † est posita, quod vbi de facti veritate constiterit, quæritur, an ex eo illud ius oriatur, quo Actor rem sibi competere probare possit, & successiuè cõsequatur: & hoc ius accipitur pro titulo, quem Actor acquirit super facto verificato,vel etiam pro ipsa actione, quæ ortum ducit ab ordinatione Principis, vel legis id statuentis; videlicet,vt ex tali facto actio oriatur, propter quam meum declaretur id, quod in ipsa facti disputatione, meum esse ambiguum erat.

363 Hęc autẽ quęstio iuris,†vel legibus scriptis, vel non scriptis, vel Senatus Consultis, vel responsis prudentum, prout sunt Rotæ Romanæ decisiones, dilucidatur: sed quia legibus non omnia diffiniuntur, suppletur, quod remanet, ab interpretatione ad similia referendo; cum leges omnes in eandem vtilitatem vertantur, *l. neque leges, l.non possunt, & l. nam vt ait, ff. de legibus Senatusque Consultis.*

Hinc ortæ sumũt allegationes,quibus adhibitis legibus in testimoniũ iuris acquisiti,
364 & ex facto † probato nobis competentis, nostram intentionem per probationes in iudicio deductas certam facimus, atque ius nostrum corroboramus, vel quodammodo saltem coloramus, *cap. inter dilectos, de fid.instrum.*

Hinc etiam oritur decertatio inter litiga-
365 tores, pro qua boni Patroni, † & Aduocati prudenter insudant, & vt clientibus prosint, eorum causas apud Tribunalia tractant,ambiguitates dirimendo,maximaque cum eorum laude, vitam, spem, & posteros defendendo, *l. Aduocati, l. quicquid, & l.sancimus, C. de Aduocatis diuers.Iudic.* Quæ leges
366 quamuis † de Aduocatis videantur loqui, attamen Procuratoribus Romæ practicantibus merito adaptantur, propter excellen-
367 tiam ipsorum, quia Procuratores † Romanæ

manæ Curiæ æquiparantur Aduocatis de partibus, præcipuè, quando sunt primæ, vel secundæ classis, & in Sacræ Rotæ Romanæ Auditorio admissi ad patrocinandum, ex hoc enim maximum decus, & honor resultat, tàm propter egregios mores, quàm propter doctrinam eximiam, sufficientiáq; approbatam à tanto Tribunali, vbi nonnisi cum magno rigore, quamuis laurea insigniti ex improuiso denuo examinantur, vt diximus *tit. de indic.* quando de illo S. Tribunali fecimus mentionem.

368 Student ergo in Curia patrocinantes† in facto, & in iure rationibus (quæ sunt Animæ legum) verum, & germanum sensum explanant, earumque mentem obseruant, & congruè interpretantur, *l. scire, & l. benignius, & l. in ambigua, ff. de legibus.* & quia vbique

369 casus legis accommodari non potest, † recurrunt ad interpretes ipsarum legum, ad consulentes, & prout opus, si fortuna arrideat, ad S. Rotæ Tribunalis decisiones, quæ magis communem firmant, & vbi textu, repetente, consulente, & Rotæ opinione felicitantur, nil vltra desiderant.

370 Logicorum fallacias omninò† fugiunt, & naturali distinctione applicationes casuum rei veritati accommodant.

371 Multiplicibus argumentis vtuntur, † puta à simili, vel dissimili, vbi eadem, vel contraria viget ratio, à maioritate, vel minoritate rationis, ab exceptione ad regulam, à specie ad genus, ab ordine, à seruo ad Monachum, à priuatione ad habitum, ab expresso ad tacitum, à coniunctione duarum legum, à feudo ad emphyteusim, à cõmodato ad precarium, à legatis ad fideicommissa, à contractu ad distractum, à sententia ad transactionem, à libertate, alimentis, & dote, ad piam causam, à fisco ad Ecclesiam, à fisco ad dotem, & alijs recensitis per Euerardum in sua Topica Iuris, & similibus, quæ quamuis obseruentur vbique: hic tamen frequentior datur occasio, in summa naturalem rationem inquirunt, & illa vtuntur, & si plurium argumentorum congerie possunt causam defendere, non omittunt.

372 Excellentiores autem ij † iudicantur, qui non simplicibus regulis applicant animum, sed casum in indiuiduo decisum vigilantes reperiunt, & textum vel doctrinam allegant.

373 In criminalibus quoque est† summoperè cauendum tironibus, vt benè processus videant, inditia colligant, illaque facto, & circumstantijs destruant, ad quod plurimũ retrahent auxilium à Speculatore, à Farinaccio, & demum à Guazzino ad Reorum defensam præparatis, & supra modum stu-

374 deant plus consumere olei, † quam vini, quia noctu lux oritur iuris prudentiæ, & erubescant sine lege loqui, & quidem lege, quæ in foro præualeat, *cap. finali de præscript.*

375 & vbi Canones † desiderantur, vtantur Iure ciuili, & sciant ius priuatum iuri communi præferri, hocque in locum deficientis municipalis substitui: hoc autem procurato-

376 res † practicabunt de raro, & solum quando in causa non habent Aduocatum sociũ, & nisi textus, vel doctrina sit ex selectioribus, casumque terminet in indiuiduo, videant tamen semper, etiamsi nihil allegẽt, quod motiua facti in iure possint defendi, & sola modestia allegationes omittant.

377 Qui itaque bonam † scripturam facere peroptat, viso accuratè processu, factoque diligenti summario, visisque conclusionibus iuris an facto applicentur, non debet incipere de facti narrationem ab ouo, & postea longa serie omnia narrare, antequam deueniat ad motiua, & rationes, sed seriè breuiter, & succinctè compilata quanto citiùs veniat ad id, quod petit, & deindè ad motiua Iudicem mouentia, & factum narret per modum rationis, ne cogatur bis idẽ repetere, & studeat ad punctum se vertere, & circa illũ facti circumstantias applicare.

378 Et quia exemplis forsan † egemus ad cognoscendum bonum modum scribendi, remitto Iuniores ad decisiones R. P. D. Peniæ, & præsentium Illustrissimorum Auditorum Rotæ, ibi enim habebunt optimam seriem, & normam scribendi, quia ibi post aliquam breuem facti narrationem deuenitur ad punctum, idemque firmatur rationibus iuridicis eleganti serie distinctis, & obstantia remouentur responsis legalibus, & solidissimis; à maioribus enim semper debemus addiscere, & eorum exempla, & normã sequi, ad hoc, vt non decipiamur, nec clientes decipiamus.

379 Studebit etiam † Iunior in scribendo, & disputando, modestiæ, quæ summoperè Iudicibus grata est, & summoperè vtilis, & seruabit regulam iam meo tempore stabilitã ab Illustrissimo, & Reuerendissimo Domino

380 meo Camillo Meltio, † tunc A. C. Locumtenente, & hodie Archiepiscopo Capuano, nec non Sacræ Congregationis Regularium Secretario, non solum in modestè loquendo, verùm etiam ante omnia in instruendo animum Iudicis, vt sciat, pro quo, contra quem, & quid petatur, ad hoc vt ipse animum debeat applicare differentibus.

Regula, de qua feci mentionem, est ista;

381 quando quis debet † oretenus informare, debet ita incipere: In causa talis tituli, & talis Diœcesis, & sic indicare titulum causæ, puta, in vna Mediolanen. Beneficij, & deinde addet,

Pro Meuio contra Titium petitur hoc,& hoc,& successiuè postea narrabit factū succinctè, & postmodum repetet petitionem in principio indicatā,& successiuè dicet,quod credit sibi esse annuendum, & subdet motiua, & rationes, propter quas ita credit sibi fauendum esse, fugiendo semper verba.ita resoluendum est,sed dicendo ita videtur,vel creditur dicendum. quod sanè multum laudabile esse dicebat nobis dictus Illustrissimus, & Reuerendissimus Dominus noster
382 Meltius, quia hoc pacto Iudex † informatus de petitione, & puncto,potest audiendo disputantes facilius dignoscere quicquid boni pro facti dilucidatione, & resolutione causæ sufficiat; si enim Iudex non facta tali præparatione audit disceptantes, non potest animum dirigere ad iustitiam capessendam, & tædio afficitur, adeò vt non nisi cum maxima difficultate possit negocium districare. Dicebat etiam idem Domiuus meus, quod Procurator debet (tanquam
383 Venator,† qui antequam ictum firmet quærit locum ambagibus, & impedimentis solutum,vt oculo firmato faciliùs feriat) antecedenter omnes difficultates cognoscere, examinare,& fugare,vt certo ictu proposito causæque fine considerato,ad victoriam valeat properare.

De Citatione, & Inhibitione.

Cap. VI.

Quis possit exequi citationes.

Artic. I.

1 *Citationes in causis commissarijs, sunt per cursores exequendæ,*
2 *Limita in Curijs Capitolij, Gubernatoris,& Vicarij.*
Inhibitiones, intimationes, publicationes, & affixiones,à quibus faciendæ in causis commissarijs. ibidem.
3 *Cursores habent maiorem fidem, quam mandatarij, & nuntij aliarum Curiarum.*
4 *Citationes, intimationes, & cætera necessaria, quinam mandent executioni extra Curiam.*
5 *Nuncius deputatus, non potest citationem,&c.per alium præsentare.*
6 *Limita, si adesset consuetudo, vel adessent plures nuncij in eadem Curia.*
7 *Citatio an possit etiam à parte præsentari.*
8 *Debitor fugiens, an possit capi à suo creditore, absque commissione.*
9 *Executio citationis non creditur parti, sed debet probari.*
10 *Iudex, an possit parti committere etiam citationem realem, idest capturam, & qualiter.*

DIscussa iurisdictione, & alijs vt supra,in materia citationum animaduertendū videtur, quod citatio quoque est fundamentum Iudicij, secundum *Tomat.*
1 *decis.168.tom.2.* & ideo in Curia † legitimè per Iudicem decreta,in omnibus causis, coram quibuscumqne, tàm ordinarijs,quàm delegatis pendentibus, debet per Cursores præsentari,nisi causa sit coram Vicario Papæ,vel in Curia Capitolina,vel Gubernatore Vrbis,vel coram Artium Consulibus,qui
2 habent proprios † nuncios,& mandatarios, qui in eorum Tribunalibus possunt cumulatiuè cum cursoribus, ibi citationes exequi, vt sub pœna etiam excommunicationis mandat *Iulius III. Constitut. 14. fol. 579.tom. 1. bull. noui.* & idem dicendum est de Inhibitionibus, Intimationibus, publicationibus, & affixionibus, aliàs enim sunt
3 nullæ. † Cursoribus tamen adhibetur maior fides, quam mandatarijs, seu nuncijs aliarum Curiarum, & terrarum, *Rot.dec.15. de dol. & contum. in nou.*
4 Extra Curiam verò, præmissa † fieri debent per personas ad id deputatas, & alias secundum stilum Curiarum. & in hoc ad-
5 uertendum est, † quod si adest nuncius deputatus, non potest alius nuncius illam
6 præsentare; nisi hoc esset † de consuetudine,vel adessent in dicta Curia plures nuncij publici, vt sunt Cursores, vel Mandatarij Capitolini, & Curiæ Vicarij, & Gubernatoris, quia tali casu executio sustineretur, *Franc. in cap. cum parati, in fin. extra de appell.*
De iure tamen, & hoc etiam approbauit *Rota in Cæsaraugustana distributionum, seu attentatorum, 5. Maij 1646. coram R.P.D. Cer-*
7 *ro*, potest citatio † præsentari, etiam à parte; dummodo ad partis citatæ constet notitiam peruenisse,& arctat ad comparendū; licèt aliquando omninò requiratur com-
8 missio Iudicis, † quia etiam absque commissione pars poterit capere suum Debitorem fugientem, *Felin. in cap. cum sit Roma-*
9 *na, extra de appell.* sed non † creditur parti citationē fuisse exceptam,nisi probet; quod seciis est in nuncio, *Franc. in dicto cap. cum parati, num. 17. extra de appell.*
10 Iudex etiam potest committere † parti, non solum citationem verbalem, sed etiam realem, quæ fit per capturam, dummodo fiat sine armis, & resistentia, neque habeat annexam causæ cognitionem, *Cagnol.in l.nō est singulis, de reg. iur.* licet melius sit à præmissis se abstinere, vt monet *Clar. quæst. 28. in fin.*

Quomo-

Quomodo sit exequenda citatio.

Artic. II.

11 *Prima citatio semper est personaliter facienda, præcipuè si sit ad comparendum personaliter, & num. 12.*

13 *Et quid si agatur de incursu censurarum, aut priuatione beneficij, & num. 14.*

15 *Sola contumacia est causa ferendæ excommunicationis ab homine.*

6 *Citationem peruenisse ad notitiam, est probandum, si agitur de magno praiudicio.*

7 *Latitans, vel prohibens personaliter non citari, quo remedio cohibeatur.*

8 *Prohibens non citari, habetur pro citato.*

1 SEmper est certum,† quod peima citatio debet fieri personaliter, *Bartol. in l. 4. §. Prætor ait, ff. de damn. infect. Vant. de nullit. citat. num. 83. Vbert. de citat. cap. 7. num. 207. & 211. fol. 351. & num. 214. & seq. fol. 252.*
2 præsertim † si citetur ad compaeendum personaliter, *Rot. decis. 3. de dol. & contum. in antiq.* Vel agatur † de incuesu censurarum, aut priuatione beneficij,† quia tunc requiritur certa, & indubitata notitia, pee quam citatus efficiatur verè contumax, *glos. in cap. Episcopi, 51. quæst. 3. Innoc. in cap. fin. extr. de eo qui mittitur in possess. Vbert. d. tract. c. 5. num. 85. fol. 201. & cap. 11. num. 142. fol. 518. tom. 2.* Et ratio est, † quia sola contumacia est causa ferendæ excómunicationis ab homine, *glos. in dicto cap. Episcopi, Gemin. in c. 1. num. 13. de sent. excom. in 6. Felin. in rubr. extra eodem tit. Alber. cap. 1. extra de Iud. Vbert. dicto tract. cap. 16. num. 146. fol. 803.*

Et si agitur † de magno peæiudicio, semper debet constare citationem peruenisse ad notitiam citati, *Vant. dicto cap. de nullit. cit. num. 141.*

Si autem citandus † latitet, vel prohibet, ne personaliter citetur, datur remedium approbatum per quod deuenitue etiam ad relaxationem censurarum, *Rom. cons. 483. Felin. in cap. cum sit Romana, num. 14. & 20. extr. de appell.* Ratio est, quia, † qui prohibet ne citetur, habetue peo citato, *Clem. 2. vbi Card. vt lit. pend.* & multa in praxi notanda refert *Vbert. in suo tract. de cit. cap. 16. num. 134. & sequenti fol. 801.*

De pluribus speciebus citationum, & modo eas exequendi.

Artic. III.

19 *Citandus personaliter, quando conueniatur per diligentias.*

20 *Iudices an, & quando soleant decernere citationes exequendas domi, vel ad valuas Ecclesiæ.*

21 *Iuramentum an sufficiat, & ad quem effectum, licet non constet de diligentia.*

22 *Diligentia qualiter fiat, si arctandus est absens.*

23 *Procurator absentis citatur, si adest, & Procurator non citatur nisi in subsidium, & nu. 24.*

25 *Citatio qualiter fiat absenti malitioso, se occultanti, aut prohibenti non citari.*

26 *Citatio in loco originis facta, quando sufficiat, & si citatus alibi sit ratione officij.*

27 *Reus in criminalibus facta diligentia, qualiter citetur non repertus, vel repertus in alieno territorio, num. 28. & 29.*

30 *Nuncius potest de directo, absque alia diligentia petere domum rei criminaliter citandi.*

31 *Minor, vel pe sona priuilegiata absens ex causa reipublicæ, si sint citandi, quid agendum.*

32 *Citationes omnes arctant, dummodo prima fuerit personalis.*

33 *Citatio domi de iure, qualiter fieri debeat, & quid sufficiat de stilo, & nu. 34. 35. 36. 37.*

38 *Cursor non adhibet testes in relatione, & quid intelligatur, si referat, feci, vel feci domi dimissa copia, & num. 39.*

40 *Cursores exequuntur omnes citationes priuatiuè ad alios in causis commissarijs.*

41 *Cursorum relationi creditur, nisi de contrario doceatur saltem per iuramentum.*

42 *Vagabundus qualiter citetur pendente lite, tam super mobilibus, quam immobilibus, & n. 43.*

44 *Reus difficilis reperitionis, vel si habitat in suburbio cogitur ad constituendum domicilium, & num. 45.*

46 *Reus in beneficialibus, vel vagabundus, vel difficilis reperitionis, &c. qualiter citetur, n. 47. & 48.*

49 *Non tutus accessus ad effectum citandi aliquem, ex quibus requisitis probetur, & nu. 50.*

51 *Facultas decernendi citationem per edictum, ob non tutum accessum, quãdo, & qualiter detur.*

52 *Citatio per edictum, non potest concedi absque generali commissione.*

53 *Non tutus accessus debet probari, & qualiter antequam decernatur citatio per edictum.*

54 *Declara aliter processum esse nullum.*

55 *Non tutus accessus an contra omnes sit probandus, si plures sint citandi.*

56 *Iuramentum partis, an sufficiat ad probandum non tutum accessum.*

57 *Citatio per edictum, an soleat concedi contra incertos,*

certos, sua interesse putantes, vel mortuo colligante, & nu. 58. & 59.
60 *Citatio per edictum contra prædictos, qualiter fieri soleat.*
61 *Citatio facta per edictum, quomodo exequi soleat, & nu. 62.*
63 *Citatio prædicta, an debeat affigi originalis, vel etiam legi, & nu. 64.*
65 *Citatio prædicta arctat, ac si fuisset personaliter executa.*
66 *Citatio prædicta, quando vlterius potest decerni, & exequi, remissiuè.*
67 *Citatio qualibet, siuè domi, siuè personaliter, potest die feriata intimari.*
68 *Citatio per edictum decreta tempore audientiarum, potest exequi tempore vacantiarum.*
69 *Officium contradictarum, conquiescit tempore vacantiarum.*
Executio tempore vacantiarum, fit ad valuas Cancellariæ, & in acie Campi Floræ. ibidem.
70 *Citatio decreta per affixionem potest differri, & legi per contradictas.*
71 *Citatio Collegio, seù vniuersitati quomodo fiat, & exequatur, remissiuè, & nu. 72.*
73 *Citationis copia, si petatur à parte, non est illi deneganda.*
74 *Copia prædicta authentica datur sumptibus petentis, vel saltem legitur.*
75 *Nuncio est credendum, siue citet in voce, siue in scriptis.*
76 *Scriptura non est de essentia citationis.*
77 *Citatus, quando non teneatur credere nuncio sine litteris citatoris.*
78 *Nuncio non creditur sine litteris citantis personaliter, vt capiendo pignora, & similia.*
79 *Citatio nulla, iniusta, & similis potest sperni, non inducit litis pendentiam, nec iurisdictionem.*
80 *Processus factus vigore citationis nullæ, & iniustæ, aut impossibilis implementi, est nulla.*

19 Remedium est procedendi † per diligentias de citando personaliter, quia
20 Iudices † nunquam solent decernere citationem exequendam domi, vel ad valuas Ecclesiæ, nisi præstito iuramento penes acta, fuisse factas diligentias de reperiendo per-
21 sonaliter citatum: † sufficit tamen de stilo iuramentum, quamuis aliàs non constet de diligentia, & hoc est de plano admittendũ, quando pars est præsens, ad quod videndus est dictus *Vbert. de citat. cap. 12. num. 215. & seq. fol. 104. & seq.*
22 Si verò arctandus est absens, † fit diligentia de eum reperiendo; hoc modo: committitur nempè primo vni Cursori, deinde duobus, qui requirunt citandum per omnia loca publica Ciuitatis, vt dicam infra, & de hoc fit relatio per eundem in actis, si notoriè constet, non adesse Procuratorem citandi, vt fusiùs etiã dicã infra *tit. de Dili-*
23 *gentys*. Si verò adsit Procurator, ille † debet citari, *Bartol. in l. 4. §. prætor ait, ff. de damn. infect. Vant. vbi supra n. 84. & Vbert. loco cit.*
24 Procurator enim tantum in † subsidium videtur citandus, quia aliàs ob eius solius contumaciam in rebus magni præiudicij, non potest procedi contra Dominum, *Bartol. in l. quamuis, ff. de damn. infect. Vant. dicto*
25 *num. 89. & seq.* Si vero † ille se absentauit malitiosè, non relicto Procuratore, aut se occultat, vel impedit, ne personaliter citari possit; in causis profanis, sufficit, si citetur domi, in qua principaliter habitat cum familia, *Cardin. Clem. 1. num. 6. de for. comp.* &
26 ista citatio, † facta domi in loco originis, sufficit; quamuis citatus alibi habitet ratione officij, *Boer. decis. 11. Vant. dicto cap. nu. 87.*
27 In criminalibus etiam † debet fieri debita diligentia reperiendi Reum personaliter;
28 & si † reperitur in alieno territorio, debet citari per litteras subsidiarias, seù hortatorias, quæ diriguntur iudici illius loci, seù territorij, vt illum citari permittat; vt monet *Clar. in quæst. 31. vers. sed hoc quidem, & Guazzin. in tract. ad defens. tom. 1. tit. citatio quomodo sit form. fol. 226. num. 28. & seq.*
29 At si non inuenitur personaliter, † potest citari domi, vt supra, & ista citatio arctat, ac si fuisset personaliter præsentata, nec re-
30 quiritur de † consuetudine, quod Reus perquiratur priùs, vt personaliter citetur; sed sufficit quod Nuncius de directo eat domũ Rei, nisi statuta locorum aliud disponant, quia deberent seruari, *Clar. dicta quæst. 31. vers. dictum est de reformat.*
31 Si verò citandus esset † minor, vel alia persona priuilegiata, quæ abesset ex causa publica, vel non se defenderet, essent citandi amici, & consanguinei ipsius, saltem per edictum, *Imol. in Clem. causam, num. 28. 64. & 72. Vant. vbi num. 143.* & multa de citatione minoris tractat *dict. D. Vbertus cap. 12. num. 135. fol. 72. & cap. 14. à num. 434. vsque ad num. 445. fol. 566. & seq.* Et de absente per edicta dicit *idem dicto tract. cap. 7. num. 379.* & per citationem domi solitæ habitationis *cap. 11. num. 361. fol. 592.*
32 Executa autem prima citatione † personaliter, sufficit deinde semper citare domi, *Put. decis. 14. & 43. de Iud. Vant. dicto cap. num. 91.* & sic executa arctat etiam si citatus de ea non habuerit scientiam, *Card. in Clem. 1. nu. 2. de for. comp.* Quod amplia, etiam respectu citationis ad sententiam, *Rota decis. 8. de dol. & contum. in antiq. Vant. vbi supra dicto num. 91.*
33 Et citatio domi, † de iure debet fieri publicè, & copia ipsius ostio affigi, licet de stilo Curiæ dimittatur in ianua complicata, vel

in

in rimula ostij, vel in capsula retineri so-
34 lita, † & debet etiam dari in manibus do-
mesticorum, licet etiam de stilo ad æqui-
35 pollendum ex vi † reformationis Cursor
debeat pulsare ianuas, & habitantes voca-
re, quod non seruatur, indicando dimissio-
nem citationis, *Vant. ibidem num. 28.* Et suf-
36 ficiet, † quod nuncius ante domum, absque
eo quod ingrediatur, illam exequatur, *glos.
in dicta clem. causam iri, vers. in domo.* & de
his etiam disponit plura *reform. Pauli V. tit.
de cursoribus, & mandatar. §. citationes.* Et talis
37 executio † non potest fieri post tertiam ho-
ram noctis, *Vbert. dicto cap. 12. num. 247. fo-
lio 74. tom. 1.* nec in relatione adhibentur
testes, *vt ibidem num. 315.* & si referunt sim-
38 pliciter † fecisse, intelligitur personaliter,
idem Vbert. dicto cap. 12. num. 317. fol. 145. &
si dicunt dom. dim. cop. quamuis à tergo
citationis fuerit per copistam appositus
alius locus, quam vbi citandus habitat, nisi
dicat, feci, vt à tergo, intelligitur de domo
39 solitæ † habitationis, *vt num. 330. fol. 149*
40 In omnibus autẽ causis commissarijs, om-
nes citationes debent exequi personaliter,
vt si reus latitet per diligentias de reperien-
do personam per dd. Cursores priuatiuè,
quoad mandatarios; sed procedit in causis
commissis iudicialiter, *vt idem num. 371. fo-
lio 161.* eorumque relationi creditur, nisi
41 doceatur † de contrario saltem per iuramẽ-
tum, *idem ibidem num. 390. fol. 169.*
42 Quando citandus est † vagabundus, adeo
vt sicut non potest citari personaliter, ita
nec habeat domum vel habitationem, si lis
pendet super re mobili, debet fieri diligen-
tia de eum reperiendo in loco contractus,
& vbi forum sortitus fuit; deinde eum per
præconem citare, vel per edictum; si verò lis
43 vertitur † super immobilibus, potest citari
per affixionem cedulæ in loco rei litigiosæ,
vt docet *Vant. dicto cap. num. 122. & Vbert.
cap. 7. num. 348. fol. 340.*
44 Et ideo, quando † citatus aliquando cõ-
pareat, sed per eius absentiam redditur dif-
ficilis reperitionis, potest cogi à Iudice ad
constituendum domicilium, vbi citari pos-
sit in loco Iudicij, *Vant. ibidem num. 117.*
45 idemque † si habitat in suburbio *ibidem.*
46 Hæc autem procedunt † in profanis, non
autem in causis beneficialibus, in quibus,
quando prima citatio non potest personali-
ter fieri, tunc debet publicari in Cathedrali,
in Ecclesia beneficij, super quo lis pendet, si
47 requirit residẽtiam personalem; † alias enim
debet exequi domi, & affigi in valuis Ec-
48 clesiarum, in quibus publicatur; neque
huiusmodi publicatio requiritur in alijs
causis, quam beneficialibus, vt dixit *Imol.
Cardin. & alij in d. c. 1. de appel.* vbi ponitur for
ma exequẽdi citationes in partibus, *& Vant.
vbi supra num. 118.* & in hoc recurrendum
est semper *ad dictam Clem. causam, & ad Caf-
fad. dicta decis. 1. de appell. & Rot. decis. 22. de
rescript. in nou. & ad Vant. dicto cap. nu. 99.* qui
dant formam dictæ citationis.
49 In casu quo † non pateat tutus accessus
propter aliquam causam ad citandum Ad-
50 uersarium, vel eius Procuratorem; † duo re-
quiruntur coniunctim, nec alterum sufficе-
ret: quod scilicet non sit tutus accessus, &
quod non possit citari mediante Procura-
tore mittendo, *vt glos. in dicta Clem. causam,
verb. & præfertur, de elect.* & ibi *Imol. nu. 34.*
de quibus videndus est etiam *dictus D. Vber-
tus eodem tract. de cit. cap. 12. à num. 195. vsque
ad num. 233. tom. 3.* & tali casu solet in Com-
51 missione † dari facultas Iudici, decernendi
citationem per edictum, cum clausula ta-
men, constito summariè, & extraiudicialiter
de non tuto accessu, *iuxta extrauagantem,
rem non nouam, de dol. & contum. Clem. 1. de
iud. Stapbil. cap. 16. fol. 320. & seq.* nec posset
52 talis † citatio concedi, absque generali sal-
tim commissione, quia eam solus Papa po-
test concedere, *dicta Clem. 1. vbi Caffad. in
princ.*
53 Et antequam decernatur, † debet pro-
bari non tutus accessus, vt etiam dicam in-
fra, coram Iudice saltem per testes depónen-
tes se credere esse impossibile, vel non tutũ
citare personaliter, vel domi, *Caffador. de-
cis. 2. de dol. & contum. Vestr. lib. 4. cap. de ci-
tat. extra Cur. fol. 89. Stapbil. dicto fol. 320. &
54 seqq.* & si † aliter, fieret processus esser nul-
lus, *Vant. dicto cap. num. 124. & Vbert. loco
citato.*
55 Si vero plures sunt † citandi, cõtra omnes
est probandus non tutus accessus, quia pro-
batio talis contra vnum, non nocet alijs, ni-
si militaret eadem causa contra omnes, vt
puta, si omnes essent ex eadem Ciuitate, vel
Prouincia, ad quam non pateat tutus ac-
cessus, *Caffad. dicta decis. 2.*
56 Neque ad illud probandum † sufficeret
iuramentum partis, super potentia aduersa-
rij, si non examinarentur testes, *vt resoluit
Rot. decis. 22. de dol. & contum. in antiq.* & hæc
57 citatio solet de raro concedi contra incer-
tos, nisi in quibusdam casibus; & quando
58 proceditur † contra interesse putantes, *Caf-
fador. decis. 6. vt lit. pend. in fine*, vel quando
59 proceditur † post mortem collitigantis,
Vbert. vbi supra.
60 Forma autem huius † citationis habe-
tur apud *Vant. dicto cap. num. 131.* & apud
d. Vbert. vbi supra num. 195. vbi explicatur
fol. 87. & registrabitur infra.
61 Modus etiam illam exequendi † est, quod
prius secundum aliquem legitur in audien-
tia

tia contradictarum, deindè affigitur, & legitur in duobus locis publicis in Curia, & deinde in partibus in alijs duobus locis vi-
62 cinioribus domicilio, & habitationi† ipsius citandi, si potest. Dico loci, non Prouinciæ in qua habitat, itaut de facili possit habere notitiam, secùs enim processus annullaretur; *Cassador.decis.1.& 6.de dol.& contum.& Vbert.vbi supra num.200.fol.94.* sed de hoc dicam etiam infrà titulo particulari.

63 Dixi, affigi, † & legi, quia de iure non sufficit affixisse, nisi legatur, & quando affigitur, de iure debet affigi copia originalis,
64 *Rot.decis.8. eodem in nou.* sed de stilo† sufficit, quod affigatur, si tamen Notarius, vel alius executor asserat citationem fuisse publicatam, & excutam, prout in locis, sufficit; tunc enim censetur satisfactum formæ, etiam quod in specie non exprimat omnia, vel constet lectam non fuisse, *Cassador. decis. 4. eodem tit. Vant. ibidem num. 133.& 137. & Vbert. vbi supra num.220.& seqq.*

65 Effectus autem † huius citationis est, vt arctet, ac si fuisset personaliter executa, *dicta extrauag. rem non nouam, de dol.& contum. dicta Clem. 1. vbi Card. de Ind.*

66 Et de huiusmodi citatione, † quãdo, & in quibus casibus decerni, & quando exequi possit, videndus est latissimè *Felin. in c. quoniam frequenter, §. pone extr. vt lit.non contest. Rot.decis.8.de dol.& contum.in nou. Cassad. decis. 1. 26. & tot. tit. eadem, Vestr. lib. 4. tot. cap.de execut.cit.ad par.fol.84.& lib.1. de offic. contradict. fol.14. & seq. & Vbert.vbi supra.*

67 Sicuti autem omnis citatio, siuè domi, siuè personaliter, potest exequi die feriato, *Rot.decis.fin.de ferys, Cassad.decis.5. de dol. & contum.Vant.dicto cap.num.46.* Imò etiam ci-
68 tatio per†edictum decreta tempore audientiarum, exequi potest tempore vacantiarũ,
69 quo tempore † solet officium contradictarum conquiescere, & tunc fit executio per affixionem in valuis Cancellariæ, & in acie Campi Floræ; Similiter decreta per affixio-
70 nem potest differri, † & legi per contradictas, *Cassad. dicta decis. 5. Vestr. dicto cap. de exeq. citationis ad part.fol.54.*

71 Et si est citandum Collegium, † seu Vniuersitas, legitur forma apud *Vant. dicto cap.*
72 *num. 114.* & quomodo fit † facienda illius executio, dicit *Vbert.dict.tract.cap.7.à n.135. fol.335. vsque ad num. 146.& cap.9. nu.245. & seq. fol. 106.& cap.11.num.154.fol. 523. & num.384.fol.602.tom.2.cap.12.à num.137. fol.72.vsque ad num.362.fol.157.& cap.14. à num.521. vsque ad num.547.fol.598.*

73 Si vero copia citationis, † quandocũque executa petatur a parte, non est illa denegan da, *dicta Clem.causam, in fin. Vestr. lib.4. cap.de exequit.cit.ad part.fol.84.* & si velit co-
74 piam † authenticã, debet ei dari suis sũptibus, aut saltem debet ei legi, aliàs processus est nullus, nec citatus tenetur comparere, *d. Clem.causam Specul.in tit. de cit.§.item.Cassad.decis.fin.vt lit.pend.Vant.d.cap.num. 151.*

75 An autem Nuncio † debeat credi, ita distinguendum est: quod affirmatiuè, si est publicus, siue citet in voce, siue citet in scriptis;
76 quia scriptura † non est de essentia citationis, *Abb. & alij in cap. cum dilect. extr. de dol. & contum. Franc. in cap. cum parati, num.18. & 29.extr.de appell. & Vbert. vbi supr.cap.7. à num.55.vsque ad num.69.fol.318.& seq.*

77 Et si Nuncius † non est publicus, vel præsentát citationem extra territorium Iudicis committentis, aut citet coram Iudice delegato, citatus non tenetur credere sine litteris citatorijs, *Vbert. eodem tract. dicto cap. 7.*
78 *num.52.fol.318.* sicut etiam † nullo casu, sine litteris ei non crederetur, si vellet citare realiter, vt puta capiendo pignora, vel tenutam, aut alias quomodolibet grauando in bonis, *Franc.dicto num.29. cum seq.*

79 Et si citatio erit notorie † nulla ex defectu iurisdictionis, vel ex sui facie iniustá, & temeraria, aut adimpleri non possit, potest impunè sperni, nec inducit litis pendentiã,
80 nec prorogat † iurisdictionem, & processus factus illius vigore est nullus, *Vant. dicto cap. de null.cit.ex num.22.& seq.*

De relatione Nuncÿ, super executione citationis.

Artic. IV.

81 *Nuncius debet de executione legitima citationis facere relationem, & penes quem.*
82 *Nuncio prædicto creditur, etiamsi pars neget, nisi sit vilis, & negans non, & num.83.& 84.*
85 *Credere magis nuncio, quam parti, est in iudicis arbitrio.*
86 *Iudex potest deferre iuramentum parti in casus prædicto, sed regulariter debet probare.*
87 *Nuncio an credatur circa responsionem citati.*
88 *Nuncio referenti se percussum, aut iniuriatum, an credatur.*
89 *Nuncio an Notario magis credatur, & quo casu.*
90 *Nuncio in quibus credatur, vel non credatur, & quomodo sustineatur executio.*
91 *Citatio in partibus executa debet reproduci cum fide executionis, & qua.*
92 *Executio non facit fidem, nisi exprimatur forma executionis, nec sufficit relatio ad litteras.*
93 *Actus non potest expediri, nisi facta relatione citationis, & alias est nullus.*
94 *Actus prædictus nullus, an facta relatione reualidetur,*
95 *Citatio non præsumitur, nisi probetur, & si iudex dicat, visa citatione, &c.*

96 Limi-

99 *Limitatur tamē in quatuor casibus. ꝛ sq. ad* 110.
101 *Actus factus ante relationem Nuncij, quando facta relatione, reconualescat.*

81 Hinc sequitur † quod citatione legitimè executa debet Nuncius de eius executione facere relationem penes acta, vel apud Notarium publicum, nisi de stilo seruatetur, quod credatur simplici relationi eiusdem Nuncij à tergo citationis sua manu scriptæ, vt vidi in locis circa Romam sitis, seruari, & Nuncio sic †
82 referenti, † creditur *l. magis ob illud, ff. de reb. eorum, qui sub tut. glos. in dicto cap. cum parati*, etiam quod pars neget se fuisse citatā, *Specul. in tit. de cit. §. sequitur, & §. iam de ci-*
83 *tat.* Declara, † nisi Nuncius esset vilis persona, prout de solito testatur, *Vbert. dicto*
84 *c.7.n.55.fol.*318. & pars † negans cōstituta in dignitate, vel alias vitæ laudabilis, quia
85 tunc † esset arbitrarium Iudici, pensatis rectè qualitatibus causæ, & personarum, credere magis parti, quam Nuncio posset etiā
86 Iudex † deferre iuramentum parti, sed regulariter ei incumbit onus probandi contrarium, quia præsumitur pro Nūcio, *Franc. in dicto cap. cum parati, num.36. cum seq.*
87 An vero Nuncio † credatur, circa respōsionem citati, vt puta, quod dixerit se nolle venire, dubium est inter DD. sed D. Gratiosus tenet affirmatiuam *dicto cap.7. nu.73.*
88 *fol.*321. Clarum quidem est, † quod si referat se percussum, vel alias iniuriatum fuisse à citato, ei non creditur, *Franc. ibidem n.40. & Vbert. vbi supra num.* 80. *&* 81. *fol.* 322.
89 *tom.*1. Si † etiam quæstio esset inter Nuncium, & Notarium, quia Nuncius dicat se aliter retulisse, quam scriptum fuerit, nisi Notarius sit suspectus, magis statur eius scripturæ, quam assertioni Nuncij, *Franc. ibidem num.39.* Et de materia videndus est etiam idem *Franc. in cap. cum parati, nu.49.*
90 *& circa fin.* In quibus † autem credatur, vel non credatur Nuncio, & quomodo citationis executio sustineatur, videndus est dictus D. *Vbert. dicto tract. cap.9. à num.*212. *ad num.*240. *fol.*98. *& seqq. & cap.*10. *num.* 235. *fol.* 279. *cap.*11. *à num.*14. *fol.* 484. *vsque ad nu.*336. *fol.* 586.
91 Postquam citatio † fuit in partibus executa, debet in actis reproduci, cum fide executionis, in qua exprimatur sub qua
92 forma fuit facta, alias † idem non facit, nec sufficit quoad formam executionis, habere relationem ad litteras citatorias, *Egid. conclus.*200. *Vestr. lib.4. cap. de except. cit. ad par. fol.*84.
93 In tantum autem † huiusmodi relatio est necessaria, quod actus ad quem fuit facta citatio, nullo modo debet expediri, nisi priùs constet Iudici per relationem Nuncij, partem fuisse citatam, alias actus esset nullus, quamuis verè fuisset citata; neque
94 facta † deindè relatione reualidatur, *l. hæc autem, §.1, vbi Bartol. ff. ex quib. caus. in possess. cat. & idem Bartol. in l. multum interest, ff. de condit. & demonstrat. Innoc. in cap. cum contingat, extr. de off. deleg.*
95 Neque sufficit † quod Iudex dicat in sententia, visa citatione, &c. quia cum sit solemnitas extrinseca, non præsumitur interuenisse, nisi probetur ex actis, *Vant. dicto cap. de null. cit. nu.*146.
96 Fallit hæc conclusio † illi quatuor casi-
97 bus. Primo si pars fuisset præsens, † cum expeditur illius actus, quia præsentia partis tollit defectum omnem, non solum relationis, sed etiam citationis, *Bald. in l. prolatam, in fin. C. de sent.* Secundo, si periculum
98 esset † in mora, vt puta, quia labeteretur instantia, vel esset præfixum tempus ad causam expediendam, *Bald. in l. falsus, C. de iud.*
99 Tertio si adsit consuetudo, quod relatio Nuncij scribatur post actum gestum, tunc enim si statim constet de relatione, sufficit.
100 Quarto si adsit † aliqua præsumptio, partem
101 fuisse citatam, quia † tunc licet actus factus ante relationem citationis de rigore iuris sit nullus, facta tamen relatione cōualescit, *Bald. in dicta l. falsus, & Franc. in dicto c. cum parati, num.44. & seq. Vant. dicto num.*146. *in fine.*

An allegatio citationis orctenus suffragetur.

Artic. V.

102 *Citatio præsumitur executa ex comparitione citati, vel procuratoris constitutione.*
103 *Actor debet penes acta verbo allegare, citationem fuisse executam.*
104 *Et quid prosit hæc allegatio verbalis actori, & num.* 105.
106 *Actor actis prædictis, debet successiuè reum citare, & qualiter, & num.* 107.
108 *Reus siuè citans, siue citatus, potest contra non comparentem procedere.*
109 *Declara prædicta, si citatus sit nominatus in citatione, præcisèque citatus.*
110 *Processus, & sententia per contradictas, an sustineatur contra citatum per clausulam, omnes, &c.*
111 *Citatus vigore clausulæ, omnesque alios, an repellatur ab agendo.*
112 *Commissio reualidatoria processus per contradictas facti contra citatum, per dictam aliquando fuit data.*
113 *Intimatio appellationis, habet vim citationis.*

114 *Appellatus in partibus, non potest in curia procedere per contradictas, nisi citato appellante.*
115 *Contumax comparens ante sententiam, qualiter auditur.*

102 Coniectura verò citationem fuisse executam, esse si citatus compareat, vel procuratorem constituat, per ea, quæ dicã
103 infra. † Ideo debet Actor penes acta verbo allegare citationem fuisse executam, & hæc
104 allegatio † verbalis sufficit, ad hoc, vt possit validè ad vlteriora procedi; dummodò
105 reproducatur † ante conclusionem in causa, cum fide executionis ipsius, *Vestr. lib.4. cap. de dol. & contum. fol.87.*
Citatione vt supra reproducta per acto-
106 rem, † vel saltem executione eius verbo al-
107 legata, † & lapso termino præfixo ad comparendum, debet Actor contra comparentem ad omnes actus successiuos personali-
108 ter, si repetitur, alias domi, † vt dixi, citare: si altera tamen pars compareat, siue fuerit citata, siue Aduersarium fecerit citare, potest contra non comparentem procedere, *Rot. decis. 14. de dol. & contum in nou.*
109 Declara, dummodo † is contra quem proceditur, sit nominatus in citatione,
110 præciséque citatus, quia contra † citatum vigore clausulæ, omnesque alios, &c. fortasse non daretur processus per contradictas, neque sententia lata mandaretur executioni contra eum, quamuis repellatur ab agen-
111 do, ex quo sciens suam causam † agi, non comparuit; licet aliquando fuerit data
112 commissio † reualidatoria processus facti per contradictas, contra citatum vigore dictæ clausulæ omnesque alios, &c. & quatenus sua putauerit interesse, *vt per Rot. decis. 18. de dol. & contum. in nou.*
113 Similiter licet † intimatio appellationis habeat vim citationis, appellatus tamen
114 cui † fuit intimata talis appellatio in partibus, non potest in Curia procedere per contradictas, nisi appellante de nouo citato, *Put. decis. 31. de Iud.* apud quem leguntur rationes.
115 Quandocunque autem contumax † compareat ante sententiam, auditur in statu, & terminis, in quibus causa reperitur, actaque facta in eius præiudicium, tenent *Vestr. lib.4. cap. de dol. & contum. fol. 87.*

An mortuo principali possit procedi contra Procuratorem.

Artic. VI.

116 *Procurator Dominus litis effectus, citatur in profanis, mortuo principali.*
Sententia lata, procuratore domino litis effecto citato, an sustineatur. ibid.
117 *Et quid si feratur non citato prædicto, viuente principali.*
118 *Curator hæreditati iacenti datur, si non adest procurator Dominus litis.*
119 *Hæreditate iacente, citantur hæredes, si qui sint, &c.*
120 *Curator quando sit dandus, quibus, & quomodo, remissiuè.*
121 *Procurator, & Dominus litis non citantur in beneficialibus mortuo collitigante.*
122 *Et sua interesse putantes, citantur per contradictas.*
123 *Declara tamen, bonum esse citare procuratorem ad cautelam, si adsit.*

116 Qvicquid sit in profanis, † quando post cæptam litem moritur Dominus, si adest Procurator effectus Dominus litis, citatur ille, & sententia lata cum ipso, vt alias supra dixi, sustinetur, & debet citari; adeo vt etiam viuente Domi-
117 no, † si feratur sententia citato Domino, & non Procuratore Domino litis, processus de iure esset nullus, si nullus compareat, *Rot. decis. 2. de procur. in nou.* & si non † adest
118 Procurator Dominus litis, debet dari Curator hæreditati iacenti, & contra eum
119 procedi, † & omni casu debent citari hæredes, si qui sint, *Vestr. dicto cap. fol. 87.*
120 Quando † etiam sit dandus Curator, quibus, & quomodo detur, dicit *D. Vbertus de citat. cap.9. à nu.303. fol.119. vsque ad n.214. fol.122. tom.2. & cap.14. à num.415. fol.563. vsque ad num.500. fol.586. tom.3.*
121 In beneficialibus certũ est, † quod mortuo collitigante, non est necesse citare Procuratorem, & Dominum litis, & potest
122 procedi † per contradictas contra interesse putantes, non solum, quo ad restitutionem fructuum fortè sequestratorum, sed etiam ad effectum obtinendi absolutionem, vel adindicationem beneficij; licet sit bonum
123 ad cautelam † citare Procuratorem, si adsit, *Rot. decis. 8. de dol. & contum. in nou. Cassador. decis. 1. de sent. & re iudic. decis. fin. vt lit. pend. & decis. 2. de appell. Vestr. dicto fol. 87.*

Quibus casibus detur citatio per contradictas.

Artic. VII.

124 *Processus per contradictas contra interesse putantes; non conceditur, stante contradictore.*
125 *Processus qualiter fiat absente procuratore, extra tempus feriarum.*
126 *Et quid si Procurator moritur, vel mandatum non acceptat, aut legitimum non producit.*
127 *Et quid, si substituit vigore facultatis datæ in mandato, & Dominus superuiuat.*
128 *Processus per contradictas, quando detur, remissiue.*
129 *Contumaces solent citari ad singulos actus per contradictas.*
130 *Processus contra contumaces, non anullatur ex omissione alicuius actus, & quare.*
131 *Nullitates, quænam veniant ex defectu citationis, remissiue.*

124 SI adest legitimus† contradictor, siue sit principalis, siue Procurator, nunquam debet concedi processus per contradictas contra interesse putantes; & si concedatur est nullus; quia legitimus contradictor est citandus, *Cassad. dicta decis. fin.*
125 Similiter, si Dominus † comparens constituat Procuratorem, qui extra tempus feriarum, ex causa recreationis absit ab Vrbe; *facta fide* de absentia, poterit contra talem Procuratorem procedi per contradictas *Rot. decis. 5. de Iud. in nou. Cassad. dict. decis. fin.* & dixi supra titulo de procuratore, & mandato, & dicam infra titulo de contradict.
126 Idem euenit† si Procurator mandatum non acceptat, vel legitimum non producit, aut moriatur, etiam eius morte Domino non intimata, potest contra eum procedi per contradictas, *Vestr. lib. 1. cap. de off. con-*
127 *trad. fol. 14. & seq.* nisi Procurator † substituerit vigore facultatis substituẽdi sibi datæ in mandato procuræ, & Dominus superuiuat, quia tunc citandus esset substitutus, vt supra dixi, & monet *Rot. decis. 33. de procur. in nou. Vestr. lib. 4. cap. de procur. fol. 97.* &
128 de hac † materia, quando datur processus per contradictas, adeundus est *Vbert. dicto tract. cap. 12. à num. 209. fol. 101. vsque ad num. 214. fol. 103. tom. 3.*
129 Nota autem singulariter, † quod licet soleant cõtumaces citari ad singulos actus per contradictas, quia nihilominus istæ citationes sunt potius ex vrbanitate, quam
130 de necessitate, † si aliquis terminus omittatur non propterea annullatur processus, *Egid. consil. 310.* quem citat *Vestr. lib. 4. c. de dol. & contum. fol. 87. & Rot. decis. 10. de re iud. in nou. & idem firmat Vbert. vbi supra, Adden. ad Ludouis. decis. 430.* & dicam infra *tit. de contradictis.*
131 Et qui desiderat videre † omnes nullitates ex defectu citationis, adeat *Vant. cap. de mod. viden. process. num. 6.*

De nullitate defectu citationis.

Artic. VIII.

132 *Nullitas citationis est insanabilis, nec tollitur per statutum, & num. 133.*
134 *Nullitas prædicta, non censetur sanata, si Princeps tollat omnes defectus, vel suppleat.*
135 *Papa, si supplet defectus omnes in litteris, de quibus intelligatur.*
136 *Princeps supplet substantialia, & sanat nullitates, sed dummodo fuerit processum parte citata.*
137 *Nullitas quod non fuerit processum parte citata qualiter probetur.*
138 *Assertio Papæ, vel Imperatoris in sententia, citationem interuenisse, creditur.*
139 *Processus factus parte absente, qualiter sanetur à Signatura.*
140 *Citatio non omissa, sed male executa, an sustineatur, & quando.*
141 *Rota, an possit ad vlteriora procedere, ac si citatio fuisset debito modo executa.*
142 *Commissio sanatoria ob non legitimam executionem citationis, quando fiat, & qualiter.*
143 *Nullitates citationis, an proueniant ex facto Iudicis, partis, vel nuncij.*
144 *Notitia citationis, an sufficiat, si probetur in casibus prædictis.*
145 *Notitia citationis, ex quibus præsumatur.*
146 *Comparens post emanatam citationem, præsumatur citatus.*
147 *Notitia prædicta, quomodo probetur per testes, per instrumenta, & acta, remissiue.*
148 *Nullitas executionis, proueniens ex persona nuncij, qualiter sanetur.*
149 *Citationes per edictum nulliter, vel conculcate factæ, qualiter sanetur.*

132 IGitur, vt sæpius diximus; † nullitas citationis semper est insanabilis, in tantum, vt licet per statutum prohibeatur
133 dari † de nullitate, ista tamen nunquam censetur sublata, *Vant. cap. quis poss. dic. de nullit. num. 49.*
134 Si etiam Princeps gratiosè † suppleat omnes defectus cum quibusuis amplissimis clausulis, iste nunquam dicitur sanatus, vt *in Clem. pastoralis, §. certum, de sent. & re ind. Staphil. cap. 4. fol. 279. ab initio, Gomes. in dict. compend. fol. 166.* Quando etiam Papa in
135 litteris supplet omnes, † & singulos defectus

ctus, intelligitur de defectibus iuris positi-
ui,non naturalis, & diuini, qualis est cita-
tio, *Staphil.dicto cap.4.fol.278. & seq.* sicuti
neque aliquid extrinsecum inducit, *Card.
in dicta Clem. in fin.* Idem dicendum est de
136 clausula,ex certa scientia,& de plenitudine
potestatis,quia supplet quidem substantia-
lia, & sanat nullitates, sed hoc facit dum-
modo processum fuerit parte citata, *Vant.
cap. an quæ sent. nu. 12. Staphil. dict. fol. 279.*
sed de his latè *Vbert.cap.13. à nu.182. vsque
ad 194.*
137 Talis autem nullitas † probatur negan
do citationem, vel per exhibitionem acto-
rum in quibus non reperiatur, aut per te-
stes idoneos,qui interuenerint processui de-
ponentes talia necessaria facta non fuisse,
sicut etiam diximus de nullitate iurisdictio-
nis, & mandati,per *Vant. cap. à quo, & qui-
bus null.poss.prob.num.12.& 18.& cap.de nul.
lit.cit.num. 12. & seq. Vbert. dicto cap. 14. à
num. 110. fol.486.tom,3.cap.16.num. 124. fo-
lio 199. vsque ad nu. 129. fol.809.* & dixerat
antea *cap.12.num.84.& seq.fol.61.& cap.13.
num. 4. fol. 240.vsque ad num. 90. fol. 258.
tom.3.*
138 Si vero Papa, † vel Imperator in senten-
tia quem fuisse citatum asserit, statur eorũ
assertioni,quamuis aliter de citatione non
constet,*Card.in dicta Clem.pastoralis,num.10.*
139 Quando itaque petitur † sanari proces-
sus factus parte absente, Signatura rescri-
bit, cum clausula,parte legitime citata,
Staphil. dicto fol. 278. hæc autem, si citatio
fuit in totum omissa.
140 Sed si non fuit † in totum omissa, sed
fuit malè executa, dummodò alias sit legi-
tima,tunc sufficit deuenisse ad notitiam ci-
tati, & de hoc constet ante seruationem
terminorum: si lis pendet in Rota, Auditor
141 vigore † Innocentianæ, potest procedere
ad vlteriora, ac si debito modo fuisset exe-
cuta; vt cauetur in dicta Innocentiana, &
dixit *Rota decis. 11. de dol. & contum. in no u.
Vestr.dicto cap.de execut.cit. ad pan. fol.84.*
142 Si autem lis pendeat † coram alijs Iudi-
cibus, est necessaria commissio sanatoria
nullitatis prouenientis à non legitima exe-
cutione citationis, & additur semper clau-
sula; dummodo ad notitiã citati peruene-
rit,*Vant.dict.cap.quib.mod.null.san.coss.nu.122.*
143 *Staphil.dicto fol.408.* Ex quibus † autem
proueniat nullitas citationis ex facto par-
tis, Iudicis, vel Nuncij, & alia plura,dicit
*Vber.d.cap.14.dicto num.100.cap. 16. nu.124.
& seqq.* & prius *in cap. 12. nu.85. & cap.13.
num.1.vsque ad num. 122.*
144 Et sufficit vtroque casu † quomodo
hæc notitia probetur, dummodo sit certa.
& plena, *Clem. causam, de elect.* ex qua fuit
sumpta praxis sanandi huiusmodi nulli-
tatem.
145 Notitia citationis,† præsumitur ex plu-
ribus: vt puta si post eam citatus constituit
Procuratorem ad causam, vel si reperiatur
146 in Iudicio,postquam longè abfuit, † quia
comparens post emanatam citationem
præsumitur citatus,*Egid.conclus.374. Rot.de-
cis.16.de Iud.in antiq.Gomes.in dicto compend.
fol.116. Vestr.fol.84.& seq.& lib.3.cap.de rei-
terat. termin. fol.123. Vant. num.22. Staphil.*
147 *fol.278. & seqq.* & quomodo † ista notitia
per testes, per instrumenta, per acta,& hu-
iusmodi probetur,ponit *dict.Vbert.dict.c.13.
num.132. vsque ad num.137.fol.265. & seqq.
tom.3.*
148 Si autem nullitas executionis † proue-
nit à persona Nuncij,puta quando erat fa-
cienda per Cursorem,& fuit facta per man-
datarium,tali casu signatur commissio sa-
natoria, vel reiteratoria terminorum; cum
clausula,præcedente citatione præsentanda
per Cursores.
149 Si etiam citationes † per edictum fuis-
sêt nulliter,vel nimis inculcatè factæ,signa-
tur commissio sanatoria processus, cum
clausula,dummodo post citationem legiti-
mè executam, tantum tempus effluxerit,
quod termini ritè seruari potuerint.

De citatione, & Inhibitione, & cui, & à quo & contra quos possint concedi, & exequi.

Artic. IX.

150 *Citatio, & inhibitio simul de consuetudine so-
lent decerni.*
*Iudex non potest alteri inhibere, nisi coram eo
lis pendeat. ibidem.*
151 *Iudex adiunctus, an possit statim præsentata
commissione inhibere.*
152 *Declara tamen, si agitur de inhibendo extra cu-
riam, secus in curia.*
153 *Rota, causa sibi commissa,non solebat inhibere,
nisi docto de appellatione.*
154 *Iudex commissarius, si potest citare extra cu-
riam,potest etiam inhibere.*
155 *Citatio, & inhibitio, pari passu ambulant.*
156 *Iudex commissarius, potest inhibere præsenti,
vel absenti, volenti, vel nolenti.*
157 *Citatio tamen ad videndum sibi inhiberi, solet
fieri etiam præsenti.*
158 *Iudex appellationis post appellationem iudicia-
lem,potest parte non citata inhibere.*
159 *Declara tamen, hoc non fuisse firmatum ab
Vberto.*
160 *Inhibitio, an sufficiat facta parti, & non iudici.*
161 *Inhibitio præsentata iudici, vel parti, an causet
attentata.*

162 *Iudex, quando possit ex officio parte non citata inhibere.*
163 *Inhibitio, si fiat ad instantiam partis; requiritur citatio.*
164 *Iudex appellationis, quando possit inhibere, remissiuè.*
165 *Cardinalis alteri, neque Prælatus solent inhibere, sed intimare commissionem causæ.*
Declara intimationem prædictam, habere vim citationis, ibidem.
166 *Inhibitio Episcopis, sub quibus pœnis fieri soleat.*
167 *Commissio inhibendi sub censuris, & pœnis olim an dabatur, & qualiter.*
168 *Inhibitio an concedatur, instante asserto procuratore, & an valeat.*
169 *Declara tàm contra litigantes, quàm iudices, & tertium, & quem.*

150 ET, quia excommunicatio, † & inhibitio, semper ferè simul solent decerni,
videtur etiam aliquid dicendum de inhibitione. Sciendum est igitur, quod licet iudex non possit alteri Iudici inhibere, ne aliquid audeat innouare, nisi saltem coram eo lis pendeat, *iuxtà cap. tuam, extr. de ord. cogn. & cap. latum, extr. qui fil. sint legitimi.* Et ideo videatur, quod citationi debeat præcedere summaria cognitio, an appellatio sit admittenda, *cap. Romana, §. si autem, de appell. in 6. Cassad. decis. 10. de rescript.*
151 De stilo tamen nostræ Romanæ † Curiæ
quilibet Iudex, etiamsi sit adiunctus, potest statim præsentata commissione inhibere, simulque decernere citationem, & inhibitionem, *Rot. decis. 4. de rescript. Staphil. c. 21. fol. 341. Vbert. cap. 3. num. 66. fol. 89.* Sed hoc
152 procedit † in citationibus, & inhibitioni-
bus extra Curiã mittendis, secùs autem in Curia, quia tunc semper debet præcedere citatio ad dicendum contra commissionem, *Vbert. dict. cap. 3. num. 67. fol. 89. tom. 1.*
153 Si committatur † causa appellationis in
Rota, isti DD. Auditores antiquitus nunquam solebant inhibere, nisi prius docto de appellatione, *Rot. decis. 68. de appell. in antiq.* quod secus est hodie.
154 Si Iudex † vigore commissionis potest
citare extra Curiam, poterit etiam extra Curiam inhibere, licet hoc non exprimatur
155 in commissione, quia † pari passu procedũt,
citatio, & inhibitio; & quod dicitur de vna, dicitur etiam de alia, *Cassadorus decis. 4. de rescr. Rot. decis. 3. in fin. de appellat. in nou.*
156 Et potest inhibere parti † præsenti, vel ab-
senti, volenti, vel nolenti, *Staphil. dicto fo-*
157 *lio 341.* & quamuis † si Aduersarius est præ-
sens soleat, citari ad videndum sibi inhiberi, *Rot. decis. 27. de dol. & contum. in antiq.* de
158 iure † tamen Iudex appellationis, dummo-
do appellatum fuerit in Iudicio, potest etiã parte non citata inhibere; *Gemin. in dicto cap. Romana, §. si vero, in fine.* Licet contrariũ
159 videatur † firmatum à *dict. D. Vbert. dict.*
cap. 3. nu. 57. fol. 85. qui *num. 77.* dicit etiam
160 quod sufficit † inhibere parti, absque eo,
quod inhibeatur Iudici, & dixerat superiùs *num. 37. fo. 79. tom. 1.* & *num. 93.* dicit
161 quod præsentata Iudici, † vel parti causat
attentata, *vt fol. 75.*
Imò etiam in appellatione extraiudicia-
162 li, potest Iudex, † etiam ex officio, parte
non citata inhibere, *cap. non solum, de appell. in 6. Card. in cap. consuluit, quæst. 130. extra de*
163 *vsur.* licet † alias si inhibeat ad instantiam
partis, requiratur citatio Aduersarij, *Rota decis. 44. de dol. & contum. in antiq.* & de hoc
164 quando † Iudex appellationis possit inhi-
bere, ac quæ debeant præcedere inhibitionem, videndus est *Gemin. in dict. cap. Romana, §. quod si. Vestr. lib. 8. cap. vt lit. pend. folio 271.*
165 Quando vero † causæ cõmittuntur Car-
dinalibus, non solet vnus Cardinalis alteri, neque Prælatus Cardinali inhibere, propter reuerentiam dignitatis; sed solummodo intimatur causam sibi fuisse commissã, & ista intimatio habet vim inhibitionis, *Rot. decis. fin. de dol. & contum. in antiq. Gemin. in dict. compend. fol. 159. & seq. Staphil. cap. 11. fol. 306.*
166 Similiter si vellet † inhibere sub censu-
ris, & pœnis, Episcopis, propter sacrum officium, quod exercent, non inhibetur sub pœna excommunicationis, sed suspensionis tantum, *cap. 2. de off. deleg. in 6. iuncta glos. in cap. 1. extra de Cler. vena. Staphil. cap. 9. folio 299.*
167 Olim quando † in Commissione pete-
batur facultas inhibendi sub censuris, & pœnis, debebatur verbum *pœnis*, ne Reus duplici multa vexaretur, *Staphil. ibidem, folio 299.*
168 Inhibitio quoque † conceditur, etiam ad
instantiam asserti Procuratoris, cum promissione de rato, & est validè concessa, *Put. decis. 24. de fid. instrum.* & dicit *D. Vbert.*
169 *dict. cap. 3. num. 103. fol. 95.* & afficit, † & da-
tur contra litigantes, & contra Iudices, & adhuc contra tertium, qui liti posset præiudicare, *Rot. decis. 2. vt lit. pend. in antiq.*
Vnde autem oriatur praxis citationis cum supersessoria, videndus est *Tomat. decis. 283. tom. 2.*

De

De Citatione per Diligentias.

Cap. VII.

Quid sint Diligentiæ, & quomodo fiant.

Artic. I.

1 *Citatio per diligentias, fit contra latitantes.*
Citatio per contradictas, fit contra absentem, & non comparentem. ibid.
Citationes per diligentias, & per contradictas; in quo differant. ibid.
2 *Diligentiæ contra quem fiant, & quando in illis procedatur.*
3 *Citatio contra articulos, primo loco fit in diligentijs.*
4 *Citationis formula contra articulos, qualiter extendatur.*
5 *Fides Cursoris non reperiendi reum, quomodo scribatur.*
6 *Decretum citationis per diligentias, quomodo per iudicem fiat.*
7 *Citatio per diligentias reiteratur per duos Cursores, & quam fidem faciant.*
8 *Decretum secundæ citationis per diligentias qualiter fiat.*
9 *Citatio tertia, & vltima, quomodo fiat in diligentijs.*
10 *Articulorum repetitio in Broliardo, quomodo fiat in diligentijs.*

1 Dictum est de citationibus, † quæ vt dixi, quoniam diuersimodè fieri contingunt, scilicet, contra latitãtes per diligentias, & contra absentes, & non comparentes per contradictas; licet eadem omnes istæ in substantia contineant, attamen, quia modus est diuersus, de eo distinctè agemus, & primo loquemur de diligentijs.

2 Diligentiæ itaque † sunt contra Reum conuentum perquisitio, quando in iudicio aliquando comparuit, & postea cępit latitare; & forma diligentiarum hæc est.

3 In primis fit citatio, † quæ datur absque latitatione, vel infrascripta, vel alia, quæ magis eges.

4 Citetur D.N. ex aduerso principalis ad dicendũ † contra articulos in actis facto datos, videndum illos ad probandum admitti, &c. iuxta formulam superiùs per me expressam, vel quæ potest videri *apud D. Gratiosum in sua praxi citationum.*

Cursor sic, vel simili modo eam exequitur.

5 Feci diligentias per Vrbem, † & per loca publica, & consueta, inueniendi d.D.N. quem inuenire, & reperire non potui: die, &c. Mensis, &c. 1655. Carolus de Naue, &c. licet cognomen, & annum Cursores pauci apponant.

Ista citatio reproducitur, & fit instantia, & decretum sequens.

6 Relatione facta comparuit † idem citra, &c. & petijt, & institit diligentias cõmitti duobus Cursoribus in forma, omni, &c.

Deinde fit alia citatio similis, & illius
7 executio † fit per duos Cursores: Fecimus diligentias per Vrbem, & loca solita, & consueta inueniendi d. D. N. & non potuimus eum inuenire, & reperire: hac die, &c. mense, &c. anno, &c. Carolus Naues, & Andreas Castruccius Sanctissimi Domini Nostri Papæ Cursores.

Reproducitur citatio, & fit decretum.

8 Relatione facta † comparuit, idem citra, &c. & stantibus diligentijs, petijt, & obtinuit procedi per affixionem ad valuas Curiæ, & in acie Campi Floræ, in forma, omni, &c. fit deinde † tertia, & vltima citatio similis, & diligẽtes Procuratores, post illa verba citetur D.N. ex aduerso principalis, addunt, per affixionẽ ad valuas Curiæ, & aciei Campi Floræ, & postea sequuntur ad dicendum contra articulos, &c. vel prout eget.

10 Relatione facta comparuit, † idem citra, &c. Et repetijt articulos in Broliardo productos, & illos obtinuit admitti, si & in quantum, & alias, vt supra, & examinari, sine præiudicio impertinentium, & non admittendorum, nisi ad p. d. cum intimatione, omni, &c.

Quibus casibus permittantur diligentiæ, & quomodo debeat probari, è contra reperibilitas.

Artic. II.

11 *Modus faciendi diligentias.*
12 *Quomodo probetur reperibilitas.*
13 *Citatus per diligentias, non appellat post decem dies.*
14 *Et habetur, ac si personaliter fuisset citatus.*
15 *Nec sufficit, quod citatus compareat aliquando, sed requiritur quod sit reperibilis.*
16 *Vt annulletur processus per diligentias, requiritur probatio reperibilitatis clarissima.*
17 *Processus per diligentias, per duos Cursores, fit ad maiorem cautelam.*
18 *Iuramentum officialis satis est, quod fuerit præstitum in limine susceptionis officij.*

Modus

11 Modus faciendi huiusmodi † diligentias, primo per vnum Cursorem, & deinde per duos, vbi diximus supra, & successiuè procedendi per affixionem, non solum reperitur approbatus à stilo Romanæ Curiæ, sed etiam est de iure, vt testatur *Rota in vna Salernitana pensionis, 8. Martij 1585. coram bon. mem. Blanchetto*.

12 Et ideo sententia lata† cum hoc processu dicitur sustineri: & si quis dicir, quod citandus poterat reperiri, debet probare reperibilitatem, nec sufficit si probet, quod puta, in Ecclesia, cui serniebat, faciebat suas functiones, quia hoc non est probare reperibilitatem, cum sit necesse quod hæc sit vera, & realis, & quod citandus publicè, & palam comparebat in locis omnibus solitis, consuetis, & publicis; adeò, quod potuerit propterea commodè, & sine difficultate citari; secùs enim creditur Cursoribus referentibus non reperijsse, *vt in Mutinen. Canonicatus 14. Martij 1603. coram bo. me. Lancellotto*.

13 Hincque oritur, † quod quamuis non citatus personaliter ad sententiam, possit ab ea appellare à die habitæ notitiæ, hoc nihilominus facere non potest ille, qui cum esset citandus, dolosè latitauit, & fuit propterea contra eum processum per diligentias: hoc enim casu, tempus contra eum
14 cucurrit, perinde ac si fuisset † personaliter citatus, & non à die notitiæ, sed à die sententiæ, sic docet *Rota in Vrbeuetana prioratus, 15. Decembris. 1645. coram R.P.D. meo Bichio*.

Latitatio autem supradicta concluditur per dictas diligentias Cursorum, ad id à Iudice deputatorum, *ibidem*.

15 Nec sufficit, vt annui supra, † quod citandus aliquando compareat, quando puta sibi placet, & sibi videtur expedire; quia debet comparere semper, & non denegare copiam personæ suæ, ob timorem citationum, *ibidem*.

Sicut nec sufficit, ad annullandum processum huiusmodi, quod citandus compareat solum diebus, in quibus cadunt acta, quæ fiunt ad sui fauorem; & latitet in alijs diebus: cum sit necessaria, vt supra, copia sui omnibus indistinctè diebus, *ibidem*.

16 Vbi etiam habetur, † quod, qui vult annullare processum factum per diligentias, debet adeo clarè probare sui copiam indistinctè fecisse, & quod ita sæpiùs practicauerit per loca solita, & consueta, vt potuerit nonnisi facilè reperiri; alias enim dictus processus sustinetur, & valet sententia, ac si personaliter fuisset apprehensus.

17 Et vlteriùs † aduertendum est, quod iste modus procedendi, primo per vnum Cursorem, & deinde per duos, fit ad maiorem cautelam, vtque processus melius sustineatur; deputantur enim duo antequam decernatur processus per affixionem, quia in omni materia, bona dicitur diligentia, quæ fit per duos officiales, qui de eis cum iuramento referant, *vt dixit Rot. decis. 323. par. 3. recentior*.

18 Sed hoc iuramentum, † quamuis multi dixerint esse necessarium, in actu relationis, attamen verior opinio est, quod sufficit per officiales præstitum fuisse, in adeptione officij de illo fideliter exercendo, *Ludouis. decis. 287. num. 2.* qui dicit, quod *Capuaquen. decis. 265. par. 1.* qui dicit requiri iuramentum officialis in dicto actu, non obseruatur.

De alijs diligentijs, quæ debent fieri, pro reperiendo personam citandi, antequam deueniatur ad citationem domi dimissa copia, dixi supra, & habentur magis fusè *à D. Gratioso in dicto tract. de citat. cap. 7. num. 212. & pluribus seqq.*

De Citatione per Contradictas.

Cap. VIII.

De formulis contradictarum.

Artic. VIII.

1 *Formula contradictarum, quænam sit.*
2 *Contradictæ vbi, & quando legantur, & à Notario subscribantur.*
3 *Cōtradictæ reproducūtur in actis Notarij causæ.*
4 *Decretum citationis contradictarum, quomodo fiat.*
5 *Processus per contradictas finitur, & sententia valet.*
6 *Cōtradictæ per quod tempus durent, ipsisque cessantibus fiunt edicta.*
7 *Processus cęptus, terminatur per cōtradictas defuncto procuratore in Curia. Secus fit de stilo Rotæ, ibidem.*
8 *Contradictæ dantur in absentem, obligatum in Curia in forma Cameræ Apostolicæ.*
9 *Contradictæ non dantur contra hæredem obligati, sed fit citatio.*
Hæres præsumitur ignorare facta defuncti, ibid.
10 *Contradictæ dantur contra citatum personaliter contumacem,*
Contradictæ dantur contra quem tutus non patet accessus per edictum, ibidem.
11 *Contradictæ in contumacem, valent praua citatione.*
12 *Contradictæ dantur contra absentem, qui comparuerat.*

13 Contra-

13 *Contradicta fiunt absentia, per testes probata & quomodo.*

14 *Processus potest impedire processus, per contra dictas refectis expensis.*

1 Formula contradictarum, est † huiusmodi.

Mandat Illustrissimus, & Reuerendissimus D. A. C. siue R. P. D. Baranzonus, eius in ciuilibus Locumtenenens, per Audientiam litterarum contradictarum Sanctissimi Domini Nostri Papæ, prout moris est. Citetur Dominus N. exaduerso principalis, quatenus prima die iuridica compareat coram dicto A. C. siue dicto D. Locumtenente, ad dicendum contra iura producta, & repetita, videndum intrare testes super illorum recognitione, quatenus opus sit, admitti, & mandari restitui, dimissa copia collationata, vel dicendum contra, in causa, & causis, &c. Instante Galeatio Gobbetto principali, siue &c. in quorũ, &c. Datum Romæ. Anno Domini 1655.

2 Istæ contradictæ † leguntur die iuridica, in audientia contradictarum, & Notarius ipsarum subscribit illas in hanc formam Iacobus Simoncellus.

3 Deinde reproducuntur † in actis Notarij causæ, & in pede, fit instantia, & decretum infrascriptum.

4 Relatione facta comparuit, † idem citra, &c. & repetijt iura hodie in Broliardo producta, & repetita, & petijt, & institit, & obtinuit admitti si, & in quantum, & alias, vt supra, omni, &c.

5 Cum istis contradictis concipitur, † & finitur processus, prout de alijs citationibus dictum est, in quocumque Iudicio, & de quacumque re agatur; & sententia sic per contradictas lata, valet. *Rota in Nucerina affictus, 4. Maij 1648. corã R.P.D. Verospio in fol.*

6 Fiuntque, & leguntur † omni, etiã, & toto anni tempore, excepto eo, quando Iudices commissarij, conquiescunt à, principio, scilicet Iulij, vsque ad principiũ Octobris, quod etiam euenit tempore Sedis vacantis per obitum Papæ, vt dicam infra. Quo tempore loco contradictarum fiunt edicta, de quibus inferiùs loquemur.

7 Dantur coram A. C. huiusmodi citationes, quando Procurator post cęptum Iudicium defunctus est in Curia, absque eo etiam quod pars contraria teneatur iterũ in partibus citare suum Aduersarium, *Rota in Leodien. pecuniaria, 28. Iunij 1647. coram R.P.D. Bichio in fol.* non obstante, quod *Rota decis. 191. num. 6. par. 2. recent.* dixerit quod sit necesse intimare parti mortem procuratoris, ad quod vide *add. ad Ludouis. decis. 494.* hoc enim procedit in Rota, & eius stilo.

8 Dantur etiam contra absentem obligatum in Curia in forma Cameræ Apostolicæ, *Rota in Ariminen. manutentionis 5. Iunij 1648. coram R. P. D. Ghislerio, non impressa.*

9 Quando est † facta mutatio personarũ, est necessaria citatio contra hæredem, quia contradictæ dantur ratione moræ contra eum, qui scit suam obligationem, quod nõ potest dici in hærede, qui præsumitur ignorare, *Rota in dicta causa Ariminen. manutentionis, 1. Iulij 1647. coram R. P. D. Ghislerio.*

10 Nec omitto, quod dantur etiam contra illum, qui fuit semel citatus personaliter, & fuit contumax, vel saltem ad eum tutus accessus non pateat, per edictum: si enim

11 deficeret talis citatio, † contradictæ non essent validæ, nec citatum afficerent, & sententia sic lata, esset ipso iure nulla, *Rota in Tiburtina Castri S. Angeli, 18. Iunij 1649. coram R.P.D. Melsio, inter vagantes, &* dixerat antea in *Ianuen. separationis Thori, 5. Maij 1632. coram Coccino, inter volantes.*

12 Et vlteriùs, † quod dentur contra illum qui aliquando comparuit, & postea absuit

13 sed hoc casu, † necesse est ante omnia probare absentiam illius, non quidem per si des simplices, sed per testes, qui deponan de certitudine talis absentiæ, *vt infrascripta decisione.*

14 Poterit tamen Reus † in quacumque parte Iudicij comparere, & (refectis expensis) impedire Procuratorem per contradictas, *Rota in Romana census, 21. Maij 1627. coram clar. mem. Cardinali Vbaldo, in folio.*

Ab contradictæ sint permissæ tempore Sedis vacantis Summi Pontificis.

Artic. II.

15 *Contradictæ non dantur, quando adest procurator notus actori in Curia.*

16 *Non dantur coram Commissarijs, si non adest prima citatio personalis.*

17 *Processus per contradictas, non dicitur peruissus sine expressa licentia in commissione.*

18 *Nec sufficit generalis expressio.*

19 *Si fuit reuocatus procurator, qui mandatum non acceptauerat, requiritur noua citatio.*

20 *Contradictæ non impediuntur à sola constitutione procuratoris, nisi mandatum acceptet. Et nec sufficit acceptatio in alia causa, ibid.*

21 *Contradicta fiunt ex vrbanitate, non autem ex necessitate.*

22 *Dic procedere in Iudicijs ordinarijs, secus in executiuis.*

An

23 *An Sede vacante possit procedi per contradi-*
ctas.
24 *Negatiuam firmat Auctor.*

IGnorare etiam non debemus, quod si
15 adest Procurator in Curia, † contradi-
ctæ non permittuntur, *secundum Rotam in*
vna Bononien. Parochialis, 26. Aprilis 1649.
coram Reuerendiss. Rojas, quæ alias etiã con-
questa est de eo, qui sciebat Procuratorem
contra se coram A. C. produxisse suum
mandatum, etiam in alia causa, & eo
non obstante processit per similes citatio-
nes, *vt in Cortonen. pensionis, 5. Iuly 1599. co-*
ram bon. mem. Cardinali Seraphino.
16 Coram Iudicibus † Commissarijs, si non
adest prima citatio personalis, non proce-
ditur per contradictas, nisi saltem præce-
dat citatio per edictum de mandato Papæ
concessa: & in hoc est aduertendum, quod
17 illa, † vt dicatur concessa, est necessaria
expressio eius, nedum in commissione, sed
etiam in ipso rescripto Cardinalis Præfecti:
& datur, vel in casu, quo citandus latitat,
& impedit se citari; vel in casu, quo pegit
in aliquo loco, ad quem tutus non patet
accessus, quam citationem legitimè exe-
quutam, subsequuntur postea contradictæ,
vt in Iannen. separationis Thori 17. Februa-
rij 1632. coram R. P. D. Coccino, vbi quod re-
18 quiritur, † vt fiat digressio specifica, ita vt nõ
sufficiat generalis expressio, & quod Signa-
tura debet exprimere facultatem, post edi-
cta procedendi per contradictas, etiamsi
non adhæsset prima citatio personalis:
Si etiam re integra fuit reuocatus Procu-
19 rator constitutus, qui mandatum † non ac-
ceptauerat, se tamen pro tali oretenus pu-
blicauerat, debet fieri noua citatio, *vt in di-*
cta Tiburtina Castri S. Angeli, quod quidem
quando habeat locum, videndum est in ea-
dem decisione.
Ad impediendum autem processum hu-
20 iusmodi, non sufficit, † quod fuerit consti-
tutus Procurator in Curia, si ille mandatũ
non acceptauit, *vt voluit Beltraminus ad*
Ludouisium. decis. 100. & 430. vbi etiam di-
citur, quod non sufficeret acceptatio in
alia causa, sed quod requiritur acceptatio,
& productio mandati in eadem causa, & id
quod dicitur de constituto, habere etiam
locum in substituto.
Sciendum est etiam, quod istę citationes
21 non fiunt hodie ex aliqua † necessitate, sed
ex pura vrbanitate, duntaxat, *secundum*
Beltraminum ad Ludouis. decis. 430. & Put. de-
cis. 34. lib. 2. idemque dixit *Rota in Abulen.*
beneficiorum, 4. Iunij 1607. coram Cardinali
Sacrato. quod ego credo verum, in iudicijs
22 ordinarijs, vel quando proceditur † in
gradu appellationis, hoc enim casu dantur,
vel monitoria, vel citationes cum trina mo-
nitione, quæ continet peremptorium, & ci-
tationes ad omnes actus successiuos, vsque
ad finem Iudicij: & non puto esse verum in
executiuis, coram A. C. quando proceditur
cum citationibus Cameralibus impressis,
quæ dant simpliciter tempus congruum
ad comparendum, & se opponendum ob-
ligationi Camerali, absque expressione pe-
remptorij; hoc enim casu *constitutio 113.*
Pij V. in bull. nou. tom. 2. fol. 239. mandat fie-
ri certas citationes, vt per seipsum quis-
que videre potest.
Quia vero nuper orta est dubitatio, an
23 tempore † Sedis vacantis Innocentij X. po-
tuerit procedi per contradictas, vel potiùs
per edicta? Plurium opinio, & præcipuè
Substitutorum A. C. fuit, quod processus
per contradictas teneant ex consuetudine,
vt dicunt, inueterata, seu potius ex di-
spositione *l. Barbarius, ff. de off. prætor.* & pro
validitate addebant, quod Auditor con-
tradictarũ, erat olim Iudex ordinarius, sicut
A. C. *vt est glos. in Clementina Auditor, nu. 3.*
circa finem, & dicit *Imol. ibid. num. 13. de re-*
script. vbi Zabarell. num. 50. & testatur *Vestr.*
cap. 5. lib. 1. & hinc inferebant, quod consue-
tudo prior procedendi per contradictas
coram dicto Iudice, fuerit continuata vsque
ad tempora hodierna.
Nihilominus alij practici, vt credo, sa-
24 nioris opinionis, † allegant nullitatem, ex
quo, quamuis dictus Auditor antiquitus
Iudex esset ordinarius, hodie tamen factus
est Iudex commissarius, *vt dicit Vant. de nul-*
lit. ex defect. iurisd. ordin. num. 16. fol. 124.
& hæc est causa, vt inquit *Tiberius Salustius*
lib. 1. cap. 44. num. 6. cur in dictis ferijs loco
contradictarum edictis vtimur; & infertur,
quod sicuti in dictis ferijs cessat audientia
contradictarum, ex quo illarum Auditor
est delegatus, ita eius officium cessare de-
bet tempore Sedis vacantis, *ex vi consti-*
tut. 63. §. 9. vsque ad 13. Pij I V. in bull. nouo
tom. 2. fol. 69. non obstante, quod ipse A. C.
sit Iudex ordinarius, & iurisdictionem vi-
deatur habere à Cardinali Camerario, *per*
text. in Clemen. ne Romani, §. eo tamen, de elect.
& electi potestate, vbi glos. verbo Camera-
rium.
Et quamuis esset Iudex ordinarius, non
ideo oriretur, quod dd. temporibus posset
procedere per contradictas: si enim posset
vtique illis vteretur etiam in ferijs æstiuis:
sed non vtitur, quia hoc prouenit à Iurisdi-
ctione Auditoris contradictarum, cuius fa-
cultas tempore feriarum, & Sedis vacantis
dicitur obdormire.

De Citationibus per Edicta in Curia, & extra.

Cap. IX.

Quando dentur Edicta in Curis.

Artic. I.

1 *Edicta quo tempore concedi soleant.*
2 *Vacantiæ quando incipiant, & quousque durent. ibidem.*
Edicti forma habetur apud Gratiosum, & vbi, ibidem.
2 *Edicti forma hic, quomodo sit expressa.*
3 *Edicti publicatio, & affixio à quo fiat, & quomodo.*
Edictum debet subscribi à Notario, & sigillo A. C. signari, ibidem.
4 *Notarius adnotat instantiam, decretum, & publicationem in edicto.*
5 *Decretum admissionis iurium, qualiter extendatur.*
6 *Edictorum forma, & executio, qualiter fiat non tuto accessu, remissiuè.*
7 *Accessus non tutus, debet ante omnia probari. Processus per edictum est nullus; non tuto accessu minimè probato. ibidem.*

1 EDicta in Curia dantur, † vt supra, tempore Sedis vacantis Sanctissimi Papæ, & vacantiarum æstiui temporis à mense Iulij, vsque ad mensem Octobris, vt legitur apud *dict. D. Gratiosum, dicto cap. 12. num. 214.* vbi licet recenseatur forma talis edicti, placet tamen etiam hic inserere, ne qui dicto tractatu caret, habeat occasionem alibi quærendi. Tenor ergo ipsius est, huiusmodi videlicet.

2 Odoardus Vecchiarellus Protonotarius Apostolicus, Sanctissimi D.N. Papæ, &c.† In vtraque Signatura Referendarius, &c.

Nos præsenti publico edicto, citamus, & citari mandamus N. exaduerso principalem, per affixionem ad valuas Curiæ nostræ, & acie Campi Floræ, vt moris est, quatenus prima die iuridica legitimè compareat, ad dicendum contra iura producta, & repetita, videndum iurare testes, super illorum recognitione, quatenus opus sit, admitti, & mandari restitui, dimissa copia collationata, vel dicendum in causa, & causis, &c. instante D. N. &c.

3 Istud edictum † publicatur, & affigitur à Cursore in hunc modum; Affixi, vt supra die 14. Maij. Carolus Cursor.

Vlterius subscribitur à Notario causæ, & sigillo A.C.

4 Postea Notarius in † calce illius adnotat diem, quo edictum est publicatum, & instantiam partis, & decretum Iudicis in forma, vt puta:

5 Relatione facta comparuit, † idem citra, &c. Et repetijt iura in Brollardo producta, & repetita, & petijt, & obtinuit illa admitti, si, & in quantum, & alias, vt supra omni, &c. Posui hanc primam formulam ad dicendum contra Iura, quia alias non puta necessarias, vt quisque sciat, quod sub his fiunt omnes citationes, vsque ad consummationem Iudicij necessariæ.

6 Sunt & alia edicta, quæ dantur extra Curiam, quando non adest tutus accessus cōtra eum, qui se in loco munito posuit, ad quem Cursores, & Nuncij, & officiales penetrare non possunt absque discrimine, & tūc in facti contingentia adeundus erit *D. Gratiosus, in tract. de citat. cap. 12. de citat. per edictum extra Curiam.* quod & dixi etiam *supra cap. de Citatione, & Inhibitione.*

7 Et est obseruandum, † quod, quando coram A. C. proceditur per edictum in casu non tuti accessus, iste accessus non tutus, est necesse, quod in actis probetur ante omnia, alias processus redderetur nullus: & ista est opinio *Rotæ in Romana Domorum, de Regardis, 15. Ianuarij 1649. coram Reuerendiss. D. Dunozetto, inter vagantes.*

Quomodo, & quando A.C. & alij Iudices Romanæ Curiæ possint procedere per edicta extra Curiam, & quomodo exequantur.

Artic. II.

8 *A. C. procedit per edicta publica, vigore suarum facultatum, & absque commissione.*
9 *De Iure Ciuili omnis Iudex ordinarius potest procedere per edicta.*
10 *De Iure autem Canonico, requiritur speciale rescriptum.*
11 *Edicta debent affigi duobus in locis in Curia, & duobus in locis, in partibus vicinis, licet non vicinioribus, & nu. 25.*
12 *Debent etiam affigi originalia, secundum aliquos.*
13 *Contrarium, quod sufficiat transumptum.*
14 *In edictis debet dari competens tempus ad comparendum.*
15 *Et quando arctet ad comparendum, vel non.*
16 *Et requiritur terminus duplicatus.*
17 *Quomodo fiantur processus per edictum.*
18 *Edicta generalia contra incertos, quando dentur.*
19 *Edicta quomodo exequantur.*
20 *Quæ requisita debeant habere.*
21 *Forma commissionis præteriri non potest.*
22 *Vbi exequantur hodie edicta publica.*

23 *Contra absentem aliquando non dantur sola, sed sunt citandi agnati, & amici.*
24 *Et quot edicta requirantur.*
25 *Et quomodo exequantur.*

SVpradictus A.C. & Iudices Cameræ Apostolicæ procedunt per edicta publi-
8 ca, vigore facultatum, vltimo loco † in specie concessarum *à Gregorio XIV. & Paulo V. in constitut. indicatis, cap. de contradictis*: nisi enim facultatem haberent in dd. constitutionibus generalibus, necessaria esset in quacunque causa commissio specialis, in qua sibi talis facultas demandaretur; Hoc tamen non est de Iure Ciuili, quia hoc iure
9 omnis † Iudex ordinarius potest procedere per edictum, *auth. qui semel, C. quomodo, & quando Iudex, Felin. in cap. quoniam frequenter, §. porro, num. 13. & 15. vt lite non contest.* Sed
10 est de Iure Canonico, † propter quod requiritur speciale rescriptum, *vt voluit Innocentius VIII. in extr. rem non nouam, de dolo, & contum. Clem. dudum, de iudic. & cap. causam de elect.* quos testes refert *Rota in supra allegata Ianuen. separationis thori, 18. Februarij 1620. coram bon. mem. Coccino.*

In quo etiam est aduertendum, quod, vt
11 processus dicatur legitimus, necesse † est, quod similes citationes in Curia, duobus in locis vicinis in partibus affigantur; non enim necesse est, quod dicti loci sint viciniores, *Achil. decis. 15. de dol. & contum.*

Pro executione autem valida, citationes
12 originales debent affigi, legi, † & dimitti affixæ per plures horas, & talis affixio debet fieri in valuis maioris Ecclesiæ, secundum *Cassador. decis. 1. & 6. de dol. & contum. Vestr. lib. 4. cap. 3. num. 4.* Adeo, vt si non fuissent affixæ, processus esset nullus: sed quod suf-
13 ficiat, † quod affigatur transumptum authenticum, *dicitur in dicta Ianuen. separationis thori, & Put. qui decis. 27. lib. 2.* vult, quod sufficiat, si citatio originalis, legatur absque eo, quod dimittatur copia affixa, reprobatur *in dicta Ianuen.* tanquam hoc dixerit de suo capite.

Est etiam aduertendum, quod in dicta
14 citatione debet dari † terminus competens ad comparendum, secundum locorum distantiam, alias processus corrueret, vt tanquã de pulcra praxi testatur *Bartol. in extr. ad reprimendum verbo per edictum, n. 5.* quem refert *Rota in dicta Ianuens. superius allegata.*

Tempur enim modicum datum ad comparendum non arctat citatum, & irritat citationem secundum *Put. decis. 150. lib. 3.* Et quamuis non desit, qui dicat, quod citatio nõ est nulla, sed quod admittat appellationẽ, nihilominus verior est opinio tenentiũ pro nullitate, dũmodo nõ fuerit personaliter executa, vel probetur deuenisse ad notitiã citati, hoc enim casu substinetur, nisi appelletur, alias est nulla, & non arctat ad com-
15 parendum, † nec in termino, nec post terminum, *Adden. ad decis. 5. num. 20. de rescript. in nou.*

16 Item pariter est aduertendum, † quod in citationibus per edictum, est semper duplicandus terminus, solitus dari in alijs citationibus, puta si daretur in alijs terminus decem dierum, in istis est duplicandus, & est dandus viginti: Si autem in illis, viginti, in istis dantur quadraginta, *vt Adden. ad dict. decis. 5.*

17 Processus verò per edicta † non sanaretur, si Procurator citati postea compareret, *Clement. causam, in fin. de electionibus*: quia ad effectum, vt sanet dictum processum, duo requiruntur. Primò, quod constitutio illius facta sit post citationem ad dictam causam: secundo verò, quod in dicta causa compareat, *Achill. decis. 7. de dol. & contum. Vestr. lib. 7. cap. 1. Seraphin. decis. 1366.*

18 Aduertendum est etiam, † quod quandoque dantur edicta generalia, quando nescimus, quis sit citandus; prout euenit, vel quando mortuus est aliquis, & nulli notificantur hæredes, vel alio simili casu, quando enim sunt certi, debent nominatim citari, & non per edictum, *Surd. decis. 5. Boer. decis. 225.* præcipuè autem absentes, & vagabundi citantur per edictum, *Marant. par. 6 membr. 1. nu. 89. Felin. in cap. exhibita, nu. 1. post princip. de iudic.*

Illorum autem executio, si agitur con-
19 tra laicos, † fit in valuis Palatij; si verò cõtra clericos in valuis Ecclesiæ maioris, loci illius, vbi Curia Romana residet, cum Summo Pontifice: ad hoc, vt cunctis possit apparere; & sic executa, arctat, ac si citandi personaliter apprehensi fuissent, *Clement. dudum, de iudic. & extrauag. rem non nouam, §. non obstat, de dol. & contum. Vestr. lib. 4. cap. 3.*

Hocque edictum debet habere ista requi-
20 sita: primò nomen Iudicis † citantis: secundò nomen eius, qui citatur, si est certus alias enim nominatum genericè per verba, si qui sint, vel velint, &c. tertiò nomen eius ad cuius instantiam proceditur: quartò locum in quo comparere debeat: quinto tẽpus infra quod debet se præsentare: sextò vero causam propter quam citatur: hęc ponit *Marant. par. 6. memb. 1. num. 63.* & maxi-
21 mè est † aduertendum, quod si præcessit cõmissio, forma illius præteriri non potest, alias enim processus esset nullus, *cap. causam de elect. Cassador. decis. 1. de appell.*

22 In Vrbe autem hodie † fit in valuis S. Petri, & Cancellariæ Apostolicæ, vel in acie Campi

Campi Floræ, *Vestr. lib. 4. cap. 3.* & ista est opinio *Rotæ, de qua in dicta Iannen.*

23 Aduertendū est etiam in casu, quo citandus est absens, † & non datur modus quomodo citari possit in loco, in quo degit, in casu tamen permisso, quod non potest contra ipsum, sic simpliciter per edictum procedi, secundum aliquos, qui dicunt quod sunt citandi Agnati, Cognati, & Amici, siue citandus sit maior, siue minor, siue pupillus, & hanc opinionem tuentur *per l. item ait, Prætor. ff. ex quib. causis maior in integr. restit. & l. ergo, ff. ex quib. caus. in possess. eatur. Innoc. in cap. final. num. 2. de eo, qui mittitur in possess. num. 3.* dicit procedere in quolibet absente, & idem dicunt alij, qui ipsum sequuntur.

24 Et non sufficeret in huiusmodi vnum edictum, sed tria † requirerentur domi citati affigenda, secundum *Marant. loco citato, num. 84. & seqq.* Et quando procederetur, vt supra, semper deberet fieri litis contestatio, quamuis alias essemus in casu in quo illa non esset necessaria, *Innoc. in cap. final. num. 4. circa med. de eo, qui mitt. in possess.*

25 Et sicuti in Curia fit edictorum executio in duobus locis, † ita eadem ratione in partibus, datur etiam in alijs duobus locis, vt præter opinionem Rotæ relatam *in dicta, Januen. coram Coccino,* dicit *Cassador. decis. 1. de dol. & contum.* Et nisi Nuncius referat modum, quo fecit citationem, relatio erit nulla, secundum *Vestr. lib. 4. cap. 3. in fin.* Sed in his quomodo procedatur, dixi supra.

Monitorium per edictum, quomodo sit formandum.

Artic. III.

26 *Formula citationis per edicta extra Curiam.*

1 FOrmula autē edicti publici† citationis extra Curiam, esse poterit infrascripta, vel similis.

2 Iacobus Franzonus, &c. † Vniuersis, &c. & præsertim Italicæ nationis, &c. salutē, &c. Noueritis nobis nuper pro parte, & ad instātiam Illustrissimi, & Excellentissimi Domini Augustini, aliàs Andreæ Laudati, Ducis Marzani, principalis expositum extitisse, R. D. B. clandestinè, nullaque iusta subsistente causa, extorsisse sibi adiudicari sex loca montium salis, tertiæ erectionis, illaque postea resignasse in faciem Domini Antonij Paribeni Pistorien. non minus nullitèr, quam iniustè, prout suis loco, tempore, si, & quatenus opus fuerit demonstrabitur, & verificabitur; quodque cum ipse exponens dicta loca montium recuperare, & pro recuperatione huiusmodi, de iuribus suis in possessorio retinendæ, & quatenus opus sit reintegrandæ, desuper quomodolibet experiri intendat, ad nos recursum habuit, quatenus sibi super his, de oportuno iuris remedio prouidere: ac ex quo ipse Aduersarius degit in dicta Ciuitate Pistoriensi, ad quam tutus non patet accessus, monitorium ad partes per Edictum publicum in infrascriptis locis exequendum, & publicandum, cum pro illo exequendo cōtra laicos in dicta Ciuitate, & statu, & partibus, in quibus d. D. Antonius moram trahere, & morari solitus est, trahit, & moratur, & tutus non pateat accessus; desuper necessarium, & quorum in forma solita, & consueta decernere, & concedere dignaremur. Nos autem Iacobus Franzonus Thesaurarius, & Iudex prædictus attendentes, requisitionem huiusmodi fore iustam, & rationabilem, quodque iusta petenti non est denegandus assensus, constito nobis per depositiones Testium fide dignorum, qui de mandato nostro in actis infrascripti Notarij examinati fuerunt, ad dictū D. Antonium monendum pro præsentibus nostris monitorialibus litteris exequendis, & præsentandis, in eius persona, vel domicilio in prædicta Ciuitate Pistoriensi, & statu, tutum non patere accessum; Monitorium huiusmodi in Romana Curia, & in partibus, ac locis circumuicinis, legendum, affigendum, publicandum, & exequendum fore, & esse duximus, & mandauimus, prout mandamus, & committimus per præsentes. Quapropter per publicum huiusmodi præsens Edictum in Romana Curia, in audiētia Sanctissimi D. N. Papæ Alexandri VII. legendum, ac in Cancellariæ Apostolicæ Vrbis, & audientiæ causarum Apostolicarū, & locis consuetis, necnon extra ipsam Curiam, & in partibus in Ciuitate Tuderti, & Ciuitatis Aquæpendentis Ecclesiarum respectu valuis, seu portis, tanquam in locis magis cōuenientibus, & cōuicinis, ac alibi, vbi tutè fieri poterit, affigendum, & publicandum, prædictum D. Antonium, tenore præsentium Monemus, & requirimus, primo, secundo, & tertio, & peremptorie, eiq. in virtute sanctæ obedientiæ, & sub 500. ducatorum auri de Camera, locis pijs arbitrio nostro applicandorum, & pro illis mādati executiui, & in iuris subsidium excommunicationis, alijsque pœnis, districtè præcipiendo mandamus, quatenus statim visi, & receptis præsentibus, & postquam præsentium vigore fueritis pro parte dicti Excellentissimi D. Ducis Augustini principalis requisiti, primo, secundo, tertio, & perēptorie

rie moneatis, & requiratis, prout nos per præsentes monemus, & requirimus dictum D. Antonium, quatenus infrà vigintiquatuor dierum spatium, post legitimam affixionem, et publicationem, lectionemque præsentium in locis suprascriptis, (vt præmittitur,) factas immediatè sequentes, quorum 24. dierum, octo pro primo, octo pro secundo, et reliquos octo dies, pro tertio, ac peremptorio termino, monitioneque canonica assignamus, et vos assignetis, eidem, sub eisdem, quibus suprà censuris, et pœnis, debeat in possessione dictorũ locorũ Montium, dictum D. Ducem manutenuisse, defendisse, et conseruasse, manuteneri, defendi, et conseruari vidisse, et quatenus opus sit à detentatione, occupatione, et spolio illorum cessare destitisse, et abstinuisse, eundemque reintegrare, et ad pristinum statum reposuisse, et reintegrari vidisse, vna cum damnis, expensis, etc. in processu causæ, et causarum huiusmodi liquidan. ac debitam manutentionem, et quatenus opus sit reintegrationẽ fecisse, seu exequi vidisse, et de omnibus, et singulis iuribus suis, si quæ super præmissis habet, haberetque, aut eidem quomodolibet competijsse prætendat, docuisse, & demonstrasse, & præsentibus, &c. paruisse, deque, &c. certificatione, &c. Alioquin, &c. Loca verò audientiæ publicæ litterarum contradictarum, ac valuarum, seù portarum Ecclesiarum supradictarum, tanquam publica, & idonea pro præsentibus nostris litteris exequendis ad instar Edictorum publicorum, quæ hodie in Albo prætorio scribuntur, duximus eligenda, quæ huiusmodi nostrum monitorium suo quasi sonoro præconio, & patulo subdito publicabunt, in quibus litteras nostras modo præmisso decreuimus, & decernimus publicandas, & affigendas; ne dictus sic monitus ex præmissis, ac præmissorum aliquo, ignorantiam aliquam prætendere valeat, & valeatis, cum non sit verisimile, apud ipsum sic monitum remanere incognitum, & occultum, quod tam patenter, & notoriè omnibus extitit intimatum, & publicatum. Volentes nihilominus, & authoritate prædicta decernentes, quod præsentes nostræ litteræ, seu Monitorium, modo præmisso executum, & publicatum, eundem monitum totaliter arctet, attingat, & perinde valeat, ac si personaliter factum, & executum foret, seù quomodolibet præsentatum. In quorum fidem, &c. datum, &c.

De Terminorum Obseruatione.

Cap. X.

Quomodo sit procedendum in constitutione processus.

Artic. I.

1 *Termini substantiales sunt seruandi, dum processus instituitur.*
2 *Termini substantiales seruantur iuxta morem Curiæ, vbi fit causa.*
3 *Termini substantiales non seruantur iuxta stilum delegan. sed delegat.*
4 *Stilus loci iudicij, attenditur in procedendo.*
5 *Stilus diuersus, attenditur quandoque in decidendo.*
6 *Processus, & sententia corruunt, terminis non seruatis.*
7 *Ordo iudicij, concernens iustitiam, & ius partis, omitti potest.*
8 *Ordo iudicij, concernens ius publicum, omitti nequit.*
9 *Sententia lata, sine terminorum obseruatione, partibus consentientibus, an valeat.*
10 *Ordo iudicij, an tolli possit à Papa in foro laicali.*
11 *Processus est nullus in iudicio extraordinario, si omittatur ordo.*

Redeo ad substantialia processus. Executa igitur, & reproducta citatione, & facta relatione per Nuncium,
1 instituitur † processus, & seruantur hic termini substantiales, secundum ordinem Iu-
2 diciorum, modum, † & stilum Curiæ. Alibi verò iuxta stilum Curiæ, in qua causa tra-
3 ctatur, etiamsi in causa delegata, † diuersus sit stilus ab eo, qui seruatur in Curia dele-
4 gantis, † quia in concernentibus ordinem, & modum procedendi, attenditur stilus
5 loci Iudicij, † licet in decidendo, quando stilus loci contractus est diuersus, ille attendatur, *glos. Bald. & alij in l. fin. C. quæ sit long. consuetud. Guidopap. decis. 262. Vant. de nullit. ex defect. process. num. 56. & 67.* & super hoc vide *Vbert. de citat. cap. 9. num. 404. fol. 146. & cap. 11. num. 438. fol. 21. tom. 2.*
Secus enim terminis ita non seruatis pro-
6 cessus † est nullus, & sententia corruit; ratio
7 autem est, quia, † licet ordo Iudiciarius, in quantum concernit iustitiam, & Ius par-
8 tis, possit remitti, & omitti: In quantum tamen concernit ius publicum, omitti, & remitti non potest, *l. probatam, vbi glos. & DD. C. de sent. & interlo. Vant. dicto cap. in princ. & num. 15. & 17. vsque ad num. 52. Ro-*

ta in Anconitana terrar. 24. Nouembris 1598. coram Brauo impress. decis. 65. par. 4. diuersor.

9 Et si partes conueniant, † quod Iudex procedat nullis seruatis terminis, sententia lata non valebit, vt sententia, sed sustinebitur in vim pacti, *l. 2. C. com. vtriusq. Iudic. l. properandum, C. de Iudic. & in vtroque DD. Abb. in cap. 1. extr. de lit. contest. & in cap. de causis, extr. de off. deleg. Gallef. de oblig. Cam. quaest. 13. fol. 79.* vbi *Adden. fol. seq.*

10 Nec Papa, in foro laicali † praecipere potest, quod tollatur ordo Iudiciorum, si credendum est *glos. in Clem. dispendiosam, in ver. vsuris, de Iud. Vant. dicto cap. num. 4.* de quo loquitur etiam *Felin. in cap. inquisitionis, num. 14. extr. de accus. in cap. qualiter, & quando, extra eodem tit.* vbi latè prosequitur materiam, quando omissio ordinis Iudiciarij vitiet processum.

11 Etiã in Iudicijs extraordinarijs, † quamuis non requiratur processus ordinarius, tamen si omittatur ordo, vel cognitio, processus est nullus, *Felin. in dict. cap. qualiter, & in cap. cum Ecclesia sanctae Mariae num. 24. extra, de constitut. in cap. olim, extr. vt lit. non contest.*

De terminis in causis profanis, & spiritualibus.

Artic. II.

12 *Termini iudicij, & qui seruentur in Curia, in causis profanis, & similibus.*
13 *Libellus regulariter est de substantia processus. Litis contestatio, est de substantia iudicij regulariter, ibid.*
Conclusio in causa regulariter, est de substantia processus, ibidem.
Iuramentum calumniae, an sit de substantia processus, ibidem.
14 *Processus an sustineatur omisso libello, vel inepto dato.*

12 IN causis profanis, † vel spiritualibus quae sapiunt temporalitatem, in Curia, vt puta, pensionum, beneficiorum vnitorũ, & similium, debent seruari termini, ac acta iudiciaria, de quibus in *l. prolatam, iuncta glos. & Bartol.*

13 Requiruntur que regulariter † de substantia datio libelli, litis contestatio, conclusio in causa, & iuramentum calumniae, si petatur, vt inferiùs dicemus. *Vant. d. cap. nu. 18. vsque ad nu. 45.* Quando verò libellus omit-

14 titur, † vel est ineptus, an possit sustineri processus, *vide dicto num. 18.*

De terminis in causis beneficialibus.

Artic. III.

15 *Termini; an & qui seruentur in beneficijs, & vnione benefic. temporal.*
16 *Causa vnionis beneficii, dicitur profana.*
17 *Termini quinam seruentur in matrimonialibus; vsuris, decimis, & haeresi.*
Termini, quinam sint seruandi in processu criminis laesae Maiestatis, ibid.
18 *Termini, qui sint de necessitate seruandi in causis canonicis.*
Sententia est nulla, omisso vno ex terminis substantialibus, ibid.
19 *Contestatio litis non requiritur in causis canonicis.*
Conclusio in causa non requiritur in causis canonicis, ibidem.
20 *Processus in profanis est nullus, sine litis contestatione, & conclusione in causa.*
21 *Contestatio litis, & conclusio in causa non potest omitti de partium consensu.*

15 SEd in causis beneficialibus, † etiamsi agatur de vnione beneficij temporali
16 tamen, † quia si fuisset perpetua, causa diceretur profana, † cum sit extentiua tituli,
17 *Cassador. decis. 3. de iud.* & in † matrimonialibus, vsurarum, decimarum, haeresis, & alijs enumeratis in extrauaganti *ad reprimendum*, & in crimine lesae Maiestatis. In quibus processus de sui natura est summarius, *Clem. dis-*
18 *pendiosam, de iud. c. fin. de haeret. in 6.* licet † de stilo multi termini seruentur, quatuor tamen solummodo vltra citationem ad sententiam, sunt de necessitate seruandi, vt dicam infra de processu in Iudicijs: videlicet ad articulandum, ad dicendum contra articulos, ad producendum omnia, & dicendum contra producta: quorũ vnus si omitteretur, sententia esset nulla, & alij possunt omitti, *Rota decis. 2. de rescript. in nou. Cassad. decis. 8. eod. tit. Vant. dict. cap. num. 59.*
19 Neque requiritur litis † contestatio, vel conclusio in causa; *toto tit. extr. vt lit. non contest. Clem. saepe, vbi Card. de verb. significat.*
20 Et si deficerent in profanis, † processus esset nullus, *authent. Iubemus, C. de iud. Rot. decis. 1. de test. in nou. Egid. conclus. 617.* si agi-
21 tur *Vestr. lib. 5. cap. 2. & 3.* etiamsi † omitterentur de consensu partium, *glos. fin. in cap. quando sententia, extr. de probat. Card. in dicta Clem. saepe.*

De terminis in executiuis nullitatum, & miserabilium personarum.

Artic. IV.

22 IN causis executiuis, † vt puta, quando relaxatis legitimis executorialibus deuenitur ad declaratoriã, qui termini seruãdi sint, dicam *infra tit. de declaratoria*, & est videndus *Vestr. lib.8.cap.fin.fol.*283.

23 In causis quoque † nullitatum videndus est idem *dicto lib.8.cap.1.fol.* 244. & latè de
24 seruatione † terminorum in causis desertionum, appellationis, absolutionis ab obseruatione Iudicij, nullitatis, iactationis, & iactationum, vel in Curia Capitolina, & generaliter in quibuscunque causis, & instantijs, vel incidentibus, vt in litteris remissorijs, compulsorialibus, & huiusmodi, dicam infra, & dicit *Vestr. lib.5.per totum, à fol.*108. *vsque ad fol.*144. *Vant. cap. de nullit. ex defect. process. num.* 61. *vsque ad num.*68.

25 Et licet processus summarius, † vltra causas supra enumeratas, à nemine, etiamsi sit Legatus de latere, præterquam à Principe, concedi possit, *Cassador. decis.* 1. *de iud. Gemin. in cap. fin. de hæret. in* 6. præcipuè cum
26 clausula, simpliciter, † & de plano, sine strepitu, &c. *Felin. in cap. olim, extra de accus.*

27 In causis tamen viduarum, † pupillorum, miserabilium personarum, & aliorum quorumcunque, dummodo non excedant valorem quingentorum, Auditores Rotæ, vigore Innocentianæ, summariè procedere possũt, vt cauetur *in dicta Innocentiana*, & concedi-
28 tur † etiam indistinctè per Signaturam in commissionibus quarumcunque causarum,
29 si petatur: Præterquam † criminalium, priuationum, & iniuriarum, *Cassador. decis.7. de rescript. Staphil. cap.*15. *fol.*317. *num.*3. *& seq.* & olim solebat poni in Signatura Cardi-
30 nalis, tanquam res speciali † nota digna. Hodie verò sufficit, quod ponatur per Regentem Cancellariæ in eius extensione; & si fortè omitteretur, censetur hoc ex obliuione processisse, *Staphil. vbi supra.*

31 Mittiturque Notarius † etiam post sententiam, parte tamen citata, ad Regentem, vt addatur verbum, summarie: licet hodie non sit in vsu, quod viderim, quia si nollet addere, processus adhuc sustineretur, *Cassador. decis.7. & 14. de rescript. Vestr. lib.5.cap.1. fol.*108. licet *Staphil. cap.2. fol.*269. *& seq.* ve-
32 lit, quod si non ponitur † in extensione cẽseatur denegatũ, idẽ *Vestr. lib.3.c.2.fol.*69.

33 Et si in Cõmissione non petatur, † & concedatur in extensione Signaturæ potest sũ-
34 mariè procedi, quia Princeps, † etiamsi non petatur, potest illam concedere, *Cassa-*
35 *dor. dict. decis.*14. concessumque in prima instantia, vel in quacunque parte Iudicij
36 extenditur ad alias instantias, † vsque ad finem causæ, nisi expresse negetur, etiam si alius Iudex in locum primi subrogetur, *Cassad. decis.8. de rescript.*

37 Qui-

37 Quinimò, & si † non concedatur expres-
sè, quod procedatur summarie, simpliciter,
& de plano, sola veritate inspecta, quia om-
38 nia veniunt ex natura † processus summa-
rij; si nihilominus adsit in extensione ver-
bum, summarie, &c. reliqua etiam censen-
tur concessa, *Rot. decis. 9. & 28. de rescript. in
non. Cassador. dict. decis. 14. Staphil. cap. 2. fo-
lio 269. & seq.*
39 Aduertendum est tamen, † quod si fuerit
apposita in Commissione clausula illa, facti
veritate inspecta, deletur verbum illud, fa-
cti, nisi de consensu partium relinquatur;
40 quid verò importet processus summarius;
& singula verba illius clausulæ, simpliciter,
de plano, sine strepitu, & figura Iudicij, &
quomodo procedendum sit, videnda est vl-
tra prædicta, *Clem. sæpe, de verb. significat. ex-
trauagan. ad reprimendum, de off. Iud. ord.* cum
notatis per *Felin. in cap. olim, extr. de accus.
Cassad. dict. decis. 8. Vestr. vbi supra. Marant. in
suo speculo, 9. distinct.* vbi late.
41 Qui etiam termini † seruandi sint, dicit
Rot. decis. 2. de rescript. in nou.

De Processu summario.

Artic. V.

42 *Processus summarius per Principem non con-
cessus, redditur nullus.*
43 *Clausula, quod articuli sint loco libelli, quando
addatur in causis summarijs.*
44 *Sententia fieri nequit, nisi præcedente petitione.*
45 *Articuli, quando succedant loco petitionis, &
probationis.*
46 *Terminus ad dicendum contra producta, an se-
paratim seruetur in summarijs.*
47 *Terminus ad dicendum contra articulos, an sepa-
ratim seruandus, & vbi*
48 *Termini substantiales, an [illegible] possint omitti,
& quando.*
49 *Citationes in terminis substantialibus summariæ
causæ, non sunt necessariæ.*
50 *Citatio fit absentibus de stilo ad singulos actus.*
51 *Processus, quandoque fit nullus, seruatis terminis.*
52 *Limitatur tamen, quod in totum omitti ne-
queunt.*
53 *Termini aliqui sunt seruandi in summarijs ab
ordinarijs Iudicibus Curiæ.*
54 *Termini, qui seruandi ab A. C. in causis exce-
dentibus 200. scuta.*

42 ET quia, vt dictum est, † processus sum-
marius potest per solum Principem
gratiosè concedi; si tamen concederetur
per alium, difficillimè in praxi obtineretur,
quia reuocaretur tanquam nullus; vt per
Felin. in dicto cap. olim.

43 Qando autem † conceditur processus sum-
marius, solet in causis magni momenti ad-
di clausula, quod articuli sint loco libelli;
44 & ratio est, † quia debet præcedere petitio,
ad hoc, vt possit ferri sententia, *l. hac senten-
tia, C. de sent. quæ sine cert. quant. prol.*
45 Et tunc articuli succedunt † loco petitio-
nis, & probationis, *Rot. decis. 2. de rescript. in
nou. Staphil. dicto cap. 2. fol. 271. num. 9.*
46 Quamuis etiam † dd. quatuor termini in
processu summario seruari soliti, debeant
de per se, & separatim seruari, si terminus
ad dicendum contra producta, separatim
non seruetur, dummodo pars semel citetur
ad dicendum contra producta, sufficit.
47 Et idem dicendum est de termino † ad di-
cendum contra articulos, qui si separatim
non seruetur, dummodo Aduersarius ha-
buerit eorum notitiam, cum tempore ad il-
lum impugnandum, & sic per indirectum
fuerit satisfactum menti legis, sufficit, susti-
neturque sententia, & processus, *Cassador. de-
cis. 2. de iudic.*
48 Si etiam procedatur † per contradictas,
siuè in profanis, siuè in beneficialibus, vt
puta, quando quis canonicè fuit in princi-
pio citatus ad totam causam, & est contu-
max, si omittantur aliqui termini de rigo-
re seruari debiti, imo si omnes illi quatuor
omitterentur, non propterea processus es-
set nullus, quia vt dixi supra, citationes il-
49 læ sunt † potius vrbanæ, quam necessariæ,
*Egid. conclus. 3 10. Vant. de nullit. defect. proc.
50 num. 60.* licet de stilo † soleant absentes ad
singulos actus citari, *Rot. decis. 10. de sent. &
re iud. in nou. Vestr. lib. 4. cap. de [illegible].
fol. 87.*
51 Aliquando etiam non solùm † conceditur
processus summarius, sed etiam ex qualita-
te causæ conceditur, quod nullis terminis
52 seruatis Iudex procedere possit, & tunc pos-
sunt quidè arbitrio Iudicis abbreuiari ter-
mini; sed non in totum omitti, vt testatur
*Vestr. lib. 5. cap. ad not. com. circa term. obseru.
fol. 122. in fin. Rot. decis. 15. de rescript. in antiq.*
53 Item quando conceditur † processus exe-
cutiuus, vel propter paruam summam, vel
in causis pendentibus coram Iudicibus or-
dinarijs in Curia, qui possunt, vsque ad cen-
tum summam vigore eorum ordinariæ fa-
cultatis executiuè procedere, & etiam in
excedentibus dictam summam, dummodo
54 notabiliter non excedant, † & coram A. C.
qui inter Curiales à ducentum infra, potest
procedere summariè, absque dilationibus,
& seruatione terminorum, à ducentum ve-
ro supra debent seruari termini, in Rota
seruari soliti, *Vestr. lib. 2. cap. d. fol. 25.*

De terminis seruandis, in diuersis Iudicijs.

Artic. VI.

55 *Termini nulli in quibus causis seruentur ab ordinarijs Iudicibus.*

56 *Causa leues, & quæ reassumi nequeunt ab alio Iudice.*

Termini qui seruentur in causis ab 11. scut. infra ibid.

57 *Iudices Ripæ, & Ripettæ quæ in actis debeāt exprimere.*

58 *Clausula quænam addatur in Commissione, quando petitur processus executiuus, & brachium sæculare.*

59 *Terminus ad procedendum, quando, & in quibus causis, præfigatur.*

55 HOdie à quinque scutis† infra, coram Iudicibus ordinarijs, nulli termini seruari possunt, sed oretenus tantum cum sola simplici citatione expediendæ sunt causæ, nisi aliud Iudici ex causa videatur, & de hoc habentur, quæ dicit *Reformatio Pauli V. ad quam est recurrendum, tit. de Iudic. in caus. ciuil. §. expediant.* Quæ vero nōn

56 excedunt† scuta vndecim, & vertuntur coram Iudicibus ordinarijs, sicuti non possunt reassumi ab alio Iudice, *vt ibid. §. causas*, ita in illis seruatur solus terminus ad dicendum contra, & soluendum.

57 Quæ coram Iudice † Burgi, Curiæ Sabellorum, Ripæ, Ripettæ, fiunt, terminantur executiuè, *& iuxta Reformationem Tribunalis Vrbis editam à S. mem. Pio IV. Constit. 58. & à Paulo V. Constit. 71. suis §§. particularibus videndma.*

58 Et semper, quando † petitur processus executiuus, constito de certa qualitate, & deinde brachium seculare, additur clausula in Commissione, in euentum, quod docuerit, &c. quia illud est vltimum remedium Iudicis Ecclesiasticis, *Scaphil. cap. 16. fol. 121. num. 67.*

59 In causis quoque nullitatum, †restitutionis in integrū, attētatorum, vel etiam propter paruam summam, aut si Actor sit negligens in prosequendo, & Reus instet pro absolutoria ab obseruatione Iudicij, præfigitur terminus ad procedendum, quo elapso, &c. *Vestr. lib. 5. cap. de obseru. term. pro pet. absol. fol. 118.* & hoc potest fieri, quandocunque committatur causa summariè, terminis non seruatis, vel manu Regia.

De iuramento calumniæ.

Artic. VII.

60 *Iuramentum calumniæ, tacitè potest omitti.*

61 *Processus est nullus, non facto iuramento calumniæ petito.*

62 *Ampliatur etiamsi aduersus sententiam dici nequeat de nullitate.*

63 *Iuramentum calumniæ, est iuris naturalis.*

64 *Iuramentum calumniæ, debet præstari etiam in causa appellationis.*

65 *Iuramentum calumniæ, quandoque fit per Procuratorem nomine proprio.*

66 *Iuramentum calumniæ, etiam ab hærede præstari debet, & si defunctus iurauerit.*

67 *Iuramentum calumniæ, præstari potest in quacunque parte iudicij.*

68 *Iuramentum calumniæ, qualiter differat à iuramento verba dicenda.*

69 *Iuramentum calumniæ, an præstari possit per Procuratorem.*

70 *Iuramentum calumniæ, an ferri possit per mandatum generale ad causas, cum facultate iudicis.*

71 *Iurandi de calumnia facultas expresse ponitur in mandato procura.*

72 *Sindicus Monasterij, potest iurare de calumnia absque speciali mandato.*

73 *Fallit, si constitutus sit ad vnam causam tantum.*

74 *Iuramentum in termino extensum, etiam non præsumitur, an valeat.*

75 *Iuramenta omnia extensa, lie et non appareant facta de stilo, sustinentur.*

76 *Probationes vlteriores renunciantur, per conclusionem in causa.*

77 *Commissiones, non solent signari post conclusum in causa.*

78 *Iudex potest admittere noua iura, post conclusionem in causa.*

Conclusio in causa non nocet Iudici, sed partibus, ibidem.

79 *Rota post conclusionem in causa, admittit noua iura.*

80 *Probationes quādo de iure debeant admitti post conclusionem in causa.*

81 *Termini, & dilationes vtrique parti, sunt communes.*

Actor probat, & Reus deinde excipit in profanis, ibid.

60 IVramentum calumniæ, † quamuis tacitè possit omitti *cap. 1. de Iur. cal. in 6. Cassad. dict. decis. 8.* si tamen per partem petatur, nisi deferatur, processus est nullus,

62 etiam † quòd Iudex habeat in facultatibus, quod aduersus eius sententiam, vel processū non posset dici de nullitate iuris positi-

ctus, intelligitur de defectibus iuris positiui, non naturalis, & diuini, qualis est citatio, *Staphil. dicto cap. 4. fol. 278. & seq.* sicuti neque aliquid extrinsecum inducit, *Card. in dicta Clem. in fin.* Idem dicendum est de
136 clausula, ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, quia supplet quidem substantialia, & sanat nullitates, sed hoc facit dummodo processum fuerit paote citata, *Vant. cap. an quæ sent. nu. 12. Staphil. dict. fol. 279.* sed de his latè *Vbert. cap. 13. à nu. 182. vsque ad 194.*
137 Talis autem nullitas † probatur negando citationem, vel per exhibitionem actorum in quibus non reperiatur, aut per testes idoneos, qui interuenerint processui deponentes talia necessaria facta non fuisse, sicut etiam diximus de nullitate iurisdictionis, & mandati, per *Vant. cap. à quo, & quibus null. poss. prob. num. 12. & 18. & cap. de nnl. lit. cit. num. 12. & seq. Vbert. dicto cap. 14. à num. 110. fol. 486. tom. 3. cap. 16. num. 124. folio 199. vsque ad nu. 129. fol. 809.* & dixerat antea *cap. 12. num. 84. & seq. fol. 61. & cap. 13. num. 4. fol. 240. vsque ad num. 90. fol. 258. tom. 3.*
138 Si verò Papa, † vel Imperator in sententia quem fuisse citatum asserit, statur eorũ assertioni, quamuis aliter de citatione non constet, *Card. in dicta Clem. pastoralis, num. 10.*
139 Quando itaque petitur † sanari processus factus parte absente, Signatura rescribit, cum clausula, parte legitime citata, *Staphil. dicto fol. 278.* hæc autem, si citatio fuit in totum omissa.
140 Sed si non fuit † in totum omissa, sed fuit malè executa, dummodò alias sit legitima, tunc sufficit deuenisse ad notitiam citati, & de hoc constet ante seruationem terminorum: si lis pendet in Rota, Auditor
141 vigore † Innocentianæ, potest procedere ad vlteriora, ac si debito modo fuisset executa; vt cauetur in dicta Innocentiana, & dixit *Rota decis. 11. de dol. & contum. in no u. Vestr. dicto cap. de execut. cit. ad pan. fol. 84.*
142 Si autem lis pendeat † coram alijs Iudicibus, est necessaria commissio sanatoria nullitatis prouenientis à non legitima executione citationis, & additur semper clausula, dummodo ad notitiã citati peruenerit, *Vant. dict. cap. quib. mod. null. san. coss. n. 122.*
143 *Staphil. dicto fol. 408.* Ex quibus † autem proueniat nullitas citationis ex facto partis, Iudicis, vel Nuncij, & alia plura, dicit *Vber. d. cap. 14. dicto num. 100. cap. 16. nu. 124. & seqq.* & prius *in cap. 12. nu. 85. & cap. 13. num. 1. vsque ad num. 122.*
144 Et sufficit vtroque casu † quomodo hæc notitia probetur, dummodo sit certa & plena, *Clem. causam, de elect.* ex qua fuit sumpta praxis sanandi huiusmodi nullitatem.
145 Notitia citationis, † præsumitur ex pluribus: vt putasi post eam citatus constituit Procuratorem ad causam, vel si reperiatur
146 in Iudicio, postquam longè absuit, † quia comparens post emanatam citationem præsumitur citatus, *Egid. conclus. 374. Rot. decis. 16. de Iud. in antiq. Gomes. in dicto compend. fol. 116. Vestr. fol. 84. & seq. & lib. 5. cap. de reiterat. termin. fol. 123. Vant. num. 22. Staphil.*
147 *fol. 278. & seqq.* & quomodo † ista notitia per testes, per instrumenta, per acta, & huiusmodi probetur, ponit *dict. Vbert. dict. c. 13. num. 132. vsque ad num. 137. fol. 265. & seqq. tom. 3.*
148 Si autem nullitas executionis † prouenit à persona Nuncij, puta quando erat facienda per Cursorem, & fuit facta per mandatarium, tali casu signatur commissio sanatoria, vel reiteratoria terminorum; cum clausula, præcedente citatione præsentanda per Cursores.
149 Si etiam citationes † per edictum fuissẽt nulliter, vel nimis inculcatè factæ, signatur commissio sanatoria processus, cum clausula, dummodo post citationem legitimè executam, tantum tempus effluxerit, quod termini ritè seruari potuerint.

De citatione, & Inhibitione, & cui, & à quo & contra quos possint concedi, & exequi.

Artic. IX.

150 *Citatio, & inhibitio simul de consuetudine solent decerni.*
Iudex non potest alteri inhibere, nisi coram eo lis pendeat. ibidem.
151 *Iudex adiunctus, an possit statim præsentata commissione inhibere.*
152 *Declara tamen, si agitur de inhibendo extra curiam, secus in curia.*
153 *Rota, causa sibi commissa, non solebat inhibere, nisi docto de appellatione.*
154 *Iudex commissarius, si potest citare extra curiam, potest etiam inhibere.*
155 *Citatio, & inhibitio, pari passu ambulant.*
156 *Iudex commissarius, potest inhibere præsenti, vel absenti, volenti, vel nolenti.*
157 *Citatio tamen ad videndum sibi inhiberi, solet fieri etiam præsenti.*
158 *Iudex appellationis post appellationem iudicialem, potest parte non citata inhibere.*
159 *Declara tamen, hoc non fuisse firmatum ab Vberto.*
160 *Inhibitio, an sufficiat facta parti, & non iudici.*
161 *Inhibitio præsentata iudici, vel parti, an causet attentata.*

162 Iudex

162 Iudex, quando possit ex officio parte non citata inhibere.
163 Inhibitio, si fiat ad instantiam partis, requiritur citatio.
164 Iudex appellationis, quando possit inhibere, remissiue.
165 Cardinalis alteri, neque Prælatus solent inhibere, sed intimare commissionem causæ.
Declara intimationem prædictam, habere vim citationis, ibidem.
166 Inhibitio Episcopis, sub quibus pœnis fieri soleat.
167 Commissio inhibendi sub censuris, & pœnis olim an dabatur, & qualiter.
168 Inhibitio an concedatur, instante asserto procuratore, & an valeat.
169 Declara tàm contra litigantes, quàm iudices, & tertium, & quem.

150 ET, quia excommunicatio, † & inhibitio, semper ferè simul solent decerni, videtur etiam aliquid dicendum de inhibitione. Sciendum est igitur, quod licet iudex non possit alteri Iudici inhibere, ne aliquid audeat innouare, nisi saltem coram eo lis pendeat, *iuxta cap. tuam, extr. de ord. cogn. & cap. latum, extr. qui fil. sint legitimi*. Et ideo videatur, quod citationi debeat præcedere summaria cognitio, an appellatio sit admittenda; *cap. Romana, §. si autem, de appell. in 6. Cassad. decis. 10. de rescript.*
151 De stilo tamen nostræ Romanæ † Curiæ quilibet Iudex, etiamsi sit adiunctus, potest statim præsentata commissione inhibere, simulque decernere citationem, & inhibitionem, *Rot. decis. 4. de rescript. Staphil. c. 21. fol. 341. Vbert. cap. 3. num. 66. fol. 89.* Sed hoc
152 procedit † in citationibus, & inhibitionibus extra Curiã mittendis, secùs autem in Curia, quia tunc semper debet præcedere citatio ad dicendum contra commissionẽ, *Vbert. dict. cap. 3. num. 67. fol. 89. tom. 1.*
153 Si committatur † causa appellationis in Rota, isti DD. Auditores antiquitus nunquam solebant inhibere, nisi prius docto de appellatione, *Rot. decis. 68. de appell. in antiq.* quod secus est hodie.
154 Si Iudex † vigore commissionis potest citare extra Curiam, poterit etiam extra Curiam inhibere, licet hoc non exprimatur
155 in commissione, quia † pari passu procedũt, citatio, & inhibitio; & quod dicitur de vna, dicitur etiam de alia, *Cassadorus decis. 4. de rescr. Rot. decis. 3. in fin. de appellat. in nou.*
156 Et potest inhibere parti † præsenti, vel absenti, volenti, vel nolenti, *Staphil. dicto fo-*
157 *lio 341.* & quamuis † si Aduersarius est præsens soleat, citari ad videndum sibi inhiberi, *Rot. decis. 27. de dol. & contum. in antiq.* de
158 iure † tamen Iudex appellationis, dummodo appellatum fuerit in Iudicio, potest etiã parte non citata inhibere; *Gemin. in dicto cap. Romana, §. si vero, in fine.* Licet contrariũ
159 videatur † firmatum à *dict. D. Vbert. dict. cap. 3. nu. 57. fol. 85.* qui *num. 77.* dicit etiam
160 quod sufficit † inhibere parti, absque eo, quod inhibeatur Iudici, & dixerat superiùs *num. 37. fo. 79. tom. 1. & num. 93.* dicit
161 quod præsentata Iudici, † vel parti causat attentata, *vt fol. 75.*
Imò etiam in appellatione extraiudicia-
162 li, potest Iudex, † etiam ex officio, parte non citata inhibere, *cap. non solum, de appell. in 6. Card. in cap. consuluit, quæst. 130. extra de*
163 *vsur.* licet † alias si inhibeat ad instantiam partis, requiratur citatio Aduersarij, *Rota decis. 44. de dol. & contum. in antiq.* & de hoc
164 quando † Iudex appellationis possit inhibere, ac quæ debeant præcedere inhibitionem, videndus est *Gemin. in dict. cap. Romana, §. quod si. Vestr. lib. 8. cap. vt lit. pend. folio 271.*
165 Quando vero † causæ cõmittuntur Cardinalibus, non solet vnus Cardinalis alteri, neque Prælatus Cardinali inhibere, propter reuerentiam dignitatis; sed solummodo intimatur causam sibi fuisse commissã, & ista intimatio habet vim inhibitionis, *Rot. decis. fin. de dol. & contum in antiq. Gemin. in dict. compend. fol. 159. & seq. Staphil. cap. 11. fol. 306.*
166 Similiter si vellet † inhibere sub censuris, & pœnis, Episcopis, propter sacrum officium, quod exercent, non inhibetur sub pœna excommunicationis, sed suspensionis tantum, *cap. 2. de off. deleg. in 6. iuncta glos. in cap. 1. extra de Cler. vena. Staphil. cap. 9. folio. 299.*
167 Olim quando † in Commissione petebatur facultas inhibendi sub censuris, & pœnis, debebatur verbum *pœnis*, ne Reus duplici multa vexaretur, *Staphil. ibidem, folio 299.*
168 Inhibitio quoque † conceditur, etiam ad instantiam asserti Procuratoris, cum promissione de rato, & est validè concessa, *Put. decis. 24. de fid. instrum.* & dicit *D. Vbert.*
169 *dict. cap. 3. num. 102. fol. 95.* & afficit, † & datur contra litigantes, & contra Iudices, & adhuc contra tertium, qui liti posset præiudicare, *Rot. decis. 2. vt lit. pend. in antiq.*
Vnde autem oriatur praxis citationis cum supersessoria, videndus est *Tomat. decis. 283. tom. 2.*

De

De Citatione per Diligentias.

Cap. VII.

Quid sint Diligentiæ, & quomodo fiant.

Artic. I.

1 *Citatio per diligentias, fit contra latitantes.*
Citatio per contradictas, fit contra absentem, & non comparentem. ibid.
Citationes per diligentias, & per contradictas; in quo differant. ibid.
2 *Diligentiæ contra quem fiant, & quando in illis procedatur.*
3 *Citatio contra articulos, primo loco fit in diligentijs.*
4 *Citationis formula contra articulos, qualiter extendatur.*
5 *Fides Cursoris non reperiendi reum, quomodo scribatur.*
6 *Decretum citationis per diligentias, quomodo per iudicem fiat.*
7 *Citatio per diligentias reiteratur per duos Cursores, & quam fidem faciant.*
8 *Decretum secundæ citationis per diligentias qualiter fiat.*
9 *Citatio tertia, & vltima, quomodo fiat in diligentijs.*
10 *Articulorum repetitio in Broliardo, quomodo fiat in diligentijs.*

1 Dictum est de citationibus, † quæ vt dixi, quoniam diuersimodè fieri contingunt, scilicet, contra latitātes per diligentias, & contra absentes, & non comparentes per contradictas; licet eadem omnes istæ in substantia contineant, attamen, quia modus est diuersus, de eo distinctè agemus, & primo loquemur de diligentijs.

2 Diligentiæ itaque † sunt contra Reum conuentum perquisitio, quando in iudicio aliquando comparuit, & postea cępit latitare; & forma diligentiarum hæc est.

3 In primis fit citatio, † quæ datur absque latitatione, vel infrascripta, vel alia, qua magis eges.

4 Citetur D.N. exaduerso principalis ad dicendū † contra articulos in actis facto datos, videndum illos ad probandum admitti, &c. iuxta formulam superiùs per me expressam, vel quæ potest videri *apud D. Gratiosum in sua praxi citationum*.

Cursor sic, vel simili modo eam exequitur.

5 Feci diligentias per Vrbem, † & per loca publica, & consueta, inueniendi d.D.N. quem inuenire, & reperire non potui: die, &c. Mensis, &c. 1655. Carolus de Naue, &c. licet cognomen, & annum Cursores pauci apponant.

Ista citatio reproducitur, & fit instantia, & decretum sequens.

6 Relatione facta comparuit † idem citra, &c. & petijt, & institit diligentias cōmitti duobus Cursoribus in forma, omni, &c:

Deinde fit alia citatio similis, & illius
7 executio † fit per duos Cursores: Fecimus diligentias per Vrbem, & loca solita, & consueta inueniendi d. D. N. & non potuimus eum inuenire, & reperire: hac die, &c. mense, &c. anno, &c. Carolus Naues, & Andreas Castruccius Sanctissimi Domini Nostri Papæ Cursores.

Reproducitur citatio, & fit decretum.

8 Relatione facta † comparuit, idem citra, &c. & stantibus diligentijs, petijt, & obtinuit procedi per affixionem ad valuas Curiæ, & in acie Campi Floræ, in forma, omni, &c. fit deinde † tertia, & vltima citatio similis, & diligētes Procuratores, post illa verba citetur D.N. exaduerso principalis, addunt, per affixionē ad valuas Curiæ, & aciei Campi Floræ, & postea sequuntur ad dicendum contra articulos, &c. vel prout eget.
9

10 Relatione facta comparuit, † idem citra, &c. Et repetijt articulos in Broliardo productos, & illos obtinuit admitti, si & in quantum, & alias, vt supra, & examinari, sine præiudicio impertinentium, & non admittendorum, nisi ad p. d. cum intimatione, omni, &c.

Quibus casibus permittatur diligentiæ, & quomodo debeat probari, è contra reperibilitas.

Artic. II.

11 *Modus faciendi diligentias.*
12 *Quomodo probetur reperibilitas.*
13 *Citatus per diligentias, non appellat post decem dies.*
14 *Et habetur, ac si personaliter fuisset citatus.*
15 *Nec sufficit, quod citatus compareat aliquando, sed requiritur quod sit reperibilis.*
16 *Vt annulletur processus per diligentias, requiritur probatio reperibilitatis clarissima.*
17 *Processus per diligentias, per duos Cursores, fit ad maiorem cautelam.*
18 *Iuramentum officialis satis est, quod fuerit præstitum in limine susceptionis officij.*

Modus

11 Modus faciendi huiusmodi † diligentias, primo per vnum Cursorem, & deinde per duos, vbi diximus supra,& successiuè procedendi per affixionem, non solum reperitur approbatus à stilo Romanæ Curiæ, sed etiam est de iure, vt testatur *Rota in vna Salernitana pensionis, 8. Martij 1585. coram bon. mem. Blanchetto.*

12 Et ideo sententia lata† cum hoc processu dicitur sustineri: & si quis dicit, quod citandus poterat reperiri, debet probare reperibilitatem, nec sufficit si probet, quod puta, in Ecclesia, cui serniebat, faciebat suas functiones, quia hoc non est probare reperibilitatem, cum sit necesse quod hæc sit vera, & realis, & quod citandus publicè, & palam comparebat in locis omnibus solitis, consuetis, & publicis; adeò, quod potuerit propterea commodè, & sine difficultate citari; secùs enim creditur Cursoribus referentibus non reperijsse, *vt in Mutinen. Canonicatus 14. Martij 1603. coram bo. me. Lancellotto.*

13 Hincque oritur, † quod quamuis non citatus personaliter ad sententiam, possit ab ea appellare à die habitæ notitiæ, hoc nihilominus facere non potest ille, qui cum esset citandus, dolosè latitauit, & fuit propterea contra eum processum per diligentias: hoc enim casu, tempus contra eum

14 cucurrit, perinde ac si fuisset † personaliter citatus, & non à die notitiæ, sed à die sententiæ, sic docet *Rota in Vrbeuetana prioratus, 15. Decembris. 1645. coram R.P.D. meo Bichio.*

Latitatio autem supradicta concluditur; per dictas diligentias Cursorum, ad id à Iudice deputatorum, *ibidem.*

15 Nec sufficit, vt annui supra, † quod citandus aliquando compareat, quando puta sibi placet, & sibi videtur expedire; quia debet comparere semper, & non denegare copiam personæ suæ, ob timorem citationum, *ibidem.*

Sicut nec sufficit, ad annullandum processum huiusmodi, quod citandus compareat solum diebus, in quibus cadunt acta, quæ fiunt ad sui fauorem; & latitet in alijs diebus: cum sit necessaria, vt supra, copia sui omnibus indistinctè diebus, *ibidem.*

16 Vbi etiam habetur, † quod, qui vult annullare processum factum per diligentias, debet adeo clarè probare sui copiam indistinctè fecisse, & quod ita sæpius practicauerit per loca solita, & consueta, vt potuerit nonnisi facilè reperiri; alias enim dictus processus sustinetur, & valet sententia, ac si personaliter fuisset apprehensus.

17 Et vlteriùs † aduertendum est, quod iste modus procedendi, primo per vnum Cursorem, & deinde per duos, fit ad maiorem cautelam, vtque processus melius sustineatur; deputantur enim duo antequam decernatur processus per affixionem, quia in omni materia, bona dicitur diligentia, quæ fit per duos officiales, qui de eis cum iuramento referant, *vt dixit Rot. decis. 323. par. 3. recentior.*

18 Sed hoc iuramentum, † quamuis multi dixerint esse necessarium, in actu relationis, attamen verior opinio est, quod sufficit per officiales præstitum fuisse, in adeptione officij de illo fideliter exercendo, *Ludouis. decis. 287. num. 2.* qui dicit, quod *Caputaquen. decis. 265. par. 1.* qui dicit requiri iuramentum officialis in dicto actu, non obseruatur.

De alijs diligentijs, quæ debent fieri, pro reperiendo personam citandi, antequam deueniatur ad citationem domi dimissa copia, dixi supra, & habentur magis fusè à *D. Gratioso in dicto tract. de citat. cap. 7. num. 212. & pluribus seqq.*

De Citatione per Contradictas.

Cap. VIII.

De formulis contradictarum.

Artic. VIII.

13 *Contra-*

13 *Contradicta fiunt absentia, per testes probata & quomodo.*
14 *Processus potest impedire processus, per contra dictas refectis expensis.*

1 FOrmula contradictarum, est † huiusmodi.

Mandat Illustrissimus, & Reuerendissimus D. A. C. siue R. P. D. Baranzonus, eius in ciuilibus Locumtenenens, per Audientiam litterarum contradictarum Sanctissimi Domini Nostri Papæ, prout moris est. Citetur Dominus N. exaduerso principalis, quatenus prima die iuridica compareat coram dicto A. C. siue dicto D. Locumtenente, ad dicendum contra iura producta, & repetita, videndum iurare testes super illorum recognitione, quatenus opus sit, admitti, & mandari restitui, dimissa copia collationata, vel dicendum contra, in causa, & causis, &c. Instante Galeatio Gobbetto principali, sine &c. in quorũ, &c. Datum Romæ. Anno Domini 1655.

2 Istæ contradictæ † leguntur die iuridica, in audientia contradictarum, & Notarius ipsarum subscribit illas in hanc formam Iacobus Simoncellus.

3 Deinde reproducuntur † in actis Notarij causæ, & in pede, fit instantia, & decretum infrascriptum.

4 Relatione facta comparuit, † idem citra, &c. & repetijt iura hodie in Broliardo producta, & repetita, & petijt, & instetit, & obtinuit admitti si, & in quantum, & alias, vt supra, omni, &c.

5 Cum istis contradictis concipitur, † & finitur processus, prout de alijs citationibus dictum est, in quocumque Iudicio, & de quacumque re agatur; & sententia sic per contradictas lata, valet. *Rota in Nucerina affictus, 4. May 1648. corã R. P. D. Verospio in fol.*

6 Fiuntque, & leguntur † omni, etiã, & toto anni tempore, excepto eo, quando Iudices commissarij, conquiescunt à, principio, scilicet Iulij, vsque ad principiũ Octobris, quod etiam euenit tempore Sedis vacantis per obitum Papæ, vt dicam infra. Quo tempore loco contradictarum fiunt edicta, de quibus inferius loquemur.

7 Dantur coram A. C. huiusmodi citationes, quando Procurator post cęptum Iudicium defunctus est in Curia, absque eo etiam quod pars contraria teneatur iterũ in partibus citare suum Aduersarium, *Rota in Leodien. pecuriaria, 28. Iunij 1647. coram R. P. D. Bichio in fol.* non obstante, quod *Rota decis. 191. num. 6. par. 2. recent.* dixerit quod sit necesse intimare parti mortem procuratoris, ad quod vide *add. ad Ludouis. decis. 494.* hoc enim procedit in Rota, & eius stilo.

8 Dantur etiam contra absentem obligatum in Curia in forma Cameræ Apostolicæ, *Rota in Ariminen. manutentionis 5. Iunij 1648. coram R. P. D. Ghislerio, non impressa.*

9 Quando est † facta mutatio personarũ, est necessaria citatio contra hæredem, quia contradictæ dantur ratione moræ contra eum, qui scit suam obligationem, quod nõ potest dici in hærede, qui præsumitur ignorare, *Rota in dicta causa Ariminen. manutentionis, 1. Iulij 1647. coram R. P. D. Ghislerio.*

10 Nec omitto, quod dantur etiam contra illum, qui fuit semel citatus personaliter, & fuit contumax, vel saltem ad eum tutus accessus non pateat, per edictum: si enim

11 deficeret talis citatio, † contradictæ non essent validæ, nec citatum afficerent, & sententia sic lata, esset ipso iure nulla, *Rota in Tiburtina Castri S. Angeli, 18. Iunij 1649. coram R. P. D. Meltio, inter vagantes, &* dixerat antea *in Ianuen. separationis Thori, 5. Maij 1632. coram Coccino, inter volantes.*

12 Et vlterius, † quod dentur contra illum qui aliquando comparuit, & postea absuit

13 sed hoc casu, † necesse est ante omnia probare absentiam illius, non quidem per fides simplices, sed per testes, qui deponant de certitudine talis absentiæ, *vt infrascript decisione.*

14 Poterit tamen Reus † in quacumque parte Iudicij comparere, & (refectis expensis) impedire Procuratorem per contradictas, *Rota in Romana census, 21. Maij 1627. coram clar. mem. Cardinali Vbaldo, in folio.*

Ab contradictæ sint permissæ tempore Sedis vacantis Summi Pontificis.

Artic. II.

15 *Contradictæ non dantur, quando adest procurator notus actori in Curia.*
16 *Non dantur coram Commissarijs, si non adest prima citatio personalis.*
17 *Processus per contradictas, non dicitur permissus sine expressa licentia in commissione.*
18 *Nec sufficit generalis expressio.*
19 *Si fuit reuocatus procurator, qui mandatum non acceptauerat, requiritur noua citatio.*
20 *Contradictæ non impediuntur à sola constitutione procuratoris, nisi mandatum acceptet. Et nec sufficit acceptatio in alia causa, ibid.*
21 *Contradictæ fiunt ex vrbanitate, non autem ex necessitate.*
22 *Dic procedere in Iudicijs ordinarijs, secus in executiuis.*

An

23 *An Sede vacante possit procedi per contradictas.*
24 *Negatiuam firmat Auctor.*

IGnorare etiam non debemus, quod si
15 adest Procurator in Curia, † contradi-
ctæ non permittuntur, *secundum Rotam in*
vna Bononien. Parochialis, 26. Aprilis 1649.
coram Reuerendiss. Rojas, quæ alias etiã con-
questa est de eo, qui sciebat Procuratorem
contra se coram A. C. produxisse suum
mandatum, etiam in alia causa, & eo
non obstante processit per similes citatio-
nes, *vt in Cortonen. pensionis, 5. Iulij 1599. co-*
ram bon. mem. Cardinali Seraphino.
16 Coram Iudicibus † Commissarijs, si non
adest prima citatio personalis, non proce-
ditur per contradictas, nisi saltem præce-
dat citatio per edictum de mandato Papæ
concessa: & in hoc est aduertendum, quod
17 illa, † vt dicatur concessa, est necessaria
expressio eius, nedum in commissione, sed
etiam in ipso rescripto Cardinalis Præfecti:
& datur, vel in casu, quo citandus latitat,
& impedit se citari; vel in casu, quo pegit
in aliquo loco, ad quem tutus non patet
accessus, quam citationem legitimè exe-
quutam, subsequuntur postea contradictæ,
vt in Iannen. separationis Thori 17. Februa-
rij 1632. coram R. P. D. Coccino, vbi quod re-
18 quiritur, † vt fiat digressio specifica, ita vt nõ
sufficiat generalis expressio, & quod Signa-
tura debet exprimere facultatem, post edi-
cta procedendi per contradictas, etiamsi
non adhesset prima citatio personalis.
Si etiam re integra fuit reuocatus Procu-
19 rator constitutus, qui mandatum † non ac-
ceptauerat, se tamen pro tali oretenus pu-
blicauerat, debet fieri noua citatio, *vt in di-*
cta Tiburtina Castri S. Angeli, quod quidem
quando habeat locum, videndum est in ea-
dem decisione.
Ad impediendum autem processum hu-
20 iusmodi, non sufficit † quod fuerit consti-
tutus Procurator in Curia, si ille mandatũ
non acceptauit, *vt voluit Beltraminus ad*
Ludouisium, decis. 106. & 430. vbi etiam di-
citur, quod non sufficeret acceptatio in
alia causa, sed quod requiritur acceptatio,
& productio mandati in eadem causa, & id
quod dicitur de constituto, habere etiam
locum in substituto.
Sciendum est etiam, quod istę citationes
21 non fiunt hodie ex aliqua † necessitate, sed
ex pura vrbanitate, dumtaxat, *secundum*
Beltraminum ad Ludouis. decis. 430. & Put. de-
cis. 34. lib. 2. idemque dixit *Rota in Abulen.*
beneficiorum, 4. Iunij 1607. coram Cardinali
Sacrato. quod ego credo verum, in iudicijs
22 ordinarijs, vel quando proceditur † in
gradu appellationis, hoc enim casu dantur,
vel monitoria, vel citationes cum trina mo-
nitione, quæ continet peremptorium, & ci-
tationes ad omnes actus successiuos, vsque
ad finem Iudicij: & non puto esse verum in
executiuis, coram A. C. quando proceditur
cum citationibus Cameralibus impressis,
quæ dant simpliciter tempus congruum
ad comparendum, & se opponendum ob-
ligationi Camerali, absque expressione pe-
remptorij; hoc enim casu *constitutio 113.*
Pij V. in bull. nou. tom. 2. fol. 239. mandat fie-
ri certas citationes, vt per seipsum quis-
que videre potest.
Quia vero nuper orta est dubitatio, an
23 tempore † Sedis vacantis Innocentij X. po-
tuerit procedi per contradictas, vel potiùs
per edicta; Plurium opinio, & præcipuè
Substitutorum A. C. fuit, quod processus
per contradictas teneant ex consuetudine,
vt dicunt, inueterata, seu potius ex di-
spositione *l. Barbarius, ff. de off. prætor.* & pro
validitate addebant, quod Auditor con-
tradictarũ, erat olim Iudex ordinarius, sicut
A. C. *vt est glos. in Clementina Auditor, nu. 3.*
circa finem, & dicit *Imol. ibid. num. 13. de re-*
script. vbi *Zabarell. num. 50.* & testatur *Vestr.*
cap. 5. lib. 1. & hinc inferebant, quod consue-
tudo prior procedendi per contradictas
coram dicto Iudice, fuerit continuata vsque
ad tempora hodierna.
Nihilominus alij practici, vt credo, sa-
24 nioris opinionis, † allegant nullitatem, ex
quo, quamuis dictus Auditor antiquitus
Iudex esset ordinarius, hodie tamen factus
est Iudex commissarius, *vt dicit Vant. de nul-*
lit. ex defect. iurisd. ordin. num. 16. fol. 124.
& hæc est causa, vt inquit *Tiberius Salustius*
lib. 1. cap. 44. num. 6. cur in dictis ferijs loco
contradictarum edictis vtimur, & infertur,
quod sicuti in dictis ferijs cessat audientia
contradictarum, ex quo illarum Auditor
est delegatus, ita eius officium cessare de-
bet tempore Sedis vacantis, *ex vi consti-*
tut. 63. §. 9. vsque ad 13. Pij IV. in bull. nouo
tom. 2. fol. 69. non obstante, quod ipse A. C.
sit Iudex ordinarius, & iurisdictionem vi-
deatur habere à Cardinali Camerario, *per*
text. in Clemen. ne Romani, §. eo tamen, de elect.
& electi potestate, vbi glos. verbo Camera-
rium.
Et quamuis esset Iudex ordinarius, non
ideo oriretur, quod dd. temporibus posset
procedere per contradictas; si enim posset
vtique illis vteretur etiam in ferijs fæstiuis;
sed non vtitur, quia hoc prouenit à iurisdi-
ctione Auditoris contradictarum, cuius fa-
cultas tempore feriarum, & Sedis vacantis
dicitur obdormire.

23 *Contra absentem aliquando non dantur sola, sed sunt citandi agnati, & amici.*
24 *Et quot edicta requirantur:*
25 *Et quomodo exequantur.*

SVpradictus A.C. & Iudices Cameræ Apostolicæ procedunt per edicta publi-
8 ca, vigore facultatum, vltimo loco † in specie concessarum *à Gregorio XIV. & Paulo V. in constitut. indicatis, cap. de contradictis*: nisi enim facultatem haberent in dd. constitutionibus generalibus, necessaria esset in quacunque causa commissio specialis, in qua sibi talis facultas demandaretur; Hoc tamen non est de Iure Ciuili, quia hoc iure
9 omnis † Iudex ordinarius potest procedere per edictum, *auth. qui semel, C. quomodo, & quando Iudex, Felin. in cap. quoniam frequenter, §. porro, num. 13. & 15. vt lite non contest.* Sed
10 est de Iure Canonico, † propter quod requiritur speciale rescriptum, *vt voluit Innocentius VIII. in extr. rem non nouam, de dolo, & contum. Clem. dudum, de iudic. & cap. causam de elect.* quos testes refert *Rota in supra allegata Iannen. separationis thori, 18. Februarij 1620. coram bon. mem. Coccino.*

In quo etiam est aduertendum, quod, vt
11 processus dicatur legitimus, necesse † est, quod similes citationes in Curia, duobus in locis vicinis in partibus affigantur; non enim necesse est, quod dicti loci sint viciniores, *Achil. decis. 15. de dol. & contum.*

Pro executione autem valida, citationes
12 originales debent affigi, legi, † & dimitti affixæ per plures horas, & talis affixio debet fieri in valuis maioris Ecclesiæ, secundum *Cassador. decis. 1. & 6. de dol. & contum. Vestr. lib. 4. cap. 3. num. 4.* Adeo, vt si non fuissent affixæ, processus esset nullus: sed quod suf-
13 ficiat, † quod affigatur transumptum authenticum, *dicitur in dicta Iannen. separationis thori, & Put. qui decis. 27. lib. 2.* vult, quod sufficiat, si citatio originalis, legatur absque eo, quod dimittatur copia affixa, reprobatur *in dicta Iannen.* tanquam hoc dixerit de suo capite.

Est etiam aduertendum, quod in dicta
14 citatione debet dari † terminus competens ad comparendum, secundum locorum distantiam, alias processus corruet, vt tanquã de pulcra praxi testatur *Bartol. in extr. ad reprimendum verbo per edictum, n. 5.* quem refert *Rota in dicta Iannens. superius allegata.*

Tempus enim modicum datum ad comparendum non arctat citatum, & irritat citationem secundum *Put. decis. 150. lib. 3.* Et quamuis non desit, qui dicat, quod citatio nõ est nulla, sed quod admittat appellationẽ, nihilominus verior est opinio tenentiũ pro nullitate, dũmodo nõ fuerit personaliter executa, vel probetur deuenisse ad notitiã citati, hoc enim casu sustinetur, nisi appelletur, alias est nulla, & non arctat ad com-
15 parendum:, † nec in termino, nec post terminum, *Adden. ad decis. 5. num. 20. de rescript. in nou.*
16 Item pariter est aduertendum, † quod in citationibus per edictum, est semper duplicandus terminus, solitus dari in alijs citationibus, puta si daretur in alijs terminus decem dierum, in istis est duplicandus, & est dandus viginti: Si autem in illis, viginti, in istis dantur quadraginta, *vt Adden. ad dict. decis. 5.*
17 Processus verò per edicta † non sanaretur, si Procurator citati postea compareret, *Clement. causam, in fin. de electionibus*: quia ad effectum, vt sanet dictum processum, duo requiruntur. Primò, quod constitutio illius facta sit post citationem ad dictam causam: secundo verò, quod in dicta causa compareat, *Achill. decis. 7. de dol. & contum. Vestr. lib. 7. cap. 1. Seraphin. decis. 1366.*
18 Aduertendum est etiam, † quod quandoque dantur edicta generalia, quando nescimus, quis sit citandus; prout euenit, vel quando mortuus est aliquis, & nulli notificantur hæredes, vel alio simili casu, quando enim sunt certi, debent nominatim citari, & non per edictum, *Surd. decis. 5. Boer. decis. 225.* præcipuè autem absentes, & vagabundi citantur per edictum, *Marant. par. 6 membr. 1. nu. 89. Felin. in cap. exhibita, nu. 1. post princip. de iudic.*

Illorum autem executio; si agitur con
19 tra laicos, † fit in valuis Palatij; si verò cõtra clericos in valuis Ecclesiæ maioris, loci illius, vbi Curia Romana residet, cum Summo Pontifice: ad hoc, vt cunctis possit apparere; & sic executa, arctat, ac si citandi personaliter apprehensi fuissent, *Clement. dudum, de iudic. & extrauag. rem non nouam, §. non obstat, de dol. & contum. Vestr. lib. 4. cap. 3.*

Hocque edictum debet habere ista requi-
20 sita: primò nomen Iudicis † citantis: secundò nomen eius, qui citatur, si est certus alias enim nominatum genericè per verba, si qui sint, vel velint, &c. tertiò nomen eius ad cuius instantiam proceditur: quartò locum in quo comparere debeat: quintò tẽpus intra quod debet se; præsentare: sextò vero causam propter quam citatur: hęc ponit *Marant. par. 6. memb. 1. num. 63.* & maxi-
21 mè est † aduertendum, quod si præcessit cõmissio, forma illius præteriri non potest, alias enim processus esset nullus, *cap. causam de elect. Cassador. decis. 1. de appell.*
22 In Vrbe autem hodie † fit in valuis S. Petri, & Cancellariæ Apostolicæ, vel in acie

Campi Flotæ, *Vestr. lib. 4. cap. 3.* & ista est opinio *Rotæ, de qua in dicta Iannen.*

Aduertendũ est etiam in casu, quo citan-
23 dus est absens, † & non datur modus quomodo citari possit in loco, in quo degit, in casu tamen permisso, quod non potest contra ipsum, sic simpliciter per edictum procedi, secundum aliquos, qui dicunt quod sunt citandi Agnati, Cognati, & Amici, siue citandus sit maior, siue minor, siue pupillus, & hanc opinionem tuentur *per l. item ait, Prætor. ff. ex quib. causis maior in integr. restit. & l. ergo, ff. ex quib. caus. in possess. eatur. Innoc. in cap. final. num. 2. de eo, qui mittitur in possess. num. 3.* dicit procedere in quolibet absente, & idem dicunt alij, qui ipsum sequuntur.

Et non sufficeret in huiusmodi vnum
24 edictum, sed tria † requirerentur domi citati affigenda, secundum *Marant. loco citato, num. 84. & seqq.* Et quando procederetur, vt supra, semper deberet fieri litis contestatio, quamuis alias essemus in casu in quo illa non esset necessaria, *Innoc. in cap. final. num. 4. circa med. de eo, qui mitt. in possess.*

Et sicuti in Curia fit edictorum executio
25 in duobus locis, † ita eadem ratione in partibus, datur etiam in alijs duobus locis, vt præter opinionem Rotæ relatam *in dicta Ianuen. coram Coccino*, dicit *Cassador. decis. 1. de dol. & contum.* Et nisi Nuncius referat modum, quo fecit citationem, relatio erit nulla, secundum *Vestr. lib. 4. cap. 3. in fin.* Sed in his quomodo procedatur, dixi supra.

Monitorium per edictum, quomodo sit formandum,

Artic. III.

26 *Formula citationis per edicta extra Curiam.*

1 Formula autẽ edicti publici † citationis extra Curiam, esse poterit infrascripta, vel similis.

2 Iacobus Franzonus, &c. † Vniuersis, &c. & præsertim Italicæ nationis, &c. salutẽ, &c. Noueritis nobis nuper pro parte, & ad instãtiam Illustrissimi, & Excellentissimi Domini Augustini, aliàs Andreæ Laudati, Ducis Marzani, principalis expositum extitisse, R. D. B. clandestinè, nullaque iusta subsistente causa, extorsisse sibi adiudicari sex loca montium salis, tertiæ erectionis, illaque postea resignasse in faciem Domini Antonij Paribeni Pistorien. non minus nulliter, quam iniustè, prout suis loco, tempore, si, & quatenus opus fuerit demonstrabitur, & verificabitur: quodque cum ipse exponens dicta loca montium recuperare, & pro recuperatione huiusmodi, de iuribus suis in possessorio retinendæ, & quatenus opus sit reintegrandæ, desuper quomodolibet experiri intendat, ad nos recursum habuit, quatenus sibi super his, de opportuno iuris remedio prouidere: ac ex quo ipse Aduersarius degit in dicta Ciuitate Pistoriensi, ad quam tutus non patet accessus, monitorium ad partes per Edictum publicum in infrascriptis locis exequendum, & publicandum, cum pro illo exequẽdo cõtra laicos in dicta Ciuitate, & statu, & partibus, in quibus d. D. Antonius moram trahere, & morari solitus est, trahit, & moratur, & tutus non pateat accessus; desuper necessarium, & quorum in forma solita, & consueta decernere, & concedere dignaremur. Nos autem Iacobus Franzonus Thesaurarius, & Iudex prædictus attendentes, requisitionem huiusmodi fore iustam, & rationabilem, quodque iusta petenti non est denegandus assensus, constito nobis per depositiones Testium fide dignorum, qui de mandato nostro in actis infrascripti Notarij examinati fuerunt, ad dictũ D. Antonium monendum pro præsentibus nostris monitorialibus litteris exequendis, & præsentandis, in eius persona, vel domicilio in prædicta Ciuitate Pistoriensi, & statu, tutum non patere accessum; Monitorium huiusmodi in Romana Curia, & in partibus, ac locis circumuicinis, legendum, affigendum, publicandum, & exequendum fore, & esse duximus, & mandauimus, prout mandamus, & committimus per præsentes. Quapropter per publicum huiusmodi præsens Edictum in Romana Curia, in audiẽtia Sanctissimi D. N. Papæ Alexandri VII. legendum, ac in Cancellariæ Apostolicæ Vrbis, & audientiæ causarum Apostolicarũ, & locis consuetis, necnon extra ipsam Curiam, & in partibus in Ciuitate Tuderti, & Ciuitatis Aquæpendentis Ecclesiarum respectu valuis, seu portis, tanquam in locis magis cõuenientibus, & c õuicinis, ac alibi, vbi tutè fieri poterit, affigendum, & publicandum, prædictum D. Antonium, tenore præsentium Monemus, & requirimus, primo, secundo, & tertio, & peremptoriè, eiq; in virtute sanctæ obedientiæ, & sub 500. ducatorum auri de Camera, locis pijs arbitrio nostro applicandorum, & pro illis mãdati executiui, & in iuris subsidium excommunicationis, alijsque pœnis, districtè præcipiendo mandamus, quatenus statim viri, & receptis præsentibus, & postquam præsentium vigore fueritis pro parte dicti Excellentissimi D. Ducis Augustini principalis requisiti, primo, secundo, tertio, & perẽpto-

riè moneatis, & requiratis, prout nos per præsentes monemus, & requirimus dictum D. Antonium, quatenus infrà vigintiquatuor dierum spatium, post legitimam affixionem, et publicationem, lectionemque præsentium in locis suprascriptis, (vt permittitur,) factas immediatè sequentes, quorum 24. dierum, octo pro primo, octo pro secundo, et reliquos octo dies, pro tertio, ac peremptorio termino, monitioneque canonica assignamus, et vos assignetis, eidem, sub eisdem, quibus suprà censuris, et pœnis, debeat in possessione dictorũ locorũ Montium, dictum D. Ducem manutenuisse, defendisse, et conseruasse, manuteneri, defendi, et conseruari vidisse, et quatenus opus sit à detentatione, occupatione, et spolio illorum cessare destitisse, et abstinuisse, eundemque reintegrare, et ad pristinum statum reposuisse, et reintegrari vidisse, vna cum damnis, expensis, etc. in processu causæ, et causarum huiusmodi liquidan. ac debitam manutentionem, et quatenus opus sit reintegrationẽ fecisse, seu exequi vidisse, et de omnibus, et singulis iuribus suis, si quæ super præmissis habet, haberetque, aut eidem quomodolibet comperijsse prætendat, docuisse, & demonstrasse, & præsentibus, &c. paruisse, deque, &c. certificatione, &c. Alioquin, &c. Loca verò audientiæ publicæ litterarum contradictarum, ac valuarum, seu portarum Ecclesiarum supradictarum, tanquam publica, & idonea pro præsentibus nostris litteris exequendis ad instar Edictorum publicorum, quæ hodie in Albo prætorio scribuntur, duximus eligenda, quæ huiusmodi nostrum monitorium suo quasi sonoro præconio, & patulo subdito publicabunt, in quibus litteras nostras modo præmisso decreuimus, & decernimus publicandas, & affigendas; ne dictus sic monitus ex præmissis, ac præmissorum aliquo, ignorantiam aliquam prætendere valeat, & valeatis, cum non sit verisimile, apud ipsum sic monitum remanere incognitum, & occultum, quod tam patenter, & notoriè omnibus extitit intimatum, & publicatum. Volentes nihilominus, & authoritate prædicta decernentes, quod præsentes nostræ litteræ, seu Monitorium, modo præmisso executum, & publicatum, eundem monitum totaliter arctet, attingat, & perinde valeat, ac si personaliter factum, & executum foret, seu quomodolibet præsentatum. In quorum fidem, &c. datum, &c.

De Terminorum Obseruatione.

Cap. X.

Quomodo sit procedendum in constitutione processus.

Artic. I.

1 *Termini substantiales sunt seruandi, dum processus instituitur.*
2 *Termini substantiales seruantur iuxta morem Curiæ, vbi fit causa.*
3 *Termini substantiales non seruantur iuxta stilum delegan. sed delegat.*
4 *Stilus loci iudicij, attenditur in procedendo.*
5 *Stilus diuersus, attenditur quandoque in decidendo.*
6 *Processus, & sententia corruunt, terminis non seruatis.*
7 *Ordo iudicij, concernens iustitiam, & ius partis, omitti potest.*
8 *Ordo iudicij, concernens ius publicum, omitti nequit.*
9 *Sententia lata, sine terminorum obseruatione, partibus consentientibus, an valeat.*
10 *Ordo iudicij, an tolli possit à Papa in foro laicali.*
11 *Processus est nullus in iudicio extraordinario, si omittatur ordo.*

Redeo ad substantialia processus. Executa igitur, & reproducta citatione, & facta relatione per Nuncium,
1 instituitur † processus, & seruantur hic termini substantiales, secundum ordinem Iu-
2 diciorum, modum, † & stilum Curiæ. Alibi verò iuxta stilum Curiæ, in qua causa tra-
3 ctatur, etiamsi in causa delegata, † diuersus sit stilus ab eo, qui seruatur in Curia dele-
4 gantis, † quia in concernentibus ordinem, & modum procedendi, attenditur stilus
5 loci Iudicij, † licet in decidendo, quando stilus loci contractus est diuersus, ille attendatur, *glos. Bald. & alij in l. fin. C. quæ sit long. consuetud. Guidopap. decis. 362. Vant. de nullit. ex defect. process. num. 56. & 67.* & super hoc vide *Vbert. de citat. cap. 9. num. 404. fol. 146. & cap. 11. num. 438. fol. 21. tom. 2.* Secus enim terminis ita non seruatis pro-
6 cessus † est nullus, & sententia corruit; ratio
7 autem est, quia, † licet ordo Iudiciarius, in quantum concernit iustitiam, & Ius par-
8 tis, possit remitti, & omitti; In quantum tamen concernit ius publicum, omitti, & remitti non potest, *l. probatam, vbi gloss. & DD. C. de sent. & interlo. Vant. dicto cap. in princ. & num. 15. & 17. vsque ad num. 52. Rota*

De terminis in executiuis nullitatum, & miserabilium personarum.

Artic. IV.

22 *Termini qui seruentur in causis executiuis, declaratur.*
23 *Termini qui seruentur in causis nullitatum, remissiuè.*
24 *Termini qui seruentur in causis nullitatis iacta. tionis, & iactationum, ibidem.*
Termini qui seruentur in Curia Capitolina, & quibuscunque causis, ibidem.
Termini qui seruentur in remissorijs compulsorial. & huiusmodi, ibid.
25 *Processus summar. quibus causis concedi nequeat, nisi à Principe.*
Legatus de Latere, an possit summar. processus concedere, ibid.
26 *Ampliatur, si sit cum clausula simpliciter, &c.*
27 *Auditores Rotæ, in quibus causis summariè procedant, præter solitas.*
28 *Processus summarius, an per Signaturam concedi possit.*
29 *Processus summarius in criminalibus, priuat. & iniur. non conceditur.*
30 *Clausula, summariè, per quem ponatur hodie in commissionibus.*
31 *Clausula summariè, an possit poni post sententiam, & quomodo.*
Processus an valeat, non addita clausula summariè, ibidem.
32 *Clausula summariè non posita in executione, denegata censetur.*
33 *Clausula summariè extensa, etiam non petita, valet.*
34 *Clausula summariè, etiam non petita, à Principe potest concedi.*
35 *Clausula summariè semel concessa, valet in tota causa.*
36 *Limitatur, si expressè negetur.*
Ampliatur, etiam alio Iudice subrogato, ibidem.
37 *Clausula summariè simplex, quid in se contineat.*
38 *Clausula summariè, &c. reliqua continet necessaria.*
39 *Clausula, facti veritate inspecta, quid importet.*
40 *Processus summarius cum verbis clausulæ summariè, quid importet.*
Summariè, quomodo procedendum sit in processu, ibidem.
41 *Termini, qui seruandi sint in processu summario.*

22 IN causis executiuis, † vt puta, quando relaxatis legitimis executorialibus deuenitur ad declaratoriã, qui termini seruãdi sint, dicam *infra tit. de declaratoria*, & est videndus *Vestr. lib.8.cap.fin.fol.*283.

23 In causis quoque † nullitatum videndus est idem *dicto lib.8.cap.1. fol.* 244. & latè de
24 seruatione † terminorum in causis desertionum, appellationis, absolutionis ab obseruatione Iudicij, nullitatis, iactationis, & iactationum, vel in Curia Capitolina, & generaliter in quibuscunque causis, & instantijs, vel incidentibus, vt in litteris remissorijs, compulsorialibus, & huiusmodi, dicam infra, & dicit *Vestr. lib.5.per totum, à fol.*198. *vsque ad fol.*144. *Vant. cap. de nullit. ex defect. process. num.* 61. *vsque ad num.*68.

25 Et licet processus summarius, † vltra causas supra enumeratas, à nemine, etiamsi sit Legatus de latere, præterquam à Principe, concedi possit, *Cassador. decis.* 1. *de iud. Gemin. in cap. fin. de haret. in* 6. præcipuè cum
26 clausula, simpliciter, † & de plano, sine strepitu, &c. *Felin. in cap. olim, extr. de accus.*
27 In causis tamen viduarum, † pupillorum, miserabilium personarum, & aliorum quorumcunque, dummodo non excedant valorem quingentorum, Auditores Rotæ, vigore Innocentianæ, summariè procedere possũt, vt cauetur *in dicta Innocentiana*, & concedi-
28 tur † etiam indistinctè per Signaturam in commissionibus quarumcunque causarum,
29 si petatur: Præterquam † criminalium, priuationum, & iniuriarum, *Cassador. decis.7. de rescript. Staphil. cap.15. fol.*317. *num.*3. *& seq.* & olim solebat poni in Signatura Cardi-
30 nalis, tanquam res speciali † nota digna. Hodie verò sufficit, quod ponatur per Regentem Cancellariæ in eius extensione; & si fortè omitteretur, censetur hoc ex obliuione processisse, *Staphil. vbi supra.*
31 Mittiturque Notarius † etiam post sententiam, parte tamen citata, ad Regentem, vt addatur verbum, summariè: licet hodie non sit in vsu, quod viderim, quia si nollet addere, processus adhuc sustineretur, *Cassador. decis.7. & 14. de rescript. Vestr. lib.5. cap.1. fol.*108. licet *Staphil. cap.2. fol.*269. *& seq.* ve-
32 lit, quod si non ponitur † in extensione cẽseatur denegatũ, idẽ *Vestr. lib.3. c.2. fol.*69.
33 Et si in Cõmissione non petatur, † & con-
34 cedatur in extensione Signaturæ potest sũmariè procedi, quia Princeps, † etiamsi non petatur, potest illam concedere, *Cassa-*
35 *dor. dict. decis.*14. concessumque in prima instantia, vel in quacunque parte Iudicij
36 extenditur ad alias instantias, † vsque ad finem causæ, nisi expressè negetur, etiam si alius Iudex in locum primi subrogetur, *Cassad. decis.8. de rescript.*

37 Qui-

37 Quinimò, & si † non concedatur expressè, quod procedatur summarie, simpliciter, & de plano, sola veritate inspecta, quia om-
38 nia veniunt ex natura † processus summarij; si nihilominus adsit in extensione verbum, summarie, &c. reliqua etiam censentur concessa, *Rot. decis. 9. & 28. de rescript. in non. Cassador. dict. decis. 14. Staphil. cap. 2. folio 269. & seq.*

39 Aduertendum est tamen, † quod si fuerit apposita in Commissione clausula illa, facti veritate inspecta, deletur verbum illud, facti, nisi de consensu partium relinquatur.
40 quid verò importet processus summarius; & singula verba illius clausulæ, simpliciter, de plano, sine strepitu, & figura Iudicij, & quomodo procedendum sit, videnda est vltra prædicta, *Clem. sæpe, de verb. significat. extrauagan. ad reprimendum, de off. Iud. ord.* cum notatis per *Felin. in cap. olim, extr. de accus. Cassad. dict. decis. 8. Vestr. vbi supra. Marant. in suo speculo, 9. distinct.* vbi late.

41 Qui etiam termini † seruandi sint, dicit *Rot. decis. 2. de rescript. in non.*

De Processu summario.

Artic. V.

42 *Processus summarius per Principem non concessus, redditur nullus.*
43 *Clausula, quod articuli sint loco libelli, quando addatur in causis summarijs.*
44 *Sententia fieri nequit, nisi præcedente petitione.*
45 *Articuli, quando succedant loco petitionis, & probationis.*
46 *Terminus ad dicendum contra producta, an separatim seruetur in summarijs.*
47 *Terminus ad dicendum contra articulos, an separatim seruandus, & vbi.*
48 *Termini substantiales, an etiam possint omitti, & quando.*
49 *Citationes in terminis substantialibus summariæ causæ, non sunt necessariæ.*
50 *Citatio fit absentibus de stilo ad singulos actus.*
51 *Processus, quandoque fit nullus, seruatis terminis.*
52 *Limitatur tamen, quod in totum omitti nequeunt.*
53 *Termini aliqui sunt seruandi in summarijs ab ordinarijs Iudicibus Curiæ.*
54 *Termini, qui seruandi ab A. C. in causis excedentibus 200. scuta.*

42 ET quia, vt dictum est, † processus summarius potest per solum Principem gratiosè concedi; si tamen concederetur per alium, difficillimè in praxi obtineretur, quia reuocaretur tanquam nullus, vt per *Felin. in dicto cap. olim.*

43 Qando autem † conceditur processus summarius, solet in causis magni momenti addi clausula, quod articuli sint loco libelli:
44 & ratio est, † quia debet præcedere petitio, ad hoc, vt possit ferri sententia, *l. hac sententia, C. de sent. quæ sine cert. quant. prol.*

45 Et tunc articuli succedunt † loco petitionis, & probationis, *Rot. decis. 2. de rescript. in nou. Staphil. dicto cap. 2. fol. 271. num. 9.*

46 Quamuis etiam † dd. quatuor termini in processu summario seruari soliti, debeant de per se, & separatim seruari, si terminus ad dicendum contra producta, separatim non seruetur, dummodo pars semel citetur ad dicendum contra producta, sufficit.

47 Et idem dicendum est de termino † ad dicendum contra articulos, qui si separatim non seruetur, dummodo Aduersarius habuerit eorum notitiam, cum tempore ad illum impugnandum, & sic per indirectum fuerit satisfactum menti legis, sufficit, sustineturque sententia, & processus, *Cassador. decis. 2. de iudic.*

48 Si etiam procedatur † per contradictas, siuè in profanis, siuè in beneficialibus, vt puta, quando quis canonicè fuit in principio citatus ad totam causam, & est contumax, si omittantur aliqui termini de rigore seruari debiti, imò si omnes illi quatuor omitterentur, non propterea processus esset nullus, quia vt dixi supra, citationes il-
49 læ sunt † potius vrbanæ, quam necessariæ, *Egid. conclus. 310. Vant. de nullit. defect. proc.*
50 *num. 60.* licet de stilo † soleant absentes ad singulos actus citari, *Rot. decis. 10. de sent. & re. iud. in nou. Vestr. lib. 4. cap. de dol. & contum. fol. 87.*

51 Aliquando etiam non solū † conceditur processus summarius, sed etiam ex qualitate causæ conceditur, quod nullis terminis
52 seruatis Iudex procedere possit, & tunc possunt quidē arbitrio Iudicis abbreuiari termini; sed non in totum omitti, vt testatur *Vestr. lib. 5. cap. ad not. com. circa term. obseru. fol. 122. in fin. Rot. decis. 15. de rescript. in antiq.*

53 Item quando conceditur † processus executiuus, vel propter paruam summam, vel in causis pendentibus coram Iudicibus ordinarijs in Curia, qui possunt, vsque ad certam summam vigore eorum ordinariæ facultatis executiuè procedere, & etiam in excedentibus dictam summam, dummodo
54 notabiliter non excedant, † & coram A. C. qui inter Curiales à ducentum infra, potest procedere summariè, absque dilationibus, & seruatione terminorum, à ducentum vero supra debent seruari termini, in Rota seruari soliti, *Vestr. lib. 2. cap. d. fol. 25.*

De

De terminis seruandis, in diuersis Iudicijs.

Artic. VI.

55 *Termini nulli in quibus causis seruentur ab ordinarijs Iudicibus.*

56 *Causa leues, & qua reassumi nequeunt ab alio Iudice.*

Termini qui seruentur in causis ab 11. scut. infra ibid.

57 *Iudices Ripa, & Ripetta qua in actis debeāt exprimere.*

58 *Clausula quanam addatur in Commissione, quando petitur processus executiuus, & brachium saculare.*

59 *Terminus ad procedendum, quando, & in quibus causis, prafigatur.*

55 HOdie à quinque scutis † infra, coram Iudicibus ordinarijs, nulli termini seruari possunt, sed oretenus tantum cum sola simplici citatione expediendæ sunt causæ, nisi aliud Iudici ex causa videatur, & de hoc habentur, quæ dicit *Reformatio Pauli V. ad quam est recurrendum, tit. de Iudic. in caus. ciuil. §. expediant.* Quæ vero non
56 excedunt † scuta vndecim, & vertuntur coram Iudicibus ordinarijs, sicuti non possunt reassumi ab alio Iudice, *vt ibid. §. causas*, ita in illis seruatur solus terminus ad dicendum contra, & soluendum.

57 Quæ coram Iudice † Burgi, Curiæ Sabellorum, Ripæ, Ripettæ, fiunt, terminantur executiuè, *& iuxta Reformationem Tribunalis Vrbis editam à S. mem. Pio IV. Constit. 58. & à Paulo V. Constit. 71. suis §§. particularibus videndma.*

58 Et semper, quando † petitur processus executiuus, constito de certa qualitate, & deinde brachium seculare, additur clausula in Commissione, in euentum, quod docuerit, &c. quia illud est vltimum remedium Iudicis Ecclesiasticis, *Staphil. cap. 16. fol. 121. num. 67.*

59 In causis quoque nullitatum, † restitutionis in integrū, attētatorum, vel etiam propter paruam summam, aut si Actor sit negligens in prosequendo, & Reus instet pro absolutoria ab obseruatione Iudicij, præfigitur terminus ad procedendum, quo elapso, &c. *Vestr. lib. 5. cap. de obseru. term. pro pet. absol. fol. 118.* & hoc potest fieri, quandocunque committatur causa summariè, terminis non seruatis, vel manu Regia.

De iuramento calumnia.

Artic. VII.

60 *Iuramentum calumnia, tacitè potest omitti.*

61 *Processus est nullus, non facto iuramento calumnia petito.*

62 *Ampliatur etiamsi aduersus sententiam dici nequeat de nullitate.*

63 *Iuramentum calumnia, est iuris naturalis.*

64 *Iuramentum calumnia, debet prastari etiam in causa appellationis.*

65 *Iuramentum calumnia, quandoque fit per Procuratorem nomine proprio.*

66 *Iuramentum calumnia, etiam ab harede prastari debet, & si defunctus iurauerit.*

67 *Iuramentum calumnia, prastari potest in quacunque parte iudicij.*

68 *Iuramentum calumnia, qualiter differat à iuramento verba dicenda.*

69 *Iuramentum calumnia, an prastari possit per Procuratorem.*

70 *Iuramentum calumnia, an ferri possit per mandatum generale ad causas, cum facultate iudicis.*

71 *Iurandi de calumnia facultas exprese ponitur in mandato procura.*

72 *Sendicus Monasterij, potest iurare de calumnia absque speciali mandato.*

73 *Fallit, si constitutus sit ad vnam causam tantum.*

74 *Iuramentum in termino extensum, etiam non prasumitur, an valeat.*

75 *Iuramenta omnia extensa, lic et non appareant facta de stilo, sustinentur.*

76 *Probationes vlteriores renunciantur, per conclusionem in causa.*

77 *Commissiones, non solent signari post conclusum in causa.*

78 *Iudex potest admittere noua iura, post conclusionem in causa,*

Conclusio in causa non nocet Iudici, sed partibus, ibidem.

79 *Rota post conclusionem in causa, admittit noua iura.*

80 *Probationes quando de iure debeant admitti post conclusionem in causa.*

81 *Termini, & dilationes vtrique parti, sunt communes.*

Actor probat, & Reus deinde excipit in profanis, ibid.

60 IVramentum calumniæ; † quamuis tacitè possit omitti *cap. 1. de Iur. cal. in 6. Cassad. dict. decis. 8.* si tamen per partem petatur, nisi deferatur, processus est nullus,
62 etiam † quòd Iudex habeat in facultatibus, quod aduersus eius sententiam, vel processū non posset dici de nullitate iuris

poſitiui , prout eſt *Gubernator Vrbis* , &
in ſpecie per *reformationem Pauli V. tit. de*
Iudic. in cauſ. ciuil.§. Iuramentum calumniæ.
63 Huiuſmodi enim † iuramentum eſt iuris
naturalis, *Clem. ſæpe,de verb. ſignif. Put.de-*
64 *ciſ.35.de Iud.* & debet præſtari, † etiam in
cauſa appellationis, quamuis præſtitum
65 fuerit in prima inſtantia,& non ſolum per
Dominum, ſed etiam per Procuratorem
nomine proprio , etiamſi Dominus iura-
uerit , eique expreſsè mandauerit, quid re-
66 ſpondere † debeat ; Prout etiã tenetur iu-
rare hæres , non obſtante quod defunctus
etiam iurauerit , *cap. ſi appellationis, iuncta*
gloſ.de iur. cal. in 6. Rota deciſ. 1.& 2. de iur.
67 *cal. in nou.* & poteſt præſtari † in quacun-
que parte Iudicij,etiam vnà cum iuramen-
68 to de veritate dicenda . Quæ † nam autem
differentia ſit inter hæc duo iuramenta,vi-
dendus eſt *Specul. in tit.de iur.calumn. § .cum*
autem .
69 Poteſt etiam præſtari † per Procurato-
rem, ſi ad hoc habeat ſpeciale mandatum,
& exprimatur cauſa, in qua iurandum ſit;
70 ſciendum enim † quòd non ſufficeret man-
datum generale ad cauſas , cum poteſtate
iurandi, *cap.fin.* vbi *Gemin.num.4. de iur.cal.*
in 6. vnde hodie in quocunque mandato
71 generali † additur facultas præſtandi iu-
ramentum calumniæ , & aliud neceſſa-
rium .
72 Syndicus tamen Monaſterij † conſtitutus
ad omnes cauſas , poteſt abſque ſpeciali
73 mandato procura iurare † de calumnia :
ſed ſi eſſet conſtitutus ad vnam cauſam
tantum, non poteſt iurare de calumnia in
illa cauſa,abſque ſpeciali mandato,*Gemin.*
in cap.præſentium, de teſtib.in 6.
74 Sufficit etiam † quod Notarius actua-
rius extendat in termino , penes acta præ-
ſtationem huiuſmodi iuramenti, licèt ap-
parenter præſtitum non fuerit,quod etiam
75 fit in iuramento † in ſupplementum pro-
bationis, & in iuramento poſt taxationem
expenſarum , & alijs ſimilibus de ſtilo de-
ferri ſolitis , *Veſtr.lib.8.cap.fin.fol.283.*
76 Similiter licèt † per concluſionem in
cauſa, ſi fiat expreſsè,cenſeatur renunciatũ
vlterioribus probationibus . *cap. cum dile-*
ctus,extr. de fid.inſtrumentorum, cap. auditis,
extr. de proc.& vtrobique gloſ.& gloſ.in c.quo-
niam contra,extr. de probat. Card. in Clem.1.
de cauſ.poſſeſſ.& propr.Veſtr. lib.3. cap.de cau-
ſarum deuol. fol. 42. Neque ſoleant ſignari
77 Commiſſiones † poſt concluſum in cauſa ;
78 Poteſt tamen † Iudex non obſtante con-
cluſione admittere noua Iura,quia conclu-
ſio non obſtat Iudici ſed parti. Imò Rota
79 ſolet ſemper,† etiam poſt concluſionem in
cauſa, noua Iura, teſtes,& probationes ad-
mittere, *Egid.concl.447.& 449. Staphil.c.16.*
folio 471.
80 Quando verò † de Iure communi, non
obſtante concluſione poſſint , vel debeant
admitti probationes, tractat *Felin. in dicto*
cap.cum dilectus; & in cap, Inquiſitionis,n.10.
extr.de accuſ. Maran.in ſuo ſpeculo, 9. diſtinct.
num.28.& ſeq.
81 Termini autem , & dilationes † omnes
ſunt communes vtrique parti,licet in pro-
fanis debeat prius probare Actor , & dein-
de Reus excipere , *l. ſi quis,C.de except.Rot.*
deciſ.1.de dilat.in antiq.Veſtr.lib.5.tit. de term.
obſer. in cauſ.profan.fol.114.

Coram quibus, & qua die termini ſint ſeruandi.

Artic. VIII.

82 *Iudex per ſe ipſum terminos obſeruare de-*
bet.
Cardinales poſſunt ſuis Auditoribus committe-
re terminorum obſeruationem , ibid.
83 *Terminus ſeruatus ad ſecundam diem , dicitur*
de die ſecunda iuridica.
84 *Terminus ſeruatus vltra ſecundam, dicitur de*
currentibus .
85 *Terminus ſi cadat in diem non iuridicam , in-*
telligitur de prædicta.
86 *Termini non ſeruati extra Rotam , ſeruantur*
in illa in eadem cauſa .
87 *Appellatio datur à mala, & illegitima termi-*
norum ſeruatione .

82 ET Iudices debēt per ſeipſos † terminos
ſeruare, exceptis Cardinalibus , qui
de ſtilo ,etiam abſque ſpeciali commiſſio-
ne,poſſunt committere obſeruationes ter-
minorum ſuis Auditoribus, *Egid, concl.43.*
Gomeſ.dict.cõpend.fol.159.col.3. Staphil.c.11.
fol. 445.
38 Quo vero ad dies, † ſi ſeruetur terminus
ad ſecundam,intelligitur de ſecunda die
Iuridica , etiamſi plures dies venientes in-
84 tercedant;† & quando ſeruatur vltra ſecun-
dam, vt ad ſextam, & octauam , & ſimiles
85 intelligitur de currentibus,† & ſi dies illa,
ſexta,vel octaua non ſit Iuridica,intelligi-
tur,de prima die Iuridica poſt illam , *Ve-*
ſtr.lib.5.cap.ad not,com.tit. term.obſeruat. fo-
lio 122.
86 Et quia multis vicibus † euenire ſolet ,
quod termini male , nulliter, vel nimis in-
culcatè ſeruentur , ſi fuerunt ſeruati extra
Rotam, & deindè cauſa committatur in
Rota ſeruantur prout in prima, alias pro-
vt in ſecunda, vel tertia inſtantia, *Rota de-*
ciſ.4.de appellat.in nou. & deciſ.26. de appell.
in antiquis . & eſt aduertendum , quod da-

87 tur appellatio à mala, † vel illegitima terminorum seruatione, *Egid.conclus.27.*

De reiteratione terminorum.

Artic. IX.

88 *Termini olim in Curia reiterabantur per commissionem.*
89 *Termini tantum substantiales reiterabantur.*
90 *Terminis substantialibus praecipitatis, expectabatur tempus obseruationis.*
91 *Termini substantiales, hodie absque commissione reiterantur.*
92 *Terminorum substantialium tempus expectandum, hodie quod sit.*
93 *Terminorum tempus an possit retrotrahi, & quomodo.*
94 *Termini substantiales valent, si tot audientiae fuerint, vt seruari potuerint.*
95 *Termini valent tot diebus effluxis à Commissione, quot requiruntur pro eorum seruatione.*
96 *Termini substantiales, non requiruntur in decretis, sed in sententijs.*
97 *Termini substantiales, an possint reiterari per edictum, & quando.*
98 *Ampliatur etiam in causis criminalibus.*
99 *Termini possunt reiterari per Cessionarium, & Tertium.*
100 *Terminorum reiteratio sanat omnem nullitatem.*
101 *Terminorum reiteratio an sanet nullitatem in profanis.*
102 *Rota admittit ad reiterationem terminorum, absque commissione.*
103 *Fallit, si seruentur in causa profana.*
104 *Fallit etiam, si terminus aliquis omissus fuisset.*
Fallit quoque, si causa Auditori extra Rotam fuisset commissa, ibid.
105 *Commissio reiterationis terminorum, indistinctè conceditur.*
106 *Terminorum reiteratio, ad quemcunque Iudicem hodie spectat.*
107 *Terminorum reiteratio, an sanet terminos in nihilo seruatos.*
108 *Clausula, praestito de nouo iuramento, quando addi debeat in reiteratoria commissione.*
109 *Sententia est nulla, si lapsa sit instantia.*
110 *Commissio reiteratoria terminorum, quando fit cum clausula refectis expensis.*
111 *Terminorum reiteratio in eadem causa, tantum conceditur.*
112 *Declaratur, nisi causa comprehendatur sub prima.*
113 *Termini seruati in petitorio, possunt reiterari in possessorio.*
114 *Termini benè seruati in petitorio, non sunt seruandi in possessorio.*
115 *Termini seruati in possessorio, non possunt reiterari in petitorio.*
116 *Termini benè seruati in possessorio, non sufficiunt in petitorio.*
Termini seruati in causa principali, an possint reiterari in causa restitutionis in integrum. ibidem.
117 *Termini substantiales, sunt seruandi à conuento executiuè volente absolui.*
118 *Termini ad docendum se paruisse, & de appellatione, remissiue.*

88 IN Curia nihilominus ad † euitandas
nullitates, & vlteriores lites, olim post
quam termini fuerant seruati, impetrabatur
Commissio reiterationis illorum, quae
concedebatur passim, & solebant reiterari
89 vnico contextu, & audientia; † Reiterabāturque
solummodò substantiales, quia alij
non sunt necessarij: & si à principio prae-
90 cipitanter † seruati fuerant, debebat pars
tanto tempore expectare, quantum capere
solemnis obseruatio, *Cassad.decis.8.de re-*
91 *script.* Hodie autem † hoc fit absque alia
Commissione, vt dicam infra. Quod autem
92 requiratur † etiam hodie, quod expectetur
tantum tempus, quantum sufficit à die
introductionis causae, vsque ad conclusionem,
& licet seruati pro pe conclusionem,
93 quod † retrotrahatur tempus, & sententia
dicatur lata extra tempus ipsorum terminorum,
dixit Rota in vna Auximana dotis, 5.
May 1581. *coram Cardinali Seraphino.* &
94 quod sufficiat † quod interuenerint tot
audientiae, vt potuerint seruari, *Ludouis.decis.280.num.7.*
95 Et quod sufficiat effluxisse † à die Commissionis,
tot dies, quot requiruntur pro
eorum seruatione, dicit idem *Ludo nis. de*
96 *cis.156. vbi add.* Hoc autem † intelligitur,
quando proceditur per sententiam, quia si
proceditur per decretum, tales termini nō
sunt necessarij; vt aduertit *Rota in Spoletana
bonorum, 20. Martij 1628. coram Cardinali
Verospio,* vbi dicit quod hoc est de stilo
Curiae, ex attestatione Notariorum.
97 Possuntque † reiterari, etiam per edictū,
98 constito de non tuto accessu, † ac in causis
criminalibus, & non solum per eum, qui
98 illos † seruauit, sed etiam per cessionariū,
& tertium, qui venit ad causam pro suo
100 interesse: & † ista reiteratio, sanat omnem
nullitatem terminorum, etiamsi cum personis
inhabilibus seruati fuerint, vel si seruati
fuerint contra vnum ex correis, si cōtra
omnes reiterantur, *Cassador. dicta decis.8. Vestr.lib.5.cap.de reit. term. fol.* 123
101 Si vero termini † in causa profana seruati
fuerunt, pro ut in beneficialibus, reiteratio
terminorum non sanat, nisi specifice

exprimatur, quod in causa profana termini seruati fuerunt, prout in beneficiali, *Cassador. decis. 9. de rescript.* in Commissione aduitur clausula, alias ritè, & rectè seruati fuerint.

102 In Rota autē Auditores † possunt absq. Cōmissione in vim Innocentianæ admit-
103 tere partes ad † reiterationem terminorum, nisi seruati essent in causa profana,
104 prout in beneficiali, † aut omissus fuisset aliquis terminus substantialis, vel causa esset commissa Auditori Rotæ, extra Rotam, quia tunc Innocentiana antiquitus non procedebat, & requirebatur specialis commissio, *Vestr. dicto cap. fol.* 123.

105 Et coram alijs Iudicibus, siue ordinarijs, siue delegatis, solebat indistinctè concedi Commissio, quod Iudex reiteret terminos, cum ad partem, & non ad Iudicem hoc spectet.

106 Hodie vero † non requiritur Commissio, quia dicta Innocentiana fuit extensa ad omnes Iudices per Pium I V. *vt cauetur in reformatione Signaturæ Iustitiæ, Constit.* 9.
107 *in bull. nou. tom.* 2. *fol.* 63. si tamen † termini nullo modo fuerunt seruati, non possunt sanari per reiterationem, vigore Innocentianæ, vt aduertunt *add. ad Ludouis. decis.* 157. *num.* 11.

108 Si vero aliquo † casu esset concedenda Commissio reiteratoria, quando ex lectura Commissionis apparet præstitum fuisse aliquod iuramentum, debet addi clau-
109 sula, præstito de nouo iuramto; præcipuè, si sit iuramentū perhorrescentiæ, & si fortè lapsa sit instantia, quo casu si sententia fer-
110 uaretur, esset nulla: si ad euitandū† nullitatem petatur, quod reiterari possint omnes termini, simulque Iudex ad vlteriora procedat, signatur Commissio cum clausula refectis expensis, *Staphil. cap.* 22. *fol.* 346. *num.* 14. *circa finem.*

111 Conceditur terminorum † reiteratio in
112 eadem tantū causa, † in quā fuerunt seruari, nisi causa in qua reiterantur, compre-
113 hēdatur sub prima, vt puta si † termini fuerunt seruati in petitorio, poterunt reiterari in possessorio, quia petitorium habet in
114 ventre† possessorium, & si à principio rectè seruati fuissent in petitorio, licet hoc suspendatur, non tamen est necesse quod denuo seruentur in possessorio, *Cassad. decis.* 9. *de caus. possess. & propriet.*

115 Secus è conuerso, quia cum † possessorium non habeat in ventre, neque comprehendat petitorium, termini seruati in possessorio, non possunt reiterari in peti-
116 torio; sient etiam bene, † seruati non sufficerent, licet aliqui velint, quod termini seruati in causa principali, possint reiterari in causa restitutionis in integrum, *& D. Grattos. Vbert. de modo, & ratio. citan.*
117 *par.* 4. *form.* 1. *fol.* 153. ponit † casum, quod quando quis conuenitur executiue, debet si vult absolui, terminos substantiales seruare, & reiterare.

118 Alij termini ad docendum † se paruisse ad docendum de appellatione, hic omittuntur, cum expressè de illis infrà sim loquuturus.

De petitorio, & possessorio.

Cap. XI.

Quando possit procedi in possessorio, & quando in petitorio, possit vtrumque vnica sententia terminari.

Artic. I.

1 *Iudex per Commissionem simpliciter, an possit procedere in petitorio, & possessorio.*
2 *Petitorium habet in ventre possessorium.*
3 *Lis super titulo, trahit ad se possessionem.*
4 *Termini seruati in petitorio, sufficiunt in possessorio.*
5 *Decretum irritans, afficit possessionem ratione Tituli.*
Reseruatio Papæ, afficit possessionem ratione Tituli, ibid.
6 *Commissio restricta ad possessorium, in eo iurisdictionem tribuit.*
7 *Fallit, si ex verbis deducatur petitorium.*
8 *Decreto vno concesso, alterum denegatum censetur.*
9 *Lis super possessione, an titulum litigiosum efficiat.*
10 *Declaratur hoc de plano procedere in beneficialibus.*
11 *In profanis verò, quid iuris remissiuè.*
Proprietas, quando dicatur pacifica, vel litigiosa, ibid.
Possessio quando dicatur pacifica, vel litigiosa, ibid.
Actio quando dicatur pacifica, vel litigiosa, ibid.
12 *Petitorium, & possessorium simul possunt intentari etiam appellando.*
13 *Petitorium, & possessorium simul intentata, debent vnica sententia terminari.*
Possessorium semper petitorio præfertur in decisione.

Quoniam supra fuit facta mentio de petitorio, & possessorio, non erit inutile etiam aliqua de eis asserere.

1 Si igitur obtinetur † Commissio super bene-

beneficio, vel alia re simpliciter, vel super iactationibus, & molestationibus in forma soluta,& ad instantiam possessoris; Iudex non solum potest procedere in petito-
2 rio, verum etiam inpossessorio, † quia petitorium habet in ventre possessorium, &
3 lis super titulo, † infert etiam possessioné, quam tanquam accessoriam trahit ad se, *glos.in cap.2.extr.de caus.poss.& propr.Post.in vlt.impress.obseru.6.num.7.Ludouis.decis.313. nu.8.*vbi *add.nu.4.&* decis,335*.nu.7.* vnde
4 sufficiunt † termini seruari in petitorio, si forte illud suspendatur, & procedatur in possessorio, *Cassador.decis.9.de caus.posses.& propriet.& decis.6. de rescript.*

5 Similiter decretum irritans,†vel reseruatio Papæ, afficit etiam possessionem ratione tituli, *Cassador.decis.1.& 2.de restit.spoliat. decis. 1. de caus. possess. & & propriet.*

6 Si enim Commissio esset restricta, † per dictionem taxatiuam ad possessorium, in eo solo iurisdictionem tribueret. *Cassador. dicta decis.9. Vestr.lib.4.cap.de petit.& posses.*
7 *fol.106.* Secus si adsint † verba, ex quibus censeatur deductum petitorium, *Rota decis.455.nu.2.par. 2. recent.*

8 Concesso enim altero decreto,† alterum denegatum censetur,*l.si de propriet.C.si á nó competent.Staphil. cap.19.in princ. folio 331.*

9 Neque eo casu † lis super possessione efficit titulum litigiosum, nec litis pendentia, quo ad titulum operatur suos effectus, *Cassador.decis.4.vt lit.pend.Vestr.lib.8.cap.vt lit. pend. fol. 271.*

10 Proceduntque hæc † de plano in beneficialibus, in profanis vero,quid Iuris sit,&
11 late † de hac materia,quando proprietas, possessio, & actio dicantur pacificæ,vel litigiosæ, habetur apud *Cassador. toto tit. de caus.posses. & propriet.Rota decis.5.& 9. eod. in nou.*

12 Si igitur intentantur † simul petitoriũ, & possessorium, prout possunt intentari, etiam in causa appellationis, tàm per appellatum,quàm per appellantem, *Clem.1.*
13 *de caus.possess. & propriet.* debent † vnica sententia terminari, data tamen prærogatiua possessorio in ordine, *cap.cum Ecclesia Sutrina,& cap. cum dilectus,extra eodem, Cassador.decis.8.eod.tit. Rot. post Cenc.de censib. in nou. impres. decis.148.& decis. 236. & Post. de manut. decis.187.428.436.& 611.*

Qumod tract t r petitorium, & p ssessorium in c-usa spolij, & quoz es, & quomoo s sus endi poss.t.

Artic. II.

14 *Possessorium autem extendenda expeditur, maxime in causa spolij.*
15 *Spoliatus potest suspenso petitorio,in possessorio procedere.*
16 *Ampliatur in omnibus instantijs, & post publicatas attestationes.*
17 *Ampliatur etiam post factas probationes,etiam pluries de stilo Rotæ.*
18 *Ampliatur non solum semel, sed pluries posse suspendi.*
19 *Ampliatur, pluries posse recedi, & suspendi.*
20 *Declaratur in omnibus instantijs autem tamen conclusum in causa.*
21 *Petitorium potest suspendi, etiam in beneficialibus.*
22 *Petitorium potest suspendi tempore feriato.*
23 *Declaratur, si suspendatur ab eo, qui intentaret.*
24 *Declarantur supradicta, dummodo simul de spolio, & proprietate cognoscatur.*
25 *Spolij causa, semper prius est expedienda.*
26 *Rota quando concedat cumulationem in remedio reintegranda.*
27 *Petitorium, & possessorium aliquando eodem tempore cognoscitur.*
28 *Possessorium potest terminari suspensio petitorio, etiam vtroque simul introducto.*
29 *Limitatur in tertio ad causam veniente pro suo interesse.*
30 *In petitorio potest procedi, non obstante suspensione alias facta.*
31 *Petitorium in profanis, potest suspendi tantum á se intentatum.*
32 *Declaratur, in benefitialibus contrarium procedere.*
33 *Declaratur etiam, quando suspendens succumbit in petitorio.*
34 *Petitorium potest suspendi, vsque ad conclusionem in causa.*
35 *Petitorium suspendi nequit factis probationibus.*
26 *Petitorium, & possessorium, an index] possit cumulare.*
37 *Suspensio iudicij fit per cedulam, de qua remissiuè.*

14 Sed quia possessorium, † præcipuè in causa spolij, est multum priuilegiatũ, debetque in primis,& ante omnia expediri, *cap.in litteris,extr.de restit. spoliat.* potest
15 spoliatus † petitorium suspendere, ad effectum procedendi in possessorio, *cap. pastoralis,extr.de caus.posses.& propriet.Clem.vnica,eod. tit.*

16 Quæ

16 Quæ conclusio ampliatur † primò, tam
in prima, quàm in secunda,& vlteriori in-
stantia, & post publicatas attestationes,
17 *dicta Clem.* vbi *Card.num.*19.& post† factas
probationes, *Put.decis.*331, *fol.*324. vbi te-
statur de stilo Rotæ, quod possit etiam
pluries suspendi,& in quacunque parte Iu-
dicij, *Rota apud Pen.decis.*46.*num.*9. *Post.in
vlt.impress. obseru.*8.*num.* 44. *& Lodouis. de-
cis.*307. *num.* 19.
18 Ampliatur secundò, vt possit † non so-
lum semel,sed etiam pluries suspendi, *Rota
decis.*8.*de caus. posses.& propriet. in nou. Put.*
19 *de stilo Rotæ dicta decis.*331. & pluries † po-
test recedi,& iterum suspendi, *Pen.decis.*47.
vbi etiam,quod in prima, secunda, & ter-
20 tia instantia, † dummodo ante conclusum
in causa, *vt num.*17.18.*&* 19.
21 Ampliatur tertio, vt in † beneficialibus
possit suspendi, etiam petitorium intenta-
tum per spoliatorem, & ipso inuito, *dicta
Clem.* & *Rota decis.*5, *in nou.de caus. posses.&
propr.*
22 Ampliatur quarto, vt quamuis † non
possit procedi tempore feriarum in pos-
sessorio, tanquam priuilegiato, possit ta-
men,eo tempore petitoriũ suspendi, dum-
23 modo suspendatur ab eo,† qui illud inten-
tauit, *Rota decis.*2.*eod.tit.in nou.*
24 In tantum præmissa † procedunt, quod
non solet dari Commissio, vt simul de
spolio, & proprietate cognoscatur, debet
25 enim † prius expediri causa spolij, *dicto cap.
in litteris, Rot.decis.*543. *num.*2. *& decis.*698.
*nu.*2.*par.*2. *recent.* licet Rota soleat admit-
26 tere † cumulationem in remedio reinte-
grandæ, quando possessorium est turbidũ,
vt testatur eadem *Rota dict.decis.*542. *nu.*2.
*dict.par.*2. *recent. vbi num.*1. dicit, quod fit
etiam quando Rota contra ipsum incli-
nat.
27 Quinimò, si post † suspensionem daretur
Commissio ad instãtiam spoliatoris, quod
eodem tempore procedatur super petito-
rio,& possessorio, vt aliquando fit ex fauo-
re, quando à principio vtrumque fuit in-
28 tentatum, † poterit tamen Iudex, si sibi vi-
debitur, non obstante Commissione, suspẽ-
so petitorio possessoriu terminare, *Abb.
in cap.*2.*& cap.cum Ecclesia Sutrina. tit. eod.
de caus. posses. & propriet. Staphil. de litteris
Inst.cap.*6.*fol.*286.*& cap.*21. *fol.*241. *vers. si
diuersos, Uestr.lib.*4.*cap.fin. per totum fol.*166.
*Cons. dicta decis.*148.*&* 236.
29 Limitatur supradicta conclusio, vt non
procedat quoad tertium venientem
ad causam pro suo interesse, qui non spe-
30 cificauit, † neque mandauit. Potest enim
non obstante suspensione petitorij in eum
alias facta, ipse in petitorio procedere,

*Felin.in cap.cum super,num.*17.*extr.de sent.&
re Iud. Rot.decis.*3.*eod.tit. in nou.*
31 Secundo limitatur in causis † profanis,
quando petitoriũ est intentatum per Ad-
uersarium, potest suspendi solummodo pe-
32 titorium à se intentatum, licet † secùs sit in
beneficialibus, *Rot. decis.*5. *tit. eod. in nou.
Pen.decis.*150. *num.*16.
33 Tertio, quando suspendens † succubuit
in petitorio, de quo tamen videndus est
*Cardin.in dicta Clem. num.*22.
34 Limitatur, vt suspensio † fieri possit,
vsque ad conclusionem in causa, secùs au-
tem postea, *dicta Clem.vnic. Rot.decis.*4. *eod.
tit.in antiq. Pena dicta decis.*40. *num.* 17. 18.
& 19.
35 Quinto, quando probationes † factæ
fuerunt in petitorio, quia tunc suspendi
non potest, *cap.pastoralis, vbi Innoc. extra
eod.tit. Rot. dicta decis.*4. *in antiq.*
36 Sexto, vt possit Iudex † pro minori par-
tium dispendio, vtrunque cumulare, dum-
modo nullum præiudicium alicui parti in-
feratur, *l.*1. *ff. quibus de reb. adeun. Iud. eat.
cap.exhibita, extr.de Iud. Staphil.dict.fol.* 341.
37 *& cap.*22.*fol.*348. fit autem † suspensio per
cedulam, quam inseram titulo de possesso-
rio retinendæ intentando, inter acta alte-
rius Iudicij.

*An suspenso petitorio possit ad illud rediri non
expedito possessorio, & quomodo recedatur.*

Artic. III.

38 *Possessorium priùs expeditur antequam redea-
tur ad petitorium suspensum.*
39 *Declaratur nisi à suspensione recedatur.*
40 *A suspensione possunt recedere partes tacitè, &
expressè.*
41 *Declaratur, etiamsi præcedat contraria prote-
statio, non tamen expressa.*
42 *Actor in possessorio recuperandæ, an sibi præiu-
dicet in possessorio, petens exceptiones ad-
mitti.*
43 *Exceptio Notarij non admittitur aduersus a-
gentem possessorio recuperandæ.*
44 *Articuli per Reum producti, circa Notarium
aduersus agentem possessorio, debent admitti,
& quomodo.*
45 *Cõmissio super restitutione rei, potest intelligi de
solo possessorio.*
46 *Verbum, restitutio rei, videtur sapere petito-
rium.*
47 *Spoliato suspenso petitorio, petenti tamen pro-
cedi in petitorio, signatur commissio.*
48 *Declaratur etiam obtenta in possessorio fauo-
rabili sententia.*
49 *Declaratur etiam hoc fieri refectis expensis.*

38 SVspenso petitorio † antequam ad il-
lud redeatur, debet possessorium ex-
pediri, spoliatusque integraliter restitui,
39 nisi † ab huiusmodi suspensione recedatur:
40 quod potest fieri tacitè, † & expressè: taci-
tè, faciendo aliquem actum concludentem
41 etiam in petitorio, † quamuis à principio
illud faciens protestatus fuerit, se per quo-
libet actum non intendere à dicta suspen-
sione recedere, nisi hoc exprimat, *Rota de-
cis.6. de caus. poss. & propriet. in nou. Vest. di-
cto cap. fin. fol. 106. & Rot. decis. 95. num. 4.
par. 2. recent. & Ludouis. decis. 131. nu. 7. & 8.*
& de his videndus est etiam *Put. decis. 343.
num. 2. fol. 370.*
42 Imò, si agens possessorio † recuperandæ, pe-
tit admitti exceptiones super proprietate,
& super eis lis contestatur, præiudicat sibi
in possessorio, ita vt Iudex debeat, etiam
super proprietate cognoscere, *Abb. in c. fin.*
43 *extra de ord. cogn. Afflict. decis. 193.* Non enim
debet † admitti exceptio dominij aduer-
sus agentem possessorio recuperandæ, l. fin.
44 *de rei. ff. de Iud. & cap. in litteris, extra de
restit. spoliat.* Possunt † quidem admitti ar-
ticuli respicientes dominium, producti per
Reum, neque dicuntur impertinentes, sed
tantum salua cognitione in fine causæ, quia
ratio habens exceptiones dominij est bo-
na in tantum, quod si hoc modo non ad-
mitterentur, Iudex grauaret, *Afflict. de-
cis. 7.*
45 Aduertendum tamen, quod si † in Com-
missione, in qua narratur spolium, petitur
committi causa super restitutione rei, li-
cet videatur deductum petitorium, & pos-
46 sessorium, † quia illa verba, restitutio rei
videntur sapere petitorium, *l. officium, &
l. qui restituere, ff. de rei vendic.* Potest ta-
men saluari, & intelligi Commissio, etiam
de solo possessorio, *Afflict. decis. 77. nu-
mero 7.*
47 Si igitur spoliatus, † qui suspendit pe-
titorium, petat, quod non obstante suspē-
sione possit procedere in petitorio, etiam,
48 quod in † possessorio obtinuerit sententiā
fauorabilem, signatur Commissio, *Rota de-
cis. fin. in nou. eod. tit.* additur tamen clausu-
49 la, refectis expensis, † quia non licet varia-
re cum alterius damno. *Rota decis. 5. dicto
tit. de caus. posses.*

*Quid probat spoliatus, pro reintegratione
tam in beneficialibus, quam in profanis.*

Artic. IV.

50 *Spoliatus debet docere de spolio in termino præfixo, alias proceditur ad negocium principale.*
51 *Spoliatus non restituitur, nisi probatis duobus extremis.*
52 *Restitutio non competit, nisi probata possessione.*
53 *Restitutio non competit ei, qui nunquam habuit.*
54 *Spoliator, spoliatum non possedisse probans, auditur.*
55 *Prælatus electus an, & quando possit in petitorio, & possessorio agere.*
56 *Possessio in corporalibus, per quæ fieri possit.*
57 *Possessio probatur ex receptione pensionis, & fructuum.*
58 *Limitatur, si constaret alium bona possedisse.*
59 *Hæres probat possessionem suam ex locatione defuncti.*
60 *Declaratur, si duret locatio, & exegerit pensionem.*
61 *Limitatur, si hæredi nulla fuisset facta solutio.*
62 *Possessio Canonicatus, & Præbendæ, per traditionem probatur.*
63 *Declaratur etiam probari per patientiam Canonicorum.*
64 *Possessio quomodo probetur in incorporalibus.*
65 *Possessio acquiritur actu, & exercitio, & in quibus.*
66 *Possessio, semper intelligitur de pacifica.*
67 *Extremum secundum est, si probatur possessio antiquior, & spolium.*
68 *Possessio sua antiquior, & moderna rei, sufficit agenti vi cap. reintegranda.*
69 *Possessio absque spolio, sufficit petenti restitutionem possessionis.*
70 *Spoliatus, extremis, & spolio probatis, qualiter restituatur.*
71 *Ampliatur, etiamsi notoriè constet de non iure spoliati.*
72 *Declaratur procedere in spoliato à priuato, & non à Iudice.*
73 *Fallit quando Iudex procederet extraiudicialiter.*
74 *Fallit quando nullitas, vel iudicio iniustitia esset notoria.*
75 *Fallit etiam, si Iudex sine iurisdictione procederet.*
76 *Spoliatus si non constet de non iure suo, non restituitur in petitorio beneficiali.*
77 *Simoniacus spoliatus, non restituitur in beneficialibus.*

Excom-

Excommunicatus spoliatus, non restituitur in beneficialibus, ibid.
Prouisus ab Ordinario, non restituitur aduersus prouisum à Papa, ibid.
78 *Spoliatus in beneficialibus debet docere de titulo saltem colorato.*

50 AD euitandos circuitus, † suspenso petitorio intentatur spolium, datur Commissio præfixionis termini spoliato, ad docendum de prætenso spolio, quo elapso, & nihil quod releuet docto, non obstante suspensione proceditur in negocio principali, vel in vtroque, *Cassador. decis. 4. de dilat.*

51 Spoliatus verò † ad obtinendam restitutionem probare debet duo extrema: primum suæ possessionis, secundū possessionis Aduersarij, *cap. consultationibus, extra de off. deleg. cap. olim 1. & 3. extra de restit. spoliat.*
52 nisi enim † probetur possessio, non com-
53 petit restitutio, † quia nemo potest resti-
54 tui ad id, quod nunquam habuit; † vnde si prædictus spoliator vellet probare quod spoliatus tempore prædicti spolij non possidebat audiretur, *Rota decis. 21. de restit. spoliat. in nou. Staphil. dicto cap. 20. folio 339.*
55 *vers. quid autem.* Est enim speciale † in Prælato electo, vt post confirmationem possit agere in petitorio, & possessorio, hocque est inductum fauore Ecclesiæ, *Cassador. decis. 7. num. 13. de caus. posses. & propriet.* post *Bartol. in cap. transmissam, extra de elect.* quæ
56 possessio in corporalibus, vt puta, domibus, vel fundis, probatur per eos actus, qui à possessoribus fieri solent, vt diximus supra.

57 Ideo receptio † pensionis domus, & recollectio fructuum agri, probant illorum possessionem, præsertim in dubio, *l. qui vniuersus, §. qui per colonum, ff. de acquir. possess.*
58 *l. litibus, C. de agric.* Secus † si constaret aliū domum, vel agrum possidere, *l. Poomponius, ff. quib. mod. vsusfruct. amitt. glos. in cap. bona, & ibi Franc. n. 3. extr. de appell. Bartol. in l. quamuis si conductor. ff. de acquir. possess. Afflict. decis. 325.*

59 Hæres etiam satis dicitur † probare possessionem suā ex locatione per defunctum, cum fructuum perceptione facta, quia dicitur continuare illius possessionē,
60 & possidere per Colonos, dummodo locatio duret, & inceperit exigere pensiones, *l. peregre. §. quibus, ff. de acquir. possess. Bartol. in l. 1. §. non autem, de vi, & vi armat.* Verè
61 enim possident hæredi, dummodò ei priùs soluere non cœpissent, alias secùs, vt diximus, *Afflict. dict. decis. 325. & 331.*

62 Possessio vero Canonicatus, † & præbendæ probatur ex ipso, quod ea tradita fuisset secundum morem solitum à Canonicis
63 capitulariter congregatis, † vel saltem, quod passi fuerint eum interuenire actibus capitularibus, per Canonicos tantum fieri solitis, *Cassador. decis. 8. de caus. possess. & propriet.*

64 In incorporabilibus, † & in Iure præsentandi, vel eligēdi à similibus, possessio pro-
65 batur per exercitium, quia in illis possessio non acquiritur, sine actu, & exercitio, *Cassad. decis. 7. eod. tit.*

66 Regulariter autem, † quando loquimur de possessione, intelligimus de pacifica, *l. nemo, C. de acquir. possess.*

67 Circa secundum extremum, † videlicet spolium, est aduertendum, quod licèt agatur interdicto recuperandæ, debet vltra antiquiorem possessionem probari spoliū, *l. 1. §. interdum autem hoc, ff. de vi. & vi arm. & dicto cap. concertatio, cum ibi notat. extr. de off. delegat.*

68 Nihilominus agenti † remedia, *cap. reintegranda, 3. quæst. 1.* sufficit probare antiquiorem possessionem suam, & modernam rei conuenti, *Bald. in l. 3. col. fin. C. si à non compet. Iud. Afflict. decis. 327.*

69 Idem est, † quando petitur officio Iudicis restitutio possessionis, quam constat petentem bona fide habuisse; tunc enim sufficit probare possessionem absque spolio, *dict. decis. 327. in fin.*

70 Probatis duobus extremis, † videlicet possessione, & spolio, spoliatus reintegratur vnà cū fructibus perceptis, & qui per-
71 cipi potuerunt, etiam si † notoriè constet de non Iure spoliati, secundum *l. fin. cum ibi notat. ff. de vi, & vi arm. l. si de rei. ff. de Ind. Rota decis. 2. & fin. de restit. spol. in antiq.*

72 Declara, quod † procedit in spoliato à
73 priuato, & non à Iudice, qui tantum in 3 tribus casibus dicitur spoliare. Primò † quā-
74 do non procedit vt Iudex, sed extraiudicialiter. Secundo, † quando nullitas, vel iniustitia est notoria, ita vt nullo velamine
75 possit occultari. Tertio si † procederet sine iurisdictione, *Felin. in cap. cum causa, extra de off. deleg.* & dicam *infra tit. de possess. reintegranda.*

76 In beneficialibus quoque, † quando nō constat de non iure spoliati in petitorio, non restituitur, *cap. ad decimas, vbi glos. & DD. de rest. spoliat. in 6.*

77 Simoniacus, & † excommunicatus, & prouisus ab ordinario non restituerentur aduersus prouisum à Papa, *Cassador. decis. 1. de simon. & decis. 1. de restitut. spoliat.*

78 Et ideo in beneficialibus, † qui petit reintegrationem, debet docere de titulo colorato, *dicto cap. ad decimas, Innoc. in c. ex parte*

parte, extr. de restit. spoliat. Rota decis. 2. & 3. eod. tit. in nou. decis. 4. de caus. possess. & propriet. in nou. Staphil. dicto cap. 20. folio 339. num. 11.

Quid si reus neget possidere.

Artic. V.

79 Spolians prouisum à Papa, monetur in forma ad dimittendum.

80 Spoliatori neganti possidere, præfigitur terminus., & quis.

Spoliatus per quem, & quomodo inducatur in possessionem, & quando. ibid.

81 Commissio ad instantiam prouisi Apostolici spoliati, quibus clausulis muniatur.

82 Declara procedere in reseruationibus reseruatis in corpore iuris.

83 Monitorium in forma per comparitionem partis, reducitur ad citationem.

84 Spoliatus in beneficialibus, & spiritualibus subest tribus conformibus.

85 Appellatio de iure canonico, datur aduersus spoliatum.

86 Appellatio de iure canonico, datur etiam in possessorio.

79 IGitur suppositis habilibus † terminis; si prouisus à Papa spoliaretur, cõmitteretur causa spolij ad ipsius instantiam cum facultate monendi in forma spoliatorem, vel alias intrusum, ad dimittendã possessionem beneficij: & si Reus compa-
80 rens negat † se possidere, datur Commissio præfixionis termini ad confitendum, vel persistendum in negatione, quo elapso, & nihil, quod releuet docto, constito de bono Iure, & titulo, quod Iudex tanquam vnus
81 ex executoribus datus in litteris, † inducat ipsum in possessionem, & ego audiui alias fuisse datam, licet non viderim practicare Commissionem ad instantiam prouisi Apostolici, quod Iudex constito summariè, & extraiudicialiter de vacatione beneficij in Curia, reseruatione, etiam prouisione, moneat intrusum ad relaxandum possessionem, & fructus, eumque aggrauet, & reaggrauet.
82 Et conceduntur † similia monitoria, quando beneficium est reseruatum, reseruatione clausa in corpore Iuris, & re-
83 gulariter † rescribitur, Placet de monito. rio in forma, quod tamen per compari-
84 tionem partis reducitur † ad simplicem citationem: sed si causa est beneficialis, vel spiritualis, spoliatus debet obtinere tres
85 conformes, quia de iure † Canonico datur appellatio, cap. cum cessante, extra de appell.
86 cap. significauerunt, extra de restit. etiam † si simus in possessorio, Card. in Clem. 1. de sequestr. possess.

De viribus Constitutionis Egidianæ in appellatione.

Artic. VI.

87 Fallit in profanis, vbi sufficit vna sententia.

88 Possessorium profanum per Egidianam ad ius ciuile reducitur.

89 Limitatur tamen in multis casibus Egidiana, remissiuè.

90 Appellatio in deuolutiuo in possessorio profano, non denegatur.

91 Appellatio à condemnatione fructuum, & expensarum, datur ciuiliter.

92 Ampliatur, si de præteritis fructibus agatur.

93 Appellatur à sententia indiuisibili.

94 Appellatur à tota sententia, ratione mixturæ.

95 Appellatur etiam in alijs casibus, prout in numero.

87 IN profanis vero † sufficit vnica sententia, l. 1. C. si de momen. possess. non obstãte Iure Canonico in terris Ecclesiæ, vt glos. in cap. 2. de arbitr. in 6. quia adest Egidia-
88 na, quæ illud † reducit ad Ius Ciuile, vt in Extrauag. Pauli III. Constit. 17. folio 529 tom. 1. bull. nou.
89 Sed dicta constitutio † habet omnes limitationes, quæ traduntur ad dict. l. 1. vt
90 inquit Dec. in rubr. extr. de probat. Ideo † non denegatur appellatio in deuolutiuo, iuxta doctrinam Bartol. & Angel. in l. 2. ff. de appell. recipien. Afflict. decis. 269. Vlterius si senten-
91 tia † condemnat ad fructus, & expensas, quo ad illas datur appellatio, Crescent. de-
92 cis. 110. præcipuè † si fructus sunt consumpti, Afflict. decis. 77.
93 Limitatur etiam; † quando sententia continet alia capita indiuisibilia, quæ requirant appellationem, quia tunc ratio-
94 ne mixturæ † appellatur à tota sententia, Bald. cons. 141. num. 7. & cons. 153. vol. 1. Put.
95 decis. 3. de Egid. & sic † consideratur quod intrant aliæ etiam limitationes ad l. 1. quia omnes applicantur etiam ipsi.

Quot sententiae requirantur in possessorio, antequam detur audientia in petitorio, tàm in prosanis, quàm beneficialibus.

Artic. VII.

96 *Condemnatus in possessorio, non auditur in petitorio, nisi sententiae satisfecerit.*
97 *Condemnato dimissio beneficij non sufficit.*
98 *Condemnatus debet facere depositum, pro fructibus, & expensis.*
99 *Excommunicatus dimissa possessione, factoque expensis; & fructuum deposito auditur.*
100 *Spoliator ad quos fructus teneatur, remissiuè.*

96 OBtenta igitur vnica † sententia in prosanis, vel tribus in beneficialibus, vel spiritualibus in possessorio, possidens non potest audiri in petitorio, nisi prius dimittat possessionem, & fructus, & expensas, in quibus fuit condemnatus, persoluat, ac integraliter sententiae obediat, *cap. fin. extr. de ord. cognit. cap. Pisanis, extra de restit. spoliat.* & dicit *Put. decis.* 138. *fol.* 69. vbi videtur casus, quando dicatur paritum in possessorio.

97 Nec sufficeret dimittere † possessionem, cum pro fructibus, & expensis, etiam, donec liquidentur debeat facere depositum,
98 nisi † procedatur via Censurarum, quia
99 tunc, ob periculum Animae † excommunicatus dimissa possessione, factoque deposito pro fructibus, & expensis, audiretur in
100 petitorio. † Ad quos autem fructus teneatur spoliator, videndus est *Cassad. decis.* 1. *de caus. poss. & propriet.*

An Iudices Delegati post sententiam in possessorio possint cognoscere de petitorio.

Artic. VIII.

101 *Sententiae Iudicis delegati in Curia, non exequuntur absque commissione executoriali.*
102 *Egidiana, an locus sit, quid, si dubitetur.*
103 *Egidiana an locus sit hodie, spectat ad Signaturam.*
104 *Petitorium nihil habet commune cum possessorio.*
105 *Testes examinati in possessorio, non probant in petitorio.*
106 *Limitatur, si plenariè fuerint examinati.*
107 *Petitorium respicientia in possessorio, non discutiuntur.*
108 *Limitatur, si in continenti probentur.*
109 *Ampliatur, si probētur ad discolorandū Titulū.*
110 *Defectus tituli non tractatur stante suspēsione.*

101 ET quia in Curia, Iudices Delegati non possunt exequi sententias, absque Commissione executoriali, solent litigatores obtinere dictā Cōmissionem in qua
102 committitur Iudici † à quo executio: si verò appellans praeuenit, & dubitatur, an sit locus Egidianae, committitur Iudici ad quem, vt quatenus sit locus Egidianae exe-
103 quatur, sed quia † hoc spectat modernis temporibus ad plenam Signaturam, in illa poterit experiri.
104 Est etiam sciendum † per ea, quae dicit *Rota decis.* 313. *par.* 4. *recent.* quod petitoriū nihil habet commune cum possessorio, & idem dicit *Post. obs.* 42. *nu.* 62. *Pen. decis.* 35.
105 ideoque dicitur, † quod testes examinati in possessorio, non probant in petitorio. *Ludouis. decis.* 357. *vbi add. nu.* 6. *& decis.* 535. vbi fit declaratio, quod secus est dicendū,
106 si fuerunt † plenariè examinati, *vt num.* 13.
107 *&* 14. & similiter, † quod respicientia petitorium non discutiantur in possessorio, *Rota decis.* 308. *par.* 4. *recent. Pen. decis.* 94. *Lu-*
108 *douis. decis.* 425. *& decis.* 500. Secùs si in † cōtinenti probentur, *Pen. decis.* 698. praecipuè
109 ad discolorandum titulum *Put. decis.* 76.
110 *fol.* 218. *& Pen. decis.* 46. & quod stante dicta suspensione, non agatur de defectu tituli, firmat *Rota decis.* 85. *par. secunda recentior.*

Quare sit inuenta suspensio petitorij, & quando admittatur.

Artic. IX.

111 *Suspensio petitorij, quare inuenta in interdictis possessorijs.*
112 *Suspensio an induci possit in interdicto retinendae.*
113 *Petitorium, & possessorium retinendae, non possunt simul & semel intentari.*
114 *Petitorium in prima instantia obtentum, non potest suspendi in secunda.*
115 *Declaratur, quando possessorium suum habuit plenarium effectum.*
Declaratur etiam, quando non fuit appellatum, ibid.
116 *Suspensionis petitorij effectus, quisnam sit.*
117 *Suspenso petitorio, cessat iurisdictio in ipso.*
118 *Declaratur, nisi recessum sit à suspensione.*
119 *Suspensionis recessus, debet esse clarus.*

111 QVare autem inuenta † sit suspensio petitorij in interdictis possessorijs, dicit *Put. decis.* 29. *fol.* 439. *lib.* 2.
112 Et an suspendi † possit in interdicto retinendae, si agens cōsensit probationi super petitorio, vidēdus est etiā *Put. d. decis.* 29. *Post. de manut. obseru.* 7. *nu.* 37. *& decis.* 340.

113 Penia

113 *Penia vero decis.*154. *dicit*, quod † petitorium, & possessorium retinendæ non possunt simul & semel intentari, quia intentans sibi contradiceret.

114 Idemque *Pen. decis.*47. ponit † casum de eo, qui obtinuit in petitorio in prima instantia, dicitque quod non potest illud

115 suspendere in secunda cum † declaratione, quando possessorium habuit suum plenarium effectum, vel quando non fuit appellatum.

116 Effectus autem suspensionis † est, quod nullo petitorio agitur in solo possessorio,

117 *Pen.decis.*167. & quod stante † suspensione, cessat iurisdictio in ipso petitorio, *Pen.decis.*47. & *decis.*42. nisi † fuisset recessum

118 à dicta suspensione, *idem dict. decis.*47. &

119 quod talis recessus † debeat esse clarus, dicit *idem decis.*150. Plura de huiusmodi recessu dixi supra, per ea quæ dicit *Put. dict. decis.*343. & *Rot. dicta decis.*95. *p.*2. *recent.* & *Ludouis. dicta decis.*131.

Quid sit possessorium.

Artic. X.

120 ET quomodo † dignoscatur fuisse intentatum petitorium, ait *Rot. decis.*426. *pvr.*4. *recent.*

121 Si etiam scire cupimus, † quando petitorium absorbet possessorium, videndus est *Put. decis.*88. *fol.*40. *Pen decis.*221. & *Rot. post tract. Posth. de manut. decis.*202. & idem *in obseru.*42. *num.*149.

122 Et an rei vendicatio † respiciat petitorium, vel potius possessorium, videndus est *Pen. decis.*89.

123 Quia etiam possessorium est, † quando agitur de mera possessione, vel quasi, *Cenc.*

124 *de Censib. quæst.*90. non oritur † ex actis facultatiuis, sine allegatione causæ, & probatione possessionis ex causa allegata, *Cenc. de censib. quæst.* 81. *sub num.* 4. & idem dicit *Post. de manuten. obseru.*3. *num.*23. & hoc

125 continet † merum factum: petitorium vero iustitiam facti, quæ non examinatur in possessorio, *Rota penes Post. dict. tract. decis.*516. Ideo bene inquit idem *Post. dict. obseru.*42. *nu.* 62. quod inter ipsa nulla adest communio.

126 Et quia diximus † supra, quod debet prius cognosci possessorium, quam petito-

127 rium, sciendum est, quod hoc † habet locũ, etiamsi prætendatur spolium, *idem Post. de manut. dict. decis.* 428. & vlterius etiam-

128 si adsit † Commissio, vt supra, pro cumulatione petitorij, & possessorij, *idem Post*

129 *decis.*611. sed hoc † limitatur, quando possessorium, vt dixi, est turbidum, vel pendet à petitorio, *Post. decis.* 187. tunc ex rescri-

130 pto † cum clausula, arbitrio, admittitur tale arbitrium pro cumulatione ex æquita-

131 te, idem *Post. decis.*136. & 145. licet † regulariter, quando possessorium dependet à petitorio, tali casu vnà cum eo est terminandum, nec interim manutentio est concedenda, *Post. dict. tract. decis.*227.

Quale sit petitorium, & quando detur actio.

Artic. XI.

132 VT etiam clarius † cognoscatur, quale sit petitorium, datur pro regula Iudicium, in quo agitur pro rebus corporalibus, vt puta in rei vendicatione, *l. petitio, ff. de verb. signif. Gabr. cõs.*141. *n.*3 *lib.*2. &

133 etiamsi pro † rebus incorporalibus, idem
Gabr. vbi supra nu. 3. & 4. vbi dicitur etiam
134 de confessoria, eique addenda est hypo-
thecaria. *Rot. decis. 43. num. 3. par. 1. di-*
135 *uers.* necnon † quando quis petit se reco-
gnosci in dominum, & proprietarium,
Menoch. adipiscend. remed. 3. num. 11. & quan-
do deducitur dominium, *Tuscus concl. 122.*
num. 46. littera H. Secus autem dicetur
136 quando † fuit deducta sola possessio, quia
tunc dicitur possessorium, *Menoch. adipiscen.*
remed. 3. num. 159. & dixit *Rota in vna Ro-*
mana, seu Forolsuien. de Theodolis, 15. Mar-
tij 1602. coram Penia.
137 In actione personali † & inter credito-
rem, & debitorem non cadit petitorium,
& possessorium, vt testatur *Gabr. cons. 141.*
num. 13. lib. 2.

Quando detur cumulatio petitorij, & possessorij.

Artic. XII.

138 *Petitorio, & possessorio cumulato, super vtro-*
que quandoque pronunciatur.
139 *Petitorium, & possessorium in Saluiano, cumu-*
latur in eodem libello.
140 *Actor potest in vno, vel altero obtinere, facta*
iudiciorum cumulatione.
141 *Articuli concernentes petitorium, & possessoriū*
praeiudicant, nisi appelletur.
142 *Articulorum admissio in petitorio praeiudicat*
parti, nisi appellet.
143 *Fallit si producantur articuli in petitorio, tan-*
tum in incorporalibus.
144 *Fallit etiam, quando articuli circa petitorium*
dantur ad colorandum possessorium.
145 *Petitorij, & possessorij cumulatio, datur in re-*
bus incorporalibus.
146 *Possessorium impeditur ex defectu proprietatis,*
& non iure agentis.
147 *Spoliatus notoriè restituturus repellitur in pos-*
sessorio, & proceditur in petitorio.
148 *Petitorij, & possessoru cumulatio, datur etiam*
diuersorum temporum.
149 *Spoliatus fundo petens se declarari dominum,*
tentat petitorium.
150 *Spoliatus fundo petens reintegrari, tentat pos-*
sessorium.
151 *Possessorium impeditur ex paritate Titulorū.*
152 *Cumulatio possessorij, & petitorij, quando detur*
agenti Saluiano.
153 *Cumulatio datur factis probaionibus in peti-*
torio.
154 *Cumulatio datur, si hares ex testamento pro-*
ponat petitorium, & possessoriū in vim l. fin.
155 *Cumulatio datur, quando hares petit in posses-*
sorio, & petitorio.
156 *Cumulatio datur etiam petenti declarari hære-*
dem, & aduersarium cogi ad restituendum.
157 *Cumulatio datur in iudicio retinendæ, ad effe-*
ctum vt praeferatur.
158 *Cumulatio datur etiam in compromisso, &*
quare.

138 ET quia cumulatio † est leuissimi præ-
iudicij, quando non tangit merita
causæ, id est quando non aufert Ius parti,
nec lędit eam, ex quo sunt factæ probatio-
nes in petitorio, *Alex. cons. 54. num. 3. lib. 5.*
tali casu est pronunciandum super vtro-
que, *Alex. vbi supra.*
139 In Saluiano † autem in eodem libello,
potest cumulari petitorium, & possessoriū,
Caual. de vsufr. num. 109. Tuscus conclus. 105.
num. 4. littera A. quia qui non obtinet in
140 vno, potest in alio † obtinere, idem *Tuscus*
vbi supra, & dixi *in tit. de hypoth.*
141 Articuli etiam concernentes † petitoriū,
& possessorium, præiudicant, nisi appelle-
tur, *Capic. decis. 28. Roman. cons. 384. num. 4.* &
dixit etiam *Aretin. in l. naturaliter, §. nihil*
commune, num. 9. vers. si autem Iu-
dex admisit articulos, ff. de acquir. possess. vbi
142 quod si † Iudex admisit articulos in peti-
torio, licet pars protestetur, tamen nisi ap-
pellet, sibi præiudicat, sequitur *Crauet. con-*
sil. 248. num. 4.
143 Fallit tamen, si producantur † articuli
in petitorio tantùm in rebus incorporali-
bus; tūc enim licet, & est permissa appella-
tio, *Paris. cons. 107. num. 2. lib. 1. & Rota de-*
cis. 450. num. 2. par. 1. diuers.
144 Fallit etiam † quando articuli concer-
nentes petitorium, sunt dati ad colorandū
possessorium, *Paris. cons. 31. num. 54. 55. lib. 3.*
& Rot. dict. decis. 450. par. 1. diuersor.

Casus autem, quando datur cumulatio
petitorij, & possessorij, sunt.
145 Primo in rebus † incorporalibus, quia
tunc non potest fieri separatio, *Rot. decis. 3.*
de rest. spoliat. in antiq. vt puta in pensione,
quia illa non potest haberi sine Iure, *l. 3.*
§. hoc autem, ff. quemad. ser. amit. magon. Lucen.
decis. 4.
146 Secundo, si notoriè constat † de defectu
proprietatis, & de non Iure agentis in
possessorio, tūc enim admittitur exceptio,
& impeditur possessorium, *Peregrin. de fidei-*
commis. art. 47. nu. 49. Gabr. cons. 149. n. 115.
lib. 2. Menoch. adipiscend. rem 4. num. 153.
& 535.
147 Tertio quando, qui petit †, notoriè con-
stat, quod restituturus est; tunc enim repel-
litur in possessorio, & proceditur in petito-
rio, *Gabr. dicto cons. 149. dict. num. 115. lib. 2.*
Peregrin. vbi supra dict. art. 47. num. 59. Capu-
taquen. decis. 345. par. 2.

148 Quar-

148 Quarto, si vnus proponit † petitorium, & alter possessorium ratione eiusdem rei, diuersis temporibus, datur cumulatio, *Menoch. adipiscen. rem 4. nu. 546. Bartol. in dicta l. naturaliter, §. nihil commune, num. 27. ff. de acquir. posses.*

149 Quinto, si quis dicit † se Dominū talis fundi, & fuisse spoliatum, & ideo declarari ipsum Dominum, est petitorium, & da-
150 tur cumulatio; secus † autem si dicit ideo reintegrari, quia tunc est possessorium, *Coutard. de momentan. posses. quæst. 13. nu. 33.*

151 Sexto, si adest paritas titulorum † ex eodem fonte prouenientium, tunc impeditur possessorium, & cognoscitur in petitorio, *Mohedan. decis. 331. vt lit. pend. Put. decis. 131. lib. 2. Caput. decis. 329. par. 1.* & dixit *Rota in Romana de Marijs, 4. Martij 1596. coram b. m. Penia.*

152 Septimo, quando agens † Saluiano, habet contra se exceptionem dominij in cōtinenti probatam, vel probandam, datur cumulatio, *Rot. post Pacific. decis. 187.*

153 Octauo, quando probationes † fuerunt factæ in petitorio, tunc datur eadem, & pronunciatur super vtroque, quia vt supra tūc non læditur ius partis, *Alex. cons. 54. n. 3. lib. 5, Brun. cons. fæudal. 21. col. fin. vers. 8.* vbi quod de iure debet super vtroque pronunciari.

154 Nono, si hæres ex testamento † proponit petitorium, & postea possessorium in vim *l. fin.* datur cumulatio, *Menoch. adipiscen. rem 4. num. 157.*

155 Decimo, si hæres petit in † possessorio, & postea petit in petitorio, datur cumulatio, *Menoch. num. 538.*

156 Vndecimo, datur etiam si quis † petit se declarari hæredem, & cogi Titium ad restituendam hæreditatem, & alter producit testamentum, & ipse etiam petit hæredem declarari, *Menoch. vbi supra num. 554.*

157 Duodecimo, datur in Iudicio † retinendæ ad effectum, vt præferatur. *Bertrand. consil. 110. num. 2. lib. 2.*

158 Decimotertio, datur in compromisso, † quia arbiter potest procedere in vtroq; simul, & semel *Bero. quæst. 23. in fin. Menoch. per. rem: 415. num. 367.*

Quando denegatur cumulatio petitorij, & possessorij.

Artic. XIII.

159 *Cumulatio non datur in spolio super iure tertij. Ampliatur etiamsi in continenti vellet probare, ibid.*

160 *Cumulatio non semper operatur vt sit simul & semel terminanda.*

161 *Possessorium prius potest cognosci, non obstante commissione super cumulatione.*

162 *Possessorium est prius de iure terminandum.*

163 *Cumulatio quando denegetur, remissiuè.*

164 *Possessorium quare regulariter prius terminetur.*

165 *Possessorium prius terminare debent Iudices, & quare.*

166 *Ampliatur, quod neque peruertere possint talem ordinem, partibus consentientibus.*

167 *Ampliatur, Papam non solere talem peruersionem sanare.*

168 *Cumulare petitorium, & possessorium, Papa potest.*

169 *Cumulatio concessa intelligitur, si Iudici videbitur.*

170 *Cumulatio regulariter dependet à persona actoris.*

171 *Actor suspendere potest petitorium.*

Petitorium suspendi potest à persona obtinente causam committi.

159 NOn datur autem † dicta cumulatio. Primo in spolio super Iure tertij, etiamsi in continenti vellet probare, *Clem. 1. vbi glos. verbo spoliatus, de caus. posses. & propriet. Gozad. cons. 10. n. 3. c. 1. vbi Abb. num. 5. de restit. spol. Marches. de Commis. par. 1. cap. 21. fol. 243. num. 100.*

160 Et si aliquando † datur Commissio cumulationis, aduertendum est, quod non operatur, quod in omni casu sint simul & semel terminanda, neque per cumulationē factam retardatur executio possessorij, *Rot. post Pacif. de Salu. decis. 506. Staphil. de litteris iust. §. si pars innodata, fol. 183. Rot. decis. 34.*
161 *par. 2. diuers.* quia non obstante † dicta Cōmissione prius potest cognosci de possessorio, vt supra dixi. & est ratio, quia talis Commissio intelligitur prout de Iure, *Bartol. in extrauag. ad reprim. verb. videtur, nu. 8. Rot. post Pacif. de salu. decis. 5. & dict. decis. 34.*
162 *par. 2. diuers.* & de † iure est, quod prius est terminandum possessorium, *Bartol. in dicta l. naturaliter, §. nihil commune, num. 29. de acq. poss. Gozad. cons. 10. nu. 23. Capic. decis. 88. Egid. dicta decis. 506. Rota post Pacif. decis. 5.* & dixi supra.

163 Alios casus, quando † denegatur cumulatio, dicit *Menoch. adipisc. remed. 4. à n. 510. vsque ad num. 549. Bart. & Ias. & alij in dicta l. naturaliter, Marches. de commis. par. 1. cap. 21. fol. 243. Soccin. sen. cons. 98. lib. 4. Dec. consil. 84.*

164 Ratio vero, quare † regulariter terminetur prius possessorium, videtur ex eo, ne peruertatur ordo Iudiciorum, prout eueniret, nisi ita procederetur, *l. ordinarij, C. de rei vendic. l. incerti, C. de interdict.* & dixit *Rota in vna Romana Officij, 6. Martij 1606. coram*

ram Cardinali Sacrato, in folio, quòd Iudices
165 inconcussè † obseruare debent, ne talis ordo peruertatur, *Rota decis.450.par.1. diuers. & in Asculana Pradij, die 27. April. 1643. coram R. P.D. Pentingerio, apud Post. de subhast. decis.116.*
166 Ampliatur, quod neq; † peruerti potest talis ordo de consensu partium, *Vant. de*
167 *null.ex defect.proc.num.12.* quinimo† talem possessionem, nec solet Papa sanare, *Vant.*
168 *ibid.num.4.* Benè verum est, vt dixi, † quod potest cumulari, *Rota relat. per Boccac.*
de cens.par.2.n.175. Menoch.adipisc.remed.15.
169 *num.372.& Capic. decis.69.* & si fuit † concessa cumulatio, intelligitur si Iudici videbitur, secus si recuset, *Gabr.conclus.5.n.90. tit.de restit.spoliat.*
170 Sed regulariter † dependet à persona actoris, *Menoch.vbi supra rem.1. num. 213.*
171 quia potest † ipse suspendere petitorium, *Rot.decis.5. de caus. poss. & propriet. in nou. Gabr.dict.conclus.5.nu.82.de rest.spol.* & idem est dicendum, quoad personam, quæ obtinuit causã cõmitti, *Caputaq.decis.153.par.1.*

PRAXIS

PRAXIS IVDICIARIAE CAMILLI CAPVCII I. C. AESINI

Et in ROMANA Curia Causarum Patroni

PARS SECVNDA
De Iudiciis in genere.

De Probationibus. Cap. I.

Quotuplex sit probatio.

Artic. I.

1 *Probationes omnes in quibus consistant in quacunque causa.*
2 *Probatio maior nulla est partis confessione.*
3 *Positionibus cogitur pars respondere.*

IN quacumque causa tam ciuili, quàm criminali, vel mixta, siuè intentetur petitorium, siue possessorium, probationes omnes consistunt, vel in
1 confessione partis † aduersæ, vel in scripturis publicis, vel priuatis, vel in depositionibus testium.
2 Et quoniam nulla est † maior probatio, nec minùs breuior, quàm Aduersarij confessio: Ideò dantur positiones, quibus co-
3 gitur † pars respondere, vt dicam tit. de positionibus, de qua materia etiam latissimè tractat totus *titulus, iunctis glossis, & Gemin. de confess. in 6. & cap. præsentium de testib. in 6. cap. fin. de Iur. iur. in 6. cum Speculatore in tit. de posit. Vestr. lib. 5. c. de posit. & artic. fol. 128. cum tribus cap. seqq.*

De admissione Articulorum.

Artic. II.

4 *Appellatio potest dari super admissione articulorum.*
5 *Clausula, saluo iure impertinēt. in admissione articulorum, quid operetur.*
6 *Articuli an, & quomodo tacitè admittantur.*
Mandatum examinandi habet vim admissionis articulorum, ibid.
7 *Probatio est materia fauorabilis, & multa de stilo habet fauorabilia.*
8 *Articuli an vsque ad conclusionem in causa, & post, admitti possint.*
9 *Articuli in causa profana admittuntur, reuocata conclusione causa.*
10 *Iudex potest articulos admittere, & examinare testes post conclusionem.*
11 *Terminus proban. non citata parte, potest prorogari.*
12 *Declaratur in articulis de iure dantis, secus in obiectiuis.*
13 *Articulorum obiectiuorum materia est odiosa.*

14 Ar-

14 *Articuli obiectiui an, & quando admittantur cum prorogatione termini.*

15 *Articuli an possint admitti lapso termino ad articulandum.*

16 *Articuli, quod non potuerint admitti, statur iuramento dantis.*

17 *Amplientur prædicta in tertio ad causam pro suo interesse veniente.*

18 *Terminus nec renouari, nec prorogari potest, in articulis obiectiuis.*

19 *Limitatur si in alijs instantijs deduci prohibeantur.*

Limitatur etiamsi deinde essent impossibilis probationis, ibid.

20 *Articuli obiectiui admittuntur stante lapsu, à Signatura.*

21 *Veritas sola in causis spiritualibus est indaganda.*

22 *Articuli obiectiui lapsa prima Instantia, an in secunda admittantur vigore eiusdem comissionis.*

23 *Terminus maior assignatus in articulis obiectiuis, an valeat.*

24 *Obiectiua materia quænam sit, & dicatur.*

25 *Articulans debet articulos non confessatos probare.*

QVIA etiam si discutiatur super admissione articulorum, potest. ali-
4 quando † dari appellatio, ad tollendas controuersias, Iudices de stilo Curiæ,
5 illas admittunt cum clausula, saluo † Iure impertinentium, ac non admittendorum *glos. in Clem. constitutionem ver. legitime de elect. Gemin. in cap. fin. num. 17. de confess. in 6. Vestr. d. cap. de posit. & artic. fol. 128. & cap. de art. admiss. fol. 137.*
6 Et possunt etiam tacitè admitti †: puta, quando Iudex mandat super illis examinari, quia tale mandatum habet vim admissionis *Rot. decis. 10. de testib. in nou.*
Sciendum est etiam, quod materia pro-
7 bationis, est multum fauorabilis, † multaque propter huiusmodi fauorem de stilo, & consuetudine inducta fuerunt, etiam contra regulas Iuris. Ideò articuli multoties † lapsa instantia, lapsoque termino ad articulandum, vsque ad conclusionem in causa, & & aliquandò etiam post, ex causa rationabili, dummodo sit res integra, & si causa sit
9 profana, præmissa † reuocatione conclusionis admittuntur *Egid. conclus. 447. 493. & 745. Vestr. dicto lib. 5. c. fin. Rot. decis. 21. de testib. in antiq.*
Et pro informatione sua Iudex potest in-
10 distinctè, post conclusionem in † causa articulos admittere, & testes examinare, cum conclusio ei non obstet, *Rot. 1. 2. de restit. in*
11 *nou.* terminusque etiam parte non citata † potest prorogari, *c. consuluit 10. de off. deleg. Bartol. & alij in l. ne quicquam §. ubi decretum in princ. ff. de off. procons. Stafil. c. 18. fol. 324. & seq.*
12 Quæ tamen procedunt in articulis de Iure dantis, secus in obiectiuis, quorum
13 materia, cum non tueatur Ius dantis, sed † impetat ius Aduersarij, est odiosa, & propterea restringenda, *l. 3. §. si duo ff. de Carbon. edict. cap. vt circa de elect. in 6. Clem. con-*
14 *stitutionem, eodem tit.* licet † quamuis obiectiui si sunt de Iure dantis, admittantur, vt *Rot. decis. 661. par. 2. recent.*
15 Neque lapso termino ad † articulãdum, si fuit legitime seruatus, possunt admitti, nisi
16 de nouo obiectum deuenerit ad notitiam † dantis; statur tamen eius iuramento, quòd in termino dari nõ potuerint, etiamsi gratia contra quam obijcitur, producatur post terminum, & hæc procedunt, etiam in tertio
17 veniente † ad causam pro suo interesse, vt aduertit *Cassad. decis. 1. de except.*
18 Similiter non potest, † prout fit in alijs articulis, assignari nouus terminus, nec datus prorogari, *Stafil. d. cap. 18. fol. 329. &*
19 *seq.* † nisi sint tales, quod in alijs instantijs deduci prohibeantur, vel sint deinde impossibilis probationis; & ideo debet obtineri à
20 Signatura, quod † non obstante huiusmodi lapsu, articuli obiectiui admittantur: quod vt plurimum in causis spiritualibus conceditur, cum in eis sola veritas vndecũ-
21 que † sit indaganda, nisi à qualitate causæ contrarium suadeatur, *Stafil. d. fol. 329. & seq.* & admissi semel vigore commissionis lapsa instantia, non poterunt ea lapsa in
22 secunda vigore † eiusdem commissionis admitti, vel denuo specificari, nisi in supradictis casibus in quibus, etiam via ordinaria id fieri posset.
23 Si tamen maior terminus † assignaretur, parte non appellante, valeret, & posset super articulis obiectiuis examinari, *Egid. dec. 270. Stafil. d. cap. 18. fol. 330.*
Materia verò obiectiua illa dicitur, quæ
24 simpliciter impetit ius Aduersarij: secus † si ex huiusmodi impetitione adimeretur titulus dantis, *Cassad. dec. 2. de except. & de hac materia agit Cassad. dicta decis. Stafil. eodem fol. & Vestr. d. lib. 5. c. fin. vsque ad fin.*
Postquam fuerunt admissi articuli, & positiones, & super illis Aduersarius inter-
25 rogatus, † debet articulans positiones; seu articulos non confessatos, aut non habitos pro confessatis, per scripturas, vel testium depositiones probare de stilo Cur.

De probationibus per Scripturas.

Artic. III.

26 *Causæ deuolutæ à longinquis partibus solent in Curia tractari.*

27 *Scripturæ transumptatæ sine compulsoria, non faciunt fidem in Rota.*

28 *Scripturæ à Notarijs de partibus sunt cum compulsoria extrahendæ.*

Limitatur in extrahendis ab Archiuijs publicis. ibid.

Limitatur etiam in extrahendis ab ijsdem, qui rogarunt. ibid.

Limitatur etiam in extrahendis à successoribus in officio. ibid.

29 *Scripturæ à quibus extrahi possint absque compulsoria.*

30 *Scripturæ non compulsatæ an, & quando fidem faciant.*

31 *Scripturæ non compulsatæ, non creditur nisi cum debitis requisitis.*

32 *Compulsoria alia generalis, altera specialis dicitur.*

33 *Compulsoria generalis datur pro extractione quarumcumque scripturarum.*

34 *Compulsoria generalis, sine commissione, & citatione conceditur indistinctè.*

35 *Compulsoria generalis non habet dilationem processus impeditiuam.*

36 *Citatio pro compulsoria generali, an fieri soleat.*

37 *Citationis pro compulsoria generali formula.*

38 *Decretum obten. compulsoriæ generalis notum, remittitur.*

39 *Compulsoria specialis datur pro certa scriptura, sed non via ordinaria.*

40 *Compulsoria specialis habet dilationem, processum retardantem.*

41 *Compulsoria specialis datur audito aduersario.*

42 *Compulsoria specialis quibus concurrentibus non negetur.*

43 *Compulsandæ scripturæ exemplum Iudici est ostendendum.*

44 *Compulsoria hodie in Rota disputatur, an concedenda.*

Remissoria hodie in Rota disputatur an concedenda. ibid.

45 *Compulsoria conceditur, non citata parte, secus post conclusionem.*

46 *Citatio pro compulsoria fieri solet ex consuetudine.*

Scripturæ probant citata parte in commissione, non in extractione.

47 *Citatio in decreto compulsoriæ relicta fiat in eius executione.*

48 *Scripturæ possunt extrahi per Notarium rogatum sine citatione.*

49 *Scripturæ non possunt sine citatione partis extrahi à non rogato.*

50 *Instrumentum an possit extrahi ex protocollo alterius, & probet.*

51 *Compulsoria potest expediri etiam pendente termino remissoriæ.*

52 *Compulsoria datur etiam ad instantiam asserti procuratoris, cum cautione de rato.*

53 *Compulsoria quomodo exequi debeat à Iudice remissiuè.*

54 *Instrumenta non probant, nisi habeant locum, & locum loci.*

55 *Notarius an possit suo instrumento addere locum, & tempus.*

56 *Transumpto ex regestro supplicationum non creditur in Curia.*

57 *Transumptum de regestro Bullarum facit fidem.*

58 *Producens instrumentum an cogatur ad respondendum præcisè, an velit vti.*

59 *Declaratur affirmatiuè, si ipse sit vnus de extrahentibus.*

60 *Limitatur, & quomodo si non sit ex contrahentibus.*

ET quia in Cur. vt plurimum tractan-
26 tur causæ deuolutæ à longinquis †
partibus, & litigantes nõ habent in promptu Instrumenta originalia, vel testes, quibus articulata probare possint, & neque Rota fidem præstat scripturis transumpta-
27 tis, nisi † extrahantur per viam compulsationis, *Rot. de probat. in antiq.*

Ideò quando scripturæ sunt extrahendæ, & transumptandæ à Notarijs de parti-
28 bus, tali casu, nisi agatur † de extrahendis Instrumentis reconditis in Archiuijs publicis, & fide dignis, per eosdem, qui talia Instrumenta rogarunt, vel eorum in officio successores, vt dicam *tit. de not. & fid. Instr.*
29 quia † in tali casu illa possunt extrahi, & publicari ab eisdem, & sic extracta fidem
30 plenam faciunt † absque infrascripta compulsoria, vt de hac opinione testatur *Rot. in vna Tarraconen. Capellan. 18. Febr. 1636. coram b. m. Pirouano inter volantes:* dummo-
31 do, vt ibidem, habeat requisita † publici Instrumenti, cum pluribus ibi fusè relatis, conceduntur literæ compulsoriales, qua-
32 rum vna † species dicitur generalis, altera specialis: ideò aliqua de vtraque specie asseremus hic, & deinde tit. particulari.

33 Generales sunt, per quas † Iudex mandat Notarijs omnibus in genere, vt extrahant quascumque scripturas ad causam
34 facientes, & istæ † conceduntur in quacũque parte Iudicij indistinctè, sine commissione, & absq; partis citatione *Rot. dec. 42. de probat. in antiq.* quia in illis nulla conce-
35 ditur † dilatio processus impeditiua: & si

quis vellet citare partem pro maiori cau-
36 tela, vt multi solent, † fit citatio, quam tradit *D. Gratiosus Vbert. de modo, & ratione cutandi p. 2. tit. de citat. probat. formul. vndecima*, quæ est infrascripta, quam repeto.

R.P. D. Celso.

Senogallien. beneficij.

Citetur D. Ioseph Planettus ex adu. procur. DD. Siluij, & aliorũ de Orlãdis ex adu. principal. ad videndum per Illustrissimum
37 Dominum † concedi literas cõpulsoriales generales ad partes: cõcordan. de Iudice, loco, & loco loci, nec non constituendum; vel substituẽdũ Procuratorem in partibus reperibilem, & acceptantem, qui in executione huiusmodi literarum citari possit, alias videndum per eundem Dominum deputari ex officio, & decerni processum per affixionem ad valuas maioris Ecclesiæ loci deputandi, ad p. d. Instante D. Paride de Mannellis principali, siue &c. Petrus Cotuennius Notarius. Decretum
38 quod † obtinetur, est notorium, ideo illud non pono.
39 Speciales verò † petuntur pro extrahenda certa scriptura, neque conceduntur via
40 ordinaria, sed cum literæ habeant † annexam dilationem, propter quam retardatur
41 processus, debet † Iudex si opponat se, super hoc audire partem aduersam, & compulsoriales denegare, nisi ad excludendam
42 calumniam detur fumus, quod † huiusmodi scriptura sit in rerum natura, & sit releuans eam volenti producere, & ad hunc effectum solet Iudici ostendi exemplum
43 ipsius scripturæ † compulsandæ, argumento eorum, quæ notat *Cassad. dec. 3. de dilat.*

Et ideo solet hodie Rota, quando petuntur tales literæ, si pars se opponit, semper disputare dubium, an illę veniant con-
44 cedendæ, & † prout fit in remissoria, & nisi detur fumus, vel ostendatur releuantia scripturæ extrahendæ, illas fuit solita denegare, per ea, quæ dicam, *tit. de compulsoria*.

Et quamuis, ante conclusionem in cau-
45 sa, possint d. literæ, etiam non † citata parte concedi, vt supra, præcipuè in Rota vigore Innocentianæ, nihilominus nunquã conceduntur post conclusionem, nisi parte citata *Rot. dec. 37. & 42. de probat. in antiq.*

Ideo consueuit, ferè semper citari pars:
46 si enim citetur in commissione † compulsorialium, scripturæ extractæ faciunt fidẽ, etiamsi non citetur in earum extractione: quod si in decreto compulsorialium, non
47 fuit † pars citata, debet in executione citari, alias fidem non faciunt. Intelligen-
48 dum est tamen dummodo extrahãtur, per Notarium, qui illas confecit, quia si per
49 alium, semper requiritur † in earum extractione citatio partis, *Rot. dec. 4. de fid. Instrumentorum in antiq.*

Sed quando Instrumentum extrahitur
50 ex protocollo † alterius Notarij impediti, vel mortui, ad hoc vt probet, debet omnino præcedere mandatum Iudicis de extrahendo, & habere octo requisita, de quibus *per Afflict. dec. 6. & Guidopap. dec. 2.*
51 Et possunt decerni † literæ, etiam pendente termino remissoriæ, cum non sint inuicem incompatibiles, & non solum ad
52 instantiam principalis, sed † etiam asserti Procuratoris cum cautione de rato, *Rot. dec. fin. de rest. in antiq.*
53 Quomodo autem Index † Compulsorialis ad dd. literarum executionem procedere debeat, dicit latè *Vestr. lib. 6. cap. 1. fol. 183. cum duobus seqq.* & dicemus infra tit. particulari. Vndecumqne autem habeantur scripturæ, sciendũ est, quoad Instrumentũ, quod ad hoc, vt probet, debent
54 habere non solum locum, sed etiam locum loci, *Rot. dec. 5. de fide Instrum.* in antiquis, & *Rota in dicta Tarraconen. Capellarum coram b.m. Pirouano*. Si verò desit locus, vel
55 tempus, † an possit addi per Notarum, qui illud confecit, dicit *Card in probem. Clem. in fine*. Et plenius dicent, quæ notaui tit. de Notaris, & fide Instrumentorum.
56 Nota etiã, quod in Cur. non adhibetur fides transumpta ex regestro supplicationum, prout dicam Deo dante circa principium partis 6. licet aliàs habeatur
57 pro † scriptura autentica, & transumptum de regestro Bullarum faciat fidem, *Rot. dec. 18. de probat. in antiq. Stafil. c. 1. fol. 269.*

Vbicumque, aut vndecumque habeantur Instrumenta, si producens protestatur, quod eis non vult vti, si sint falsa, debet
57 instante altera † parte cogi ad præcisè respondendum, an velit vti *Fulgos. cons. 177. Affl. cit. dec. 189.* circa quod in praxi seruatur, quod si agitur de Instrumento,
59 quod tangat factum ipsius † producentis, quia scilicet ipse sit vnus ex contrahentibus, et debet præcisè declarare; si verò tangit negotia aliorum, et ipse non fuerit
60 vnus ex contrahentibus, † si declaret velle vti, et habere pro vero, bono, reali, et non falso, donec de contrario non constet, sufficit talis responsio, Iuribus allegatis, et dicemus *tit. de Iud. ord. in Curia Capitolina.*

De probationibus per testes in Curia.

Artic. IV.

16 Quæ conclusio ampliatur † primò, tam
in prima, quam in secunda, & vlteriori in-
stantia, & post publicatas attestationes,
17 *dicta Clem.* vbi *Card.num.*19. & post† factas
probationes, *Put.decis.*331.*fol.*324. vbi te-
statur de stilo Rotæ, quod possit etiam
pluries suspendi, & in quacunque parte Iu-
dicij, *Rota apud Pen.decis.*46.*num.*9. *Post.in
vlt.impress. obseru.*8.*num.* 44. *& Lodouis. de-
cis.*307. *num.* 19.
18 Ampliatur secundò, vt possit † non so-
lum semel, sed etiam pluries suspendi, *Rota
decis.*8.*de caus. posses. & propriet. in nou. Put.*
19 *de stilo Rotæ dicta decis.*331. & pluries † po-
test recedi, & iterum suspendi, *Pen.decis.*47.
vbi etiam, quod in prima, secunda, & ter-
20 tia instantia, † dummodo ante conclusum
in causa, *vt num.*17.18. *&* 19.
21 Ampliatur tertio, vt in † beneficialibus
possit suspendi, etiam petitorium intenta-
tum per spoliatorem, & ipso inuito, *dicta
Clem. & Rota decis.*5, *in nou.de caus. posses. &
propr.*
22 Ampliatur quarto, vt quamuis † non
possit procedi tempore feriarum in pos-
sessorio, tanquam priuilegiato, possit ta-
men, eo tempore petitoriũ suspendi, dum-
23 modo suspendatur ab eo, † qui illud inten-
tauit, *Rota decis.*2.*cod.tit.in nou.*
24 In tantum præmissa † procedunt, quod
non solet dari Commissio, vt simul de
spolio, & proprietate cognoscatur, debet
25 enim † prius expediri causa spolij, *dicto cap.
in litteris. Rot.decis.*542. *num.*2. *& decis.*698.
*nu.*2.*par.*2.*recent.* licet Rota soleat admit-
26 tere † cumulationem in remedio reinte-
grandæ, quando possessorium est turbidũ,
vt testatur eadem *Rota dict.decis.*542.*nu.*2.
*dict.par.*2.*recent. vbi num.*1. dicit, quod fit
etiam quando Rota contra ipsum incli-
nat.
27 Quinimò, si post † suspensionem daretur
Commissio ad instãtiam spoliatoris, quod
eodem tempore procedatur super petito-
rio, & possessorio, vt aliquando fit ex fauo-
re, quando à principio vtrumque fuit in-
28 tentatum, † poterit tamen Iudex, si sibi vi-
debitur, non obstante Commissione, suspẽ-
so petitorio possessorium terminare, *Abb.
in cap.* 2. *& cap.cum Ecclesia Sutrina. tit. eod.
de caus. posses. & propriet. Staphil. de litteris
Inst.cap.*6.*fol.*286. *& cap.*21. *fol.*241. *vers. si
diuersa, Vestr.lib.*4.*cap.fin. per totum fol.*106.
*Cen. dicta decis.*148. *&* 136.
29 Limitatur supradicta conclusio, vt non
procedat, quoad tertium venientem
ad causam pro suo interesse, qui non spe-
30 cificauit, † neque mandauit. Potest enim
non obstante suspensione petitorij in eum
alias facta, ipse in petitorio procedere,
*Felin.in cap.cum super,num.*17.*extr.de sent. &
re Iud. Rot.decis.*3.*eod.tit. in nou.*
31 Secundo limitatur in causis † profanis,
quando petitoriũ est intentatum per Ad-
uersarium, potest suspendi solummodo pe-
32 titorium à se intentatum, licet † secùs sit in
beneficialibus, *Rot. decis.*5. *tit. eod. in nou.
Pen.decis.*150. *num.*16.
33 Tertio, quando suspendens † succubuit
in petitorio, de quo tamen videndus est
*Cardin.in dicta Clem. num.*22.
34 Limitatur, vt suspensio † fieri possit,
vsque ad conclusionem in causa, secùs au-
tem postea, *dicta Clem.vnic. Rot.decis.*4. *eod.
tit.in antiq. Pena dicta decis.*40. *num.* 17. 18.
& 19.
35 Quinto, quando probationes † factæ
fuerunt in petitorio, quia tunc suspendi
non potest, *cap.pastoralis, vbi Innoc. extra
eod.tit. Rot. dicta decis.*4. *in antiq.*
36 Sexto, vt possit Iudex † pro minori par-
tium dispendio, vtrunque cumulare, dum-
modo nullum præiudicium alicui parti in-
feratur, *l.*1. *ff. quibus de reb. adeun. Iud. eat.
cap.exhibita, extr.de Iud. Staphil.dict.fol.* 341.
37 *& cap.*22.*fol.*348. fit autem † suspensio per
cedulam, quam inseram titulo de possesso-
rio retinendæ intentando, inter acta al te-
rius Iudicij.

*An suspenso petitorio possit ad illud rediri non
expedito possessorio, & quomodo recedatur.*

Artic. III.

38 *Possessorium priùs expeditur antequam redea-
tur ad petitorium suspensum.*
39 *Declaratur nisi à suspensione recedatur.*
40 *A suspensione possunt recedere partes tacitè, &
expressè.*
41 *Declaratur, etiamsi præcedat contraria prote-
statio, non tamen expressa.*
42 *Actor in possessorio recuperandæ, an sibi præiu-
dicet in possessorio, petens exceptiones ad-
mitti.*
43 *Exceptio Notarij non admittitur aduersus a-
gentem possessorio recuperandæ.*
44 *Articuli per Reum producti, circa Notarium
aduersus agentem possessorio, debent admitti,
& quomodo.*
45 *Cõmissio super restitutione rei, potest intelligi de
solo possessorio.*
46 *Verbum, restitutio rei, videtur sapere petito-
rium.*
47 *Spoliato suspenso petitorio, petenti tamen pro-
cedi in petitorio, signatur commissio.*
48 *Declaratur etiam obtenta in possessorio fauo-
rabili sententia.*
49 *Declaratur etiam hoc fieri refectis expensis.*

38 SVspenso petitorio † antequam ad il-
lud redeatur, debet possessorium ex-
pediri, spoliatusque integraliter restitui,
39 nisi ab huiusmodi suspensione recedatur:
40 quod potest fieri tacitè, † & expresso taci-
te; faciendo aliquem actum concludentem
41 etiam in petitorio, † quamuis à principio
illud faciens protestatus fuerit, se per quod-
libet actum non intendere à dicta suspen-
sione recedere, nisi hoc exprimat; *Rota de-
cis. 6. de caus. poss. & propriet. in nou. Vestr. di-
cto tit. fin. fol. 106. & Rot. decis. 95. num. 4.
par. 2. recent. & Ludouis. decis. 131. nu. 7. & 8.*
& de his videndus est etiam *Put. decis. 343.
num. 3. fol. 370.*
42 Imò, si agens possessorio † recuperandæ, pe-
tit admitti exceptiones super proprietate,
& super eis lis contestatur, præiudicat sibi
in possessorio, ita vt Iudex debeat, etiam
super proprietate cognoscere, *Abb. in c. fin.*
43 *extra de ord. cogn. Afflict. decis. 193.* Non enim
debet † admitti exceptio dominij aduer-
sus agentem possessorio recuperandæ, *l. fin.*
44 *de rei. ff. de Iud. & cap. in litteris, extra de
restit. spoliat.* Possunt † quidem admitti ar-
ticuli respicientes dominium, producti per
Reum, neque dicuntur impertinentes, sed
tantum sine cognitione in sine causæ, quo-
ratio habens exceptiones dominij est bo-
na in tantum, quod si hoc modo non ad-
mitterentur, Iudex grauaret, *Afflict. de-
cis. 7.*
45 Aduertendum tamen, quod si † in Com-
missione, in qua narratur spolium, petitur
committi causa super restitutione rei, li-
cet videatur deductum petitorium, & pos-
46 sessorium, † quia illa verba, restitutio rei
videntur sapere petitorium, *L. officium, &
l. qui restituere, ff. de rei vendic.* Potest ta-
men saluari, & intelligi Commissio, etiam
de solo possessorio, *Afflict. decis. 77. nu-
mero 7.*
47 Si igitur spoliatus, † qui suspendit pe-
titorium, petat, quod non obstante suspē-
sione possit procedere in petitorio, etiam,
48 quod in † possessorio obtinuerit sententiā
fauorabilem, signatur Commissio, *Rota de-
cis. fin. in nou. eod. tit.* additur tamen clausu-
49 la, refectis expensis, † quia non licet varia-
re cum alterius damno, *Rota decis. 5. eod.
tit. de caus. possess.*

Quid probat spoliatus, pro reintegratione tam in beneficialibus, quàm in profanis.

Artic. IV.

50 *Spoliatus debet docere de spolio in termino præfixo, alias proceditur ad negotium principale.*
51 *Spoliatus non restituitur, nisi probatis duobus extremis.*
52 *Restitutio non competit, nisi probata possessione.*
53 *Restitutio non competit ei, qui nunquam habuit.*
54 *Spoliator, spoliatum non possedisse probans, auditur.*
55 *Prælatus electus an, & quando possit in petitorio, & possessorio agere.*
56 *Possessio in corporalibus, per quæ fieri possit.*
57 *Possessio probatur ex receptione pensionis, & fructuum.*
58 *Limitatur, si constaret alium bona possedisse.*
59 *Heres probat possessionem suam ex locatione defuncti.*
60 *Declaratur, si duret locatio, & exegerit pensionet.*
61 *Limitatur, si heredi nulla fuisset facta solutio.*
62 *Possessio Canonicatus, & Præbendæ, per traditionem probatur.*
63 *Declaratur etiam probari per patientiam Canonicorum.*
64 *Possessio quomodo probetur in incorporalibus.*
65 *Possessio acquiritur actu, & exercitio, & in quibus.*
66 *Possessio, semper intelligitur de pacifica.*
67 *Extremum secundum est, si probatur possessio antiquior, & spolium.*
68 *Possessio sua antiquior, & moderna rei, sufficit agenti vi cap. reintegranda.*
69 *Possessio absque spolio, sufficit petenti restitutionem possessionis.*
70 *Spoliatus extremis, & spolio probatis, qualiter restituatur.*
71 *Ampliatur, etiamsi notoriè constet de non iure spoliati.*
72 *Declaratur procedere in spoliato à priuato, & non à Iudice.*
73 *Fallit quando Iudex procederet extraiudicialiter.*
74 *Fallit quando nullitas, vel iudicio iniustitia esset notoria.*
75 *Fallit etiam, si Iudex sine iurisdictione procederet.*
76 *Spoliatus si non constet de non iure suo, non restituitur in petitorio beneficiali.*
77 *Simoniacus spoliatus, non restituitur in beneficialibus.*

Excom-

Excommunicatus spoliatus, non restituitur in beneficialibus, ibid.
Prouisus ab Ordinario, non restituitur aduersus prouisum à Papa, ibid.
78 *Spoliatus in beneficialibus debet docere de titulo saltem colorato.*

50 AD euitandos circuitus, † suspenso petitorio intentatur spolium, datur
Commissio præfixionis termini spoliato,
ad docendum de prætenso spolio, quo
elapso, & nihil quod releuet docto, non
obstante suspensione proceditur in negocio principali, vel in vtroque, *Cassador. decis. 4. de dilat.*
51 Spoliatus verò † ad obtinendam restitutionem probare debet duo extrema: primum suæ possessionis, secundũ possessionis
Aduersarij, *cap. consultationibus, extra de off. deleg. cap. olim 1. & 3. extra de restit. spoliat.*
52 nisi enim † probetur possessio, non com-
53 petit restitutio, † quia nemo potest resti-
54 tui ad id, quod nunquam habuit; † vnde
si prædictus spoliator vellet probare quod
spoliatus tempore prædicti spolij non possidebat audiretur, *Rota decis. 21. de restit. spoliat. in nou. Staphil. dicto cap. 20. folio 339.*
55 *vers. quid autem.* Est enim speciale † in Prælato electo, vt post confirmationem possit
agere in petitorio, & possessorio, hocque
est inductum fauore Ecclesiæ, *Cassador. decis. 7. num. 13. de caus. possess. & propriet.* post
Bartol. in cap. transmissam, extra de elect. quæ
56 possessio in corporalibus, vt puta, domibus, vel fundis, probatur per eos actus, qui
à possessoribus fieri solent, vt diximus supra.
57 Ideo receptio † pensionis domus, & recollectio fructuum agri, probant illorum
possessionem, præsertim in dubio, *l. qui vniuersus, §. qui per colonum, ff. de acquir. possess.*
58 *l. litibus, C. de agric.* Secus † si constaret aliũ
domum, vel agrum possidere, *l. Poomponius, ff. quib. mod. vsufruct. amitt. glos. in cap. bonæ, & ibi Franc. n. 3. extr. de appell. Bartol. in l. quamuis si conductor. ff. de acquir. possess. Afflict. decis. 325.*
59 Hæres etiam satis dicitur † probare
possessionem suã ex locatione per defunctum, cum fructuum perceptione facta,
quia dicitur continuare illius possessioné,
60 & possidere per Colonos, dummodo locatio duret, & inceperit exigere pensiones,
l. peregre. §. quibus, ff. de acquir. possess. Bartol. in l. 1. §. non autem, de vi, & vi armat. Verè
61 enim possident hæredi, dummodò ei priùs
soluere non cœpissent, alias secùs, vt diximus, *Afflict. dict. decis. 325. & 331.*
62 Possessio vero Canonicatus, † & præbendæ probatur eo ipso, quod ea tradita fuisset secundum morem solitum à Canonicis
63 capitulariter congregatis, † vel saltem,
quod passi fuerint eum interuenire actibus
capitularibus, per Canonicos tantum fieri
solitis, *Cassador. decis. 8. de caus. posses. & propriet.*
64 In incorporabilibus, † & in Iure præsentandi, vel eligẽdi à similibus, possessio pro-
65 batur per exercitium, quia in illis possessio
non acquiritur, sine actu, & exercitio; *Cassad. decis. 7. eod. tit.*
66 Regulariter autem, † quando loquimur
de possessione, intelligimus de pacifica,
L. nemo, C. de acquir. possess.
67 Circa secundum extremum, † videlicet
spolium, est aduertendum, quod licèt agatur interdicto recuperandæ, debet vltra
antiquiorem possessionem probari spoliũ,
l. 1. §. interdum autem hoc, ff. de vi. & vi arm. & dicto cap. concertatio, cum ibi notat. extr. de off. delegat.
68 Nihilominus agenti † remedia, *cap. reintegranda, 3. quæst. 1.* sufficit probare antiquiorem possessionem suam, & modernam
rei conuenti, *Bald. in l. 3. col. fin. C. si à non compet. Iud. Afflict. decis. 327.*
69 Idem est, † quando petitur officio Iudicis restitutio possessionis, quam constat
petentem bona fide habuisse; tunc enim
sufficit probare possessionem absque spolio, *dict. decis. 327. in fin.*
70 Probatis duobus extremis, † videlicet
possessione, & spolio, spoliatus reintegratur, vnà cũ fructibus perceptis, & qui per-
71 cipi potuerant, etiam si † notoriè constet
de non Iure spoliati, secundum *l. fin. cum ibi not. ff. de vi, & vi arm. l. si de rei. ff. de Ind. Rota decis. 2. & fin. de restit. spol. in antiq.*
72 Declarã, quod † procedit in spoliato à
priuato, & non à Iudice, qui tantum in
73 tribus casibus dicitur spoliare. Primò † quã-
74 do non procedit vt Iudex, sed extraiudicialiter. Secundo, † quando nullitas, vel
iniustitia est notoria, ita vt nullo velamine
75 possit occultari. Tertio si † procederet sine
iurisdictione, *Felin. in cap. cum causa, extra de off. deleg.* & dicam *infra tit. de possess. reintegranda.*
76 In beneficialibus quoque, † quando nõ
constat de non iure spoliati in petitorio,
non restituitur, *cap. ad decimas, vbi glos. & DD. de rest. spoliat. in 6.*
77 Simoniacus, & † excommunicatus, &
prouisus ab ordinario non restituerentur
aduersus prouisum à Papa, *Cassador. decis. 1. de simon. & decis. 1. de restitut. spoliat.*
78 Et ideo in beneficialibus, † qui petit
reintegrationem, debet docere de titulo
colorato, *dicto cap. ad decimas, Innoc. in c. ex*
parte

parte, extr. de restit. spoliat. Rota decis. 2. & 3. eod. tit. in nou. decis. 4. de caus. possess. & propriet. in nou. Staphil. dicto cap. 20. folio 339. num. 11.

Quid si reus neget possidere.

Artic. V.

79 *Spolians prouisum à Papa, monetur in forma ad dimittendum.*
80 *Spoliatori neganti possidere, præfigitur terminus, & quis.*
Spoliatus per quem, & quomodo inducatur in possessionem, & quando. ibid.
81 *Commissio ad instantiam prouisi Apostolici spoliati, quibus clausulis muniatur.*
82 *Declara procedere in reseruationibus reseruatis in corpore iuris.*
8 *Monitorium in forma per comparitionem partis, reducitur ad citationem.*
84 *Spoliatus in beneficialibus, & spiritualibus subest tribus conformibus.*
85 *Appellatio de iure canonico, datur aduersus spoliatum.*
86 *Appellatio de iure canonico, datur etiam in possessorio.*

79 IGitur suppositis habilibus † terminis;
si prouisus à Papa spoliaretur, cõmitteretur
causa spolij ad ipsius instantiam,
cum facultate monendi in forma spoliatorem,
vel alias intrusum, ad dimittendã
possessionem beneficij: & si Reus compa-
80 rens negat † se possidere, datur Commissio
præfixionis termini ad confitendum, vel
persistendum in negatione, quo elapso, &
nihil, quod releuet docto, constito de bono
Iure, & titulo, quod Iudex tanquam vnus
81 ex executoribus datus in litteris, † inducat
ipsum in possessionem, & ego audiui
alias fuisse datam, licet non viderim practicare
Commissionem ad instantiam prouisi
Apostolici, quod Iudex constito summariè,
& extraiudicialiter de vacatione
beneficij in Curia, reseruatione, etiam prouisione,
moneat intrusum ad relaxandum
possessionem, & fructus, eumque aggrauet,
& reaggrauet.
82 Et conceduntur † similia monitoria,
quando beneficium est reseruatum, reseruatione
clausa in corpore Iuris, & re-
83 gulariter † rescribitur, Placet de monitorio
in forma, quod tamen per compari-
84 tionem partis reducitur † ad simplicem
citationem: sed si causa est beneficialis, vel
spiritualis, spoliatus debet obtinere tres
85 conformes, quia de iure † Canonico datur
appellatio, *cap. cum cessante, extra de appell.*
86 *cap. significauerunt, extra de restit.* etiam † si
simus in possessorio, *Card. in Clem. 1. de sequestr. possess.*

De viribus Constitutionis Egidianæ in appellatione.

Artic. VI.

87 *Fallit in profanis, vbi sufficit vna sententia.*
88 *Possessorium profanum per Egidianam ad ius ciuile reducitur.*
89 *Limitatur tamen in multis casibus Egidiana, remissiuè.*
90 *Appellatio in deuolutiuo in possessorio profano, non denegatur.*
91 *Appellatio à condemnatione fructuum, & expensarum, datur ciuiliter.*
92 *Ampliatur, si de præteritis fructibus agatur.*
93 *Appellatur à sententia indiuisibili.*
94 *Appellatur à tota sententia, ratione mixturæ.*
95 *Appellatur etiam in alijs casibus, prout in numero.*

87 IN profanis vero † sufficit vnica sententia,
l. 1. C. si de momen. possess. non obstãte
Iure Canonico in terris Ecclesiæ, *vt glos.
in cap. 2. de arbitr. in 6.* quia adest Egidia-
88 na, quæ illud † reducit ad Ius Ciuile, *vt in
Extrauag. Pauli III. Constit. 17. folio 529
tom. 1. bull. nou.*
89 Sed dicta constitutio † habet omnes limitationes,
quæ traduntur *ad dict. l. 1.* vt
90 inquit *Dec. in rubr. extr. de probat.* Ideo † non
denegatur appellatio in deuolutiuo, *iuxta
doctrinam Bartol. & Angel. in l. 2. ff. de appell.
recipien. Afflict. decis. 269.* Vlterius si senten-
91 tia † condemnat ad fructus, & expensas,
quo ad illas datur appellatio, *Crescent. de-
92 cis. 110.* præcipuè † si fructus sunt consumpti,
Afflict. decis. 77.
93 Limitatur etiam † quando sententia
continet alia capita indiuisibilia, quæ requirant
appellationem, quia tunc ratio-
94 ne mixturæ † appellatur à tota sententia,
*Bald. cons. 141. num. 7. & cons. 153. vol. 1. Put.
95 decis. 3. de Egid.* & sic † consideratur quod
intrant aliæ etiam limitationes *ad l. 1.* quia
omnes applicantur etiam ipsi.

Quot sententiæ requirantur in possessorio, antequam detur audientia in petitorio, tàm in profanis, quàm beneficialibus.

Artic. VII.

96 *Condemnatus in possessorio, non auditur in petitorio, nisi sententiæ satisfecerit.*
97 *Condemnato dimissio beneficij non sufficit.*
98 *Condemnatus debet facere depositum, pro fructibus, & expensis.*
99 *Excommunicatus dimissa possessione, factoque expensis, & fructuum deposito auditur.*
100 *Spoliator ad quos fructus teneatur, remissiuè.*

96 OBtenta igitur vnica † sententia in
profanis, vel tribus in beneficiali-
bus, vel spiritualibus in possessorio, possi-
dens non potest audiri in petitorio, nisi
priùs dimittat possessionem, & fructus, &
expensas, in quibus fuit condemnatus, per-
soluat, ac integraliter sententiæ obediat,
cap. fin. extr. de ord. cognit. cap. Pisanis, extra de
restit. spoliat. & dicit *Put. decis. 138. fol. 69.* vbi
videtur casus, quando dicatur paritum
in possessorio.
97 Nec sufficeret dimittere † possessionem,
cum pro fructibus, & expensis, etiam, do-
nec liquidentur debeat facere depositum,
98 nisi † procedatur via Censurarum, quia
99 tunc, ob periculum Animæ † excommuni-
catus dimissa possessione, factoque deposi-
to pro fructibus, & expensis, audiretur in
100 petitorio. † Ad quos autem fructus tenea-
tur spoliator, videndus est *Cassad. decis. 1. de*
caus. posses. & propriet.

An Iudices Delegati post sententiam in possessorio possint cognoscere de petitorio.

Artic. VIII.

101 *Sententiæ Iudicis delegati in Curia, non exequuntur absque commissione executoriali.*
102 *Egidiana, an locus sit, quid, si dubitetur.*
103 *Egidiana an locus sit hodie, spectat ad Signaturam.*
104 *Petitorium nihil habet commune cum possessorio.*
105 *Testes examinati in possessorio, non probant in petitorio.*
106 *Limitatur, si plenariè fuerint examinati.*
107 *Petitorium respicientia in possessorio, non discutiuntur.*
108 *Limitatur, si in continenti probentur.*
109 *Ampliatur, si probētur ad discolorandū Titulū.*
110 *Defectus tituli non tractatur stante suspēsione.*

101 ET quia in Curia, Iudices Delegati
non possunt exequi sentētias, absque
Commissione executoriali, solent litiga-
tores obtinere dictā Cōmissionem in qua
102 committitur Iudici † à quo executio: si ve-
rò appellans præuenit, & dubitatur, an sit
locus Egidianæ, committitur Iudici ad
quem, vt quatenus sit locus Egidianæ exe-
103 quatur, sed quia † hoc spectat modernis
temporibus ad plenam Signaturam, in illa
poterit experiri.
104 Est etiam sciendum † per ea, quæ dicit
Rota decis. 313. par. 4. recent. quod petitoriū
nihil habet commune cum possessorio, &
idem dicit *Post. obs. 42. nu. 62. Pen. decis. 35.*
105 ideoque dicitur, † quod testes examinati
in possessorio, non probant in petitorio,
Ludouis. decis. 357. vbi add. nu. 6. & decis. 535.
vbi sit declaratio, quod secus est dicendū,
106 si fuerunt † plenariè examinati, vt *num. 13.*
107 *& 14.* & similiter, † quod respicientia pe-
titorium non discutiuntur in possessorio,
Rota decis. 308. par. 4. recent. Pen. decis. 94. Lu-
108 *douis. decis. 425. & decis. 500.* Secùs si in † cō-
tinenti probentur, *Pen. decis. 698.* præcipuè
109 ad discolorandum titulum *Put. decis. 76.*
110 *fol. 218. & Pen. decis. 46.* & quod stante di-
cta suspensione, non agatur de defectu ti-
tuli, firmat *Rota decis. 85. par. secunda re-*
centior.

Quare sit inuenta suspensio petitorij, & quando admittatur.

Artic. IX.

111 *Suspensio petitorij, quare inuenta in interdictis possessorijs.*
112 *Suspensio an induci possit in interdicto retinendæ.*
113 *Petitorium, & possessorium retinendæ, non possunt simul & semel intentari.*
114 *Petitorium in prima instantia obtentum, non potest suspendi in secunda.*
115 *Declaratur, quando possessorium suum habuit plenarium effectum.*
Declaratur etiam, quando non fuit appellatum, ibid.
116 *Suspensionis petitorij effectus, quisnam sit.*
117 *Suspenso petitorio, cessat iurisdictio in ipso.*
118 *Declaratur, nisi recessum sit à suspensione.*
119 *Suspensionis recessus, debet esse clarus.*

111 QVare autem inuenta † sit suspensio
petitorij in interdictis possessorijs,
dicit *Put. decis. 29. fol. 429. lib. 2.*
112 Et an suspendi † possit in interdicto reti-
nendæ, si agens cōsensit probationi super
petitorio, vidēdus est etiā *Put. d. decis. 29.*
Post. de manut. obseru. 7. nu. 37. & decis. 340.

113 Pena

113 *Penia vero decis.154. dicit*, quod † petitorium, & possessorium retinendæ non possunt simul & semel inteutari; quia intentans sibi contradiceret.

114 Idemque *Pen. decis.47.* ponit † casum de eo, qui obtinuit in petitorio in prima instantia, dicitque quod non potest illud

115 suspendere in secunda cum † declaratione, quando possessorium habuit suum plenarium effectum, vel quando non fuit appellatum.

116 Effectus autem suspensionis † est, quod relicto petitorio agitur in solo possessorio,

117 *Pen.decis.167.* & quod stante † suspensione, cessat iurisdictio in ipso petitorio; *Pen.de-*

118 *cis.47. & decis.42.* nisi † fuisset recessum à dicta suspensione; *idem dict. decis.47.* &

119 quod talis recessus † debeat esse clarus, dicit *idem decis.150.* Plura de huiusmodi recessu dixi supra, per ea quæ dicit *Put. dict. decis.343. & Rot.dicta decis.95. p.2.recent. & Ludouis. dicta decis.131.*

Quid sit possessorium.

Artic. X.

120 ET quomodo † dignoscatur fuisse intentatum petitoriũ, ait *Rot.decis.416. par.4.recent.*

121 Si etiam scire cupimus, † quando petitorium absorbet possessorium, videndus est *Put.decis.88.fol.40. Pen.decis.221. & Rot. post tract. Posthij,de manut. decis.202.*& idem *in obseru.42. num.149.*

122 Et an rei vendicatio † respiciat petitorium, vel potius possessorium, videndus est *Pen. decis.89.*

123 Quia etiam possessorium est, † quando agitur de mera possessione, vel quasi, *Cenc.*

124 *de Censib.quæst.90.* non oritur † ex actis facultatiuis, sine allegatione causæ, & probatione possessionis ex causa allegata, *Cenc. de censib. quæst. 81. sub num. 4.* & idem dicit *Post.de manuten.obseru.3. num.23.* & hoc

125 continet † merum factum: petitorium vero iustitiam facti; quæ non examinatur in possessorio, *Rota penes Post. dict. tract. decis.516.* Ideo bene inquit idem *Post.dict.obseru.42.nu. 62.* quod inter ipsa nulla adest communio.

126 Et quia diximus † supra, quod debet prius cognosci possessorium, quam petito-

127 rium, sciendum est, quod hoc † habet locũ, etiamsi prætendatur spolium, *idem Post. de manut.dict. decis. 428.* & vlterius etiam-

128 si adsit † Commissio, vt supra, pro cumulatione petitorij, & possessorij, idem *Post*

129 *decis.611.* sed hoc † limitatur, quando possessorium, vt dixi, est turbidum, vel pendet à petitorio, *Post. decis. 187.* tunc ex rescri-

130 pto † cum clausula, arbitrio, admittitur tale arbitrium pro cumulatione ex æquita-

131 te, idem *Post.decis.136.* & *145.* licet † regulariter, quando possessorium dependet à petitorio, tali casu vnà cum eo est terminandum, nec interim manutentio est concedenda, *Post.dict.tract. decis.227.*

Quale sit petitorium, & quando detur actio.

Artic. XI.

132 VT etiam clarius † cognoscatur, quale sit petitorium, datur pro regula Iudicium, in quo agitur pro rebus corporalibus, vt puta in rei vendicatione, *l. petitio, ff.de verb.signif. Gabr.cõs.141.n.3.lib.2.&*

133 etiamsi pro † rebus incorporalibus, idem
Gabr. vbi supra nu. 3. & 4. vbi dicitur etiam
134 dè confessoria, eique addenda est hypo-
thecaria, *Rot. decis. 43. num. 3. par. 1. di-*
135 *uers.* necnon † quando quis petit se reco-
gnosci in dominum, & proprietarium,
Menoch. adipiscend. remed. 3. num. 11. & quan-
do deducitur dominium, *Tuscus concl. 122.*
num. 46. littera H. Secus autem dicetur
136 quando † fuit deducta sola possessio, quia
tunc dicitur possessorium, *Menoch. adipiscen.*
remed. 3. num. 159. & dixit *Rota in vna Ro-*
mana, seu Forolivien. de Theodolis, 15. Mar-
tij 1602. coram Penia.

137 In actione personali, † & inter credito-
rem, & debitorem non cadit petitorium,
& possessorium, vt testatur *Gabr. cons. 141.*
num. 11. lib. 2.

Quando detur cumulatio petitorij, & pos-
sessorij.

Artic. XII.

138 ET quia cumulatio † est leuissimi prae-
iudicij, quando non tangit merita
causae, id est quando non aufert Ius parti,
nec lędit eam, ex quo sunt factae probatio-
nes in petitorio, *Alex. cons. 54. num. 3. lib. 5.*
tali casu est pronunciandum super vtro-
que, *Alex. vbi supra.*

139 In Saluiano † autem in eodem libello,
potest cumulari petitorium, & possessoriū,
Caual. de vsufr. num. 109. Tuscus conclus. 105.
num. 4. littera A. quia qui non obtinet in
140 vno, potest in alio † obtinere, idem *Tuscus*
vbi supra, & dixi *in tit. de hypoth.*

141 Articuli etiam concernentes † petitoriū,
& possessorium, praeiudicant, nisi appelle-
tur, *Capic. decis. 28. Roman. cons. 384. num. 4.* &
dixit etiam *Aretin. in l. naturaliter, §. nihil*
commune, num. 9. ante med. vers. si autem Iu-
dex admisit articulos, ff. de acquir. posses. vbi
142 quod si † Iudex admisit articulos in peti-
torio, licet pars protestetur, tamen nisi ap-
pellet, sibi praeiudicat, sequitur *Craueт. con-*
sil. 248. num. 4.

143 Fallit tamen, si producantur † articuli
in petitorio tantum in rebus incorporali-
bus; tūc enim licet, & est permissa appella-
tio, *Paris. cons. 107. num. 2. lib. 1. & Rota de-*
cis. 450. num. 2. par. 1. diuers.

144 Fallit etiam † quando articuli concer-
nentes petitorium, sunt dati ad colorandū
possessorium, *Paris. cons. 31. num. 54. 55. lib. 3.*
& Rot. dict. decis. 450. par. 1. diuersor.

Casus autem, quando datur cumulatio
petitorij, & possessorij, sunt.

145 Primo in rebus † incorporalibus, quia
tunc non potest fieri separatio, *Rot. decis. 3.*
de rest. spoliat. in antiq. vt puta in pensione,
quia illa non potest haberi sine Iure, *l. 3.*
§. hoc autem, ff. quemad. ser. amit. magon. Lucen.
decis. 4.

146 Secundo, si notoriè constat † de defectu
proprietatis, & de non Iure agentis in
possessorio, tūc enim admittitur exceptio,
& impeditur possessorium, *Peregrin. de fidei-*
commis. art. 47. nu. 49. Gabr. cons. 149. n. 115.
lib. 2. Menoch. adipiscend. rem 4. num. 153.
& 535.

147 Tertio quando, qui petit †, notoriè con-
stat, quod restituturus est, tunc enim repel-
litur in possessorio, & proceditur in petito-
rio, *Gabr. dicto cons. 149. dict. num. 115. lib. 2.*
Peregrin. vbi supra dict. art. 47. num. 59. Capu-
taquen. decis. 345. par. 2.

148 Quar-

148 Quarto, si vnus proponit † petitorium, & alter possessorium ratione eiusdem rei, diuersis temporibus, datur cumulatio, *Menoch.adipiscen.rem 4.nu.536.Bartol. in dicta l.naturaliter,§.nihil commune,num.27.ff.de acquir.possess.*

149 Quinto, si quis dicit † se Dominu talis fundi, & tuisse spoliatum, & ideo declarari ipsum Dominum, est petitorium, & da-
150 tur cumulatio; secus † autem si dicit ideo reintegrari, quia tunc est possessorium, *Coutard.de momentan. possess.quæst.13.nu.33.*

151 Sexto, si adest paritas titulorum † ex eodem fonte prouenientium, tunc impeditur possessorium, & cognoscitur in petitorio, *Mohedan.decis.331.vt lit.pend.Put.decis.131. lib.2.Caput.decis.329.par.* 1. & dixit *Rota in Romana de Mariјs,4.Martij 1596.coram b.m. Penia.*

152 Septimo, quando agens † Saluiano, habet contra se exceptionem dominij in cõtinenti probatam, vel probandam, datur cumulatio, *Rot.post Pacific.decis.187.*

153 Octauo, quando probationes † fuerunt factæ in petitorio, tunc datur eadem, & pronunciatur super vtroque, quia vt supra tũc non læditur ius partis, *Alex.cons.54.n.3. lib.5, Brun.cons.feudal.21.col.fin. vers.8.* vbi quod de iure debet super vtroque pronunciari.

154 Nono, si hæres ex testamento † proponit petitorium, & postea possessorium in vim *l.fin.* datur cumulatio, *Menoch. adipiscen. rem 4.num.* 157.

155 Decimo, si hæres petit in † possessorio, & postea petit in petitorio, datur cumulatio, *Menoch.num.*538.

156 Vndecimo, datur etiam si quis † petit se declarari hæredem, & cogi Titium ad restituendam hæreditatem, & alter producit testamentum, & ipse etiam petit hæredem declarari, *Menoch.vbi supra num.*554.

157 Duodecimo, datur in Iudicio † retinendæ ad effectum, vt præferatur. *Bertrand.consil.110.num.2. lib.2.*

158 Decimotertio, datur in compromisso, † quia arbiter potest procedere in vtroq; simul, & semel *Bero.quæst.23. in fin. Menoch. per. rem:415.num.367.*

Quando denegatur cumulatio petitorij, & possessorij.

Artic. XIII.

159 *Cumulatio non datur in spolio super iure tertij. Ampliatur etiamsi in continenti vellet probare, ibid.*
160 *Cumulatio non semper operatur vt sit simul & semel terminanda.*
161 *Possessorium prius potest cognosci, non obstante commissione super cumulatione.*
162 *Possessorium est prius de Iure terminandum.*
163 *Cumulatio quando denegetur, remissiue.*
164 *Possessorium quare regulariter prius terminetur.*
165 *Possessorium prius terminare debent Iudices, & quare.*
166 *Ampliatur, quod neque peruertere possint talem ordinem, partibus consentientibus.*
167 *Ampliatur, Papam non solere talem peruersionem sanare.*
168 *Cumulare petitorium, & possessorium, Papa potest.*
169 *Cumulatio concessa intelligitur, si Iudici videbitur.*
170 *Cumulatio regulariter dependet à persona actoris.*
171 *Actor suspendere potest petitorium.*
Petitorium suspendi potest à persona obtinente causam committi.

159 NOn datur autem † dicta cumulatio. Primo in spolio super Iure tertij, etiamsi in continenti vellet probare, *Clem.1.vbi glos.verbo spoliatus,de caus.possess. & propriet. Gozad.cons.10.n.3.c.1. vbi Abb. num.5.de restit.spol.Marches.de Commis.par.1. cap.21.fol.243.num.100.*

160 Et si aliquando † datur Commissio cumulationis, aduertendum est, quod non operatur, quod in omni casu sint simul & semel terminanda, neque per cumulationẽ factam retardatur executio possessorij, *Rot. post Pacif.de Salu.decis.506.Staphil.de litteris iust.§.si pars innodata, fol.183. Rot.decis.34.*
161 *par.2.diuers.* quia non obstante † dicta Cõmissione prius potest cognosci de possessorio, vt supra dixi. & est ratio, quia talis Commissio intelligitur prout de Iure, *Bartol.in extrauag.ad reprim. verb. videtur, nu.8. Rot.post Pacif.de salu.decis.5. & dict.decis.34.*
162 *par.2.diuers.* & de † iure est, quod prius est terminandum possessorium, *Bartol. in dicta l.naturaliter,§.nihil commune, num.29. de acq. poss.Gozad.cons.10.nu.23.Capic.decis.88.Egid. dicta decis.506.Rota post Pacif.decis.5.* & dixi supra.

163 Alios casus, quando † denegatur cumulatio, dicit *Menoch.adipisc. remed.4.à n.510. vsque ad num.549.Bart. & Ias. & alij in dicta l.naturaliter, Marches.de commis.par.1.cap.21. fol.243. Soccin.sen. cons.98. lib.4. Dec. consil.84.*

164 Ratio vero, quare † regulariter terminetur prius possessorium, videtur ex eo, ne peruertatur ordo Iudiciorum, prout eueniret, nisi ita procederetur, *l.ordinarij,C.de rei vendic.l.incerti,C.de interdict.*& dixit *Rota in vna Romana Officij, 6. Martij 1606. coram*

ram Cardinali Sacrato, in folio, quòd Iudices
165 inconcussè † obseruare debent, ne talis ordo peruertatur, *Rota decis. 450. par. 1. diuers. & in Asculana Pradij, die 27. April. 1643. coram R. P. D. Pentingerio, apud Post. de subhast. decis. 116.*

166 Ampliatur, quod neq; † peruerti potest talis ordo de consensu partium, *Vant. de*
167 *null. ex defect. proc. num. 12.* quinimo† talem possessionem, nec solet Papa sanare, *Vant.*
168 *ibid. num. 4.* Benè verum est, vt dixi, † quod potest cumulari, *Rota relat. per Boccac. de cens. par. 2. n. 175. Menoch. adipisc. remed. 15.*
169 *num. 372. & Capic. decis. 69.* & si fuit † concessa cumulatio, intelligitur si Iudici videbitur, secus si recuset, *Gabr. conclus. 5. n. 90. tit. de restit. spoliat.*

170 Sed regulariter † dependet à persona actoris, *Menoch. vbi supra rem. 1. num. 213.*
171 quia potest † ipse suspendere petitorium, *Rot. decis. 5. de caus. poss. & propriet. in nou. Gabr. dict. conclus. 5. nu. 82. de rest. spol.* & idem est dicendum, quoad personam, quæ obtinuit causã cõmitti, *Caputaq. decis. 153. par. 1.*

PRAXIS

PRAXIS IVDICIARIAE CAMILLI CAPVCII I. C. AESINI

Et in ROMANA Curia Caus[a]rum Patroni

PARS SECVNDA

De Iudiciis in genere.

De Probationibus. Cap. I.

Quotuplex sit probatio.

Artic. I.

1 *Probationes omnes in quibus consistant in quacunque causa.*
2 *Probatio maior nulla est partis confessione.*
3 *Positionibus cogitur pars respondere.*

IN quacumque causa tam ciuili, quàm criminali, vel mixta, siuè intentetur petitorium, siue possessorium, probationes omnes consistunt, vel in
1 confessione partis † aduersæ, vel in scripturis publicis, vel priuatis, vel in depositionibus testium.
2 Et quoniam nulla est † maior probatio, nec minùs breuior, quàm Aduersarij confessio: Ideò dantur positiones, quibus co-
3 gitur † pars respondere, vt dicam tit. de positionibus, de qua materia etiam latissimè tractat totus *titulus, iunctis glossis, & Gemin.de confess.in 6. & cap. præsentium de testib.in 6. cap.fin. de Iur. iur.in 6.cum Speculatore in tit. de posit. Vestr.lib.5.c. de posit.& artic. fol.128.cum tribus cap. seqq.*

De admissione Articulorum.

Artic. II.

4 *Appellatio potest dari super admissione articulorum.*
5 *Clausula, saluo iure impertinet. in admissione articulorum, quid operetur.*
6 *Articuli an, & quomodo tacitè admittantur.*
Mandatum examinandi habet vim admissionis articulorum, ibid.
7 *Probatio est materia fauorabilis, & multa de stilo habet fauorabilia.*
8 *Articuli an vsque ad conclusionem in causa, & post, admitti possint.*
9 *Articuli in causa profana admittuntur, reuocata conclusione causæ.*
10 *Iudex potest articulos admittere, & examinare testes post conclusionem.*
11 *Terminus proban. non citata parte, potest prorogari.*
12 *Declaratur in articulis de iure dantis, secus in obiectiuis.*
13 *Articulorum obiectiuorum materia est odiosa.*

14 Ar-

14 *Articuli obiectiui an, & quando admittantur cum prorogatione termini.*
15 *Articuli an possint admitti lapso termino ad articulandum.*
16 *Articuli, quod non potuerint admitti, statur iuramento dantis.*
17 *Ampliantur prædicta in tertio ad causam pro suo interesse veniente.*
18 *Terminus nec renouari, nec prorogari potest, in articulis obiectiuis.*
19 *Limitatur si in alijs instantijs deduci prohibeantur.*
Limitatur etiamsi deinde essent impossibilis probationis, ibid.
20 *Articuli obiectiui admittuntur stante lapsu, à Signatura.*
21 *Veritas sola in causis spiritualibus est indaganda.*
22 *Articuli obiectiui lapsa prima instantia, an in secunda admittantur vigore eiusdem comissionis.*
23 *Terminus maior assignatus in articulis obiectiuis, an valeat.*
24 *Obiectiua materia quænam sit, & dicatur.*
25 *Articulans debet articulos non confessatos probare.*

QVIA etiam si discutiatur super admissione articulorum, potest aliquando † dari appellatio, ad tollen-
4 das controuersias, Iudices de stilo Curiæ,
5 illas admittunt cum clausula, saluo † Iure impertinentium, ac non admittendorum *glos. in Clem. constitutionem ver. legitime de elect. Gemin. in cap. fin. num. 17. de confess. in 6. Vestr. d. cap. de posit. & artic. fol. 128. & cap. de art. admiss. fol. 137.*
6 Et possunt, etiam tacitè admitti †: puta, quando Iudex mandat super illis examinari, quia tale mandatum habet vim admissionis *Rot. decis. 10. de testib. in nou.*
Sciendum est etiam, quod materia pro-
7 bationis, est multum fauorabilis, † multaque propter huiusmodi fauorem de stilo, & consuetudine inducta fuerunt, etiam contra regulas Iuris. Ideò articuli multoties † lapsa instantia, lapsoque termino ad articulandum, vsque ad conclusionem in causa, & aliquando etiam post, ex causa rationabili, dummodo sit res integra, & si causa sit
9 profana, præmissa † reuocatione conclusionis admittuntur *Egid. conclus. 447. 493. & 745. Vestr. dicto lib. 5. c. fin. Rot. decis. 21. de testib. in antiq.*
Et pro informatione sua Iudex potest in-
10 distinctè, post conclusionem in † causa articulos admittere, & testes examinare, cum conclusio ei non obstet, *Rot. 1. 2. de restit. in*
11 *nou.* terminusque etiam parte non citata † potest prorogari, *c. consuluit 10. de off. deleg. Bartol. & alij in l. ne quicquam §. vbi decretum in princ. ff. de off. procons. Stafil. c. 18. fol. 324. & seq.*
12 Quæ tamen procedunt in articulis de Iure dantis, secus in obiectiuis, quorum
13 materia, cum non tueatur Ius dantis, sed † impetat ius Aduersarij, est odiosa, & propterea restringenda, *l. 3. §. si duo ff. de Carbon. edict. cap. vt circa de elect. in 6. Clem. con-*
14 *stitutionem, eodem tit.* licet † quamuis obiectiui si sunt de Iure dantis, admittantur, vt *Rot. decis. 661. par. 2. recent.*
15 Neque lapso termino ad † articulādum, si fuit legitime seruatus, possunt admitti, nisi
16 de nouo obiectum deuenerit ad notitiam † dantis; statur tamen eius iuramento, quòd in termino dari nō potuerint, etiamsi gratia contra quam objicitur, producatur post terminum, & hæc procedunt, etiam in tertio
17 veniente † ad causam pro suo interesse, vt aduertit *Cassad. decis. 1. de except.*
18 Similiter non potest, † prout fit in alijs articulis, assignari nouus terminus, nec datus prorogari, *Stafil. d. cap. 18. fol. 329. &*
19 *seq.* † nisi sint tales, quod in alijs instantijs deduci prohibeantur, vel sint deinde impossibilis probationis; & ideo debet obtineri à
20 Signatura, quod † non obstante huiusmodi lapsu, articuli obiectiui admittantur: quod vt plurimum in causis spiritualibus conceditur, cum in eis sola veritas vndecū-
21 que † sit indaganda, nisi à qualitate causæ contrarium suadeatur, *Stafil. d. fol. 329. & seq.* & admissi semel vigore commissionis lapsa instantia, non poterunt ea lapsa in
22 secunda vigore † eiusdem commissionis admitti, vel denuo specificari, nisi in supradictis casibus in quibus, etiam via ordinaria id fieri posset.
23 Si tamen maior terminus † assignaretur, parte non appellante, valeret, & posset super articulis obiectiuis examinari, *Egid. dec. 270. Stafil. d. cap. 18. fol. 330.*
Materia verò obiectiua illa dicitur, quæ
24 simpliciter impetit ius Aduersarij: secus † si ex huiusmodi impetitione adimeretur titulus dantis, *Cassad. dec. 2. de except. & de hac materia agit Cassad. dicta decis. Stafil. eodem fol. & Vestr. d. lib. 5. c. fin. vsque ad fin.*
Postquam fuerunt admissi articuli, & positiones, & super illis Aduersarius inter-
25 rogatus, † debet articulans positiones, seu articulos non confessatos, aut non habitos pro confessatis, per scripturas, vel testium depositiones probare de stilo Cur.

De probationibus per Scripturas.

Artic. III.

26 *Causæ deuolutæ à longinquis partibus solent in Curia tractari.*

27 *Scripturæ transumptatæ sine compulsoria, non faciunt fidem in Rota.*

28 *Scripturæ à Notarijs de partibus sunt cum compulsoria extrahendæ.*

Limitatur in extrahendis ab Archiuijs publicis. ibid.

Limitatur etiam in extrahendis ab ijsdem, qui rogarunt. ibid.

Limitatur etiam in extrahendis à successoribus in officio. ibid.

29 *Scripturæ à quibus extrahi possint absque compulsoria.*

30 *Scripturæ non compulsatæ an, & quando fidem faciant.*

31 *Scripturæ non compulsata, non creditur nisi cum debitis requisitis.*

32 *Compulsoria alia generalis, altera specialis dicitur.*

33 *Compulsoria generalis datur pro extractione quarumcumque scripturarum.*

34 *Compulsoria generalis, sine commissione, & citatione conceditur indistinctè.*

35 *Compulsoria generalis non habet dilationem processus impeditiuam.*

36 *Citatio pro compulsoria generali, an fieri soleat.*

37 *Citationis pro compulsoria generali formula.*

38 *Decretum obten. compulsoriæ generalis notum remittitur.*

39 *Compulsoria specialis datur pro certa scriptura, sed non via ordinaria.*

40 *Compulsoria specialis habet dilationem, processum retardantem.*

41 *Compulsoria specialis datur audito aduersario.*

42 *Compulsoria specialis quibus concurrentibus non negetur.*

43 *Compulsandæ scripturæ exemplum Iudici est ostendendum.*

44 *Compulsoria hodie in Rota disputatur, an concedenda.*

Remissoria hodie in Rota disputatur an concedenda, ibid.

45 *Compulsoria conceditur, non citata parte, secus post conclusionem.*

46 *Citatio pro compulsoria fieri solet ex consuetudine.*

Scripturæ probant citata parte in commissione, non in extractione.

47 *Citatio in decreto compulsoriæ relicta fiat in eius executione.*

48 *Scripturæ possunt extrahi per Notarium rogatum sine citatione.*

49 *Scripturæ non possunt sine citatione partis extrahi à non rogato.*

50 *Instrumentum an possit extrahi ex protocollo alterius, & probet.*

51 *Compulsoria potest expediri etiam pendente termino remissoriæ.*

52 *Compulsoria datur etiam ad instantiam asserti procuratoris, cum cautione de rato.*

53 *Compulsoria quomodo exequi debeat à Iudice remissiuè.*

54 *Instrumenta non probant, nisi habeant locum, & locum loci.*

55 *Notarius an possit suo instrumento addere locum, & tempus.*

56 *Transumpto ex regestro supplicationum non creditur in Curia.*

57 *Transumptum de regestro Bullarum facit fidem.*

58 *Producens instrumentum an cogatur ad respondendum præcisè, an velit vti.*

59 *Declaratur affirmatiuè, si ipse sit vnus de extrahentibus.*

60 *Limitatur, & quomodo si non sit ex contrahentibus.*

ET quia in Cur. vt plurimum tractan-
26 tur causæ deuolutæ à longinquis †
partibus, & litigantes nō habent in prompu Instrumenta originalia, vel testes, quibus articulata probare possint, & neque
Rota fidem præstat scripturis transumpta-
27 tis, nisi † extrahantur per viam compulsationis, *Rot. de probat. in antiq.*

Ideo quando scripturæ sunt extrahendæ, & transumptandæ à Notarijs de parti-
28 bus, tali casu, nisi agatur † de extrahendis Instrumentis reconditis in Archiuijs publicis, & fide dignis, per eosdem, qui talia Instrumenta rogarunt, vel eorum in officio successores, vt dicam *tit. de not. & fid. Instr.*
29 quia † in tali casu illa possunt extrahi, & publicari ab eisdem, & sic extracta fidem
30 plenam faciunt † absque infrascripta compulsoria, vt de hac opinione testatur *Rot. in vna Tarraconen. Capellan. 18. Febr. 1636. coram b.m. Pirouano inter uolantes:* dummo-
31 do, vt ibidem, habeat requisita † publici Instrumenti, cum pluribus ibi fusè relatis, conceduntur literæ compulsoriales, qua-
32 rum vna † species dicitur generalis, altera specialis: ideò aliqua de vtraque specie afferemus hic, & deinde tit. particulari.
33 Generales sunt, per quas † Iudex mandat Notarijs omnibus in genere, vt extrahant quascumque scripturas ad causam
34 facientes, & istæ † conceduntur in quacūque parte Iudicij indistinctè, sine commissione, & absq; partis citatione *Rot. dec. 42. de probat. in antiq.* quia in illis nulla conce-
35 ditur † dilatio processus impeditiua: & si

quis vellet citare partem pro maiori cau-
36 tela, vt multi solent, † fit citatio, quam tra-
dit *D. Gratiosus Vbert. de modo, & ratione ci-
tandi p.2. tit. de citat. probat. formul. vndeci-
ma*, quæ est infrascripta, quam repeto.

R.P. D. Celso.

Senogallien. beneficij.

Citetur D. Ioseph Planettus ex adu. pro-
cur. DD. Siluij, & aliorũ de Orlãdis ex adu.
principal. ad videndum per Illustrissimum
37 Dominum † concedi literas cõpulsoriales
generales ad partes: cõcordan. de Iudice,
loco, & loco loci, nec non constituendum,
vel substituẽdũ Procuratorem in partibus
reperibilem, & acceptantem, qui in exe-
cutione huiusmodi literarum citari pos-
sit, alias videndum per eundem Dominum
deputari ex officio, & decerni processum
per affixionem ad valuas maioris Ecclesiæ
loci deputandi, ad p. d. Instante D. Pa-
ride de Mannellis principali, siue &c.
Petrus Cotuennius Notarius. Decretum
38 quod † obtinetur, est notorium, ideo illud
non pono.

39 Speciales verò † petuntur pro extrahen-
da certa scriptura, neque conceduntur via
40 ordinaria, sed cum literæ habeant † anne-
xam dilationem, propter quam retardatur
41 processus, debet † Iudex si opponat se, su-
per hoc audire partem aduersam, & com-
pulsoriales denegare, nisi ad excludendam
42 calumniam detur fumus, quod † huiusmo-
di scriptura sit in rerum natura, & sit re-
leuans eam volenti producere, & ad hunc
effectum solet Iudici ostendi exemplum
43 ipsius scripturæ † compulsandæ, argumen-
to eorum, quæ notat *Cassad. dec.3. de dilat.*

Et ideo solet hodie Rota, quando pe-
tuntur tales literæ, si pars se opponit, sem-
per disputare dubium, an illę veniant con-
44 cedendæ, & † prout fit in remissoria, & nisi
detur fumus, vel ostendatur releuantia
scripturæ extrahendæ, illas fuit solita de-
negare, per ea, quæ dicam, *tit. de compulsa-
toria*.

Et quamuis, ante conclusionem in cau-
45 sa, possint d. literæ, etiam non † citata par-
te concedi, vt supra, pręcipuè in Rota vi-
gore Innocentianæ, nihilominus nunquã
conceduntur post conclusionem, nisi parte
citata *Rot. dec.37. & 42. de probat. in antiq.*

Ideo consueuit, ferè semper citari pars:
46 si enim citetur in commissione † compul-
sorialium, scripturæ extractæ faciunt fidẽ,
etiamsi non citetur in earum extractione:
quod si in decreto compulsorialium, non
47 fuit † pars citata, debet in executione ci-
tari, alias fidem non faciunt. Intelligen-
48 dum est tamen dummodo extrahãtur, per
Notarium, qui illas confecit, quia si per
49 alium, semper requiritur † in earum ex-
tractione citatio partis, *Rot. dec.4. de fid. In-
strumentorum in antiq.*

Sed quando Instrumentum extrahitur
50 ex protocollo † alterius Notarij impedi-
ti, vel mortui, ad hoc vt probet, debet om-
nino præcedere mandatum Iudicis de
extrahendo, & habere octo requisita, de
quibus per *Afflict. dec.6. & Guidopap. dec.3.*

51 Et possunt decerni † literæ, etiam pen-
dente termino remissoriæ, cum non sint
inuicem incompatibiles, & non solum ad
52 instantiam principalis, sed † etiam asserti
Procuratoris cum cautione de rato, *Rot.
dec. fin. de rest. in antiq.*

53 Quomodo autem Iudex † Compulso-
rialis ad dd. literarum executionem pro-
cedere debeat, dicit latè *Vestr. lib. 6. cap.1.
fol. 183. cum duobus seqq.* & dicemus infra
tit. particulari. Vndecumque autem ha-
beantur scripturæ, sciendũ est, quoad In-
strumentũ, quod ad hoc, vt probet, debent
54 habere non solum locum, sed etiam locum
loci, *Rot. dec.5. de fide Instrum.* in antiquis,
& *Rota in dicta Tarraconen. Capellarum co-
ram b.m. Pirouano*. Si verò desit locus, vel
55 tempus, † an possit addi per Notarum, qui
illud confecit, dicit *Card in prohem. Clem.
in fine*. Et plenius dicent, quæ notaui tit.
de Notariis, & fide Instrumentorum.

56 Nota etiã, quod in Cur. non adhibetur
fides transumpta ex regestro supplicatio-
num, prout dicam Deo dante circa
principium partis 6. licet aliàs habeatur
57 pro † scriptura autentica, & transumptum
de regestro Bullarum faciat fidem, *Rot. dec.
18. de probat. in antiq. Stafil. c.1. fol.269.*

Vbicumque, aut vndecumque habean-
tur Instrumenta, si producens protestatur,
quod eis non vult vti, si sint falsa, debet
57 instante altera † parte cogi ad præci-
sè respondendum, an velit vti *Fulgos. cons.
177. Affl. cit. dec.* 189. circa quod in praxi
seruatur, quod si agitur de Instrumento,
59 quod tangat factum ipsius † producentis,
quia scilicet ipse sit vnus ex contrahenti-
bus, et debet præcisè declarare; si verò tan-
git negotia aliorum, et ipse non fuerit
60 vnus ex contrahentibus, † si declaret velle
vti, et habere pro vero, bono, reali, et non
falso, donec de contrario non constet, suf-
ficit talis responsio, Iuribus allegatis, et di-
cemus *tit. de Iud. ord. in Curia Capitolina.*

De probationibus per testes in Curia.

Artic. IV.

119 *Examen est nullum sine citatione ad vidend. iurare testes.*
120 *Sententia lata super depositionibus sine citatione ad videndum iur. testes an valeat.*
121 *Sententia non est nulla etiamsi referatur ad acta nulla.*
122 *Processus valet, consentiente parte non citata ad vid. iur. testes.*
123 *Iuramentum debet praestari eadem die, sub qua cadit citatio.*
Citatio ad videndum iurare debet fieri pro die, & loco certis. ibid.
124 *Examen Testium die, & loco expresso non iuratorum, non valet.*
125 *Terminus ad iurandum potest à Iudice prorogari.*
126 *Testis iuratus in termino remiss. potest extra illum examinari.*
127 *Examen factum die feriata an valeat.*
128 *Examen an retrotrahatur ad iuramentum in termino à lege dato.*
129 *Et quid in termino assignato per verba praeteriti temporis.*
130 *Et quid in termino dato ad probandum, & probatum habendum.*
131 *Et quid in termino dato ad probandum apertissimis documentis.*
132 *Publicatio an, & quando requiratur in termino ad examinandum.*
Et quid in termino ad probandum, vel probat: habend. ibid.
133 *Publicatio si fiet per iudicem, vel per partem, cur non fiat, an praeiudicet.*
134 *Terminus non currit impedito.*
135 *Terminus impedito prorogari debet.*
136 *Citatio super testium iuramento, si die feriata cedat, reiteratur.*
137 *Iuramentum fit die sequenti, si citatio cadit die feriata.*
138 *Iuramentum testium fit etiam parte absente, & non citata.*
139 *Examen nudum fieri potest etiam die feriata.*
140 *Testis iuratus super articulis non probat dicta extra articulata.*
141 *Iuramentum super articulis, & tota causa quare ita fiat.*
142 *Iuramentum simpliciter de veritate dicenda ad quid prosit.*
143 *Iurans simpliciter praesumitur iurare super tota causa.*
144 *Testis quando probet dictum extra materiam articulatam.*
145 *Ampliatur additis verbis, in forma.*
146 *Testes debent citari, & cogi ad perhibendam veritatem.*
147 *Testes vltronei non probant, & qui sint.*
148 *Testes vltronei saltem sunt suspecti.*
149 *Limitatur si deponant in praesentia Iudicis, & partis.*
150 *Citatio pro testium examine non requiritur parte praesente.*
151 *Iuramentum simpliciter Testi à Iudice delatum valet.*
152 *Examen à Iudice factum cum simplici iuramento valet.*
153 *Citationis rigor in examine testium non seruatur de stilo.*
154 *Testes hodiè simpliciter inducuntur ad examen sine citatione.*
155 *Testis in dubio praesumitur inductus, & eius dictum valet.*
156 *Iudex regulariter debet testes examinare.*
157 *Examen testium alteri difficilè committat iudex.*
158 *Probationes sunt vires totius causae.*
159 *Examen in Curia solet committi Notario praeuia citatione.*
160 *Index commissarius debet cogere testes ad deponendum.*
161 *Debet etiam citare partes ad videndum iurare testes:*
Debet etiam iuramenta recipere, & excep. admittere. ibid.
Debet numerum testium refrenare, interrogat. recip. & resec. ibid.
162 *Potest etiam punire testes.*
163 *Iudex à Principe delegat. in examine testium potest alium subdelegare.*
Iudex delegatus ab inferiore non potest subdelegare. ibid.
164 *Iudex delegatus nudus Minister, etiam à Principe non potest subdelegare.*
165 *Examen testium potest committi Iudici, & Notario tantum.*
166 *Iuramentum testium, & examen de stilo Notarij committitur.*
167 *Examen factum à Notario, est ac si factum à Iudice.*
168 *Commissio examinis facta Notario debet constare per acta alterius Notarij.*
169 *Notario attestanti sibi commissum examen, non creditur.*
170 *Examen valet non constito de commissione facta Notario per alia acta.*
171 *Commissio iud. pro examine testium potest esse penes eundem Notarium.*
172 *Examen committitur Notarijs, etiam in criminalibus.*
173 *Notarius non potest examen sibi commissum alteri committere.*
174 *Iuramentum Notarius deferre nequit, nisi fuerit expressè commissum.*
175 *Commissio delationis iuramenti non fit per praesentiam, & patientiam Iud.*
176 *Notarius sibi commisso examine, de stilo potest dare iuramentum.*
177 *Citatio ad dicendum contra articulos quomodo, & quando sit facienda.*
178 *Iuramenti locus debet expressè in citatione.*

Ver-

179 *Verba super articulis, tota causa, & testium*
affuturatione, quid importent.
180 *Intimatio pro admissione articulorum, comissio-*
ne examinari, & recep. iuram. quomodo
formanda.
181 *Examen quomodo perfici debeat.*
182 *Testes an, & quando recipiantur super articu-*
lis non admissis.
183 *Testis an dictum suum possit corrigere in*
examine.
184 *Præcipuè si testes sint præsentes.*

61 QVando verò probationes † sunt fa-
ciendæ per testes, debent articuli
produci parte citata, iuxta for-
62 mulam inferius datã, nec non etiam † no-
mina testium edi, vt *Bald. & Felin. in c. per*
63 *tuas extra de testibus.* Alias † enim esset nul-
lum examen *l. si quando iuncta glos. C. de rest.*
c. 2. vbi glos. extra eodem tit. & in vtroq; DD.
64 Præcipuè in criminalibus, † in quibus
testes nullam fidem faciunt, neque ad sen-
tentiam, neque ad torturam, *Butr. Aretin.*
& aly in cap. qualiter, & quando §. debet. extra
de accus. Clar. quæst. 11. vers. item quæro. Po-
65 test enim pars multa † opponere contra
personas testium, per quæ repellentur, &
nullam fidem merebuntur, vt puta si fue-
66 rint Procuratores † Aduocati, sollicitato-
res, vel Iudices in causa Aduersarij, & si-
milia, de quibus latè *per glos. Gemin. & alios*
in cap. Romana de testibus. Rot. dec. 11. & 12.
67 *tit. eodem*, quod † sint inimici, vel Iudæi
contra Christianos *c. Iudæi extra de testib.*
68 præterquam in certis casibus, quos † re-
fert *Felin. ibidem, & Afflict. dec. 214.* Ex-
69 communicati, † qui ab omnibus repellun-
tur: sed aduertendum est, quod isti etiam
impœnitentes, & non petentes absolutio-
70 nem, † possunt absolui ad istum effectum,
& possunt testificari, *Franc. in cap. ad hæc*
quantum num. 8. extra de appell. Est etiam
71 speciale in causa hæresis, quod Iudex pos-
sit supprimere parti nomina testium, dũ-
72 modo coram Episcopo, vel alia egregia †
persona publicentur. *cap. fin. de hæret. in 6.*
73 Limitatur ista † conclusio, quando pars
74 est præsens, quia talis præsentia † supplet
defectum citationis, & hinc est, quod in
75 criminalibus † cõfrontatio testis cum reo
habet vim citationis *Clar. q. 45. vers. sed in*
proposito, & Guazzin. defens. 20. c. 21. fol. 317.
76 Similiter secundò; quando testes † sunt
recipiendi super morte, vel absentia alicu-
ius, in ciuilibus, quo casu extraiudiciali-
ter inducti sufficiunt, licèt ex eorum de-
77 positionibus † iudicari non possit, nisi par-
te priùs legitime citata, *Felin. in cap. in no-*
mine Domini, extra de testibus. Abb. & Felin.
in cap. quoniam frequenter extra, vt lit. non cõ-
test. Vestr. lib. 6. cap. de testib. in princ. fol. 164.
Rom. singul. 768.
Limitatur tertio, quando esset timor
mortis, vel absentiæ testium, vel terribili-
78 tatis † Aduersarij, qui non patitur se cita-
ri, *Felin. in d. cap. quoniam frequenter*: & tunc
79 solent examinari pręstito iuramento † ve-
ritatis dicendæ, & de futura absentia,
quodque eorum depositiones non publi-
cabunt, sed deinde in omnem euentum si
80 superueniant, debent † formiter examina-
ri, aliàs nullam fidem faciunt, licèt dent
magnum fumum, *Felin. post alios in d. cap.*
quoniam frequenter. Vestr. d. cap. fol. 164. &
seqq.
81 Limitatur quartò, de consuetudine in
criminalibus, quando proceditur contra
contumacem, recipiuntur enim testes in-
distinctè, absque citatione partis, *Abb.*
cons. 61. num. 9. vol. 1. & cons. 45. vol. 7.
82 Sed tamen † quandocumque reus com-
pareat ante sententiam, testes repeti de-
83 bent ipso citato, & debent † in repetitione
seruari omnes solemnitates, quæ sunt ser-
uandæ in examine, quia aliàs testes non
84 probant, *Clar. d. q. 11. vers. item quæro.* † In
tantum quod testis, qui sine tortura à prin
85 cipio non debuisset examinari, † si exa-
minatur cum tortura parte non citata,
debet in repetitione iterum torqueri, aliàs
non probat, *Clar. in d. vers. item quæro. &*
vers. cæterum, & seqq.
86 Limitatur quintò, illud quod dixi † de
oppositionibus contra personas testium,
vt non procedat de consuetudine: nam si
omnes exceptiones in eorum inductione
87 discuterentur, lites † nimis protraheren-
tur in longum, & retardarentur processus;
88 & hinc inoleuit stilus omnes † admitten-
di, vt dicam *tit. de confident.* cum protesta-
tione, saluis exceptionibus &c. & ista pro-
89 testatio operatur, quod si adsit aliqua †
euidens exceptio, dicta admissio resolui-
tur. Si autem in eorum productione op-
90 ponatur aliqua exceptio † releuans, tali
casu Iudex cautus solet mandare exami-
nari saluis exceptionibus &c. vt supra, &
vlterius etiam mandare poni ad partes:
91 & † tali casu, nec censentur admissi, nec
examinati, donec Iudex deliberet, an ve-
92 lit † illos admittere. *Vestr. d. cap. de testib.*
fol. 164. & circa hoc cauti Procuratores
93 bene aduertunt † nè Iudex illos admit-
tat, antequam fuerint discussæ exceptio-
nes, propter quas non debebant admitti,
94 secus enim, cum illorum admissio cum †
citatione ad dicendum contra, sit facilis,
inferretur clienti præiudicium irrepara-
bile. Et quia de stilo etiam dantur Inter-
95 rogatoria ad dilucidationem † veritatis,
super

super quibus testes sunt examinandi; Ideò
96 parti, contra quam fit examẽ, assignatur †
terminus competens ad illa facienda, &
danda Iudici, vel in actis arbitrio Iudicis,
97 qui vt plurimum † solet esse trium dierũ,
vt in Romana societatis 19. Iuny 1626. coram b.m. Remboldo dec. 672. tom. 3. p.4. recent. & si testes examinantur non dato ter-
98 mino † ad dandum Interrogatoria, præsertim si fuit petitus cum copia articulorum, non probant, *Put. dec. 10. de testibus.*
Sunt enim maximæ importantiæ, ita quod
si in tali examine omittatur aliquod In-
99 terrogatorium, testis † debet repeti super
100 illo, etiamsi fuisset † deuentum ad publi-
cationem attestationum, *Farin. q. 73. nu. 6. Seraf. dec. 702. nu. 4. Ludouis. dec. 331. n. 17.*
101 *& 22. & dec. 351. num. 46.* Et si pars † non
dat interrogatoria, debet Iudex ex officio
illa facere *secundum Textum in cap. per tuas. extra de testib. glos. & Gemin. in c. præsentium in verb. Interrogatorio eod. tit. in 6. Vestr. d. c. fol. 164.* hoc tamen in Curia non practica-
tur, quia illorum omissio in testibus non
102 reddit examen nullum, licet † debeant re-
peti *Ludouis. vbi supra.*

Si autem dubitatur, cuius expensis sit
103 facienda repetitio testium † super inter-
rogatorijs, si absque illis fuerint examina-
ti, procedendum est cum distinctione: scili-
104 cet, quod, vel examẽ † subiacet nullitati ex
parte examinantis, & tunc repetitio debet
fieri sumptibus ipsius: vel potius examen
per ipsum fuit validè factum, & tunc quia
culpa venit ex parte citati ad dandum
Interrogatoria, quia illa non dedit, tunc
qui talia Interrogatoria dare neglexit, te-
nebitur ad expensas repetitionis, & re-
conductionis, & ita quotidie practicatur
ad tradita per *Rot. in Bononien. de Manzolis 19. Nouembris 1623. corã R.P.D. Remboldo*, hoc firmans in materia recognitionis
Iurium in folio.

105 Testes vlterius † debent esse iurati *L. iuris iurandi C. de testib. Ludouis. dec. 39.* quod
ampliatur

106 Primò, etiamsi testes sint † Religiosi,
Episcopi, vel Cardinales *glos. & Abb. in cap. cum olim. extra de priuil. & add. ad Vestr. lib. 6 de test. n. 40. fol. 176.*

Secundò, vt etiam numerus testium non
iuratorũ nõ suppleat defectum iuramen-
107 ti; etiamsi † mille essent, *Crot. de testib. p. 7. n. 1. Cefal. cons. 294. num. 33. lib. 2. Mascard. conclus. 1361. num. 9.*

Tertiò, vt in spiritualibus, & alijs, quæ
108 à mera voluntate partium non pendent, †
Iuramentum sanari non possit *cap. tuis extra de testib. vbi glos. & Felin.* indicat, quan-
109 do dictum † testis probet sine Iuramento,
& quando remitti possit.

Quartò, vt in criminalibus non solum
110 testis, sed etiam principalis debeat † iura-
re de veritate dicenda, *Bart. in l. inter omnes. §. recte, & §. fin. ff. de iura. in l. 1.* vbi etiã
Bald. not. C. de iuram. calum. Afflict. dec. 191. num. 8. & Felin. in d. cap. tuis.

111 Debentque iurare † non propositis, sed
tactis Euangelijs. *cap. hortamur. 3. q. 9.* vel
112 quauis alia scriptura, prout fit de † cõsue-
tudine *Felin. in cap. Fraternitatis extra de te-*
113 *stib. & in d. cap. tuis.* Etiamsi † sint consti-
tuti in Sacris *Car. in Clem. constitutionem de*
114 *elect.* Licet enim realiter in iuramentis †
115 sufficiat verbalis iuratio. In delatis † tamen
à iure, vel à parte, requiritur tactus, de
quo tactu sufficit, quod fiat mentio in ex-
116 tensione Iuramenti, † facta per Notarium,
quamuis aliàs non constaret de eo, quia
117 hoc casu † præsumitur testes eas tetigisse,
glos. in Clem. 1. §. porro. de haret. Felin. in d. c. tuis, & d. cap. fraternitatis.

118 De stilo tamen, Prelati, † & alij consti-
tuti in sacris iurant propositis tantum,
non tactis scripturis, & ponendo manum
ad pectus *Authent. sed Iudex. C. de Episcopis, & Cler. cap. fin. extra de Iur. cal. Vestr. de testib. d. fol. 164.*

119 Debet vlterius † pars citari ad videndũ
iurare testes, quia aliàs nihil probarent,
tamquam nulliter examinati *l. si quando C.*
120 *de testib. c. in nomine Domini † extra eod. tit. & Ludouis. dec. 268. & 518.* Licet sententia
lata vigore dd. depositionum non sit nul-
121 la, quia † quando sententia refert se tacite
ad acta, in quibus est error, non est nulla
Alex. cons. 59. vol. 3. & Afflict. dec. 28. in pr.

Si etiam pars consentiat, quod dictum
122 testis valeat, quamuis † non fuerit citata
ad videndum illum iurare, processus valet.
Guidopap. dec. 216.

Debent etiam iurare eadẽ die, pro qua
123 fuerunt citati ad † iurandum, citata tamẽ
parte aduersa pro eadem die, & certo loco
ad videndum iurare *Abb. in d. cap. fraternitatis. Salic. in l. generaliter. §. eisdem C. de reb. cred.*

124 Itaque † si in illa die, & loco nõ iurant,
125 eorum dictum non valet, nisi † Iudex ex
benignitate terminum proroget, *Rot. dec. 15. de restit. in nou. Felin. in d. cap. in nomine Domini in fin.*

126 Potest quidem † testis iuratus in termi-
no, etiã vigore remissoriæ examinari post
terminum, cũ depositio retrotrahatur ad
diem Iuramenti, *Rot. dec. 3. de restit. in nou. dec. 26. de probat. in antiq. Bisignet. decis. 1. de rest. Vestr. lib. 6. cap. fin. fol. 233.*

127 Idem etiam si testis † fuisset iuratus die
non feriata, valet examen, si deinde exa-

mina-

minaretur die feriata, quia retrotrahitur,
128 *Guidopap.dec.*125. Præterquã in quatuor †
casibus. Primò in termino dato à lege. Se-
129 cundò in termino assignato † per verba
præteriti temporis, puta probauisse. Ter-
130 tiò in termino dato ad probandum, & †
probatum habendum, præcipuè si addãtur
verba, per omne genus probationum.
131 Quartò in termino † dato ad probandum
apertissimis documentis, vt latè *Felin. in cap.licet causam, de probat.*

Imo secundum aliquos, si fuisset præ-
132 fixus terminus † ad faciendum illos exa-
minare, vel probandum, & probatum ha-
bendum, requiretur non solum examen,
133 sed eius † publicatio: præterquam si non
stetisset per Iudicem, vel per partem, cum
134 impedito non currat terminus, vel saltem
135 prorogari debeat, *iuxta not.in cap.cum Bertoldus extra de re iud.Gemin.in cap.1.§.si quis 2.de except.in 6.*

Si etiam citatur pars ad videndum iu-
136 rare testes, & citatio † cadat in die feria-
ta, licet de Iure requiratur noua citatio,
137 de stilo tamen testes possunt † iurare die
sequenti, absque alia citatione, etiam par-
138 te † absente *Guidopap.dec.*542.

139 Attamen † nudum examen potest fieri
die feriata, etiam in honorem Dei *glos. 1. & ibi Card.n.5.de off. deleg.*

140 Et quia testis † iuratus super articulis,
si deponit aliquid extra articulata, non
probat, ideò cauti Procuratores faciunt
141 illum † iurare super articulis, & tota cau-
142 sa, vel simpliciter de veritate dicenda, †
143 quia tunc præsumitur iurare super † tota
144 causa, & eius dictum valet, etiam † quod
deponat extra materiã articulatam, *Bartol.Alex. & Ias. in l.si duo. §. idem iubemus, ff.de iur. iur. Felin. in cap. de testib. extra de*
145 *testib.* si † præcipuè addantur verba, in for-
ma. *Ludouis. dec.*453.

146 Testes etiam de † Iure, debent citari, &
cogi ad perhibẽdum veritatis testimoniũ,
147 quia secus, dicerentur vltronei, & eorum †
dicta nihil valerent *cap. statutum §. fin.* vbi *Gemin.de rescript.in 6.toto tit.extra de testib. & per authent. rogati cum ibi not.* C. *de test.*
149 vel saltem efficerentur suspecti, nisi †
deponerent in præsentia Iudicis, & par-
150 tis, quia tunc † non requiritur citatio. I-
151 demq. est dicendum, si Iudex simpliciter †
deferret Iuramentum testi, & eum exami-
152 naret, & † valeret examen, *Felin. in d. cap. in nomine Domini, extra de testibus.*

153 De stilo tamen † rigor citationis non
154 seruatur, sed sufficit eos inducere † simpli-
citer, *Rot.dec.22.de testib.in nou.Vestr.d.cap. de testib. fol.* 164.

Et si non appareat ex actis, testem fuisse
155 citatum, vel inductum, † præsumitur in-
ductus, & eius dictum sustinetur, *vt Fel. in d.cap.in nomine Domini.*

156 Regulariter † etiam Iudex ipse debet
testes examinare *l.solam iuncta glos.C.de test. Bald.in cap.si quis testium extra eodem tit.*

Et facilius, quicquid aliud committen-
157 dum est alteri, † potius, quam examen
158 testium, cum in probationibus † consistat
tota vis causæ, vt inquit *Gemin.in cap. præsentium.§.testes num.9.de testib.in 6.*

159 Potest tamen ex legitima † causa com-
mitti examen Notario, vt de stilo seruatur
in Curia, præuia citatione ad videndum
committi iuramentum, & examen Nota-
rio causæ, *vt Vestr.l.5.cap.2.* quem refert *D.Gratiosus de mod.& rat.citand.titulo 2.de cit.probat.formu.14.§.& committi.*

160 Et quando committitur † alteri Iudici,
ille cui committitur, debet cogere te-
stes ad deponendum, citare partes ad vi-
161 dendum † illos iurare, iuramenta recipi,
exceptiones admitti, numerum testium
refrenari, Interrogatoria recipi, et si opus
162 reuocari, & etiam puniri † testes, *glos.1. in Clem. 1.de off.delegat.*

Si autem examen testium delegetur à
163 Principe alicui Iudici, † poterit ille, tam-
quam à Principe Delegatus alium subde-
legare: secùs si delegetur ab inferiore, vel
164 Delegatus † sit nudus Minister, etiamsi
delegetur à Principe. *Clem.1.vbi glos.1. & Card.de off.deleg.*

166 Et non solum Iudici committi † potest
examen testium, sed hoc potest etiam fie-
ri Notario, vt supra *ex cap.si qui testium, & cap.Mulieres de Iud.in 6.*

169 Immò de stilo † indistinctè Iudices cõ-
mittunt examen testium, & receptionem
Iuramenti Notarijs, *Felin. in cap.causam extra de testib. Vestr.d.cap.de testib.fol.164.*

167 Et hoc examen † valet, ac si fuisset fa-
168 ctum à Iudice, dummodo per acta † alte-
rius Notarij constet de Commissione,
quia Notario attestanti, sibi fuisse com-
169 missum † examen testium à Iudice, non
creditur, *DD.in cap.quoniam contra extra de probat. Afflict.dec.17. Guidopap.dec.126.* & dicam *tit.de Notar.& fid.Instr.*

170 Sed hoc non † seruatur de consuetudi-
ne, neque auditur opponens de tali nulli-
171 tate ex hoc capite, quod de commissio-
ne Iudicis aliunde non constet: & ista cõ-
172 suetudo cõmittendi examen notarijs, † ser-
uatur absque controuersia, etiam in cri-
minalibus. *Clar.q.55. verf. cæterum. Guazzin.tom.1.cap.6. num.2.fol.15.*

173 Non tamen possunt † Notarij, quibus
à Iudice fuit commissum examen, com-
mittere vices suas alijs Notarijs, *Franc.in cap.*

cap.cum causam num.15.extra de appel.
174 Er delatio Iuramenti, † debet expresſè
committi, alias Notarius de Iure non po-
test illud deferre, neque sufficeret præsen-
175 tia; & patientia Iudicis *Bart.in l.videamus*
*§. deferre. ff.de 19 lit.iur.Fel.*post alios *in c.*
tuis in fine extra de testibus.
176 Licet de stilo Notarius, cui † examen
committitur, possit, etiam absque speciali
commissione Iuramentum testis recipere,
Put.dec.8. de restit.

Er ad fugiendos circuitus, quando sunt
177 producendi articuli, vt aliàs diximus, fit
citatio ad dicendum contra articulos in
actis facto datos, videndum illos ad pro-
bandum admitti, & committi Notario
causæ examen, & receptionem Iuramento-
rum testium in forma: & postquam com-
178 missum † fuerit, videndum eosdem testes
iurare, in eorum, vel Notarij domibus, aut
vbicunque reperti fuerint, tàm super ar-
ticulis, quàm tota causa, & super eorum
affuturatione; & postquam iurauerint dã-
dum Interrogatoriis, & conducendum in-
terpretem, quatenus dare, & conducere
intendat, per totam illam, & tot sequentes
dies &c.

Et nè miremini si in ista formula cita-
179 tionis addo † verba, super articulis, tota
causa, & super eorum affuturatione: hoc
facio, quia factus senior, inueni non esse
omnino inutilia, propter casus contingi-
biles, quia ex supradictis si deficerent, &
veniret casus, quod in formãdo articulos
nõ apponerentur dicta verba, super illis, &
tota causa, vel quod testes affuturi essent
examinandi, pars posset opponere testes
deposuisse extra articulata, vel non fuisse
commissum Iuramentum, nec potuisse iu-
rare super affuturatione, prout superius
consideratum fuit. De intimatione pro
180 admissione articulorum, commissionis †
examinis, & receptionis Iuramentorum, &
181 quomodo sit procedendum † ad perfe-
ctionem examinis, dicemus infra.

Aduertendum tamen puto, quod ali-
182 quando, etiam testes recipiuntur super ar-
ticulis non admissis, vt si sint affuturi,
vel articuli sint de Iure dantis, & termini
substantiales fuerint seruati, *Rot. dec.fin.de*
sequest.possess.in fin.in nou. & dec. 511. de te-
stib.in antiq. Vestr.d.lib.5. cap.de artic.admis.
fol.137.
183 Quando † autem testis possit corrigere
dictum suum in examine, dicit *cap.praeterea*
cum ibi not.extra de testib. Rot. dec.19. de te-
184 *stib. in nou.* & hæc de plano † procedunt,
quando testes sunt præsentes. Et hæc pro
nunc sufficiant, quando probationes sunt
faciendæ per testes in Curia.

De examine testium extra Curiã

Artic. V.

185 *Remissoriales dantur pro examine extra Curiam.*
186 *Testes extra Curiam examinantur per remissoriam.*
187 *Remissoria hodie expeditur sub paruo sigillo.*
188 *Remissoria à Rota conceditur absque commissione in omni instantia, & causa.*
189 *Auditor Rotæ non potest sine consensu aliorum remissoriam dare.*
190 *Remissoriam an possint dare facultatem concedendi. An partes possint dare facultatem Auditori S. Rotæ concedendi remissoriam.*
191 *Commissio pro remissoria quando peti debeat, & quibus clausulis detur.*
192 *Dilatio in remissoria est iudicis arbitraria.*
193 *Dilatio in remissoria, est sæpe deneganda.*
194 *Clausula, Dummodo materiæ sint releuantes solet addi in remissoria.*
195 *Remissoria non conceditur sine releuantia materiæ.*
196 *Citationes pro obtinenda remissoria, remissiuè.*
197 *Remissoriæ debent peti post litis contestationẽ.*
198 *Remissoriæ petuntur ante ser. ter. ad articulandum, in causa beneficiaria, & profana.*
199 *Vel saltem fit citatio contra articulos, ad prob. in Curia, & extra.*
200 *Remissoriæ post conclusionem in causa non conceduntur.*
201 *Termini substantiales, quando sint seruandi à Procuratoribus in causis.*
202 *Procurator caueat à suspicione calumniæ, & causas protrahendi.*
203 *Termini substantiales, quando seruentur in Rota.*
204 *Remissoria datur in profanis in quacumque instantia.*
Remissoria datur in beneficialibus in tertia instantia tantum.
205 *Declaratur dari in prima, & secunda, si renuncietur appellationi.*
206 *Prorogatio termini in remissoria est communis vtrique parti.*
207 *Remissoria sæpe denegatur, etiamsi testes valdè distent.*
208 *Remissoria negatur, si subsit suspicio calumniæ.*
209 *Remissoriam petens, quid iurare debeat, vt obtineat.*
210 *Remissoria non datur, nisi detur fumus boni iuris.*
211 *Remissoria in criminalibus non datur, si testes ad Iudicem accedere debeant.*
212 *Notarius in ciuilibus transmittitur ad personas egregias.*
Examen personarum egregiarum fit in earum domibus. ibid.

Ne-

185 QVando verò † testes sunt examinādi extra Curiam, dātur literæ remissoriales, de quibus dicam titulo particulari.

Dantur literæ remissoriales, per quas Iu-
186 dices nostræ † Rom. Curiæ committunt, & subdelegant vices eorum in partibus, aliquibus, qui loco ipsorum testes examinent, iuxta formam *c. præsentium de test. in 6. vbi Gemin.* fusè tractat de materia.

187 Olim literæ solebāt expediri sub plumbo, propter regulas Cancellariæ. Hodie verò expediuntur sub paruo sigillo Iudicis *Vestr. lib. 1. c. de off. contrad. in fin. fol. 14.*

Et si causa pendet in Sacro Rotæ Auditorio, possunt illi DD. Auditores eas in
188 quacumque causa, † & instantia absque alia commissione concedere, ac si essent Iudices ordinarij, *vigore Innocentianæ, &*
189 *Bullæ Pij IV.* alias indicatur. & non † sine consensu aliorum Coauditorum: sed si partes vellent dare facultatem illas conce-
190 dendi soli Auditori, qui Iudex † reperitur deputatus, vel si causa pendeat extra Rotam, coram alio Iudice delegato, solebat
191 antiquitus peti † Commissio, quæ indistinctè concedebatur cum clausula, arbi-
192 trio Iudicis. Tum † quia remissoria habet annexam dilationem, quæ semper est arbitraria Iudici *Cassad. dec. 3. de dilat. Vestr.*
193 *lib. 6. cap. de remiss. ad par. fol. 180.* Tum † etiam quia in multis casibus venit deneganda, vt dicemus infra: & solebat etiam
194 addi † alia clausula, dummodo materiæ
195 sint releuantes, quia † si materiæ nō essent releuantes, tales literæ non conceduntur: hæc tamen fusiùs *infra tit. de remissoria.*

196 Citationes etiam † necessariæ pro ea obtinenda sunt penes *Vestr. lib. 5. cap. de termin. obseru. in artic. remiss. fol. 120.* & modernis tēporibus *apud D. Gratiosum. Vbertum de mod. & rat. citand. par. 2. decitat. probatorijs formul. 15.* & commissio hodie recessit à Curia, & remissoria cōceditur absque commissione, vigore facultatum Iudi-

cibus Congregationis concessum à Pio IV.
constit. 59. & Paul. V. const. 7. 16. ... §. 11.
197 Debent licet istæ † peti post litis con-
testationem. Rot. dec. 37. de testib. in antiq.
198 & antequam fuerit seruatus terminus † ad
articulandũ, siue causa sit beneficialis, siue
profana, vel saltem ante dictum terminum
199 ad articulandum, debet † pars citari ad
dicendum contra articulos, ad probãdum
in Curia, & extra: post conclusionem enim
200 non possunt † de Iure concedi, quia cen-
sentur renunciatum omnibus probationi-
bus Cassad. dec. 2. de dilat. Vestr. lib. 6. cap. de
remiss. ad par. fol. 185.
Et ideo hac de causa cauti, & solertes
201 Procuratores numquam, vel raro † sequũt
terminos substantiales, nisi prius re matu-
re perspecta, & cognito de viribus proba-
tionum in actis factarum, sed semper so-
lent dd. terminos seruare, postquam vide-
runt, etiam præmissis disputationibus, alio
non indigere, vel aliud probare non pos-
202 se: hoc † tamen accuratè, & prudenter, ne
præbeat suspicionem calumniæ, & malum
odorem protrahendi, & sic practicatur in
Rota, vbi tales termini seruantur, postquã
203 causa fuit ad † saturitatem disputata, &
quando per DD. facto verbo Rota plenè
mandat causas expediri.
Differentia autem inter causas profa-
204 nas, & beneficiales in hoc consistit, † quod
in profanis conceditur remissoria in qua-
cumque instantia, in beneficialibus vero
in tertia tantum, & si conceditur in pri-
205 ma, vel secunda, fit solum, quando † pars
renunciat appellationi. Cassad. dec. 3. de di-
lat. Vestr. d. cap. fol. 183.
Si verò terminus præfixus in remissoria
206 habitus non perfectis † probationibus
prorogatur, vel datur alius breuior, ista
prorogatio est communis vtrisque parti.
l. proinde C. de tempor. in integr. restit. Vestr.
d. fol. 183.
207 In multis tamen † casibus, quamuis te-
stes sint in partibus longinquis, denega-
208 tur remissoria, & sic limitatur † prima
conclusio. Primo, quando subest suspicio
calumniæ. Rom. cons. 273. Felin. in cap. de ce-
tero extra de re Iud. & Rota passim. & hinc
est, quod petens, debet iurare non adesse
209 animum † frustrandi Aduersarium, sed
quia credit non probata probare posse, &
210 vlterius debet dari fumus boni Iuris † pe-
tentis remissoriam, puta per productionem
examinis facti in partibus ad perpetuam
rei memoriam, vt mouet Cassad. d. dec. 3. &
Vestr. d. fol. 183.
211 Secundò in causis † criminalibus, in
quibus testes debent venire ad præsentiam
Iudicis, Auth. apud eloquentissimarum, cum ibi
not. C. de fid. Instr. gloss. in Clem. 2. in verb.
ciuili de off. deleg. Vestr. d. cap. fol. 182. & 187.
& 188. fac.
Ideò licet in causis ciuilibus soleat trãs-
212 mitti Notarius ad personas † egregias, vt
in eorũ domibus examinentur, vt vult text.
in l. generaliter §. vlt. vbi gloss. C. de Iureiur.
& testatur Rota in Melenitana nullitatis pro-
fessionis prima Iunij 1650. coram Illustrissimo
Rojas interuenientes, secus tamen est in
criminalibus Clar. q. 26. vers. aduerte. &
213 declara, nisi † sint legitimè impediti, quia
scilicet sunt senes, infirmi, debilitati, & ho-
nestæ mulieres. Clar. ibidem, & Rot. dec. 9. de
Iud. in nou.
214 Posset etiam esse † talis qualitas testis,
quod propter dignitatem ad eum mitte-
retur Notarius, & ideo.
Hęc limitatio sublimitatur. Primo in
215 Principe, & Inquisitoribus † hereticæ pra-
uitatis, qui etiam in criminalibus remis-
sorias concedere possunt, Specul. in tit. de
test. §. nunc tractandum. Clar. d. quæst. 26. vers.
vnum scias. Vestr. lib. 6. cap. vlt. fol. 182. &
Felin. in cap. cum causam de test.
216 Secundò fallit de consuetudine, † quan-
do testes sũt absentes, & extra territorium
Iudicis, quia bene datur remissoria, seu lit-
teræ subsidiariæ directæ Iudici, in cuius
217 territorio † testes reperiuntur, vt notant
Bartol. Ancar. & alij in cap. constitutus extra
de fideiuss. Felin. in d. cap. cum causam. Debet
218 tamen tunc adesse † magna causa, &
quod veritas aliter haberi non possit, Al-
ciat. cons. 462. & si nihilominus subesset cau
219 sa, propter quam † Iudex vellet videre,
& per se ipsum examinare testem, debet
nõ obstante quacunque distantia ad eum
persona iter venire, vt dicit Clar. d. q. 26. Et
220 quando in criminalibus de iure † danda
est, facilius datur Reo, quam fisco, & In-
stigatoribus, quibus numquam ad partes
221 danda est pro capiẽdis inditijs, nisi prius †
habito sufficienti fumo criminis, aut indi-
cijs sufficientibus, vt mandat Reformatio
Pauli V. tit. 15. de A. C. debetq dirigi Iu-
222 dicibus ordinarijs, † dummodo non sint
suspecti, vt in Reform. trib. facta per Pium
IV. & dictum Paulum V. sæpius indicatas.
Tertiò limitatur principalis conclusio,
de concedenda remissoria, vt non proce-
223 dat † in causis ciuilibus, quando petitur
ad probandum crimen, vel aliud quod sa-
piat delictum. Put. dec. 18. de dilat. & ideò
224 ad probandum † spolium, attentata, &
violationem sequestri, denegaretur, cum
hæc sapiant delictum, vt inquit Put. dec.
10. de appel. dec. 9. de probat. in antiq. nisi
225 daretur † maximus fumus spolij, attenta-
torum, & violationis sequestri, Cassad. dec.
fin.

fin.de ſequeſtr. poſſ. & fruct.dec.3. & 4. de di-
226 *lat.*Aut præſentium † crimen non intenta-
tur principaliter, ſed incidenter, ſicuti
quando ſpolium venit in ventre petitorij,
227 tunc non concederetur † remiſſoria ad il-
lud probandum, *Put. dec. 1. de dilat. Veſtr.*
*d.cap.de remiſſ.fol.*122.

228 Ad excuſandũ verò, vel excludendum †
attentata, & ſpolium, repellendumque te-
ſtes examinatos, indiſtinctè conceditur,
ſecundum *Caſſad.dec.4. de dilat. Afflict. dec.*
351. *Veſtr.lib.8. cap.vt lit.pend.fol.*271.

229 Dummodo pro parte Actoris † aliqua-
liter probata non fuiſſent, vel incontinen-
ti probari non poſſent, quia tunc denega-
230 retur, ne videretur concedi ad † confouen-
dum illum in ſuo crimine, *Caſſad, dec.2.de*
*dilat.Veſtr.lib.6.cap.de remiſs.ad par.fol.*180.

231 Quarto neque datur, pro probandis †
exceptionibus dilatorijs, alijſque inciden-
tibus, niſi ſint peremptoriæ, vt puta ſi di-
catur teſtes fuiſſe corruptos, vel pro pro-
bandis articulis ſolummodo per Inſtru-
232 menta, ſecùs ſi per Inſtrumenta, & teſtes,
vel ad recognoſcendum ſigilla, & Notatiũ
Rot.dec.6. de probat. dec.17. de teſtib. in nou.
*dec.44.eodem in antiq.Veſtr.eodem c. fol.*189.

233 Quinto, quando fuit ſemel † decreta,
expedita, & præſentata, vel cauſa fuit in
prima inſtantia cognita in partibus, etiã
234 ſi ſuper † nouis tantum articulis de Iure-
dantis peteretur, quia cum potuerit petẽs
235 in partibus, † ſemel probanda, probare,
fruſtra amplius cõceditur remiſſoria, *Rot.*
dec.16. de teſtib.in nou. Niſi ille fuiſſet legi-
236 timè impeditus, vt puta facto † Iudicis,
vel Aduerſarij, vel quia teſtes noluerunt
deponere, ceſſaretque ſuſpicio calumniæ,
237 tunc enim denuò etiam † concederetur
*Egid. concluſ.421. in cauſa, & 625.*ſi habuit.
*Put.dec.4.de dilat.Veſtr.d.cap.fol.*184.

Si igitur tempore debito, & pro mate-
238 rijs releuantibus, remiſſoria † decernatur,
ab hoc decreto non datur appellatio, &
poſtquam bullata fuit, ſi fuit forte con-
ceſſa præuia Commiſſione, non poteſt Iu-
239 dex, † etiam quod partes illi renuncient,
abſque noua cõmiſſione ad vlteriora pro-
240 cedere, quia Papa † cenſetur appoſuiſſe
manum, ſecundum ea, quæ dicit *Rot.dec.4.*
241 *de teſtib.in nou.* Licet hodie, hoc non † oc-
currat, præſertim in Rota, quia illius DD.
Auditores, vigore Innocentianæ, illas ſub
eorum paruo ſigillo decernunt, *Caſſad.*
dec.9.de appell. in fin. Extra Rotã verò per
242 Signaturam à † plumbo diſpenſatur, vt di-
ximus ſupra.

Præſentata remiſſoria Iudici remiſſo-
243 riali, quomodo ſit † procedendum, legi-
tur Inſtructio, quam dedi inferiùs, & qui
Praxis Camilli Capucij.

cupit fundamentaliter regi, poteſt videre
Gemin.in d. cap.præſentium. §.teſtes, & Veſtr.
d.cap. fol.185. & ſequent.

244 Pro termini † prorogatione eſt citanda
pars *Iſern. in cap.1. in quibus cauſ. Aud.reſt.*
*in cauſa Regni, & Veſtr.d.cap. fol.*184.

Si pars, quæ obtinuit remiſſoriam, illius
245 proceſſum † reportare non curat, quia for-
taſſe facit contra ipſum, olim dabatur Cõ-
miſſio ad inſtantiam aduerſarij, præfi-
xionis termini, (ſed hodie præfigitur abſ-
que commiſſione terminus) ad producẽ-
246 dum remiſſoriam, † & eo elapſo abſolui-
tur à moleſtationibus: & ſicuti talis com-
miſſio olim ſignabatur arbitrio Iudicis,
ita hodie præfixio termini, eſt eidem arbi-
traria. De huiuſmodi remiſſorijs loqui-
tur *D. Hercules Seucrolus I.C. Fauentinus*, à
quo originem habet *D. Nicolaus Seuerolus*
Aduocatus Conciſtorialis in opuſculo, quod edi-
247 *dit de materia † per doctiſſimum meum Com-*
prouincialem Virginium Boccaccium de Cin-
gulo de anno 1577. illuſtrato, & ampliato:
nuper autem de ea accuratè ſcripſit etiam
D. Gratioſus Vbertus de citat. cap. 13. & de
mod. & ratione citand. p. 2. de citat. probat.
form. 15.

Notandum eſt etiam, quod examinatis
teſtibus, quando producens eorum dicta,
248 proteſtatur, quod eis vti non † vult, quate-
nus ſint falſa; ſi pars aduerſa inſtat, quod
præcisè declaret, an velit eis vti, debet
ſimpliciter declarare, prout annui ſupra
de Inſtrumentis *Fulgoſ. conſ. 177. Afflict.*
*dec.*189.& eſt pulcra opinio Lucę *Pet.lib.2.*
cap.12. tit.de reprob. teſt. & dixit Rot. dec.1.
poſt primum vol.conſil. Farin.

De publicatione teſtium.

Artic. VI.

249 *Publicatio depoſitionum quando fieri debeat in*
ciuilibus.
250 *Publicatio teſtium non eſt de ſubſtantia iudicij.*
251 *Publicatio teſtium omiſſa, an nullam reddat*
ſententiam.
252 *Appellatio datur à denegatione publicationis*
teſtium.
253 *Iudex non dicitur vidiſſe dicta teſtium, niſi pu-*
blicentur.
Sententia non viſis actis eſt nulla. ibid.
254 *Publicatio depoſitionum an fiat in Curia, quan-*
do, & vbi.
Summaria depoſitionum dantur in Curia facto
examine. ibid.
255 *Publicatio proceſſus defenſiui in crim. an ſit de*
ſubſtantia.
256 *Publicatio proceſſus offenſiui contra contuma-*
cem non ſit.

14 *Articuli obiectiui an, & quando admittantur cum prorogatione termini.*
15 *Articuli an possint admitti lapso termino ad articulandum.*
16 *Articuli, quod non potuerint admitti, statur iuramento dantis.*
17 *Ampliantur prædicta in tertio ad causam pro suo interesse veniente.*
18 *Terminus nec renouari, nec prorogari potest, in articulis obiectiuis.*
19 *Limitatur si in alijs instantijs deduci prohibeantur.*
Limitatur etiamsi deinde essent impossibilis probationis, ibid.
20 *Articuli obiectiui admittuntur stante lapsu, à Signatura.*
21 *Veritas sola in causis spiritualibus est indaganda.*
22 *Articuli obiectiui lapsa prima instantia, an in secunda admittantur vigore eiusdem comissionis.*
23 *Terminus maior assignatus in articulis obiectiuis, an valeat.*
24 *Obiectiua materia quænam sit, & dicatur.*
25 *Articulans debet articulos non confessatos probare.*

QVIA etiam si discentiatur super ad-
missione articulorum, potest ali-
4 quando † dari appellatio, ad tollen
das controuersias, Iudices de stilo Curiæ,
5 illas admittunt cum clausula, saluo † Iure
impertinentium, ac non admittendorum
glos. in Clem. constitutionem ver. legitime de elect. Gemin. in cap. fin. num. 17. de confess. in 6. Vestr. d. cap. de posit. & artic. fol. 128. & cap. de art. admiss. fol. 137.
6 Et possunt, etiam tacitè admitti † : puta,
quando Iudex mandat super illis examina-
ri, quia tale mandatum habet vim admis-
sionis *Rot. decis. 10. de testib. in nou.*
Sciendum est etiam, quod materia pro-
7 bationis, est multum fauorabilis, † multa-
que propter huiusmodi fauorem de stilo, &
consuetudine inducta fuerunt, etiam contra
regulas Iuris. Ideò articuli multoties † la-
psa instantia, lapsoque termino ad articu-
landum, vsque ad conclusionem in causa, &
& aliquandò etiam post, ex causa rationa-
bili, dummodo sit res integra; & si causa sit
9 profana, præmissa † reuocatione conclusio-
nis admittuntur *Egid. conclus. 447. 493. & 745. Vestr. dicto lib. 5. c. fin. Rot. decis. 21. de testib. in antiq.*
Et pro informatione sua Iudex potest in-
10 distincte, post conclusionem in † causa arti-
culos admittere, & testes examinare, cum
conclusio ei non obstet, *Rot. 1. 2. de restit. in*
11 *nou.* terminusque etiam parte non citata †
potest prorogari, *c. consuluit 10. de off. deleg.*
Bartol. & alij in l. nec quicquam §. vbi decretum in princ. ff. de off. procons. Stafil. c. 18. fol. 324. & seq.
12 Quæ tamen procedunt in articulis de
Iure dantis, secus in obiectiuis, quorum
13 materia, cum non tueatur Ius dantis, sed †
impetat ius Aduersarij, est odiosa, & pro-
pterea restringenda, *l. 3. §. si duo ff. de Carbon. edict. cap. vt circa de elect. in 6. Clem. con-*
14 *stitutionem, eodem tit.* licet † quamuis obie-
ctiui si sunt de Iure dantis, admittantur, vt
Rot. decis. 661. par. 2. recent.
15 Neque lapso termino ad † articulādum, si
fuit legitime seruatus, possunt admitti, nisi
16 de nouo obiectum deuenerit ad notitiam †
dantis; statur tamen eius iuramento, quòd
in termino dari nō potuerint, etiamsi gra-
tia contra quam obijcitur, producatur post
terminum, & hæc procedunt, etiam in tertio
17 veniente † ad causam pro suo interesse, vt
aduertit *Cassad. decis. 1. de except.*
18 Similiter non potest, † prout fit in alijs
articulis, assignari nouus terminus, nec da-
tus prorogari, *Stafil. d. cap. 18. fol. 329. &*
19 *seq.* † nisi sint tales, quod in alijs instantijs
deduci prohibeantur, vel sint deinde impos-
sibilis probationis; & ideo debet obtineri à
20 Signatura, quod † non obstante huius-
modi lapsu, articuli obiectiui admittantur:
quod vt plurimum in causis spiritualibus
conceditur, cum in eis sola veritas vndecū-
21 que † sit indaganda, nisi à qualitate causæ
contrarium suadeatur, *Stafil. d. fol. 329. & seq.* & admissi semel vigore commissionis
lapsa instantia, non poterunt ea lapsa in
22 secunda vigore † eiusdem commissionis ad-
mitti, vel denuo specificari, nisi in supradi-
ctis casibus in quibus, etiam via ordinaria
id fieri posset.
23 Si tamen maior terminus † assignaretur,
parte non appellante, valeret, & posset super
articulis obiectiuis examinari, *Egid. dec. 270. Stafil. d. cap. 18. fol. 330.*
Materia verò obiectiua illa dicitur, quæ
24 simpliciter impetit ius Aduersarij: secus † si
ex huiusmodi impetitione adimeretur titu-
lus dantis, *Cassad. dec. 2. de except.* & de hac
materia agit *Cassad. dicta decis. Stafil. eodem fol. & Vestr. d. lib. 5. c. fin. vsque ad fin.*
Postquam fuerunt admissi articuli, &
positiones, & super illis Aduersarius inter-
25 rogatus, † debet articulans positiones, seu
articulos non confessatos, aut non habitos
pro confessatis, per scripturas, vel testium
depositiones probare de stilo Cur.

De probationibus per Scripturas.

Artic. III.

26 *Causæ deuolutæ à longinquis partibus solent in Curia tractari.*

27 *Scriptura transumptata sine compulsoria, non faciunt fidem in Rota.*

28 *Scripturæ à Notarijs de partibus sunt cum compulsoria extrahendæ.*

Limitatur in extrahendis ab Archiuijs publicis. ibid.

Limitatur etiam in extrahendis ab ijsdem, qui rogarunt. ibid.

Limitatur etiam in extrahendis à successoribus in officio. ibid.

29 *Scriptura à quibus extrahi possint absque compulsoria.*

30 *Scripturæ non compulsatæ an, & quando fidem faciant.*

31 *Scripturæ non compulsata, non creditur nisi cum debitis requisitis.*

32 *Compulsoria alia generalis, altera specialis dicitur.*

33 *Compulsoria generalis datur pro extractione quarumcumque scripturarum.*

34 *Compulsoria generalis, sine commissione, & citatione conceditur indistinctè.*

35 *Compulsoria generalis non habet dilationem processus impeditiuam.*

36 *Citatio pro compulsoria generali, an fieri soleat.*

37 *Citationis pro compulsoria generali formula.*

38 *Decretum obten. compulsoria generalis notum, remittitur.*

39 *Compulsoria specialis datur pro certa scriptura, sed non via ordinaria.*

40 *Compulsoria specialis habet dilationem, processum retardantem.*

41 *Compulsoria specialis datur audito aduersario.*

42 *Compulsoria specialis quibus concurrentibus non negetur.*

43 *Compulsanda scriptura exemplum Iudici est ostendendum.*

44 *Compulsoria hodie in Rota disputatur, an concedenda.*

Remissoria hodie in Rota disputatur an concedenda. ibid.

45 *Compulsoria conceditur, non citata parte, secus post conclusionem.*

46 *Citatio pro compulsoria fieri solet ex consuetudine.*

Scriptura probant citata parte in commissione, non in extractione.

47 *Citatio in decreto compulsoriæ relicta fiat in eius executione.*

48 *Scriptura possunt extrahi per Notarium rogatum sine citatione.*

Praxis Camilli Capucij.

49 *Scripturæ non possunt sine citatione partis extrahi à non rogato.*

50 *Instrumentum an possit extrahi ex protocollo alterius, & probet.*

51 *Compulsoria potest expediri etiam pendente termino remissoriæ.*

52 *Compulsoria datur etiam ad instantiam asserti procuratoris, cum cautione de rato.*

53 *Compulsoria quomodo exequi debeat à Iudice remissiuè.*

54 *Instrumenta non probant, nisi habeant locum, & locum loci.*

55 *Notarius an possit suo instrumento addere locum, & tempus.*

56 *Transumpto ex regestro supplicationum non creditur in Curia.*

57 *Transumptum de regestro Bullarum facit fidem.*

58 *Producens instrumentum an cogatur ad respondendum præcisè, an velit vti.*

59 *Declaratur affirmatiuè, si ipse sit vnus de extrahentibus.*

60 *Limitatur, & quomodo si non sit ex contrahentibus.*

ET quia in Cur. vt plurimum tractantur causæ deuolutæ à longinquis †
26 partibus, & litigantes nō habent in promptu Instrumenta originalia, vel testes, quibus articulata probare possint, & neque Rota fidem præstat scripturis transumptatis, nisi † extrahantur per viam compul-
27 sationis, *Rot. de probat. in antiq.*

Ideo quando scripturæ sunt extrahendæ, & transumptandæ à Notarijs de parti-
28 bus, tali casu, nisi agatur † de extrahendis Instrumentis reconditis in Archiuijs publicis, & fide dignis, per eosdem, qui talia Instrumenta rogarunt, vel eorum in officio successores, vt dicam *tit. de not. & fid. Instr.*
29 quia † in tali casu illa possunt extrahi, & publicari ab eisdem, & sic extracta fidem
30 plenam faciunt † absque infrascripta compulsoria, vt de hac opinione testatur *Rot. in vna Tarraconen. Capellan. 18. Febr. 1636. coram b.m. Pirouano inter volantes:* dummo-
31 do, vt ibidem, habeat requisita † publici Instrumenti, cum pluribus ibi fusè relatis, conceduntur literæ compulsoriales, qua-
32 rum vna † species dicitur generalis, altera specialis: ideò aliqua de vtraque specie afferemus hic, & deinde tit. particulari.

33 Generales sunt, per quas † Iudex mandat Notarijs omnibus in genere, vt extrahant quascumque scripturas ad causam
34 facientes, & istæ † conceduntur in quacūque parte Iudicij indistinctè, sine commissione, & absq; partis citatione *Rot. dec. 42. de probat. in antiq.* quia in illis nulla conce-
35 ditur † dilatio processus impeditiua: & si

quis vellet citare partem pro maiori cau-
36 tela,vt multi solent,† fit citatio,quam tradit *D.Gratiosus V bert.de modo, & ratione citandi p.2. tit.de citat. probat. formul. vndecima*, quæ est infrascripta,quam repero.

R.P. D.Celso.

Senogallien. beneficij.

Citetur D.Ioseph Planettusex adu.procur.DD.Siluij,& aliorū de Orlādis ex adu. principal. ad videndum per Illustrissimum
37 Dominum † concedi literas cōpulsoriales generales ad partes: cōcordan. de Iudice, loco, & loco loci,nec non constituendum; vel substituēdū Procuratorem in partibus reperibilem, & acceptantem, qui in executione huiusmodi literarum citari possit,alias videndum per eundem Dominum deputari ex officio, & decerni processum per affixionem ad valuas maioris Ecclesiæ loci deputandi, ad p. d. Instante D. Paride de Mannellis principali, siue &c. Petrus Cotuennius Notarius. Decretum
38 quod † obtinetur,est notorium, ideo illud non pono.

39 Speciales verò † petuntur pro extrahenda certa scriptura,neque conceduntur vis
40 ordinaria, sed cum literæ habeant † annexam dilationem,propter quam retardatur
41 processus, debet † Iudex si opponat se,super hoc audire partem aduersam, & compulsoriales denegare,nisi ad excludendam
42 calumniam detur fumus,quod † huiusmodi scriptura sit in rerum natura, & sit releuans eam volenti producere, & ad hunc effectum solet Iudici ostendi exemplum
43 ipsius scripturæ † compulsandæ, argumento eorum,quæ notat *Cassad.dec.3. de dilat.*

Et ideo solet hodie Rota, quando petuntur tales literæ, si pars se opponit, semper disputare dubium,an illę veniant con-
44 cedendæ,& † prout fit in remissoria, & nisi detur fumus, vel ostendatur releuantia scripturæ extrahendæ, illas fuit solita denegare,per ea, quæ dicam, *tit.de compulsoria.*

Et quamuis, ante conclusionem in cau-
45 sa,possint d. literæ,etiam non † citata parte concedi, vt supra, præcipuè in Rota vigore Innocentianæ, nihilominus nunquā conceduntur post conclusionem,nisi parte citata *Rot. dec.37.& 42. de probat. in antiq.*

Ideo consueuit, ferè semper citari pars:
46 si enim citetur in commissione † compulsorialium,scripturæ extractæ faciunt fidē, etiamsi non citetur in earum extractione: quod si in decreto compulsorialium,non
47 fuit † pars citata, debet in executione citari, alias fidem non faciunt. Intelligen-
48 dum est tamen dummodo extrahātur, per Notarium, qui illas confecit, quia si per
49 alium, semper requiritur † in earum extractione citatio partis, *Rot.dec.4.de fid.Instrumentorum in antiq.*

Sed quando Instrumentum extrahitur
50 ex protocollo † alterius Notarij impediti,vel mortui, ad hoc vt probet,debet omnino præcedere mandatum Iudicis de extrahendo, & habere octo requisita, de quibus *per Afflict.dec.6. & Guidopap.dec.2.*

51 Et possunt decerni † literæ, etiam pendente termino remissoriæ, cum non sint inuicem incompatibiles, & non solum ad
52 instantiam principalis, sed † etiam asserti Procuratoris cum cautione de rato, *Rot. dec.fin. de rest.in antiq.*

53 Quomodo autem Iudex † Compulsorialis ad dd. literarum executionem procedere debeat, dicit latè *Vestr.lib.6. cap.1. fol. 183. cum duobus seqq.* & dicemus infra tit. particulari. Vndecumque autem habeantur scripturæ, sciendū est, quoad Instrumentū, quod ad hoc,vt probēt, debent
54 habere non solum locum,sed etiam locum loci, *Rot.dec.5. de fide Instrum.* in antiquis, & *Rota in dicta Tarraconen. Capellarum coram b.m. Pirouano*. Si verò desit locus, vel
55 tempus, † an possit addi per Notarum,qui illud confecit,dicit *Card in prohem. Clem. in fine.* Et plenius dicetur, quæ notaui tit. de Notaris, & fide Instrumentorum.

56 Nota etiā, quod in Cur. non adhibetur fides transumpta ex regestro supplicationum, prout dicam Deo dante circa principium partis 6. licet aliàs habeatur
57 pro † scriptura autentica,& transumptum de regestro Bullarum faciat fidem, *Rot.dec. 18.de probat.in antiq. Stafil.c.1.fol.269.*

Vbicumque, aut vndecumque habeantur Instrumenta, si producens protestatur, quod eis non vult vti, si sint falsa, debet
57 instante altera † parte cogi ad præcisè respondendum, an velit vti *Fulgos. cons. 177. Affl. cit. dec. 189.* circa quod in praxi seruatur, quod si agitur de Instrumento,
59 quod tangat factum ipsius † producentis, quia scilicet ipse sit vnus ex contrahentibus,et debet præcisè declarare;si verò tangit negotia aliorum, et ipse non fuerit
60 vnus ex contrahentibus, † si declaret velle vti, et habere pro vero,bono,reali, et non falso,donec de contrario non constet, sufficit talis responsio,Iuribus allegatis, et dicemus *tit.de Ind.ord. in Curia Capitolina.*

De

De probationibus per testes in Curia.

Artic. IV.

119 *Examen est nullum sine citatione ad vidend. iurare testes.*
120 *Sententia lata super depositionibus sine citatione ad videndum iur. testes an valeat.*
121 *Sententia non est nulla etiamsi referatur ad acta nulla.*
122 *Processus valet, consentiente parte non citata ad vid. iur. testes.*
123 *Iuramentum debet praestari eadem die, sub qua cadit citatio.*
Citatio ad videndum iurare debet fieri pro die, & loco certis. ibid.
124 *Examen Testium die, & loco expresso non iuratorum, non valet.*
125 *Terminus ad iurandum potest à Iudice prorogari.*
126 *Testis iuratus in termino remiss. potest extra illum examinari.*
127 *Examen factum die feriata an valeat.*
128 *Examen an retrotrahatur ad iuramentum in termino à lege dato.*
129 *Et quid in termino assignato per verba praeteriti temporis.*
130 *Et quid in termino dato ad probandum, & probatum habendum.*
131 *Et quid in termino dato ad probandum apertissimis documentis.*
132 *Publicatio an, & quando requiratur in termino ad examinandum.*
Et quid in termino ad probandum, vel probat: habend. ibid.
133 *Publicatio si fiet per iudicem, vel per partem, cur non fiat, an praeiudicet.*
134 *Terminus non currit impedito.*
135 *Terminus impedito prorogari debet.*
136 *Citatio super testium iuramento, si die feriata cedat, reiteratur.*
137 *Iuramentum fit die sequenti, si citatio cadit die feriata.*
138 *Iuramentum testium fit etiam parte absente, & non citata.*
139 *Examen nudum fieri potest etiam die feriata.*
140 *Testis iuratus super articulis non probat dicta extra articulata.*
141 *Iuramentum super articulis, & tota causa quare ita fiat.*
142 *Iuramentum simpliciter de veritate dicenda ad quid prosit.*
143 *Iurans simpliciter praesumitur iurare super tota causa.*
144 *Testis quando probet dictum extra materiam articulatam.*
145 *Ampliatur additis verbis, in forma.*
146 *Testes debent citari, & cogi ad perhibendam veritatem.*
147 *Testes vltronei non probant, & qui sint.*
148 *Testes vltronei saltem sunt suspecti.*
149 *Limitatur si deponant in praesentia Iudicis, & partis.*
150 *Citatio pro testium examine non requiritur parte praesente.*
151 *Iuramentum simpliciter Testi à Iudice delatum valet.*
152 *Examen à Iudice factum cum simplici iuramento valet.*
153 *Citationis rigor in examine testium non seruatur de stilo.*
154 *Testes hodiè simpliciter inducuntur ad examen sine citatione.*
155 *Testis in dubio praesumitur inductus, & eius dictum valet.*
156 *Iudex regulariter debet testes examinare.*
157 *Examen testium alteri difficilè committat iudex.*
158 *Probationes sunt vires totius causae.*
159 *Examen in Curia solet committi Notario praeuia citatione.*
160 *Iudex commissarius debet cogere testes ad deponendum.*
161 *Debet etiam citare partes ad videndum iurare testes:*
Debet etiam iuramenta recipere, & excep. admittere. ibid.
Debet numerum testium refrenare, interrogat. recip. & resec. ibid.
162 *Potest etiam punire testes.*
163 *Iudex à Principe delegat. in examine testium potest alium subdelegare.*
Iudex delegatus ab inferiore non potest subdelegare. ibid.
164 *Iudex delegatus nudus Minister, etiam à Principe non potest subdelegare.*
165 *Examen testium potest committi Iudici, & Notario tantum.*
166 *Iuramentum testium, & examen de stilo Notarij committitur.*
167 *Examen factum à Notario, est ac si factum à Iudice.*
168 *Commissio examinis facta Notario debet constare per acta alterius Notarij.*
169 *Notario attestanti sibi commissum examen, non creditur.*
170 *Examen valet non constito de commissione facta Notario per alia acta.*
171 *Commissio iud. pro examine testium potest esse penes eundem Notarium.*
172 *Examen committitur Notarijs, etiam in criminalibus.*
173 *Notarius non potest examen sibi commissum alteri committere.*
174 *Iuramentum Notarius deferre nequit, nisi fuerit expressè commissum.*
175 *Commissio delationis iuramenti non fit per praesentiam, & patientiam Iud.*
176 *Notarius sibi commisso examine, de stilo potest dare iuramentum.*
177 *Citatio ad dicendum contra articulos quomodo, & quando sit facienda.*
178 *Iuramenti locus debet expressè in citatione.*
Ver-

179 *Verba super articulis, tota causa, & testium assuturatione, quid importent.*

180 *Intimatio pro admissione articulorum, comissione examinari, & recep. iuram. quomodo formanda.*

181 *Examen quomodo perfici debeat.*

182 *Testes an, & quando recipiantur super articulis non admissis.*

183 *Testis an dictum suum possit corrigere in examine.*

184 *Præcipuè si testes sint præsentes.*

61 QVando verò probationes † sunt faciendæ per testes, debent articuli produci parte citata, iuxta for-
62 mulam inferius datã, nec non etiam † nomina testium edi, vt *Bald. & Felin.in c. per*
63 *tuas extra de testibus.* Alias † enim esset nullum examen *l.si quando iuncta glos.C.de rest. c.2.vbi glos.extra eodem tit.*& in vtroq;DD.
64 Præcipuè in criminalibus, † in quibus testes nullam fidem faciunt, neque ad sententiam, neque ad torturam, *Butr. Aretin. & alij in cap.qualiter,& quando* §.*debet.extra de accus. Clar.quæst.*11.*vers. item quæro.* Po-
65 test enim pars multa † opponere contra personas testium, per quæ repellentur, & nullam fidem merebuntur, vt puta si fue-
66 rint Procuratores † Aduocati, sollicitatores, vel Iudices in causa Aduersarij, & similia, de quibus latè *per glos.Gemin.& alios in cap.Romana de testibus. Rot. dec.*11.*&* 12.
67 *tit. eodem*, quod † sint inimici, vel Iudæi contra Christianos *c. Iudæi extra de testib.*
68 præterquam in certis casibus, quos † refert *Felin. ibidem, & Afflict. dec.* 214. Ex-
69 communicati, † qui ab omnibus repelluntur: sed aduertendum est, quod isti etiam impœnitentes, & non petentes absolutio-
70 nem, † possunt absolui ad istum effectum, & possunt testificari, *Franc. in cap. ad hæc quantum num.*8. *extra de appell.* Est etiam
71 speciale in causa hæresis, quod Iudex possit supprimere parti nomina testium, dũ-
72 modo coram Episcopo, vel alia egregia † persona publicentur. *cap. fin. de hæret. in* 6.
73 Limitatur ista † conclusio, quando pars
74 est præsens, quia talis præsentia † supplet defectum citationis, & hinc est, quod in
75 criminalibus † cõfrontatio testis cum reo habet vim citationis *Clar.q.*45.*vers. sed in proposito,& Guazzin.defens.*20.*c.*21.*fol.*317.
76 Similiter secundò; quando testes † sunt recipiendi super morte, vel absentia alicuius, in ciuilibus, quo casu extraiudicialiter inducti sufficiunt, licèt ex eorum de-
77 positionibus † iudicari non possit, nisi parte priùs legitime citata, *Felin. in cap.in nomine Domini, extra de testibus. Abb. & Felin. in cap.quoniam frequenter extra, vt lit.non cõtest.Vestr.lib.*6. *cap.de testib. in princ.fol.*164. *Rom.singul.*768.

Limitatur tertio, quando esset timor mortis, vel absentiæ testium, vel terribili-
78 tatis † Aduersarij, qui non patitur se citari, *Felin.in d.cap.quoniam frequenter:* & tunc
79 solent examinari præstito iuramento † veritatis dicendæ, & de futura absentia, quodque eorum depositiones non publicabunt, sed deinde in omnem euentum si
80 superueniant, debent † formiter examinari, aliàs nullam fidem faciunt, licèt dent magnum fumum, *Felin. post alios in d. cap. quoniam frequenter.Vestr. d. cap. fol.* 164. *& seqq.*
81 Limitatur quartò, de consuetudine in criminalibus, quando proceditur contra contumacem, recipiuntur enim testes indistinctè, absque citatione partis, *Abb. cons.* 61. *num.*9. *vol.*1.*& cons.*45. *vol.*7.
82 Sed tamen † quandocumque reus compareat ante sententiam, testes repeti de-
83 bent ipso citato, & debent † in repetitione seruari omnes solemnitates, quæ sunt seruandæ in examine, quia aliàs testes non
84 probant, *Clar.d.q.*11.*vers. item quæro.* † In tantum quod testis, qui sine tortura à prin
85 cipio non debuisset examinari, † si examinatur cum tortura parte non citata, debet in repetitione iterum torqueri, aliàs non probat, *Clar.in d. vers. item quæro. & vers. cæterum, & seqq.*
86 Limitatur quintò, illud quod dixi † de oppositionibus contra personas testium, vt non procedat de consuetudine: nam si omnes exceptiones in eorum inductione
87 discuterentur, lites † nimis protraherentur in longum, & retardarentur processus,
88 & hinc inoleuit stilus omnes † admittendi, vt dicam *tit.de confident.* cum protestatione, saluis exceptionibus &c. & ista pro-
89 testatio operatur, quod si adsit aliqua † euidens exceptio, dicta admissio resoluitur. Si autem in eorum productione op-
90 ponatur aliqua exceptio † releuans, tali casu Iudex cantus solet mandare examinari saluis exceptionibus &c. vt supra, & vlterius etiam mandare poni ad partes:
91 & † tali casu, nec censentur admissi, nec examinati, donec Iudex deliberet, an ve-
92 lit † illos admittere. *Vestr. d.cap. de testib. fol.* 164. & circa hoc cauti Procuratores
93 bene aduertunt † nè Iudex illos admittat, antequam fuerint discussæ exceptiones, propter quas non debebant admitti,
94 secus enim, cum illorum admissio cum † citatione ad dicendum contra, sit facilis, inferretur clienti præiudicium irreparabile. Et quia de stilo etiam dantur Inter-
95 rogatoria ad dilucidationem † veritatis super

super quibus testes sunt examinandi; Ideò
96 parti, contra quam fit examē, assignatur † terminus competens ad illa facienda, & danda Iudici, vel in actis arbitrio Iudicis,
97 qui vt plurimum † solet esse trium dierū, *vt in Romana societatis 19. Iunij 1626. coram b.m.* Remboldo *dec. 672. tom. 3. p. 4. recent.* & si testes examinantur non dato ter-
98 mino † ad dandum Interrogatoria, præsertim, si fuit petitus cum copia articulorum, non probant, *Put. dec. 10. de testibus.* Sunt enim maximæ importantiæ, ita quod si in tali examine omittatur aliquod In-
99 terrogatorium, testis † debet repeti super
100 illo, etiamsi fuisset † deuentum ad publicationem attestationum, *Farin. q. 73. nu. 6. Seraf. dec. 702. nu. 4. Ludouis. dec. 331. n. 17.*
101 *& 22. & dec. 351. num. 46.* Et si pars † non dat interrogatoria, debet Iudex ex officio illa facere *secundum Textum in cap. per tuas. extra de testib. glos. & Gemin. in c præsentium in verb. Interrogatorio eod. tit. in 6. Vestr. d. c. fol. 164.* hoc tamen in Curia non practicatur, quia illorum omissio in testibus non
102 reddit examen nullum, licet † debeant repeti *Ludouis. vbi supra.*

Si autem dubitatur, cuius expensis sit
103 facienda repetitio testium † super interrogatorijs, si absque illis fuerint examinati, procedendum est cum distinctione: scili-
104 cet, quod, vel examē † subiacet nullitati ex parte examinantis, & tunc repetitio debet fieri sumptibus ipsius: vel potius examen per ipsum fuit validè factum, & tunc quia culpa venit ex parte citati ad dandum Interrogatoria, quia illa non dedit, tunc qui talia Interrogatoria dare neglexit, tenebitur ad expensas repetitionis, & reconductionis, & ita quotidie practicatur ad tradita per *Rot. in Bononien. de Manzolis 19. Nouembris 1623. corā R.P.D. Remboldo*, hoc firmans in materia recognitionis Iurium in folio.

105 Testes vlterius † debent esse iurati *l. iuris iurandi C. de testib. Ludouis. dec. 39.* quod ampliatur

106 Primò, etiamsi testes sint † Religiosi, Episcopi, vel Cardinales *glos. & Abb. in cap. cum olim. extra de priuil. & add. ad Vestr. lib. 6 de test. n. 40. fol. 176.*

Secundò, vt etiam numerus testium non iuratorū nō suppleat defectum iuramen-
107 ti; etiamsi † mille essent, *Crot. de testib. p. 7. n. 1. Cefal. cons. 294. num. 33. lib. 2. Mascard. conclus. 1361. num. 9.*

Tertiò, vt in spiritualibus, & alijs, quæ
108 à mera voluntate partium non pendent, † Iuramentum sanari non possit *cap. tuis extra de testib. vbi glos. & Felin.* indicat, quan-
109 do dictum † testis probet sine Iuramento, & quando remitti possit.

Quartò, vt in criminalibus non solum
110 testis, sed etiam principalis debeat † iurare de veritate dicenda, *Bart. in l. inter omnes. §. recte, & §. fin. ff. de iura. in l. 1.* vbi etiā *Bald. not. C. de iurdm. calum. Afflict. dec. 191. num. 8. & Felin. in d. cap. tuis.*

111 Debentque iurare † non propositis, sed tactis Euangelijs. *cap. hortamur. 3. q. 9.* vel
112 quauis alia scriptura, prout fit de † cōsuetudine *Felin. in cap. Fraternitatis extra de te-*
113 *stib. & in d. cap. tuis.* Etiamsi † sint constituti in Sacris *Car. in Clem. constitutionem de*
114 *elect.* Licet enim realiter in iuramentis †
115 sufficiat verbalis iuratio. In delatis † tamen à iure, vel à parte, requiritur tactus, de quo tactu sufficit, quod fiat mentio in ex-
116 tensione Iuramenti, † facta per Notarium, quamuis aliàs non constaret de eo, quia
117 hoc casu † præsumitur testes eas tetigisse, *glos. in Clem. 1. §. porro. de hæret. Felin. in d. c. tuis, & d. cap. fraternitatis.*

118 De stilo tamen, Prelati, † & alij constituti in sacris iurant propositis tantum, non tactis scripturis, & ponendo manum ad pectus *Authent. sed Iudex. C. de Episcopis, & Cler. cap. fin. extra de Iur. cal. Vestr. de testib. d. fol. 164.*

119 Debet vlterius † pars citari ad videndū iurare testes, quia aliàs nihil probarent, tamquam nulliter examinati *l. si quando C.*
120 *de testib. c. in nomine Domini † extra eod. tit. & Ludouis. dec. 268. & 518.* Licet sententia lata vigore dd. depositionum non sit nul-
121 la, quia † quando sententia refert se tacite ad acta, in quibus est error, nōn est nulla *Alex. cons. 59. vol. 3. & Afflict. dec. 28. in pr.*

Si etiam pars consentiat, quod dictum
122 testis valeat, quamuis † non fuerit citata ad videndum illum iurare, processus valet. *Guidopap. dec. 216.*

Debent etiam iurare eadē die, pro qua
123 fuerunt citati ad † iurandum, citata tamē parte aduersa pro eadem die, & certo loco ad videndum iurare *Abb. in d. cap. fraternitatis. Salic. in l. generaliter. §. eisdem C. de reb. cred.*

124 Itaque † si in illa die, & loco nō iurant,
125 eorum dictum non valet, nisi † Iudex ex benignitate terminum proroget, *Rot. dec. 15. de restit. in nou. Felin. in d. cap. in nomine Domini in fin.*

126 Potest quidem † testis iuratus in termino, etiā vigore remissoriæ examinari post terminum, cū depositio retrotrahatur ad diem Iuramenti, *Rot. dec. 3. de restit. in nou. dec. 26. de probat. in antiq. Bisignet. decis. 1. de rest. Vestr. lib. 6. cap. fin. fol. 233.*

127 Idem etiam si testis † fuisset iuratus die non feriata, valet examen, si deinde examina-

minaretur die feriata, quia retrotrahitur,
128 *Guidopap. dec.* 125. Præterquã in quatuor †
casibus. Primò in termino dato a lege. Se-
129 cundò in termino assignato † per verba
præteriti temporis, puta probauissi. Ter-
130 tiò in termino dato ad probandum, & †
probatum habendum, præcipuè si addatur
verba, per omne genus probationum.
131 Quartò in termino † dato ad probandum
apertissimis documentis, vt latè *Felin. in
cap. licet causam, de probat.*

Imo secundum aliquos, si fuisset præ-
132 fixus terminus † ad faciendum illos exa-
minare, vel probandum, & probatum ha-
bendum, requiretur non solum examen,
133 sed eius † publicatio: præterquam si non
stetisset per Iudicem, vel per partem, cum
134 impedito non currat terminus, vel saltem
135 prorogari debeat, *iuxta not. in cap. cum Ber-
toldus extra de re iud. Gemin. in cap. 1. §. si quis
2. de except. in 6.*

Si etiam citatur pars ad videndum iu-
136 rare testes, & citatio † cadat in die feria-
ta, licet de Iure requiratur noua citatio,
137 de stilo tamen testes possunt † iurare die
sequenti, absque alia citatione, etiam par-
138 te † absente *Guidopap. dec.* 542.
139 Attamen † nudum examen potest fieri
die feriata, etiam in honorem Dei *glos.* 1.
& ibi Card. n. 5. de off. deleg.
140 Et quia testis † iuratus super articulis,
si deponit aliquid extra articulata, non
probat, ideò cauti Procuratores faciunt
141 illum † iurare super articulis, & tota cau-
142 sa, vel simpliciter de veritate dicenda, †
143 quia tunc præsumitur iurare super † tota
144 causa, & eius dictum valet, etiam † quod
deponat extra materiã articulatam, *Bar-
tol. Alex. & Ias. in l. si duo. §. idem iubemus,
ff. de iur. iur. Felin. in cap. de testib. extra de
145 testib.* si † præcipuè addantur verba, in for-
ma. *Ludouis. dec.* 453.
146 Testes etiam de † Iure, debent citari, &
cogi ad perhibẽdum veritatis testimoniũ,
147 quia secùs, dicerentur vltronei, & eorum †
dicta nihil valerent *cap. statutum §. fin.* vbi
*Gemin. de rescript. in 6. toto tit. extra de testib.
& per authent. rogati eum ibi not. C. de test.*
149 vel saltem efficerentur suspecti, nisi †
deponerent in præsentia Iudicis, & par-
150 tis, quia tunc † non requiritur citatio. I-
151 demq. est dicendum, si Iudex simpliciter †
deferret Iuramentum testi, & eum exami-
152 naret, & † valeret examen, *Felin. in d. cap.
in nomine Domini, extra de testibus.*
153 De stilo tamen † rigor citationis non
154 seruatur, sed sufficit eos inducere † simpli-
citer, *Rot. dec. 22. de testib. in nou. Vestr. d. cap.
de testib. fol.* 164.

Et si non appareat ex actis, testem fuisse
155 citatum, vel inductum, † præsumitur in-
ductus, & eius dictum sustinetur, *vt Fel.
in d. cap. in nomine Domini.*
156 Regulariter † etiam Iudex ipse debet
testes examinare *l. solam iuncta glos. C. de
test. Bald. in cap. si quis testium extra eodem tit.*

Et facilius, quicquid aliud committen-
157 dum est alteri, † potius, quam examen
158 testium, cum in probationibus † consistat
tota vis causæ, vt inquit *Gemin. in cap.
præsentium. §. testes num. 9. de testib. in 6.*
159 Potest tamen ex legitima † causa com-
mitti examen Notario, vt de stilo seruatur
in Curia, præuia citatione ad videndum
committi iuramentum, & examen Nota-
rio causæ, *vt Vestr. l. 5. cap. 2.* quem refert
*D. Gratiosus de mod. & rat. citand. titulo 2. de
cit. probat. form. 14. §. & committi.*
160 Et quando committitur † alteri Iudici,
ille cui committitur, debet cogere te-
stes ad deponendum, citare partes ad vi-
161 dendum † illos iurare, iuramenta recipi,
exceptiones admitti, numerum testium
refrenari, Interrogatoria recipi, et si opus
162 reuocari, & etiam puniri † testes, *glos. 1. in
Clem. 1. de off. delegat.*

Si autem examen testium delegetur à
163 Principe alicui Iudici, † poterit ille, tam-
quam a Principe Delegatus alium subde-
legare: secùs si delegetur ab inferiore, vel
164 Delegatus † sit nudus Minister, etiamsi
delegetur à Principe. *Clem. 1. vbi glos. 1.
& Card. de off. deleg.*
166 Et non solum Iudici committi † potest
examen testium, sed hoc potest etiam fie-
ri Notario, vt supra *ex cap. si qui testium,
& cap. Mulieres de Iud. in 6.*
169 Immò de stilo † indistinctè Iudices cõ-
mittunt examen testium, & receptionem
Iuramenti Notarijs, *Felin. in cap. causam
extra de testib. Vestr. d. cap. de testib. fol.* 164.
167 Et hoc examen † valet, ac si fuisset fa-
168 ctum à Iudice, dummodo per acta † alte-
rius Notarij constet de Commissione,
quia Notario attestanti, sibi fuisse com-
169 missum † examen testium à Iudice, non
creditur, *DD. in cap. quoniam contra extra
de probat. Afflict. dec. 17. Guidopap. dec.* 126.
& dicam *tit. de Notar. & fid. Instr.*
170 Sed hoc non † seruatur de consuetudi-
ne, neque auditur opponens de tali nulli-
171 tate ex hoc capite, quod de commissio-
ne Iudicis aliunde non constet: & ista cõ-
172 suetudo cõmittendi examen notarijs, † ser-
uatur absque controuersia, etiam in cri-
minalibus. *Clar. q. 55. vers. cæterum. Guaz-
zin. tom. 1. cap. 6. num. 2. fol.* 15.
173 Non tamen possunt † Notarij, quibus
à Iudice fuit commissum examen, com-
mittere vices suas alijs Notarijs, *Franc. in
cap.*

cap. cum causam num. 15. extra de appel.

174 Et delatio Iuramenti, † debet expressè committi, alias Notarius de Iure non potest illud deferre, neque sufficeret præsen-
175 tia; & patientia Iudicis *Bart. in l. videamus §. deferre. ff. de iu lit. iur. Fel.* post alios *in c. tuis in fine extra de testibus*.

176 Licet de stilo Notarius, cui † examen committitur, possit, etiam absque speciali commissione Iuramentum testis recipere, *Put. dec. 8. de restit.*

Et ad fugiendos circuitus, quando sunt
177 producendi articuli, vt aliàs diximus, fit citatio ad dicendum contra articulos in actis facto datos, videndum illos ad probandum admitti, & committi Notario causæ examen, & receptionem Iuramentorum testium in forma: & postquam com-
178 missum † fuerit, videndum eosdem testes iurare, in eorum, vel Notarij domibus, aut vbicumque reperti fuerint, tàm super articulis, quàm tota causa, & super eorum affuturatione; & postquam iurauerint dandum Interrogatoriis, & conducendum interpretem, quatenus dare, & conducere intendat, per totam illam, & tot sequentes dies &c.

Et nè miremini si in ista formula cita-
179 tionis addo † verba, super articulis, tota causa, & super eorum affuturatione: hoc facio, quia factus senior, inueni non esse omnino inutilia, propter casus contingibiles, quia ex supradictis si deficerent, & veniret casus, quod in formãdo articulos nõ apponerentur dicta verba, super illis, & tota causa, vel quod testes affuturi essent examinandi, pars posset opponere testes deposuisse extra articulata, vel non fuisse commissum Iuramentum, nec potuisse iurare super affuturatione, prout superius consideratum fuit. De intimatione pro
180 admissione articulorum, commissionis † examinis, & receptionis Iuramentorum, &
181 quomodo sit procedendum † ad perfectionem examinis, dicemus infra.

Aduertendum tamen puto, quod ali-
182 quando, etiam testes recipiuntur super articulis non admissis, vt si sint affuturi, vel articuli sint de Iure dantis, & termini substantiales fuerint seruati, *Rot. dec. fin. de sequest. possess. in fin. in nou. & dec. 511. de testib. in antiq. Vestr. d. lib. 5. cap. de artic. admiss. fol. 137.*

183 Quando † autem testis possit corrigere dictum suum in examine, dicit *cap. præterea cum ibi not. extra de testib. Rot. dec. 19. de te-*
184 *stib. in nou.* & hæc de plano † procedunt, quando testes sunt præsentes. Et hæc pro nunc sufficiant, quando probationes sunt faciendæ per testes in Curia.

De examine testium extra Curiam

Artic. V.

185 *Remissoriales dantur pro examine extra Curiam.*
186 *Testes extra Curiam examinantur per remissoriam.*
187 *Remissoria hodie expeditur sub paruo sigillo.*
188 *Remissoria à Rota conceditur absque commissione in omni instantia, & causa.*
189 *Auditor Rotæ non potest sine consensu aliorum remissoriam dare.*
190 *Remissoriam an possint dare facultatem concedendi. An partes possint dare facultatem Auditori S. Rotæ concedendi remissoriam.*
191 *Commissio pro remissoria quando peti debeat, & quibus clausulis detur.*
192 *Dilatio in remissoria est iudicis arbitraria.*
193 *Dilatio in remissoria, est sæpe deneganda.*
194 *Clausula, Dummodo materia sint releuantes solet addi in remissoria.*
195 *Remissoria non conceditur sine releuantia materiæ.*
196 *Citationes pro obtinenda remissoria, remissiuè.*
197 *Remissoriæ debent peti post litis contestationē.*
198 *Remissoriæ petuntur ante ser. ter. ad articulandum, in causa beneficiaria, & profana.*
199 *Vel saltem fit citatio contra articulos, ad prob. in Curia, & extra.*
200 *Remissoriæ post conclusionem in causa non conceduntur.*
201 *Termini substantiales, quando sint seruandi à Procuratoribus in causis.*
202 *Procurator caueat à suspicione calumniæ, & causas protrahendi.*
203 *Termini substantiales, quando seruentur in Rota.*
204 *Remissoria datur in profanis in quacumque instantia.*
Remissoria datur in beneficialibus in tertia instantia tantum.
205 *Declaratur dari in prima, & secunda, si renuncietur appellationi.*
206 *Prorogatio termini in remissoria est communis vtrique parti.*
207 *Remissoria sæpe denegatur, etiamsi testes valdè distent.*
208 *Remissoria negatur, si subsit suspicio calumniæ.*
209 *Remissoriam petens, quid iurare debeat, vt obtineat.*
210 *Remissoria non datur, nisi detur fumus boni iuris.*
211 *Remissoria in criminalibus non datur, si testes ad Iudicem accedere debeant.*
212 *Notarius in ciuilibus transmittitur ad personas egregias.*
Examen personarum egregiarum fit in earum domibus. ibid.

Ne-

Notarius in criminalibus non transmittitur ad personas egregias. ibid.
213 *Examen senis, infirmi, & mulieris honestæ vbi fiat.*
214 *Examen testis magnæ qualitatis quomodo fiat.*
215 *Remissoria concedi potest ab Inquisitore, & Principe in criminalibus.*
216 *Remissoria datur quando testes sunt extra territorium Iudicis.*
217 *Litteræ subsidiariæ quando, cui, & ad quid dirigantur.*
218 *Remissoria in criminalibus non datur, nisi ex magna causa.*
219 *Testis quando debeat omninò personaliter ad Iudicem venire.*
220 *Remissoria in criminalibus reo faciliùs, quam fisco datur, & instigatoribus.*
221 *Remissoria datur pro capiendis indicijs, dato fumo criminis.*
222 *Remissoria dirigi debet ordinarijs iudicibus non suspectis.*
223 *Remissoria in ciuilibus negatur ad probandum crimen, vel quid simile.*
224 *Remissoria ad prob. attentata, spolium, & sequestri violationem, negatur.*
225 *Limitatur, si in prædictis daretur maximus fumus.*
226 *Remissoria in incidenti criminali non denegatur.*
227 *Remissoria conceditur quando spolium est in ventre petitionis.*
228 *Remissoria datur ad excludendum attentata, & spolium.*
Remissoria datur ad repellendum testes examinatos. ibid.
229 *Declarantur prædicta, si actor aliqualiter non probauit, vel non potest probare.*
230 *Remissoria non datur ad confouendum aliquem in crimine.*
231 *Remissoria an detur ad prob. excep. dilatorias, & incidentia.*
232 *Remissoria an detur pro probandis articulis per Instrumenta.*
Remissoria datur ad recognoscendum sigilla, & Notarium. ibid.
233 *Remissoria negatur, si fuit semel decreta, expedita, & præsentata.*
Remissoria negatur, si fuit causa in partibus cognita in prima instantia. ibid.
234 *Ampliatur etiamsi petatur super nouis articulis de iure dantis.*
235 *Remissoria frustra datur, si probanda potuerunt probari.*
236 *Limitatur in legitimè impedito, & quis dicitur talis.*
237 *Remissoria impedito, denuo est concedenda.*
238 *Appellatio non potest dari à decreto remissoriæ.*
239 *Iudex expedita remissoria an possit ad vlteriora procedere.*
240 *Remissoria sigillata censetur habere manũ Papæ*
241 *Limitatur hodie etiam in remissoria per Rotam expedita; & quare.*
242 *Remissoria extra Rotam per Signaturam à plumbo dispensatur.*
243 *Iudex remissorialis qualiter procedere debeat in executione.*
244 *Terminus remissoriæ prorogatur citata parte.*
245 *Terminus ad probandam remissoriam præfigitur nolenti reportare processum.*
246 *Termino prædicto elapso, instans absoluitur à molestationibus.*
247 *Remissoriarum materias quinam tractauerint.*
248 *Examen testium est præcisè declarandum, an velit acceptari.*

185 QVando verò † testes sunt examinãdi
extra Curiam, dãtur literæ remis-
soriales, de quibus dicam titulo
particulari.
Dantur literæ remissoriales, per quas Iu-
186 dices nostræ † Rom. Curiæ committunt,
& subdelegant vices eorum in partibus,
aliquibus, qui loco ipsorum testes exami-
nent, iuxta formam *c. præsentium de test. in 6.*
vbi Gemin. fusè tractat de materia.
187 Olim literæ solebãt expediri sub plum-
bo, propter regulas Cancellariæ. Hodie
verò expediuntur sub paruo sigillo Iudi-
cis *Vestr. lib. 1. c. de off. contrad. in fin. fol. 14.*
Et si causa pendet in Sacro Rotæ Audi-
torio, possunt illi DD. Auditores eas in
188 quacumque causa, † & instantia absque
alia commissione concedere, ac si essent
Iudices ordinarij, *vigore Innocentianæ, &*
189 *Bullæ Pij IV.* alias indicatur, & non † sine
consensu aliorum Coauditorum; sed si
partes vellent dare facultatem illas conce-
190 dendi soli Auditori, qui Iudex † reperitur
deputatus, vel si causa pendeat extra Ro-
tam, coram alio Iudice delegato, solebat
191 antiquitus peti † Commissio, quæ indi-
stinctè concedebatur cum clausula, arbi-
192 trio Iudicis. Tum † quia remissoria ha-
bet annexam dilationem, quæ semper est
arbitraria Iudici *Cassad. dec. 3. de dilat. Vestr.*
193 *lib. 6. cap. de remiss. ad par. fol. 180.* Tum †
etiam quia in multis casibus venit dene-
ganda, vt dicemus infra: & solebat etiam
194 addi † alia clausula, dummodo materiæ
195 sint releuantes, quia † si materiæ nõ essent
releuantes, tales literæ non conceduntur:
hæc tamen fusiùs *infra tit. de remissoria.*
196 Citationes etiam † necessariæ pro ea
obtinenda sunt penes *Vestr. lib. 5. cap. de ter-*
min. obseru. in artic. remiss. fol. 120. & modernis
tẽporibus *apud D. Gratiosum Vbertum de mod. & rat. citand. par. 2. decitat. pro-*
batorys formul. 15. & commissio hodie re-
cessit à Curia, & remissoria cõceditur abs-
que commissione, vigore facultatum Iudi-

cibus, Commissarijs concessum à Pio IV.
constit. 59. & Paul. V. const. 7 . 16. 5. & 5. 11.
197 Debent licere illæ † peti post litis con-
testationem. Rot. dec. 37. de testib. in antiq.
198 & antequam fuerit seruatus terminus † ad
articulandū, siue causa sit beneficialis, siue
profana, vel saltem ante dictum terminum
199 ad articulandum, debet † pars citari ad
dicendum contra articulos, ad probādum
in Curia, & extra: post conclusionem enim
200 non possunt † de Iure concedi, quia cen-
sente renunciatum omnibus probationi-
bus Cassad. dec. 2. de dilat. Vestr. lib. 6. cap. de
remiss. ad par. fol. 185.

Et ideo hac de causa cauti, & solertes
201 Procuratores numquam, vel raro † seruāt
terminos substantiales, nisi prius re matu-
re perspecta, & cognito de viribus proba-
tionum in actis factarum, sed semper so-
lent dd. terminos seruare, postquam vide-
runt, etiam premissis disputationibus, alio
non indigere, vel aliud probare non pos-
202 se: hoc † tamen accuratè, & prudenter, ne
præbeat suspicionem calumniæ, & malum
odorem protrahendi, & sic practicatur in
Rota, vbi tales termini seruantur, postquā
203 causa fuit ad † saturitatem disputata, &
quando per DD. facto verbo Rota plenæ
mandat causas expediri.

Differentia autem inter causas profa-
204 nas, & beneficiales in hoc consistit, † quod
in profanis conceditur remissoria in qua-
cumque instantia, in beneficialibus vero
in tertia tantum, & si conceditur in pri-
205 ma, vel secunda, fit solum, quando † pars
renunciat appellationi, Cassad. dec. 3. de di-
lat. Vestr. d. cap. fol. 183.

Si verò terminus præfixus in remissoria
206 habitus non perfectis † probationibus
prorogatur, vel datur alius breuior, ista
prorogatio est communis vtrisque parti.
l. proinde C. de tempor. in integr. restit. Vestr.
d. fol. 183.

207 In multis tamen † casibus, quamuis te-
stes sint in partibus longinquis, denega-
208 tur remissoria, & sic limitatur † prima
conclusio. Primo, quando subest suspicio
calumniæ Rom. cons. 273. Felin. in cap. de ce-
tero extra de re Iud. & Rota passim. & hinc
est, quod petens, debet iurare non adesse
209 animum † frustrandi Aduersarium, sed
quia credit non probata probare posse, &
210 vlterius debet dari fumus boni Iuris † pe-
tētis remissoriam, puta per productionem
examinis facti in partibus ad perpetuam
rei memoriam, vt mouet Cassad. d. dec. 3. &
Vestr. d. fol. 185.

211 Secundò in causis † criminalibus, in
quibus testes debent venire ad presentiam
Iudicis, Auth. apud eloquentissimarum, cum ibi
not. C. de fid. Instr. gloss. in Clem. 2. in verb.
ciuili de off. deleg. Vestr. d. c. fol. 182. & 187.
& 188. fac.

Ideò licet in causis ciuilibus soleat trās-
212 mitti Notarius ad personas † egregias, vt
in eorū domibus examinētur, vt vult text.
in l. generaliter §. vlt. vbi gloss. C. de Iureiur.
& testatur Rotā in Melevitana nullitatis pro-
fessionis prima Iunij 1650. coram Illustrissimo
Rojas interrogantes, secus tamen est in
criminalibus Clar. q. 26. vers. aduerte. &
213 declara, nisi † sint legitimè impediti, quia
scilicet sunt senes, infirmi, debilitati, & ho-
nestæ mulieres. Clar. ibidem, & Rot. dec. 9. de
Iud. in nou.

214 Poterit etiam esse † talis qualitas testis,
quod propter dignitatem ad eum mitte-
retur Notarius, & ideo

Hęc limitatio sublimitatur. Primo in
215 Principe, & Inquisitoribus † hereticæ pra-
uitatis, qui etiam in criminalibus remis-
sorias concedere possunt, Specul. in tit. de
test. §. nunc tractandum. Clar. d. quæst. 26. vers.
vnum scias. Vestr. lib. 6. cap. vlt. fol. 182. &
Felin. in cap. cum causam de test.

216 Secundò fallit de consuetudine, † quan-
do testes sūt absentes, & extra territorium
Iudicis, quia bene datur remissoria, seu lit-
teræ subsidiariæ directæ Iudici, in cuius
217 territorio † testes repetiuntur, vt notant
Bartol. Ançar. & alij in cap. constitutus extra
de fideiuss. Felinus in d. cap. cum causam. Debet
218 tamen tunc adesse † magna causa, &
quod veritas aliter haberi non possit, Al-
ciat. cons. 462. & si nihilominus subesset cau
219 sa, propter quam † Iudex vellet videre,
& per se ipsum examinare testem, debet
nō obstante quacunque distantia ad eum
persona iter venire, vt dicit Clar. d. q. 26. Et
220 quando in criminalibus de iure † danda
est, facilius datur Reo, quam fisco, & In-
stigatoribus, quibus numquam ad partes
221 danda est pro capiēdis inditijs, nisi prius †
habito sufficienti fumo criminis, aut indi-
cijs sufficientibus, vt mandat Reformatio
Pauli V. tit. 15. de A. C. debetq dirigi Iu-
222 dicibus ordinarijs, † dummodo non sint
suspecti, vt in Reform. trib. facta per Pium
IV. & dictum Paulum V. sæpius indicatas.

Tertiò limitatur principalis conclusio,
de concedenda remissoria, vt non proce-
223 dat † in causis ciuilibus, quando petitur
ad probandum crimen, vel aliud quod sa-
piat delictum, Put. dec. 18. de dilat. & ideò
224 ad probandum † spolium, attentata, &
violationem sequestri, denegaretur, cum
hæc sapiant delictum, vt inquit Put. dec.
10. de appel. dec. 9. de probat. in antiq. nisi
225 daretur † maximus fumus spolij, attenta-
torum, & violationis sequestri, Cassad. dec.
fin.

fin.de sequestr. poss. & fruct.dec.3. & 4. de di-
226 *lat.*Aut præsentium † crimen non intenta-
tur principaliter, sed incidenter, sicuti
quando spolium venit in ventre petitorij,
227 tunc non concederetur † remissoria ad il-
lud probandum, *Put. dec. 1. de dilat. Vestr.*
*d.cap.de remiss.fol.*122.
228 Ad excusandū verò, vel excludendum †
attentata, & spolium, repellendumque te-
stes examinatos, indistinctè conceditur,
secundum *Cassad.dec.4. de dilat. Afflict. dec.*
351. *Vestr.lib.8. cap.vt lit.pend.fol.*271.
229 Dummodo pro parte Actoris † aliqua-
liter probata non fuissent, vel incontinen-
ti probari non possent, quia tunc denega-
230 retur, ne videretur concedi ad † confouen-
dum illum in suo crimine, *Cassad, dec.2.de*
*dilat.Vestr.lib.6.cap.de remiss.ad par.fol.*180.
231 Quarto neque datur, pro probandis †
exceptionibus dilatorijs, alijsque inciden-
tibus, nisi sint peremptoriæ, vt puta si di-
catur testes fuisse corruptos, vel pro pro-
bandis articulis solummodo per Instru-
232 menta, secùs si per Instrumenta, & testes,
vel ad recognoscendum sigilla, & Notariū
Rot.dec.6. de probat. dec.17. de testib. in nou.
*dec.44.eodem in antiq.Vestr.eodem c. fol.*189.
233 Quinto, quando fuit semel † decreta,
expedita, & præsentata, vel causa fuit in
prima instantia cognita in partibus, etiā
234 si super † nouis tantum articulis de Iure
dantis peteretur, quia cum potuerit petēs
235 in partibus, † semel probanda, probare,
frustra amplius cōceditur remissoria, *Rot.*
dec.16. de testib.in nou. Nisi ille fuisset legi-
236 timè impeditus, vt puta facto † Iudicis,
vel Aduersarij, vel quia testes noluerunt
deponere, cessaretque suspicio calumniæ,
237 tunc enim denuò etiam † concederetur
*Egid. conclus.*431. *in causa, &* 625. si habuit.
*Put.dec.4.de dilat.Vestr.d.cap.fol.*184.
Si igitur tempore debito, & pro mate-
238 rijs releuantibus, remissoria † decernatur,
ab hoc decreto non datur appellatio, &
postquam bullata fuit, si fuit forte con-
cessa præuia Commissione, non potest Iu-
239 dex, † etiam quod partes illi renuncient,
absque noua cōmissione ad vlteriora pro-
240 cedere, quia Papa † censetur apposuisse
manum, secundum ea, quæ dicit *Rot.dec.4.*
241 *de testib.in nou.* Licet hodie, hoc non † oc-
currat, præsertim in Rota, quia illius DD.
Auditores, vigore Innocentianæ, illas sub
eorum paruo sigillo decernunt, *Cassad.*
dec.9.de appell. in fin. Extra Rotā verò per
242 Signaturam à † plumbo dispensatur, vt di-
ximus supra.
Præsentata remissoria Iudici remisso-
243 riali, quomodo sit † procedendum, legi-
tur Instructio, quam dedi inferiùs, & qui
Praxis Camilli Capucij.

cupit fundamentaliter regi, potest videre
Gemin.in d. cap.præsentium. §.testes, & Vestr.
*d.cap. fol.*185. *& sequent.*
244 Pro termini † prorogatione est citanda
pars *Isern. in cap.1. in quibus caus. Aud.rest.*
*in causa Regni, & Vestr.d.cap. fol.*184.
Si pars, quæ obtinuit remissoriam, illius
245 processum † reportare non curat, quia for-
tasse facit contra ipsum, olim dabatur Cō-
missio ad instantiam aduersarij, præfi-
xionis termini, (sed hodie præfigitur abs-
que commissione terminus) ad producē-
246 dum remissoriam, † & eo elapso absolui-
tur à molestationibus: & sicuti talis com-
missio olim signabatur arbitrio Iudicis,
ita hodie præfixio termini, est eidem arbi-
traria. De huiusmodi remissorijs loqui-
tur *D. Hercules Seuerolus I.C. Fauentinus,* à
quo originem habet *D. Nicolaus Seuerolus*
Aduocatus Concistorialis in opusculo, quod edi-
247 *dit de materia † per doctissimum meum Com-*
prouincialem Virginium Boccaccium de Cin-
gulo de anno 1577. illustrato, & ampliato:
nuper autem de ea accuratè scripsit etiam
D. Gratiosus Vbertus de citat. cap. 13. & de
mod. & ratione citand. p. 2. de citat. probat.
form. 15.
Notandum est etiam, quod examinatis
testibus, quando producens eorum dicta,
248 protestatur, quod eis vti non † vult, quate-
nus sint falsa; si pars aduersa instat, quod
præcisè declaret, an velit eis vti, debet
simpliciter declarare, prout annui supra
de Instrumentis *Fulgos. cons.* 177. *Afflict.*
*dec.*189. & est pulcra opinio Lucę *Pet.lib.2.*
cap.12. tit.de reprob. test. & dixit Rot. dec.1.
post primum vol.consil. Farin.

De publicatione testium:

Artic. VI.

249 *Publicatio depositionum quando fieri debeat in ciuilibus.*
250 *Publicatio testium non est de substantia iudicij.*
251 *Publicatio testium omissa, an nullam reddat sententiam.*
252 *Appellatio datur à denegatione publicationis testium.*
253 *Iudex non dicitur vidisse dicta testium, nisi publicentur.*
Sententia non visis actis est nulla. ibid.
254 *Publicatio depositionum an fiat in Curia, quando, & vbi.*
Summaria depositionum dantur in Curia facto examine. ibid.
255 *Publicatio processus defensiui in crim. an sit de substantia.*
256 *Publicatio processus offensiui contra contumacem non fit.*

PErfecto examine, & processu; de Iure
249 communi in causis ciuilibus † fit publicatio depositionum, si à partibus petatur, secùs si non petatur, *cap. 1. & 2. de accus. in 6. glos. in cap. fin. in verb. Iudicijs de*
250 *hæreticis, in 6.* Licèt † eorũ publicatio non sit de substantia Iudicij, neque eius omis-
251 sio † reddat sententiam ipso Iure nullam, etiamsi petatur, *Guidopap. dec.* 586. Nihi-
252 lominus à denegatione † publicationis datur appellatio, de quo videndus est *Felin. in cap. 1. & 2. extra de sent. & re Iud. & Vant. cap. de nullit. proces. num.* 40. Si autem
253 Iudex non publicaret † dicta testium, non posset dicere illa vidisse, & non visis actis sententia est nulla, vt per *Felin. ibidem.*

Romę autem excepta Curia Capitolina
254 dicta testiũ nõ publicantur, vel publicãtur tantum in tertia instantia; & ideo statim facto examine dãtur summaria, & copię depositionum, *vt ibidem testatur Felin.*

In causis verò criminalibus, publicatio
255 processus † defensiui non est de substantia, quia acta semper sunt nota Iudici, & Fisco, *Clar. quæst. 61. in princ.* ad quod est etiam videndus *Guaz. defens. 35. cap. 3.*
256 Similiter neq; † solet publicari processus offensiuus, quando proceditur contra cõ-
257 tumacem: sed secus si agatur † contra præsentem, vel carceratum, quia antequam condemnetur, debet ei decerni copia pro-
258 cessus, † cum termino competenti ad faciendum defensiones, etiamsi non petatur, *Clar. q. 49. vers. est igitur.* & hoc nullam ha-
259 bet difficultatẽ, † etiamsi procedatur per Prin-

Principem in quouis grauissimo delicto, Clar. ibidem vers. sequenti, & idem Guaz. desens. 22. cap. 1. per totum, & desens. 34. nu. 2. & sequenti.

Sed antequam Reus torqueatur, si peta-
260 tur publicatio † processus cum dicto termino, similiter non adest difficultas, quin
261 debeat, etiam dari in crimine læsæ † Maiestatis diuinæ, & humanæ glos. in cap. fin. in verb. inditijs de hæret. in 6. Rip. in l. 2. nu. 8. C. de edendo. cap. qualiter, & quando. §. debet igitur extra de accus. Paris. cons. 2. num. 155. & num. 164. vol. 4. Clar. d. q. 49. in princ.

Si verò non petatur publicatio, & copia
262 processus, est inter DD. difficultas, numquid illa dari debeat. Attamen communis opinio, & obseruantia est, quod Iudex non teneatur eam dare, nisi petatur, Boss. tit. de Inditijs, ante num. 79. Clar. d. quæst. 49. vers. sed numquid.

Benè verum est, quod aliquando, quamuis detur copia processus, supprimuntur
263 nomina testiū, ratione † grauitatis delicti, vt in crimine hæresis, vel quando subesset suspicio, quod aliquid mali posset euenire testibus propter potentiam inquisiti; & tunc si omninò essent publicanda nomi-
264 na † testium, possent dari confusè, vt monet glos. in d. cap. fin. in verbo inditijs. Clar. d.
265 quæst. 49. vers. habetque † locum, & hoc procedit non solum in reo, sed etiam in accu-
266 satore, cui debet pariter dari † copia processus, si illam petat, cum termino ad impugnandum, & subministrandum noua inditia, Bossius in d. tit. de indit. n. 82. Clar. d. quæst. 49. vers. danda est autem. Guazzin. in tom. 1. num. 10. sol. 4.

Publicatis ergo attestationibus, & post didicita testificata, non possunt regulari-
267 ter ampliùs testes super eisdem articulis, vel directo contrarijs, tam in prima instātia, quam in causa appellationis examinari, Authent. qui semel C. de probat. cap. fraternitatis. extra de testib. Clem. 2. eodem tit.
268 præter quam in aliquibus casibus † in quibus limitatur prædicta conclusio, vt puta
269 Primò, quādo testes nō fuissent ritè recepti, neque publicatio verè facta fuisset, vt de stilo Cur. Rot. dec. 13. de testib. in nou. dec. 10. de probat. eodem titulo.

Secundò, quando per errorem testis nō
270 fuerit examinatus † super aliquo articulo, quia etiam post didicita testificata potest super illo examinari, Guidopap. dec. 124.
271 Tertiò quando, versamur † in diuersa
272 causa d. Clem. 2. & ideò † non obstante publicatione testium in possessorio, poterunt testes denuo examinari in petitorio Rot. dec. fin. de rest. in nou.

273 Quartò, si post † publicationem nō fuerunt didicita testificata. Felin. in cap. fra-
274 ternitatis extra de testib. vbi late † prosequitur, quando post publicationem licet nouos testes examinare.
275 Quintò, quod † licèt impediatur examē, via ordinaria, datur restitutio in integrū, ad examinandum, quæ solet concedi personis priuilegiatis, vt puta minori, mulie-
276 ri, † & Ecclesiæ, Afflict. dec. 216. num. 2. de quo etiam quando concedi possit, est videndus Felin. in cap. intimauit, extra de testib.
277 Sexto, quando sumus † inter diuersas personas, nam tertius veniens ad causam pro suo interesse, potest non obstante publicatione super eisdem, vel directo contrarijs examinare, Felin. in c. veniens n. 18.
278 extra de testib. Declara, † si ignorauit li-
279 tem motam, secus verò non auditur, † nisi
280 in statu, & terminis, in quibus causa † reperitur, neque potest inducere testes, nisi eo modo quo posset principalis, Bartol. in l. si prolusorio ff. de appell. Innocent. & alij in cap. cum super extra de re iud.
281 Si etiam procurasset † principalis, quod tertius ignorans compareret, audiretur solum in statu, & terminis in quibus causa reperitur, vt supra Afflict. dec. 235.
282 Septimo quando fuit † perempta instantia, & noua incohata.
283 Octauo, quando † probatio facienda est per euidentiam rei.
284 Nono, quando † articuli partis aduersæ non fuerunt plenè probati.
285 Decimo quando † vna pars probauit contrarium, similiter per alios duos testes, tunc enim potest melius probari.
286 Vndecimo, quādo probatio † facta fuit per Instrumentum, quia potest suppleri per testes.
287 Duodecimo; quando vltra † articulum directè contrarium opponitur, quod testes examinati falsum deposuerunt, corrupti, vel subornati, Afflict. qui hos vltimos sex casus late prosequitur, dec. 216.
288 Decimotertio; Quando producens † testes, est persona talis, quod in ea cesset omnis vmbra, & suspicio subornationis, Cassad. in l. 1. §. per Procuratorem de acquir. poss. Marian. in d. cap. fraternitatis in casu 54. Felin. in cap. causam, quæ in fin. de off. deleg. Iason cons. 170. vol. 2.

Decimoquarto, in causis criminalibus,
289 in quibus nō obstante publicatione † processus, possūt testes denuo examinari, præcipuè ad defensam, Marsil. in praxi crim. §.
290 sequentis num. 6. ad offensam verò † si procedatur ad instantiam partis, non possunt
ad

ad eiusdem instantiam recipi. Potest qui-
291 dem † Iudex ex officio testes, etiam ad offensam recipere, vel etiam ad instantiam partis testem iterum examinare, ad effectũ vt declaret dictum suum obscurum, dum-
292 modo † sit simplex declaratio, vel nihil addat, *Specul. in tit. de testib. §. satis vtiliter num. 4. Aretin. & alij in cap. cum clamor. & in cap. fraternitatis extra de restit. Boss. in tit. de public. process. n. 3. & 25. Clar. dicta quæst. 61.*
293 *vers. quæro numquid & per totã quæstionem*, † Licet malè hoc obseruetur. Quotidie enim post publicatos processus videmus nouos
294 testes ad offensã † examinari; quia quo ad fiscum solet dici numquam fuisse conclusum in causa, neque præclusam viam pro-
295 bãdi, & propterea semper videmus quod † sententiæ absolutoriæ in criminalibus de raro leguntur ex capite innocẽtiæ, sed cum clausula, ex hactenùs deductis, et meo tem-
296 pore vnicam vidi latam ex maxima † probatę innocẽtiæ causa in fauorem optimi Religiosi Fratris Gelasij à S. Cruce Discalceati Augustiniani, ab Eminentissimo Prudentissimoq; Cardinali Vidman, tunc temporis Cameræ Apostolicę dignissimo Auditore; nihilominus alij frequen-
297 tiùs patrocinantes † in criminalibus fortasse aliàs viderunt, cum ego in similibus non nisi amicis expertis prodesse desiderauerim.

De dilationibus ad probandum.

Artic. VII.

298 *Dilationes ad probandum contrarium dantur in ciuilibus.*
299 *Dilationes non possunt cumulari, sed prorogari à Iudice.*
300 *Dilatio ad probandum potest prorogari parte non citata.*
301 *Dilatio prædicta, est iudici arbitraria respectu termini, ac loci.*
302 *Appellatio datur à grauamine in dilationibus à Iudice facto.*
303 *Dilatio quando potest sine causæ cognitione reuocari.*
304 *Dilatio non potest reuocari nisi de consensu quo fuit data.*
305 *Limitatur tamen in decem casibus, in quibus potest reuocari ante terminum.*
306 *Reuocatio dilationis tenet, nisi appelletur.*
307 *Dilatio deliberatoria solet concedi in Curia.*
308 *Dilatio deliberatoria, quæ sit, cui, & quando detur.*
309 *Dilatio deliberatoria datur Procuratori ad consulendum Dominum.*
310 *Dilatio prædicta datur etiamsi intẽtetur spolium non probatum.*
311 *Dilatio huiusmodi non conceditur actori, vel Procuratori Rei speciali.*
312 *Dilatio dilatoria debet peti ante term. ad articulandum.*
313 *Limitatur, si mutaretur persona, vel nouum ius impetraretur.*
314 *Tunc enim in quacumque parte iudicij concedi potest.*
315 *Dilatio dilatoria potest iud. arb. augeri, ac minui non citata parte.*
316 *Dilatio dilatoria datur etiam propter absentiam Aduocati.*
317 *Dilatio denegatur si sit longa absentia Aduocati.*
318 *Dilatio secunda potest dari in Rota de consensu Auditorum.*
319 *Dilationes duæ dantur accusatori in crim. & non capitalibus.*
320 *Dilationes reo in criminalibus tres dantur.*
321 *Dilationes de consuetudine dantur in crim. adulterij.*
322 *Dilatio prædicta de iure non est seruanda.*
323 *Dilationum materia est Iudici arbitraria.*
324 *Dilationes reo, modo vna, modo plures conceduntur.*
325 *Accusator an possit vltra duas dilationes obtinere.*
326 *Accusator pro habenda dilatione, quid facere debeat.*
327 *Declaratur tamen hoc de stilo procedere.*
328 *Dilationes omnes sunt vtrique parti communes.*
329 *Dilatio debet dari reo etiam sponte confesso. Terminus ad defend. datur etiam reo sponte confesso. ibid.*
330 *Defensiones reo non possunt tolli à Principe.*
331 *Reus an possit renunciare suis defensionibus.*
332 *Reus potest deducere contra confessionem, vt non sit puniendus.*
333 *Reus captus in fragranti, & sponte confessus potest renunciare defensionibus. Ampliatur in reo legitimè conuicto, & si sit periculum scandali. ibid.*
334 *Ampliatur etiam si esset concitata seditio in populo propter delictum.*
335 *Reus quando possit renunciare defensionibus remissiuè.*

Sen-

Sententia contra reum non factis defensionibus, quando ferri possit. ibid.

336 *Dies termini non computantur in termino, regulariter.*

337 *Dies termini quando computentur, vel non, in termino præfixo.*

338 *Mensis an, & quando intelligatur de 30, vel de 31. diebus.*

Annus quomodo currat, & quando inceptus habeatur pro completo. ibid.

339 *Probationes sine dilatione, vel extra illius tẽpus factæ, valent.*

340 *Dilatione pendente facta iud. officio sunt nulla.*

341 *Ampliatur non posse ratificari de expresso partium consensu.*

342 *Iudex statim potest ultra procedere, reuocata dilatione.*

343 *Ampliatur magis cessante causa dilationis.*

344 *Ampliatur etiamsi actus non sint in præiudicium termini.*

345 *Sententia lata nullis datis dilationibus, an, & quando sit nulla.*

298 Dilationes † ad probandum in Ciuili-
299 bus, solent communiter dari, & † li-
cet Iudices non possint eas cumulare, pos-
sunt tamen illas prorogare, *l. fin. ff. de fer.*
300 *l. siue pars C. de dilat.* Et hoc etiam † par-
te non citata, quia huiusmodi dilatio di-
citur interlocutoria modici præiudicij,
*Bartol. & aly in l. nequicquam. §. vbi decre-
tum. ff. de off. procons. idem Bart. in extraua-
ganti ad reprimen. §. per edictum. Stafil. c. 18.
fol. 330.*
301 Et est arbitraria † Iudici, etiã respectu
termini, ac loci, *l. 2. vbi Bart. & Alex. ff. de
re iudic. Abb. in cap. 1. extra de dilat. Cassad.
dec. 3. de dilat. l. 1. C. eod. tit.*
302 Si verò Iudex † grauaret dando, vel ni-
mis longas, vel nimis breues dilationes,
daretur appellatio. *cap. 1. vbi glos. extra de
dilat. Felin. in cap. super litteris extra de ac-
cus. num. 7.*
303 Et quando dilatio † conceditur à Iu-
dice sine causa, & cognitione, potest etiam
sine causa, & cognitione reuocari, & si est
concessa cum causæ cognitione, & de con-
304 sensu ambarum partium, vel † alteriùs tan-
tum, non poterit nisi de simili consensu re-
uocari, *Franc. in cap. significante num. 17. ex-*
305 *tra de appell.* præterquam † in decem casi-
bus, qui sunt decem limitationes ad hanc
regulam, relatis *per Franc. ibid.* in quibus
dilatio concessa potest reuocari ante ter-
minum.
Attamen quomodocumque etiam, abs-
306 que iusta causa † reuocetur dilatio, tenet
reuocatio, si non appellatur, *Fran. ibidem.
num. 19. in fine,* & hæc sunt communia om-
nibus locis.

307 In Curia verò, † vltra alias dilationes,
solet cõcedi vna dilatio, quæ nuncupatur
deliberatoria, & fit, quando reus est ap-
308 prehensus in Curia, & citatur, † vt puta in
causa beneficiali; Et tunc datur hæc dila-
tio, videlicet ad se informandum, & habẽ-
dum Iura, etiam quod beneficium vacet in
Curia, quia forte illud est de Iure patro-
309 natus, vel ex alia causa possit cessare † re-
seruatio; datur similiter eius Procuratori
generali ad consulendum Dominum, *cap.
dilectus extra de procur. Bisignet. decis. 16. de*
309 *dilat.* † etiam quod intentetur spolium,
dummodo nullo modo probatum fuerit,
quia si aliquo modo licèt non bene fuis-
set probatum, denegaretur.
310 Actori verò, vel Procuratori speciali
Rei, huiusmodi dilatio non conceditur.
Debuit enim venire instructus: debetque
312 peti regulariter † ante terminum ad arti-
313 culandum bene seruatum, † nisi post dictũ
terminum mutaretur persona, vel nouum
314 Ius impetraretur. Quia tunc † vtroque
casu, in quacumque parte iudicij concedi
potest, & est, sicut dixi de alijs dilationi-
bus respectu termini, vel loci, arbitraria
315 Iudici, & † potest eius arbitrio augeri, ac
minui, etiã parte non citata, *Cassad. dec. 1.
2. & 3. de dilat. Vestr. lib. 4. cap. 2. fol. 80.
Stafil. d. cap. 18. fol. 330.*
316 Datur † etiam aliquando dilatio vtriq;
parti propter absentiam Aduocati, vel
Procuratoris, à quo causa pendet, si breui
tempore est reuersurus. Denegatur tamen
317 in casu longæ absentiæ, † tunc enim debet
alter Aduocatus, vel Procurator inueniri
*Felin. in cap. ad hoc Reus, in princ. extra vt
lit. non contest.*
318 Et Auditores Rotæ possunt, † vigore
Innocentianæ, in quibuscumque dilationi-
bus, de consensu aliorum Auditorũ, lapsa
prima dilatione, concedere secundam, &
hæc procedunt in ciuilibus.
319 In criminalibus verò, † & in causis non
320 capitalibus, dandæ sunt accusatori † duæ,
Reo verò sunt dandæ tres dilationes, *d. l.
fin. vbi glos. & DD. & post alios Ias. nu. 50.
ff. de fer. Guazzin. tom. 1. nu. 3. fol. 325.* quod
321 obseruatur † de consuetudine, etiam in
crimine adulterij, *Bald. in d. l. fin. num. 14.*
322 Licet † contrarium esset de Iure seruandũ,
l. crimine ff. ad l. Iul. de Adulter. De consue-
323 tudine autem materia † dilationum, vt su-
324 pra diximus, est arbitraria Iudici, ideò †
aliquando plures reo, aliquando vnica
325 conceduntur; Accusatores † verò vltra
duas obtinere non possunt, præcipuè si ad-
326 sit inspicio calumniæ, quo † casu aliquan-
do fuerunt coacti ad promittendum ali-
quam pœnam fisco, vel ad fideiubendum
de

327 de reficiendo † expensas,& hoc secundum remedium de stilo seruandum est, vt dicit *Cagnol.in rubr.ff. si quis Ius dice. non obtemp. Clar.q.48. vers.quarto.* In simili in appellatione Instigatoris,alia dicit *Guazzin.ad defens.reor. defens. 36. cap.14. num. 3. & 4.* & in proposito dicit *idem tom.1. num.5. dicto fol. 325.*

328 Et dilationes omnes † sunt communes de Iure vtrique parti,quamuis in criminalibus non obseruetur, propter ordinem, quem seruant in compilando prius processum informatiuum, & deinde repetitiuum, & successiuè defensiuum, sicut in ciuilibus *Clar.ibidem in fin. Guazzin.defens.*
329 *24.cap.4. num. 10.* Et debetur † Reo etiam sponte confesso, & conuicto dari dilatio, & terminus ad faciendas defensiones, antequam condemnetur, etiamsi non petatur, *Salic. in l.2. num.7. C. de cust. Reorum, Marian. in cap.qualiter,& quando num. 232.*
330 *extra de accus.Boss. in tit. de sent.in princ.* † in tantum, vt etiam Princeps de plenitudine potestatis, non possit tollere Reo suas defensiones, *Bald. in l.3.§. si is pro quo.ff. quod quisque Iur. Soccin.cons.266. num. 46. Clar. quæst. 49. vers. est igitur.*

331 Neque potest Reus, † quando agitur de imponenda pœna corporis afflictiua, renunciare suis defēsionibus *glos. in l.pactum inter hæredem ff. de pactis. Clar. d.q.45.vers. quæro nunc.Guazzin. defens. 27. cap.1.*

332 Posset enim multa deducere † contra propriam confessionem, ex quibus non veniret puniendus, vt latè per *Clar.q.55.&*
333 *Guazzin.loco cit.* nisi Reus † esset captus in fragranti crimine; & sponte confiteretur delictum, vel esset legitimè conuictus, aut
334 esset periculū † maioris scandali,& si propter atrocitatem delicti esset concitata seditio in populo,quia tunc posset absque sententia puniri, *glos. in l. ictus fustium ff. de his qui notantur infam. Bald.in l.vt vim ff. de d nst. & Iur. Boss.in tit.de denuncia. nu.10. Clar. q.8. vers. sed numquid & d. q.49. vers. quæro nunc.& Guaz. vbi supra.*

De huiusmodi materia, in quibus casi-
335 sibus possit Reus renunciare † defensionibus, vel non factis defensionibus sententia ferri contra ipsum, dicit *Felin. in cap. cum dilecti extra de accus. & in cap. cum venissent num.4. extra de testibus.Guaz.dicta defens.27. cap.1.*

Et quia tam in ciuilibus, quàm in cri-
336 minalibus fertur regula, quod dies † termini non computantur in termino, quomodocumque præfigatur, *vt Guidopap.dec.*
337 *272.* quomodo hoc intelligatur, † quando computetur, vel non computetur, videndus est *Gemin.cap.1.§.si quis 2.de except.in 6 Franc. in cap. super eodem num. 19. extra de appell.& Guazzin.defens.24.cap.4.num.9.* & dicam *tit. de appell.*

Similiter quando mensis intelligitur de
338 triginta,& de triginta vno diebus, annus quomodo currat,quando inceptus habeatur pro completo, videndus est *Boss. in tit. quomod.proced.per actio. in delict.num.25.*

339 Notandum est tamen † vnum generale, quod probationes factæ sine dilatione,vel extra tempus dilationis,valent *Bart. Bald. & alij in d.l.fin. ff. de ferijs. Afflict.dec.35.*

340 Pendènte † autē dilatione, Iudicis officium conquiescit, in tantum, vt gesta per
341 cum interim sint † nulla, neque possint de expresso etiam consensu partium ratificari, *l. si pars vbi Bald. C. de dilat. idem Bald. in l.pen. C. de dilationib.* nisi Iudex reuocet
342 expreßè † dilationem, quia tunc etiam nō expectato termino, potest ad vlteriora procedere, *Franc. in cap. significauere nu.15.*
343 *extra de appell.* vel cesset † causa, propter quam fuit commissa dilatio, *Bald.in cap.2.*
344 *extra de dilat.* aut † actus, qui fiunt non sint in præiudicium termini, & dilationis, vt late *Vant.cap.de nullit.Iuris.ordin. n.157.*
345 sententia † autem lata nullis datis dilationibus, an, & quando sit nulla, dicit *Franc. latissimè in cap.dilecto num.153.vsque ad num.167.*

De Positionibus.

Cap. II.

Quomodo preponantur positiones, & de earum formula, & processu.

Artic. I.

1 *Articuli inseruiunt ad probandum.*
2 *Articulorum,seu positionū exordiū,& formula*
4 *Positiones an producantur cum citatione, & quomodo.*
5 *Positiones,seu articuli producuntur in Broliardo à principali,uel Procuratore,& quomodo.*
6 *Mandatum ad producendum positiones, seu articulos cum iuramento vbi fiat à principali.*
7 *Monitorium de respondendo qualiter fiat,& an personaliter exequatur.*
9 *Citatio ad respondendum positionibus.*
10 *Mandatum de grauando, vel censuræ,vel pronuncia pro confessatis relaxantur ob non responsionem articulis, seu positionibus.*
11 *An sit danda copia positionum & num. 10.*
Censuræ pro responsione quomodo obtineantur. ibidem.
Citatio ad videndum iurare testes sit quando reus respondet,& negat. ibidem.

Viso

Viso de probationibus in genere ad species descendendo, quoniam diximus fieri per partis confessionem, omissa extraiudiciali per apocas, & huiusmodi, pro quibus videndus est *Mantin. in tract. de confess.* deuenientus ad iudicialem, & ideo

Non videtur extra propositum, aliquid de positionibus, & articulis afferere, quia
1 † illis, vt plurimum, vtimur ad probandum vtramque substantiam Iudicij, personarum, seu negocij, de quo agitur, per confessionem partis, & formula breuiter potest esse huiusmodi.

Positiones, & articulos infrascriptos, dat, facit, exhibet, & producit Procura-
2 tor, & eo nomine Titij *contra*, & aduersus Mæuium: quas, & quos petit recipi, & admitti, & super illis per dictum Mæuium medio iuramento tactis, &c. Per verbum credit, vel non credit, simpliciter respondere. Non se adstringens ad onus superfluæ probationis; De quo &c.

In primis Procurator prædictus repetitis, ac reproductis repeti, ac reproduci de Iure, ac stylo solitis, ponit, ac quatenus opus sit, probare vult, & intendit.

Qualiter &c. d. D. Ponens mutuauit
3 ipsi D. Mæuio † scuta quinquaginta monetæ.

Qualiter talis mutuatio fuit facta Romæ in tot duplis Hispaniarum, Vugaris, & in moneta argentea.

Qualiter d. numeratio fuit facta domi D. Caij, positæ in regione Triuij, in Platea, &c.

Istæ positiones producuntur præuia ci-
4 tatione ad dicendum † contra positiones, & articulos in forma, supra tradita.

Deinde veniente die, sub qua cadit citatio, dictæ positiones producuntur in Broliardo à Principali, vel à Procuratore specialiter ad ponendum sic, & sic depu-
5 tato: & multi † vt cautè agant, quando non possunt ex se illas producere, faciunt in illarum calce mandatum procuræ, ad
6 eas producendum † cum iuramento.

Postmodum reproducitur citatio in actis, et obtinetur solitum decretum; et successiuè Notarius dabit monitorium de respondendo, quod poterit esse sub infrascripta forma.

De mandato, etc. Et ad instantiam, etc.
7 † Moneatur D. Meuius ex aduerso principalis, quatenus infra triduum, etc. ab executione præsentium computandum, sub pæna confessatorum, alijsque etc. debeat realiter, et cum effectu positionibus, et articulis in actis pro parte Instantis productis, singulariter, singulis, simpliciter, et explicitè, per verbum credit, vel non credit, medio iuramento tactis, respondisse, debitamque responsionem dedisse, et præsentibus omnino paruisse, etc. alias dicto triduo elapso, positiones, et articulos: pro confessatis pronunciari, et ipsum Aduersarium pro confesso, et conuicto haberi vidisse, et audiuisse, omni meliori modo; et de hoc monitorio in ista formula loquitur *Salust. Tiber. in sua praxi cap. 12. num. 12. lib. 2.*

8 *Vestrius vero* † *lib. 5. cap. 14. nu. 4.* ponit aliam formulam: videlicet, Quatenus infra triduum, debeat medio iuramento singulariter, singulis per verbum credit, vel non credit, simpliciter respondisse, sub pena excommunicationis. Sacrum enim Palatium non admittit, quod sic monitus pro confesso habeatur, vt dicit *idem Vestr.* quod et seruat Auditor Cameræ, qui regulariter non vtitur ista confessione per contumaciam inducta, *iuxta cap. 2. de confessis*, sed potius vtitur, vel excommunicatione, licet de raro, sicut facit Rota, quia habet in facultatibus procedendi per censuras: vel solet vti mandato de grauando loco pronunciæ pro confessatis, in aliqua summa diurna, iuxta facti, et personarum qualitatem, et loco verborum sub pæna confessatorum, solet apponere, sub pæna mandati de grauando, in summa diurna per D. declaranda, et ista praxis tanquam frequentior non habet controuersiam.

Hoc monitorium debet personaliter exequi, et executum reproducitur ab ipso Cursore, vt dicam infra de alijs monitorijs, et post reproductionem fit etiam citatio personalis ad respondendum prout infra.

Citetur Meuius exaduerso principalis
9 ad respondendum † positionibus in actis per Instantem cum iuramento productis, alias videndum illas pro confessatis haberi. Et hoc si quis vtitur primo monitorio; si verò vtitur secunda formula, dicitur, aliàs videndum declarari, se in excommunicationem, et censuras incidisse; si vero vtitur tertia formula, dicitur, alias videndum se grauari, et pro grauamine relaxari mandatum executiuum in summa diurna per D. declaranda ad p. d.

10 Executa citatione, illa reproducitur penes notarium, et in primo casu Iudex pronunciat pro confessatis, in tertio relaxat mandatum pro summa sibi arbitraria. In secundo vero relaxat censuras, præcedente aliquo termino ad hoc vt Reus tali pæna mulctatus, tedio affectus cogatur respondere: cum hac tamen differentia, quod

quod quando vtitur confeſſione, eius vigore procedit ad vlteriora, ſecundum opinionem dicti Salutij: quando vero vtitur grauatoria, dat mandatum in manibus Actoris, et iſte dat Birruario, qui eius vigore quotidie exigit, vel à Reo, vel ab eius bonis, ſummam in mandato contentam, vt in ſui beneficium vertat, donec prohibeatur à reſponſione ſacta.

Sed quando vtimur cenſuris, poſt declarationem illorum, & ſubſecutam publicationem, & denunciationem, ſi denunciatus ſuſtinet per decem dies, citatur ad docendum ſe paruiſſe litteris declaratorijs, & ſi non docet de partitione, deuenitur ad inuocationem brachij ſecularis, cuius vigore fit executio, quod tamen nunquam vidi adhuc contigiſſe meo tempore, & de eorum tempore dicunt ſimiliter *Saluſt.* & *Veſtr.* locis citatis.

Poſt decretum obtentum, fit illius intimatio, vel qualiter D. pronunciauit pro confeſſatis, vel qualiter relaxauit cenſuras, vel qualiter relaxauit mandatum de grauando, iuxta formam decreti, quod fuit obtentum. & de huiuſmodi praxi præter ſupradictos loquitur etiam *Rota apud Ludouiſ. dec.460, n.14. vbi adden.n.18.*

Quando proceditur cum cōminatione cenſurarum, quod credo etiam poſſe fieri coram Auditore Cameræ vigore facultatum ſibi datarum *à conſtitutione 28. Pauli V. §.20. & ſeqq.* eſt neceſſaria ſeruatio quatuor terminorum ad docendum ſe paruiſſe monitorio de reſpondendo poſitionibus, primo pro prima, ſecundo pro ſecunda, tertio pro tertia, & quarto pro quarta, & ſuperabundanti dilatione, addendo in iſtis tertia, & quarta, nec non ad videndum ſe excommunicari, excommunicatumque, & vti talem publicè denunciari mandari, & litteras declaratorias in ſolita forma decerni, & concedi ad p.d. cuius decretum fiet. Niſi in fratres, pro maiori proceſſus firmitate, & triduo elapſo bonum erit citare inobedientem ad videndum relaxari litteras declaratorias iam decretas, & quatenus opus ſit de nouo decerni, et relaxari. Hoc autem colligo ex *formulario antiquo Rotæ*, et ex eo, quod vt dicam infra, antequam quis excommunicetur, debent præcedere plures ſolitæ monitiones, vt in tit. de declaratoria, et poſtea procedēdum erit ad aggrauatoriam, et reaggrauatoriam, et ad brachium ſeculare, iuxta ea, quæ dicit *Veſtr. vt ſupra d.lib.5. cap.24. num.4. per totum*, vbi quod elapſo triduo proceditur ad pœnas in monitorio contentas, excommunicatur, declaratur, et declaratus denunciatur, et ſi excommunicationem per decem dies ſuſtinuerit, deuenitur ad inuocationem brachij ſecularis.

Quod dixi, poſſe fieri etiam coram AuditoreCameræ vigore eius facultatum, ſeruatur in Rota ſine difficultate, quia hoc ſupremum Tribunal non attendit confeſſionem illam, quæ reſultat ex dicta pronuncia pro confeſſatis, vt teſtatur *Veſtr. vbi ſup.*

An autem antequam conuentus re-
8 ſpondeat, debeat habere copiam poſitionū, diuerſus eſt ſtilus, et in Curia ſine difficultate conceditur, præterquam in foro Capitolino, et in Curia Vicarij, vt dicunt *Addentes ad Veſtr. d. lib. 5. cap.14. num.33.* qui etiam de diuerſo ſtilo teſtatur de Tribunalibus Italiæ.

11 Ideo † ſi Aduerſarius habita copia, vel non habita, reſpondet, et negat, fit citatio ad videndum iurare teſtes, et mandari examinari, vt infra notabo, et idem erit faciendum, ſi in parte illas confitebitur ad effectum probandi, quod fuit negatū.

Quomodo, & quando ſit reſpondendum poſitionibus.

Artic. II.

12 *Reſponſio poſitionum qualis eſſe debeat.*
13 *Reſponſio facta per verbum, non credit vt ponitur, nec ad effectum &c. an ſit ſufficiens.*
14 *Reus qualiter cogatur reſpondere poſitionibus breuibus, & factum ſimplex continentibus.*
15 *Poſitionum ſi ſit vna vera, & altera falſa, poteſt vtraque negari.*
16 *Poſitionibus per quæ verba reſpondendum ſit.*
17 *Poſitiones an debeant fieri poſitiuè, vel interrogatiuè.*
18 *Reus non tenetur reſpondere, ſi obſtat exceptio impediens litis ingreſſum.*
19 *Reus non tenetur reſpondere poſitioni continenti crimen contra ipſum.*
20 *Reus debet reſpondere in caſu licito in quacumque parte iudicij.*

12 RESponſiones tamen debent eſſe ſimplices, puta, credit, vel non credit, alias cogetur reus denuo reſpondere: ſatis tamen erit, ſi reſpondendo dixerit, non
13 credit, vt ponitur, nec, vel, et, ad effectum ad quem ponitur, hæc enim reſponſio fuit reputata ſufficiens *à Ludouiſio dec. 282. num.10.*

Huiuſmodi poſitiones à practicis breues, et paucis verbis concipiuntur, et debent continere purum, et ſimplex factum, adeo vt vna cum altera non ſit intricata, alias

aliàs reus non cogeretur respondere, potest etenim euenire, vt vna duas côtineat, & altera non sit vera, saltem modo,& forma qua ponitur; hoc enim casu reus vtrâque negare potest, puta si est verum mutuum, & non est vera quantitas, *Papien. verb. exceptio contra positiones fol. mihi 63.*

16 Quod positionibus sit respondendum, per verbum credit, vel non credit, est tex. *in l.2.in princip. §. quod obseruari, C. de iur. cal.in c.præsentium de testibus, & attest.* & tu etiam videbis *Natt.cons.59.nu.2.7.& seqq. Vestr.lib.5.cap.14.num.14.*

17 Sed aduertẽdum est, quòd non possunt fieri interrogatiuè, sed debent fieri positiuè *Mascard.conclus.1176. num. 23.*

Nec tenetur reus respondere, quando

18 obstat exceptio, quæ impedit † litis ingressum, vt putà excussio, vel præscriptio, *Crauett.cons.263.circa finem.*

Prout neque tenetur respondere posi-

19 tioni, quæ contineat † crimen eius, qui respondere debeat, *Bart. in l. transactione, C.de transact.Mascard.conclus.1177.num.59. vbi pro, & contra.*

Et in casu licito tenetur respondere in

20 quacumque † parte iudicij, etiam post conclusionem in causa, & post sententiã *Menoch.de recuperan.remed.1.nu.219. Vestr. lib.5.cap.14.num.12. & 39.*

In quo casu positiones sint permissæ.

Artic. III.

21 *Positio an detur post publicationem testium pro habenda tantum responsione.*

22 *Positiones an fiant elapso termino ad probandum.*

23 *Positiones habentur pro veris, si respondens super vna conuincatur de mendacio.*

24 *Responsio referens se ad instrumentum, an sit bona.*

25 *Responsio si fiat cum aliqua qualitate, an talis qualitas possit diuidi.*

Responsio an possit pro parte acceptari, & pro alia recusari. ibid.

21 AN denegetur in causa iudicij ordinarij post publicationem testium, etiam pro habenda tantùm responsione? videndus est *Pedemont.decis.10.nu.8. & decis.97.num.6.*

22 Et an fiant elapso termino ad probãdũ vide *Ioannem Andream in cap. 1. de confess. in 6.Mascard.d.conclus.1176.num.5.*

Quando autem respondens vnam ne-

23 gauit,& conuincitur † de mendacio,reliquæ omnes habendæ sunt pro veris *Castr. cons.302. lib.2. Vestr.in praxi lib.5. cap.14 num.25.*

Si verò respondens referat se ad instrumentum; & dicat,credo, prout in in stru-

24 mento, si tale † instrumentum fuit productum,dicitur bona responsio *Ioseph Ludouic.decis.8.parte prima.*

Etsi respõdens credat cum aliqua qualitate, tunc talis qualitas non poterit diuidi; vt putà, recepi, sed restitui; non po-

25 test enim † pro parte acceptari, & pro alia recusari. *Menoch.cas.93.lib.2.num.24. Boer. decis. 243. & Pedemon. decis. 176.* sed melior erit responsio, quod recepi restitui.

Quomodo producantur, & pronuncientur.

Artic. IV.

26 *Reus non tenetur respondere positionibus sine iuramento, & mandato speciali datis.*

27 *Minor respondens positionibus an sibi praiudicet, etsi agatur cum Ecclesia.*

28 *Positiones vt pronuncientur pro confessatis, quid requiratur.*

29 *Positiones an possint pronunciari pro confessatis contra tertium possessorem.*

Possessor non tenetur respondere positionibus in sui praiudicium, si est tertius.

30 *Articulans non fatetur.*

31 *Articuli dati cum iuramento plenè probant.*

32 *Positionum copia non datur, quando positio concernit factum proprium.*

33 *Purgatio moræ an detur in respondendo.*

34 *Restitutio pro noua responsione an detur, si positiones fuerint habitæ pro confessatis.*

35 *Responsio positionum qualiter habeatur ab absente principali.*

36 *Procurator Dominus litis effectus an teneatur respondere, & an idem Syndacus.*

37 *Iudicium potest ab articulis incipere, si summariè proceditur.*

38 *Respondens cum protestatione reuocandi, si de iure non tenetur respondere, optimè facit.*

39 *Protestatio reuocandi responsionem, quatenus de iure &c. quid operetur.*

26 ET si non fuerunt datæ cum iuramento, & mandato speciali † per actorem, vt supra, non tenetur reus respondere. *Surd.decis.58. nu.11. & Rota in Asculana societatis 28.Iunij 1628. coram bon.memor. Card. Virili penes Post. de manut. decis. 314.*

Minor autem, qui respondet illis, inn-

27 dis † adminiculis, sibi præiudicat,præsertim, si agitur cum Ecclesia, & in isto casu cessant statuta de Contractibus sine certa

 solem-

ſolemnitate non valituris, *Rota Maceraten. Prady 19. Ianuary 1624. coram bon. memor. Remboldo in fol.* & hinc infert quod etiam minor tenetur poſitionibus reſpondere.

Vt autem poſitiones pronũcientur pro
28 confeſſatis, debent † concurrere requiſita
per *Franch. in cap. 2. num. 9. de confeſs. lib. 6. Seraph. deciſ. 408. num. 4.* & fuit dictum *in Romana dotis 21. May, 1625. coram b. m. Coccino deciſ. 607. tom. 3. p. 4. recent.* Quos refert *Rota in Bononien. Saluiati 11. Ian. 1627. coram b. m. Card. Viteli apud Fenzon. ad ſtat. Vrb. deciſ. 39.*

Vbi etiam habetur, quód tertius Poſſeſ-
ſor non tenetur illis reſpondere in ſui præ-
29 iudicium, circa † poſſeſſionem, & contra
illum non poſſunt pronunciari pro confeſſatis.

Si verò fuerint dati articuli, ſine iura-
30 mento, datur regula † quod Articulans
non fatetur. *Ludouiſ. deciſ. 247. nu. 15.*

31 Sed dati cum † iuramento plenè probant, contra Articulantem. *Ludouiſ. deciſ. 275. num. 2.*

Poſitionum copia non datur in certis
32 Tribunalibus, quando † poſitio cõcernit
factum proprium, *Farinac. q. 139. num. 35. lib. 2.* Maximè quando eſt reſpondendum per verbum credit, vel non credit, *Veſtr. lib. 5. cap. 14. num. 35.*

33 Et an detur † purgatio moræ in reſpondendo, *Theſaur. dec. 18. nu. 2. Papien. verb. except. contra poſſeſſ. gloſ. 1. fol. 64. num. 2.*

Et ſi fuerint pronunciatæ pro confeſſa-
34 tis, regulariter non † non datur reſtitutio
pro noua reſponſione *Theſaur. deciſ. 18. nu. 2. Papien. d. verbo exceptio contra poſſeſſ. dicto num. 2.*

Quando Principalis non eſt in loco iudicij, tunc datur delegatio directa alicui
35 iudici, cum litteris ad locum, vbi principalis degit, pro habenda reſponſione. *Capel. Toloſan. quæſt. 233. Papien. vbi ſupra Marant. in repet. l. ſi Actor num. 63. de Procurator.*

An verò Procurator Dominus litis ef-
36 fectus poſſit reſpondere, eſt viden. *Theſaurus deciſ. 17.*

Et an poſſit reſpondere Syndicus; videndum eſt *cap. in pertractandis, de iuram. calumn. Bertacch. Repertor. in verbo, Syndicus.*

Notabile eſt, & in Practica quotidie
37 euenire poteſt, quod ab articulis poteſt
iudicium incipi, ſi ſummariè proceditur, *Nati conſ. 117.*

Et datur optima cautela illi, qui debet
reſpondere, quod proteſtetur, quod in-
38 tendit reuocare reſponſionem, ſi de iure reſpondere non debet, *Pedemont. dec. 176 num. 3. Mancin. de iuram. par. 2. art. 3.* Hæc enim proteſtatio ſaluat omne ius, & facit, quod ſi reſponſio danda non erat, da-
39 ta † non cenſeatur, vt *d. deciſ. Pedemont. loco citato.*

Sciendum eſt etiã, quod reſpondens, ſi in
reſponſione poteſt detegere turpitudinem
40 propriam, † non tenetur reſpondere *Ceuall. deciſ. 327. par. 2. num. 4.*

Quibus in caſibus denegetur reſponſio.

Artic. V.

41 *Reſpondens non tenetur reſpondere vbi detegitur propria turpitudo. & num. 41.*
42 *Poſitio eſt inuenta loco probationis, nec admittitur, niſi deficiente probatione.*
43 *Poſitioni obſcuræ, vel negatiuæ non eſt reſpondendum. & num. 44.*
45 *Poſitioni datæ contrariæ alteri poſitioni datæ per aduerſarium non eſt reſpondendum.*
46 *Poſitioni incertæ, multiplici, vel copioſæ, aut alternatiuæ, an reſpondendum ſit. & num. 47. 48. 49.*
50 *Tertius non poteſt cogi pro alio, ſed tantum pro ſe, ſi facit partes in iudicio.*
51 *Venditor an teneatur reſpondere reo ponenti contra emptorem, & inſtanti, vt venditor reſpondeat.*
52 *Cedens an dicatur eſſe in iudicio, mediante perſona ceſſionary, & ideo poſſit vocari.*
53 *Cedens an dicatur in lite, & quando.*
54 *Confeſſio cedentis an noceat ceſſionario.*
55 *Cedens cur non poſſit nocere ceſſionario.*
56 *Cedens contra ceſſionarium an cogatur ad reſpondendum, & poſſit induci tanquam teſtis. & num. 57.*
58 *Poſitioni iuris an ſit reſpondendum.*
59 *Poſitioni non eſt reſpondendum lapſo termino ad probandum.*
60 *Reſpondens in prima inſtantia non cogitur reſpondere in ſecunda.*
61 *Poſitionibus an debeat reſpondere habens authorem de euictione.*
Et quid habens fundatam intentionem ſuper inſtrumento, partis confeſſione, vel teſtibus ibidem.
62 *Poſitio non eſt permittenda ſuper his, quæ in animo conſiſtunt.*
63 *Poſitio ante litem conteſtatam non datur, niſi ſimus in cauſa ſummaria.*
64 *Reſponſio in poſitionibus an ſit veritatis, vel credulitatis.*
Inquiſitio de periurio an poſſit fieri contra reſpondentem poſitionibus. ibidem.
65 *Aduocatus non cogitur poſitionibus reſpondere.*
66 *Poſitionibus in poſſeſſorio recuperandæ, & l. fin. Cod.*

Cod. de edic. D. Adr. tollend. respondendum non est.

67 *Responsio an sit danda in facto alieno, si facit ad causam. & num. 68.*

69 *Respondens debet habere terminum ad se informandum.*

70 *Reus an cogatur respondere per verbum credulitatis, vel veritatis.*

71 *Positiones an possint post modicum tempus reuocari.*

72 *Positionibus an sit respondendum in præsentia Aduocati, vel Procuratoris.*

73 *Confessio ficta non dicitur releuans, & in Rota non attenditur.*

Secus in Curia Capitolina. ibid.

IN summa, casus, in quibus quis non tenetur respondere, sunt multi. Primo
41 quando † continet crimen, vt supra. Secundo quando sunt interrogatiuè, vt supra *Caputaq. decis. 327. num. 2. par. 2.* Tertio quando alias fuit decisum cōtrarium per viam iuramenti, *Mancin. de iuram. par. 2. art. 2. num.* 18. Quarto quando datur contra instrumentum, & continet contrariū. *Perusin. decis. 8. num. 3.* Et ratio est, quia positio est inuenta loco probationis, ideo nisi adsit defectus probationis, nō admittitur *Speculat. de posit. §. 3. num. 3. & 4.* Tiro
42 tamen † practicabit contrarium, quando vult clarius probare id, quod iam probatum est, *Mascard. conclus. 1177. num. 8.*

Quinto idem dicemus, si positio est ob-
43 scura, vel † generalis, seu generalissima, *Mancin. vbi supra num. 23. & 24.*

44 Sexto, idem, si erit † negatiua. *Mancin. ibid. num. 20. & Mascard. d. conclus. 1177 nu. 29.* Licet contra videatur *Glos. & text. in cap. 1. de confess. in 6. Papien. verbo exceptio Glos. negatiua.*

Septimo, quando positio data per alte-
45 ram partem est contraria † alteri positioni datæ per Aduersarium. *Surd. decis. 196.*

Octauo nec tenebitur respondere in-
46 certæ † positioni. *Mancin. vbi supra num. 22. Papien. verb. exceptio cōtra positiones, vers. incerta num. 2.*

Nono, nec tenetur respondere multi-
47 plici † positioni, *Pedemontan. dec. 176. nu. 1. Mancin. vbi supra num. 29.* exempla autem ponuntur per *Mascard. dicta conclus. 1177. num. 38.*

Decimo, neque captiosæ positioni est
48 permittenda responsio *Caputaq. decis. 327. num. 3. par. 2. Vestr. lib. 5. capit. 14. num. 19.*

49 Vndecimo † nec positio alternatiua est permittenda *Mancin. vbi supra num. 22.* & dixit *Rota in Romana Cambiorum 11. Ianuarij 1600. coram Cardinale Lancellotto in fol.*

Duodecimo, tertius non potest cogi
50 pro alio, sed † tātum pro se, si facit Partes in Iudicio *Text. est clarus in l. si sine §. alius de interrogat act.* vide *Speculat. de posit. §. 1. in principio, Rot. in Bononien. Saluiani 11. Ianuarij 1627. coram b. m. Virili.*

Decimo tertio, si Reus ponit contra emptorem, & instat, vt Author eius, scilicet venditor respondeat, talis venditor
51 non † tenetur respondere: quia non agit, nec excipit; vt egregiè *Surd. consil. 82. num. 24.* Et ratio est, quia tenetur de euictione. Contrarium verò videtur tenere *Imola in l. facta. §. si hæres col. fin. verb. potest respondere, ad Trebell. per text. in l. fin. de Procurat.*

Decimoquarto licet cedens videatur
52 esse † in Iudicio mediante persona Cessionarij; & ideò videatur posse vocari, & Cessionarium teneri illum ad respondendum exhibere; Contrarium tamen videtur verius, quia cedens non est in lite. *Surd. consil.*
53 *82. nu. 24.* Item, quia † non est Principalis, & quia confessio cedentis non nocet Ces-
54 sionario, si † est facta post cessionem *Afflict. decis. 163. nu. 5. Caputaq. decis. 155. nu. 2. & decis. 259. num. 2. & decis. 331. num. 4. par. 1.* & dixit *Rota in Romana donationis de Iacomellis 10. Decembris 1610. in fine, coram Sacrato dec. 305. p. 3. recent.* Et est optimum consilium apud *Surd. consil. 82. num. 24.*

Ratio autem huius conclusionis vide-
55 tur esse, ne † sit in facultate Cedentis, fraude, & dolo confitendo, tollere ius quæsitum Cessionario; quod iura abhorrent. *Abb. in cap. 2. de fid. Instrum. vbi Felin. num. 12. Mascard. conclus. 174. nu. 2.* & dicit *Surd. d. cons. 82. num. 23.*

Ampliatur, quod hoc est adeò verum, vt Cedens, nec possit non solum cogi ad
56 respondendum, sed † etiamsi induceretur tanquam testis, adhuc repelleretur inductio; & ratio est, quia tenetur de euictione, vt considerat *Surd. dicto consil. 82. num. 24.*

Vt autem in præmissis difficultas aufe-
57 ratur, est videndus *Bertrandus consil. 219. nu. 17. lib. 2. Cephal. cons. 21. per tot. Marant. in repetitione legis, si actor, num. 59. de Procurat. Mascard. conclus. 374. num. 5.*

Decimo quinto positioni iuris, neque
58 est † respondendum. *Mancin. de iuram. loco*
59 *cit. num. 24.* idem dices, † si est lapsus terminus ad probandum; *Rota decis. 20. de Testibus in antiq. Vestr. d. lib. 5. cap. 14. nu. 12.* Sed contra hanc opinionem est *Marsil. singul. 20. Menoch. recuperan. remed. 1. nu. 219. Glos. 1. in cap. 1. de confess. in 6. Hieronym. de Mont. fin. regund. cap. 46. per tot. & Ioseph Ludouic. dec. Perus. 8.*

Sub-

Sublimitatur quando est lapsus terminus statutarius, *Lanfranc. in cap. quoniam contra de instrum.edit. num. 26.* & si facit se-
60 mel † responsum in prima instantia, non cogitur respondere in secunda, *Mancin. vbi supra num.26. Afflict.decis.216. num. 1. & Osasc.dec.14.num.8.* Contrarium tamen quod pluries possit cogi, quia potest esse, quod hodie non credam, & cras credam, est opinio *Rot. decis. 1. de confess. in antiquis.*

Decimosexto, quando habet quis authorem de euictione, nec tenetur respondere, prout neque tenetur ille, qui habet
61 fundatam † intentionem super instrumento, vel Partis confessione, vel testibus *Mancin.vbi supra num.27.& 28.*

Decimo septimo super ijs, quæ consi-
62 stunt in animo, † minus est permittenda positio, sicuti neque si contineret excommunicationem, vel materiam obiectiuam. *Mancin.vbi sup.num.32.33.& 34.*

Decimo octauo, nec datur ante litem
63 contestatam, nisi simus in † causa summaria, *Glos.in cap.1. de confess. in 6.* Et idem dices, vbi potest recusari iuramentum decisiuum. *Mancin. vbi supra num. 36. & 38.*

An autem responsio in positionibus sit
64 veritatis, vel credulitatis, & an possit contra respondentem inquiri de periurio? negatiuè respondit *Osasc. consil. 203. num. 36.*

Decimo nono, Aduocatus neque cogi-
65 tur respondere † positionibus, *Speculat.de positionib. §.3.num.6.Glos.in cap.1.verb.confessio, de confess.in 6.* contra tamen videbis *Surd.dec.17.*

Vigesimo, neq; videtur respondendum
66 positionibus † in possessorio recuperandæ. *Rimin.iun. cons.543.num.1.lib.5.* Et neque est respondendum in possessorio *legis fin. C.de edict.Diu.Adr.toll.Bald.in d.l.fin. nu.9. & cons.189.num.3.lib.3.*

Vigesimo primo in facto alieno non tenetur respondere, secus si facit ad cau-
67 sam, tunc † enim tenetur præcisè respondere *Mascard.conclus.1177.aliàs 1181. nu.25.* vbi declarat; factum alienum tunc dici,
68 quãdo nõ facit ad causam: & ad † illud nemo tenetur respondere, vt sub *num. 24.* Sed quando facit ad causam, præcisè respondere tenetur, vt *d.nu. 25.* secutus *Speculat. de posit.§.supra num.10.& 11.* Sed quando
69 dicitur respondere, debet dari terminus ad se informandum, *Mascard. vbi supra num. 28.*

An autem cogatur respondere per verbum credulitatis, vel veritatis, habita distinctione, an sit iuratum de veritate tantũ
70 vel † de calumnia tantum, est viden. *Glos. in cap.1. verb. statuimus, post med. de confess. in 6.*

An etiam possint reuocari positiones
71 post modicum, puta † die sequenti, videndus est *Vestr.lib.5. cap.16. num.6.* & an possint reuocari incontinenti, videndus est *Mascard.conclus.350.num.10.& Gabr. concl. 1.de reg.iur.*

72 Quando illis † est respõdendũ per Principalem, tunc non debet esse præsens Procurator, nec Aduocatus, nisi essemus in rustico, idiota, & muliere, *Marant.in l. si actor.num.67.68.Glos.1.in d.cap.1.de confess. in 6.*

73 Confessio tamen † ficta, vt puta pronunciatio pro cõfessatis, nõ dicitur releuans, nec attenditur in Rota, & Tribunali A.C. nisi actor afferat etiam alias probationes, & sic practicari vidi multoties ex opinione *Rotæ in Romana vineæ 11. Decembris 1613.coram Innocentio X.* Contrarium tamen practicatur in Curia Capitolina, vbi ex forma notorij Statuti talis confessio facit concludentem probationem, dummodo pronunciatio facta fuerit in Iudicio valido citato Principali, & Procuratore in manibus domesticorum, vel saltem affixa copia ostio, cum præsentia vnius testis ad formam Statuti *cap.59.lib.1. d. Romana vineæ 11. Decembris 1613. coram Innocentio Decimo.*

Si quis autem positionem negauerit, nõ potest vti confessione resultante ex earum productione *Surd.dec.196.num.3.*

Qualis possit esse responsio positionibus, & de clausulis præseruatiuis.

Artic. VI.

74 *Responsio positionum quando debeat esse credita, vel non credit.*
75 *Adiectiua, alias non credit vt ponitur, & ad effectum ad quem ponitur, quid operetur. & num.76.& 77.*
78 *Negationes non credit &c. nec ad effectum &c.qualiter accipiantur sæpius à criminalibus .& num.79.*
80 *Clausula admitti si, & in quantum sine præiudicio impertinentium, & non admittendum quare fueris adinuenta.*
81 *An Iudex remissoria possit cogere ad respondendum positionibus absque speciali facultate.*
82 *Clausula, non se astringens, &c. quid operetur.*
83 *Clausula, & si non credit de tot. &c. quare apponatur.*

84 Mi-

84 *Minor respondendo positionibus sibi praeiudicat.*

85 *Fideiussor respondendo positionibus non praeiudicat principali nec correo.*

QValis autem responsio sit magis adequata? Est aduertendum, quod si
positio erit clara, & pura, & non
74 patietur † exceptionem, tunc responsio de-
bebit esse, credit, vel non credit: si autem
eueniet, vt solet sæpius accidere, quod il-
la sit industriosa, & suspecta, tu dabis re-
sponsionem tibi benè visam in consciẽtia;
& deinde addes: alias non credit, vt po-
75 nitur, & ad † effectum ad quem ponitur;
vt putà si agatur de mutuo; si mutuauit,
reddidit, alias non credit, vt ponitur, & ad
effectum, ad quem ponitur; Ista enim adie-
76 ctiua, alias † non credit &c. facit, quod
si Pars acquiescit primę parti respõsionis,
nihil vltra est agendum; si verò nõ acquie-
77 scit, tũc † secundã partem euitare non po-
test, aliàs non credit, vt ponitur &c. Quia
ista est optima responsio, *Ludouis. d. decis. 282. num. 10.*

Quare autem dixerim, & ad effectum ad
quem ponitur; sciendum est, quod ita pra-
78 cticauit † ad remouendum ansas calumnia-
torum, agendi criminaliter, cũ illæ duæ ne-
gationes, non credit, nec ad effectum &c.
79 accipiantur sæpius † à criminalibus pro
pura negatiua, & hinc assumunt ansam
agendi de periurio.

Et sciendum est etiam, quod clausula,
quæ ponitur in decreto, admitti si, & in-
quantum, sine præiudicio impertinentiũ,
80 & non † admittendarum, fuit adinuenta
ad obturanda ora loquentium; non autem
facit, quod possit saluari, quod si articuli
essent impertinentes, non intelligantur ad-
missi. *Afflict. decis. 33. num. 8.*

81 An autem Iudex remissoriç possit † co-
gere ad respondendum positionibus per
verbum credit, vel non credit, dicemus in-
fra, titulo, de remissoria in fine.

Cauti patroni causarum solent appone-
82 re clausulas salutares, non † se astringens
&c. quia per eas ponens non cogitur pro-
bare ea, quæ non sunt de necessitate, &
tollitur omnis ambiguitas; *Glos. in l. circa & ibi Bart. ff. de probation. & in l. diuus,* & ibi
Alex. ff. de re iudic. & Bald. in l. actor Cod. de probat.

Insuper quando agitur de quantitate,
83 quare soleãt apponere clausulam, † & si
non credit de tot, dicat de quot credat; di-
cit *Ias. in l. 1. ff. de verb. oblig. §. si stipulanti num. 10. in fine, Cagnol. in l. non potest ff. de reg. iur. Petus lib. 2. c. 4. num. 21.*

84 Minor respõdens † positionibus sibi præ-
iudicat, secundum *Rot. in Maceraten. pradij 19. Ianuarij 1624. coram b. m. Remboldo.* Ra-
tio autem quare hoc eueniat, dicit idem.

85 Sed si fideiussor facit † aliquam respon-
sionem, cum qua sibi præiudicet, nõ tamen
præiudicat correo, & quare, dicit *Rota in Romana pecuniaria de Gradis 26. Nouembris 1605. coram Cardinali Marquemontio impress. decis. 96. p. 3. recent.*

De Remissoria in specie.

Cap. III.

Quomodo, & quibus casibus concedatur, vel negetur Remissoria.

Artic. I.

1 *Remissoria vtrique litigantium à Rota conceditur.*

2 *Remissoria an impediatur à re iudicata, & quomodo.*

3 *Remissoria in prophanis etiam in prima instantia habetur.*

4 *Remissoria datur etiam pro sanando praedicto examine nullo.*

5 *Remissoria an, & quomodo detur pro sanando examine in defectu citationis.*

Remissoriam impedire nequit opponens nullitatem examinis. ibidem.

6 *Remissoria non datur ad probandas exceptiones personales testium.*

Remissoria non datur super materia Iudici arbitraria. ibid.

7 *Remissoria non datur super re aliàs articulata, & probata.*

Remissoria non datur quando melior specificatio non versatur in substantia. ibid.

8 *Remissoria an detur petenti restitutionem in integrum aduersus non factam protestationem. ibidem.*

8 *Remissoria non datur nisi probata lesione, causae cognitione, & diligentia propter timorem subornationis.*

9 *Remissoria attentanti non conceditur.*

10 *Remissoria in beneficialibus datur consentienti sequestro, & vnica sententia.*

11 *Articulans an dicatur fateri, & quando.*

12 *Examen debet intimari pro die certa, & quare.*

13 *Examinis locus debet omnino parti intimari.*

14 *Probatio requirens peritiam in testibus fit per examen peritorum.*

15 *Testium depositionibus super articulis, vel interrogatorijs, an standum sit.*

Testium dicta super articulis sapiunt suspicionem. ibidem.

16 Te-

1 EST consuetudo in Rota, quod quando vni parti fuit † concessa remissoria, illa conceditur etiam parti contrariæ, si aliquando petatur, vt in *Tullen. matrimonij 26. Iunij 1648. coram R. P. D. Ghisilerio in fol.*

2 Nec illa impeditur à re iudicata, quando adest commissio † restitutionis in integrum, & materia articulata est releuans, vt in *Toletana Decimarum 16. Martij 1648. coram R. P. D. Celso inter volantes.*

3 Et si materia est profana, semper etiam in prima † instantia de facili obtinetur stante releuantia articulorum, vt in *Anconitana pecuniaria 13. Maij 1647. corā R. P. D. Arguelles in manus.* Illa quoque conceditur, si prima vice examen fuit nullum, pro sanando tali examine; & si pars aduersa consentire vellet sanationi, absque nouo examine, quando nullitas pronenit ex defectu citationis, non posset, sed requiritur consensus † vtriusque partis, quia testes vtrique nocere possunt, & qui dat de nullitate examinis, illam impedire non potest, vt in *Anconitana pecuniaria 13. Maij 1647. coram b. m. Arguelles in fol.*

4

5

6 Non tamen datur ad probandas exceptiones † personales testium per Aduersarium examinatorum: nec quando articulatur materia Iudici arbitraria, & quæ nō cadit sub sensu: nec minus si probari vult id, quod fuit alias articulatum, & probatum: & quando melior specificatio, pro qua aliquando conceditur, versatur in cortice non in substantia: & si non petitur restitutio in integrum aduersus nō factam probationem, etiam post didicita testificata, neque † obtinebitur, nisi probetur læsio, causæ cognitio, & magna diligentia propter timorem subornationis, vt in *Pisauren. Iocalium 11. Martij 1650. coram R. P. D. Mellio inter volantes.*

7

8

9 Nec minus illam obtinebit, qui † attentauit, vt in *Sancta Seuerina decimarum 1. Iulij 1650. coram R. P. D. Royas inter volantes.*

10 In beneficialibus etiam remissoria non obtinebitur, nisi consentiatur sequestro, & promittatur stare vnicæ sententiæ; vt in *Taurinen. prætensa optionis 10. Februarij 1651. coram R. P. D. Peutingeriol in fol.* & idem dixerat ante *Rota in Mutinen. Beneficij 26. Iunij coram R. P. D. Arguelles in manus.*

11 Didici etiam, quod articulans non dicitur fateri, nisi Articuli dati fuerint à Principa-

cipali cum iuramento, quia tunc conclu-
denter probare, *dixit Rota in Arboren. pen-
sionis 1. Iuly 1647. coram R. P. D. Ghisilerio
in fol.*

Et debet esse cautus tiro in examine,
12 quia illud debet intimari pro die certa, ad
hoc vt possint conduci Interpretes soliti
de stilo Curiæ, vt in *Romana successionis de
Vicourt 21. Iunij 1641. coram R.P.D. Carril-
13 lo in fol.* Et idem erit de † loco examinis,
quia debet omnino intimari, vt in *Placen-
tina, seu Abulen. decimarum 12. Decembris
1650. coram R.P.D. Celso in fol.*

Et si vult optimam cautelam, quando
sibi est facienda probatio, quæ requirat
14 † peritiam, examinare faciat peritos, tam-
quam testes, vt eum monet *Rot. in Romana
hæreditatis 1. Iuly 1647. coram R. P. D. Ar-
guelles in fol.*

Testes autem, postquam fuerunt exami-
nati, si diuersimodè deponunt iuxta inter-
rogatoria eius, quod dixerunt super Arti-
15 culis, statur † depositioni super interroga-
torijs, quia id, quod dixit super articulis,
reddit illum suspectum, quod voluerit ser-
uire parti, quæ illum induxit, *Rot. in Fir-
mana Codicillorum 1. Iuly 1644. coram R. P.
D. Ghisilerio in fol. & in Elnen. Iurisdictionis
9. Iunij coram Reuerendissimo Dunozetto in
fol.*

Repellitur etiam, si deponit inuerisimi-
16 lia, quod tunc dicitur † euenire, si deponit
de facto de certa die, prope decennium, &
non reddit aliquam specificam rationem,
tunc enim non dicitur concludere, vt in
*Romana dotis prima Iuly 1637. coram eodem
Ghisilerio decis. 241. par. 7. recen.*

Et si reperitur mendax in vno, dicitur
17 mendax † in omnibus per indiuiduitatem
iuramenti, & si ille fuit inductus ab vna
parte, quæ noluit illum amplius examina-
18 re tūc si altera pars † vult eius depositio-
nem, potest illum cogere ad se subijcien-
dum examini, et poterit etiam examinari
absque alia noua citatione ad videndum
iurare, si iurauerat pro parte eius, qui il-
lum induxerat, quia termini iudiciales
19 sunt † communes vtrique parti. Aduerten-
dum est tamen, quod si illum vult pars co-
gere, debet obtinere decretum coactionis,
20 & † postea parti intimare, nec testis à parte
approbatus quoad personam, potest am-
21 plius † reprobari, vt in *d. Romana successionis
de Vicourt 21. Iunij 1641. coram R.P.D. Ca-
sillo in fol.*

Et hinc infertur, quod si termini iudi-
ciales sunt communes vtrique parti in ter-
22 mino citationis ad dicendum contra, fa-
cta ab vna partium, poterit fieri productio
Iurium ab vtraque, & admissio illorum

vtramque etiam partem iuuabit, & iura
sic producta dicentur de actis legitimè
facta.

Regulariter etiam in Curia, semper ad-
23 mittuntur articuli, nisi † sint omnino irre-
leuantes, quod est à Iudice considerandū,
& hoc procedit, etiam de stilo Rotæ, vt in
*Romana rescissionis concordiæ 14. Marty 1650.
corā Eminent. D. meo Corrado post Labyrint.
credit. fol. 49.*

Vbi etiam habetur, quod in teste præ-
24 sumitur † obliuio spatio alicuius tempo-
ris.

Si vellet quis examinare fratrem pro
25 sorore, non probaret, præcipue † si contra-
rium eius, quod fuit articulatum, consta-
ret per instrumentum, quia hoc testibus
præferri solet, vt in *Romana rescissionis trans-
actionis 29. May 1648. coram eodem Emi-
nentiss. Corrado post d. Labyr. credit. fol. 41.*

Et si examinati non reddunt rationem
26 eorum dicti, examen † non est releuans,
quia debent illam reddere, etiam non in-
terrogati, quando id, quod deponunt
cadit sub sensu: & si agitur de probando
dominio, nō sufficit, quod reddant rationē
27 per actus † possessorios, vt in *Barchinonen.
alimentorum 15. Decembris 1649. coram Re-
uerendiss. Dunozetto in fol.* Dicta enim te-
28 stium † regulantur à causa scientiæ, vt in
*Romana domorum in Burgo 12. Nouembris
1649. coram Eminentissimo Domino meo Otto-
bono in fol.*

Si fuerunt examinati in diuerso Iudi-
29 cio, vel ad † perpetuam rei memoriam, fa-
ciunt semiplenam probationem, si conclu-
dunt in dicto, & addunt causam scientiæ;
vt in *Fanen. seu Senogallien. bonorum 26. Iunij
1648. coram R.P.D. Meltio in fol.*

30 Si testis fuit famulus, & postea expulsus,
non probat contra Dominum, & idem di-
cendum de seruo vili, qui seruit in taber-
na, vel est criminosus, vt in *Melcuitana
mercium 22. May 1648. coram R. P. D. Ar-
guelles in fol.*

Quando vero est simpliciter pauper,
31 sciendum est, quod † paupertas non tollit
fidem, vt in *Anconitana dotis 31. Ianuarij
1648. in fol. coram b.m. Arguelles.* Quod ne-
32 que operatur † affinitas, *in Tusculana fideicom-
missi 7. Iunij 1639. coram b.m. Merlino in fol.*

33 Testis tamen familiaris non probat, *Rot.
in Romana executionis laudi 14. Iuny 1647.
coram eodem.* Prout neque si non reddit
causam scientiæ, *vt in d. Romana domorum
in Burgo 12. Nouembris 1649. coram Eminen-
tiss. D. Card. Ottobono in fol.*

Neque probat testis, qui fuit examina-
tus in alio examine, si se referat ad illud,
& non vult deponere per extensum in se-

cundo, præsertim, quaudo agitur de persona vilis conditionis; vt in *Hispalen. Matrimony 15. Decembris 1649. coram R. P. D. Royas in fol.*

36 Prout non probat testis singularis singularitate obstatiua, secus tamen si erit singularis singularitate adminiculatiua;& si inter se testes sibi ipsis contradicant in accidentalibus, non minuitur eorum fides,
37 secus † si in substantialibus, vt in *Romana pecuniaria, seu legati 11. Marty 1650. coram R. P. D. Albergato in fol.*

Neque singulares dicuntur testes si al-
38 ter alterum vocat in contestem, & alter alterum non vocet vocantem, vt in *Rauennaten. pecuniaria 13. Marty coram Cardinali Caualerio.*

Nota etiam quod Rota, quæ antiquitus
39 sæpius suspicata † est de fide testium Regni Neapolitani, recessit modernis temporibus ab antiqua opinione, vt in *d. Anconitana pecuniaria 13. May 1647. coram b. m. Arguelles in fol.* sed nihilominus in Curia ista
40 opinio non est adeo accepta, & sic simpliciter admissa in practica: dicunt enim recedendum non esse a timore præterito quoad testes vulgaris conditionis, de quibus experientiam habuerunt, nec credo recedent nisi contraria experientia suadebit in futurum.

Sed vbique homines premimur malis;
41 cum, & hic etiam de subornatione quotidie cognoscamus,& egomet expertus sum quendam de Nursia, qui non recordatus ad salutem animæ necessariorum, & articulorum fidei, & falsus non habere memoriam propriarum [illegible] rerum, de proximo successarum, ausus fuit deponere de quodam facto antiquo, alieno, priuato:
42 sed pro fide amici fuit reiectus à Iudice ex eo, quia spatio certi temporis præsumitur inducta obliuio *Rot. in Romana rescissionis Concordiæ 14. Marty coram Eminentissimo D. Cardinali Corrado post Labyrinth. creditor. fol. 49.*

43 Et quia remissoria in partibus solet exequi, apposui [illegible] instructionem non inutilem, quam præteritis annis ad partes Poloniæ pro amico compositam misi.

Pro exequenda Remissoria in partibus.

Artic. II.

qualiter, & quomodo fiat.

69 *Testes nominati sunt inducendi, & in quo termino.*

Testes debent iurare, quomodo, & in cuius manibus. ibid.

70 *Notarius debet testificari de iuramento testium.*

71 *Notarius quibus verbis inductionem, & iuramenta testium scribat.*

72 *Iuramenta testium Sacerdotum, & sæcularium qualiter fiant.*

Decretum commissionis examinis, & iuramentorum, est parti intimandum.

74 *Examen intimari potest lapsa prima die iuridica.*

75 *Iuramentum debet præcedere examen, & per quod tempus.*

76 *Iuramentum Testium per Notarium reiteratur in actu examinis.*

77 *Testis primo super interrogatorijs, & deinde articulis examinatur.*

Examen fit super articulis tantum, deficientibus interrogatorijs. ibid.

78 *Intimatio pro diebus, & horis certis fit in examine.*

79 *Intimationis prædictæ forma quænam esse possit.*

80 *Examen debet incipi per horam post in intimatione expressam.*

Intimatio pro diebus; & horis certis debet omnino reproduci. ibid.

81 *Examen fit per iudicem dictantem, & Notarium scribentem.*

Interpretes ponuntur impedito Iudice, & ipso consentiente. ibid.

82 *Interpretis officium quid sit.*

83 *Depositiones debent registrari iuxta mentem Testium.*

84 *Iudex cum Notario potest examinare, & vtilius est.*

Interpretes causant sæpè confusionem, ibidem.

85 *Testes possunt examinari postea, si in termino iurauerint.*

86 *Dicta Testium retrotrahuntur ad iuramenta præterita.*

87 *Testes super immemorabili debent esse 54. annorum.*

88 *Testes super immemorabili debent deponere de visu per 40. annos.*

89 *Aetas pupillaris 14. annorum quicquid videt ignorat.*

90 *Testes super immemorabili debent dare rationem, & quomodo.*

91 *Testes super immemorabili debent dare rationem cur non possit esse contrarium.*

92 *Testes super immemorabili debent deponere etiam de publica voce, & fama.*

93 *Testes super quadragen. & immemorab. per quæ verba præcisè deponere debeant.*

94 *Testes prædicti denotent tempus continuatum, vel ponant dictionem eitra.*

95 *Testis dictum de multis annis non concludit continuationem.*

96 *Testis super immem. debet deponere de actibus visis, & auditis.*

Testis prædictus debet deponere de scientia, & patientia aduersarij. ibid.

97 *Præscriptio non currit contra ignorantem rem suam possideri.*

98 *Testis debet reddere causam scientiæ etiam in articulis.*

99 *Testis super immemorab. debet negatiuã coarctare, & quomodo.*

100 *Testis de fama debet deponere per verba, fuit, & est.*

101 *Fama post litem proueniens nihil releuat.*

102 *Testis debet deponere iuxta seriem articulorum.*

103 *Testis potest deponere per diuersa verba, si eandem substantiam exprimant.*

104 *Testes nec iurare, nec confestim examinari debent.*

105 *Testes debent iurare, & examinari in loco præfixo in remissoria.*

106 *Testes à loco concordato absentes vbi examinandi sunt.*

107 *Testes legitimè impediti possunt examinari extra locum per fiscum.*

108 *Remissorialis Iudex an teneatur accedere ad testes legitimè impeditos.*

Notarius potest mitti ad iurand. & examinand. testes impeditos. ibid.

109 *Testium impedimenta debent constare in actis, & quomodo.*

110 *Baptismi fides ætatem probat.*

111 *Testium impedimenta probata, penes acta proces. remis. redigi debent.*

112 *Remissorialis iudex an & quando sine alio coniudice procedere possit.*

113 *Remissorialis coniudicis impedimenta, & refutatio debet in actis constare.*

114 *Remissorialis coniudex potest impeditus vices suas coniudici cedere.*

115 *Iuramenta Testium per Iudices remissoriales recipi debent.*

116 *Iuramenta Testium alteri delegare nequit iudex remiss.*

117 *Iuramenta testium Notarius recipere nequit sine præsentia iud. remis.*

Testium dicta non probant non delato iuramento à Iudice remiss. ibid.

118 *Iudex debet deferre iuramentum de veritate dicenda.*

119 *Iuramenta testium recipiuntur, Notario rogante, & attestante.*

Notarius quibus verbis iuramenta Testium attestetur.

120 *Iuramentum non valet, nisi tactis scripturis.*

Processus irritatur sine valido iuramento. ibidem.

121 *Testes examinati an, & quomodo reprobari possint ab aduersario.*

122 *Testes quando, & quomodo examinari possint contra alios testes in remis.*

123 *Interrogatoria testibus contra testes examinandis dari possunt.*

124 *Testis exam. contra testem causam scientiæ reddere debet.*

125 *Citatio ad videndum transumptari processum quomodo decerni debeat.*

126 *Notarij fidelis, & legalis fides est facienda in processu remissor.*

127 *Citatio ad videndum collationari, claudi, & sigillari processum remissoriæ, qualiter fiat.*

128 *Decretum collationan. & claud. processum &c. qualiter fiat à Iudice.*

129 *Decretum præfatum debet parti intimari.*

130 *Processus remiss. collationatio qualiter fiat, & à quibus.*

131 *Notarius an, & quomodo debeat testari de collatione processus.*

132 *Notarius testatur de collatione in subscriptione.*

Processus legaliter subscribitur à Iudice, & suo sigillo munitur. ibid.

133 *Processus debet etiam legalizari ab Vniuersitate, vel Episcopo.*

134 *Processus remiss. quando claudatur, & cui clausus consignetur.*

Portitor processus quid iurare debeat. ibid.

135 *Fides præsentationis remissoriæ quare sit vtilis in Curia.*

136. *Remissoriæ impedimenta de partibus liquidantur in Curia, & quomodo.*

137 *Articuli an possint testibus ostendi.*

Testes an possint rogari vt veritatem dicant, & eorum scientiam. ibid.

138 *Testes ignari an possint instrui, vt discant quid sit vox, & fama publica.*

139 *Publica vox, & fama quid sit.*

140 *Interrogatoria an possint corrigi, & resecari in partibus.*

141 *Articulorum copia authentica debet ad Curiam mitti pro moderatione.*

Interrogatis, quo casu non teneantur testes respondere. ibid.

142 *Testes inducti super certis articulis possunt nihilominus à parte interrogari.*

143 *Religiosi possunt examinari circa ea, quæ seculares ignorant.*

144 *Religiosi an validè testificari possint in causa Monasterij, & Abbatis.*

145 *Probatio qualibet fit per tres testes saltem.*

146 *Fœmina an sint boni testes, & quando.*

Fœminæ septem pro vno teste sufficiunt in criminalibus. ibid.

147 *Iura an, & quando possint extrahi vigore remissorialium.*

148 *Iurium recognitio fit etiam vigore remis. cum citatione ad vid. iurare testes.*

149 *Testes super recognitione quando sint inducendi coram Iudice remissoriali.*

110 *Testes recognoscẽtes iura vigore remis. qualiter deponere debeant.*

151 *Testes super fide Notarij debent deponere de publica voce, & fama.*

152 *Compulsoria an possit expediri etiam in remissoria, & quomodo.*

153 *Processus à Notario partis aduersæ accipi nequit.*

154 *Causa principalis aggredi nequit nisi purgatis attentatis.*

155 *Processus attentatus à quibus sit transportandus.*

156 *Remissoria qualiter impetrari debeat.*

157 *Articuli ante citationem debent componi.*

158 *Citatio pro impetratione remissoriæ qualiter conficiatur.*

159 *Decretum impetr. remissoriæ qualiter extendi possit.*

160 *Remissoria expeditur reproducta intimatione, & sublatis dubijs.*

161 *Termini qualiter prorogari possint in remissoria, & quando.*

162 *Vigore litterarum missiuarum in forma ordinaria, & litterarum remissorialium potest Iudex delegatus cogere partem ad respondendum articulis occlusis per verbum credit, vel non credit absque alia facultate speciali.*

Reuerendissime Domine mi Abbas Pelplinen. obseruandissime.

CAmillus seruus vester, vt facilius consequamini quietem, quam peroptatis in omni futuro tempore, pro Monasterio vestro, & testes in processu remissoriali examinandi facilius fundent intentionẽ vestram, Instante P. Georgio Thein, diligentissimo, quem Romam misistis, hæc panca animaduertẽda cogitauit in specie pro executione Remissoriæ.

Litteras, quas in pergameno recipietis,
44 per vestrum Plenipotẽtiarium † curabitis
præsentari alicui ex Iudicibus in eisdem subdelegatis; ei tamen, cui magis confiditis, modo, & forma, quo transmittuntur; & instruetis eundem Plenipotentiarium, quatenus se præsentet coram tali Iudice, litteras huiusmodi exhibeat, & ab eo petat, quod velit acceptare iurisdictionem
45 † delegatam, ac etiam ad talium remissorialium executionem procedere. Quatenus vero talis Iudex iurisdictionem, & litteras nollet acceptare, tunc Procurator
46 † vester debebit protestari de pœnis inflictis, & infligendis illis, qui Apostolicas delegationes contemnunt acceptare: quod tamen non puto eneuturum, quia Abbas

Ole-

Oleuitanus, aut alter Carthusianorum Prior, de quorũ integritate infinita audiui à d.P.Georgio, Apostolicis admonitionibus facillime obedient. His peractis procedet talis Procurator ad vlteriorem instantiam, quatenus acceptata iurisdictio-
47 ne talis Iudex decernat† infrascriptam citationem contra Episcopum, vel eius promotorem fiscalem, quem ibi instigatorem appellatis. Videlicet

Citetur N. ad videndum reproduci litteras remissoriales, & Instrumentum illarum, & dicendum contra eas, necnon videndum mandari procedi iuxta illarum tenorem, & formam, & in earundem executione, videndum deputari dies, & horas, & locum audientiæ, nominarique Notarium, et *Cursorem, siue Nuncium*. Nec non ad *viden. fieri omnes, et singulos alios actus necessarios, et opportunos pro dictarum remissorialium* executione: cum comminatione, quod siue comparuerit, siue nõ cõparuerit, nihilominus d. D. Iudex procedet ad debitã executionem dictarum remissorialium, ipsius citati præsentia, vel contumacia non obstante, iuxta formam *ipsarum* remissorialium.

Et in hoc aduertatur, quod huiusmodi
49 citatio est facienda cùm insertione subdelegationis remissoriæ, & est intimanda parti aduersæ, vel eius Procuratori personaliter, si tamen fuerit præsens in loco deputato à *S. Rota* pro executione dictarũ litterarum: sin autem non est præsens, erit
50 exequenda per †affixionem ad valuas maioris Ecclesiæ dicti loci, vel alias iuxta normam datam in dictis litteris: & si pars
51 comparet † est in posterum citanda personaliter in omnibus, & singulis actis; si verò non comparet erit nihilominus procedendum ad executionem illarum iuxta
52 formã in illis datam, adeò, vt † si comparet, vt supra semper est citandus; si non comparet, non est recedendum à forma
53 præfixa in † dictis litteris, & in eorũ defectum semper debet procedi *iuxta formam Clementinæ, causam, de electionibus*.

Executa huiusmodi citatione procurabitur, quod Cursor referat talem executionem in calce, vel à tergo citationis, &
54 citationem † sic executam in termino præfixo in actis procurator reproducat, & accusata contumacia partis non compa-
55 rentis, & reproductis † litteris, idem Procurator instabit, vt Iudex deputet Notarium, catholicum tamen, & publicum, & partibus non suspectum; & quia Notarius
56 potest allegari † suspectus, etiam sine causa, & absque causæ expressione, cum solito iuramento; ideo in euentum recusationis illius, si in vnico concordari non potest, tunc ad tollendas dilationes d. D. Iu-
57 dex † procurabit, vt vnaquæque pars det notulam Notariorum; & si in eis nominatur vnus, & idem ille erit Notarius nemini suspectus: Si vero non concordant, tunc Iudex poterit vnum ex officio nominare,
58 & hoc casu erit facienda citatio ad concordandum de Notario, dandum listam, siue notulam confidentium, & diffidentiũ, aliàs videndum per D. deputari, vel eligi ex officio; & est aduertendum, quod Iudex
59 non † satisfaceret suspicioni Notarij, dando illi adiunctum, quia suspectus posset reuelare dicta testium. Cursorem verò, seu
60 Nuncium potest Iudex ad sui libitum nominare, & decretum, si stilus, & consuetudo istarum partium hoc patitur; posset in hunc modum procurari.

Relatione facta comparuit D. N. & pe-
61 tijt, vt supra. Et ex † tunc D. Iudex dictas litteras remissoriales debita cum reuerentia suscepit, pro illarum executione se paratum obtulit, iuxta earũdem tenorem, & formã, deputauit pro diebus diem Lunæ, & Mercurij, & Veneris non tamen feriatos In honorem Dei; pro horis vero deputauit talem de mane vsque ad talem, & de sero talem, vsque ad talem; pro loco suæ audientiæ deputauit monasterium suæ residentiæ. Quo vero ad Notarium (in hoc si partes concordant, & Iudex dicet) deputauit talem de consensu partium; secus vero, talem ex officio: & in Cursorem, seu Nuncium eligit talem, & in reliquis mandauit procedi iuxta formam dictarũ litterarum omni meliori modo; & in hoc est aduertendum, quod ideo posui dies Lunæ, Mercurij, & Veneris non feriatos, quia isti dies dumtaxat sunt de stilo Cu-
62 riæ Romanæ iuridici in † causis cõmissarijs, & in hoc Delegatus non male faciet sequi stilum, & consuetudinem Iudicis Delegantis.

Hoc decretum debet parti intimari, vel
63 personaliter, vel †per affixionem, vt supra, nisi pars fortasse fuerit præsens, nam tunc non est intimanda. Bene verum est, quod tali casu in fine decreti supradicti erũt ad-
64 denda verba, Tali ex aduerso † Procuratore: & de tali procura debet in actis constare; quia si de ea non constat, talia ver-
65 ba nõ ponuntur† in fine decreti, & tunc intimatio supradicta est necessaria.

Executa tali intimatione, debet adiri
66 Iudex, & peti, & obtineri ab eo, vt † decernat citationem infrascriptam, ad videndum committi iuramenta testium de veritate dicenda super articulis in remissoria expressis, & tota causa: nec non eosdem

testes

testes induci, & nominari, & inductos, &
nominatos ad videndum iurare super ar-
ticulis, & tota causa,& Iudex debet inter-
loqui cum his puta verbis:Relatione facta
comparuit D. N. & petijt,& obtinuit, vt
67 supra decerni citationem supradictam
pro tali die. Et intimata tali citatione
eodem modo, quo supra, & illa in termi-
no citationis reproducta, accusata contu-
macia partis aduersæ, Iudex per decretũ
expressum debebit committere examen,&
68 iuramenta testium, cum † intimatione fa-
cienda parti aduersæ, pro diebus, & horis
certis intimandis; & in tali termino sunt
69 inducendi testes † nominatim, & postmo-
dum illi debent iurare per tactum scriptu-
rarum in forma in manibus ipsius Iudicis
70 remissorialis, & Notarius in isto actu de-
bet facere testimonium, vt facilius intelli-
gatur,per hæc verba.
Pro Reuerendiss. Abbate &c. contra Il-
71 lustrissimum Episcopum; seu &c. † D. N.
Procurator &c. induxit in testes N. N. N.
& N. Deinde procedet ad iuramenta per
alia verba in quocumq; teste registranda.
Videlicet.
Pro Reuerendissimo Abbate &c. contra
&c. D.N. testis inductus, si est sæcularis, de-
72 bet † dicere: Et ad delationem d.D. Iudicis
medio iuramento tactis &c. iurauit de ve-
ritate dicenda super articulis, & tota cau-
sa;si verò talis testis est Sacerdos loco ver-
borum,medio iuramento tactis &c. debe-
bit dicere tacto pectore more &c.
Aduertatur vlterius, quod supradictum
73 decretum Commissionis examinis,& iura-
74 mentorum,debet parti intimari,& † lapsa
prima die iuridica poterit intimari exa-
men, quia iuramentum debet præcedere
75 † examen, saltem vnica die iuridica; & in
actu examinis debebit Iudex iterum face-
76 re, quod Notarius reiteret iuramentum
ipsius testis per hæc verba. Testis indu-
ctus, iuratus,prout infra;si adsunt interro-
77 gatoria,† debet priùs examinari iuxtà illa
& deinde super articulis. Si pars aduersa
non dabit intertogatoria, tunc satis erit
examen super articulis.
Caueat tamen quod pro isto examine
78 est necessaria † intimatio pro diebus, &
79 horis certis,vt puta. Intimetur D.N.† qua-
liter testes examinabuntur die crastina,
cum quinque diebus sequentibus, de ma-
ne hora tali, & de sero hora tali; & exa-
men debet iucipi per horam post in inti-
80 matione † expressam, & intimatio debet
reproduci, vt appareat examen legitimè
factum.
Hoc examen vtile esset fieri per ipsum-
81 met Iudicem † dictantem, & Notarium
causæ deputatum scribentem, ad fugien-
dos interpretes, si Iudex non est impeditus
quatenus vero Iudex esset impeditus, tunc
quælibet pars, si vult, consentiente tamen
82 Iudice,vti potest suo † Interprete, seu dicta-
tore, cuius officium est assistere examini,
& procurare, quod Notarius scribat lati-
no idiomate, seu etiam materno id, quod
testes deponunt, cum verbis, quæ non al-
terent sensum depositionis ipsorũ testium
83 in minimo, quia tales † depositiones de-
bent fideliter registrari iuxta mentem, &
voluntatem ipsorum testinm;si vero Iudex
84 cum Notario examinaret, hoc esset vtilius,
quia Interpretes, vt plurimum causant
confusionem potius,quam ordinem in de-
ponendo.
85 Sciendum est tamen,quod testes debent
iurare in termino remissoriæ, & possint
examinari extra terminum in illa destina-
86 tum; dicta enim illorum † retrotrahuntur
ad Iuramenta præstita in termino remisso-
riæ.
Quia vero nos volumus probare anti-
87 quam possessionem,& immemorabilem,
opus est, quod testes nostri excedant om-
nes ætaté annorũ 54. ante motã præsentem
litem, scilicet;quia incepit de anno præte-
rito;testes omnes debent excedere ætatem
88 annorum 56. taliter † quod illi qui debent
deponere de visu per quadraginta annos,
quia lis vt supra cœpta fuit anno præteri-
89 to, vt dixi, debent excedere † annos 56.
quia ætas pupillaris 14. annorum; quid-
quid videt ignorat. Et vlterius tales te-
90 stes debent † reddere rationem eorum di-
cti, quia scilicet viderunt, & obseruarunt
toto suo tempore, & quod non viderunt,
neque audiuerunt aliquid in contrarium,
quod tamen vidissent, & audiuissent, si ta-
91 le † contrarium extitisset; quia fuerunt
incolæ Hoppembrugi toto dicto tempore,
& viderunt, & fuerunt, & sunt informati
de præmissis, & quod non potest esse mi-
nus propter tales rationes, quin ipsi vi-
dissent, & audiuissent contrarium, si con-
trarium fuisset; & quod de illis,de quibus
92 deposuerunt,fuit, & est † fama, & vox pu-
blica, quia sacra Rota vult ista requisita,
vt intentio nostra concludenter probe-
tur.
Propterea dicti testes ad probandum
93 quadragenariam, seu † etiam immemora-
bilem, vel debent recensere verba præcisa
articulorum, vel dicere à suo recordatu,
quod est tot, vel tot annorum,& citra,po-
nendo semper istam copulam, & dictioné,
94 citra: vel denotent † tempus continuatum;
egemus enim dictionibus, quæ continua-
tionem indicẽt, prout etiam sunt, semper,
con-

continuo, vel toto suo tempore vidit, & audiuit, vel alia verba similia secus enim
95 dictum illius † intelligetur de multis annis & non concluderet necessariam continuationem.
96 Item debet tactis deponere † de actibus quæ vidit,& audiuit,scilicet de articulatis, quia sic fuit actum, factum, & toto suo tempore, & tempore suorum maiorum obseruatum, sciente, & patiente Episcopo Vladislauiæ, & eius ministris, qui canonem annuum receperunt absque eo, quod quidquam aliud habuerit in pretensione;
97 Et hæc scientia † videtur necessaria, quia sine ea non currit præscriptio.

Aduertendum est quoque, quod in examinandis testibus,vt articulata probentur, si testis dicat articulum verum, est ne-
98 cesse quod *reddat causam* † *scientiæ respectiuè in articulis per me datis ministratam: & quoad* negatiuam,videlicet, quod *nihil* fuit actum, aut gestum in cõtrarium prout in articulis caueat Procurator ve-
99 ster, vt Iudex sit diligens † super ista negatiua, quia debet coarctari, puta quod non vidit, nec audiuit quidquam in contrariũ & quod si fuisset secus, non posset esse minus quin testis sciuisset, vidisset, vel audiuisset, propter continuam habitationem, quam habuit in Hoppembruch, vel propter aliam similem rationem.

Si vero testis est de fama, aduertatur,
100 quod debet † deponere per verba,fuit, & est: *videlicet,quod de illis de quibus deponit,fuit, & est publica vox, & fama, quia*
101 † fama, quæ prouenit post litem,non est releuans,cùm testis potuerit habere notitiam de præmissis post litem motam; &
102 quæso procuretur † vt testes deponant iuxta seriem articulorum, quia si iuxta illorum seriem non deponent,errabimus non
103 tamen errabimus, si per alia † similia verba idem in substantia exprimatur.
104 Rogo etiam vt testes † nõ confusim iurent, nec secundus examinetur, nisi primo teste completo, vt confusionem fugiamus.

Reliqueram quæ serio,ab Initio debebã deduxisse pro instructione totius processus in substantia,licet non in ordine, videlicet:
105 Quod testes debẽt † iurare,& examinari in loco certo, prefixo,& destinato à Reuerendissimo D. meo Ottobono hic in Curia Romana, ſ…us enim examen esset nullum: scilicet in eadem Ciuitate, seu loco nominato in litteris,ne nullitatis disputationem incurramus. Ista tamen conclusio non
106 intrat si sunt † examinadi testes a loco concordato absentes, qui tamquam valetudinarij, seu senes, seu etiam honestæ mulieres, vel etiam alias legitimè impediti ad accedendum ad locum concordatum, vel
107 destinatum,† possunt examinari, & iurare etiam extra illum, & in loco,vbi ipsi commorantur: & tunc Iudex Remissorialis te-
108 netur † ibi accedere ad illos iurandos & examinandos, vel saltem Notarium mittere.

Sed aduertatur, quod de istis impedi-
109 mentis debet † constare per depositiones testium, vel per productionem aliarum legitimarum probationum, & prædicta valetudine, siue senectute,alioue impedimen-
110 to testium. † si de sene potest exhiberi fides Baptismi, quæ probat ætatem,& sic de singulis: & istæ probationes debent redigi
111 penes acta processus † remissorialis, & si est possibile,antequam Iudex recedat à loco examinis.

Est quoque animaduertendum in genere pro executione remissorialium, quod quando in illis sunt dati plures Iudices, si alter postquam fuerunt sibi præsentatæ litteræ, refutauerit onus iurisdictionis, vel cogatur abesse, vel illarum executioni impeditus sit assistere, si non adest clausula in solidum, & alia subsequens, quod executio incepta coram vno, possit prosequi coram alio; tunc alter solus poterit pro-
112 cedere. † sed tunc ante quam alter solus procedat, debet prius constare in actis re-
113 missorialibus, vel per testes, vel alias legitimas probationes, de tali intimatione, & renitentia, vel refutatione,vel absentia, vel impedimento dicti Iudicis. Et in hac contingentia experti sumus: in hoc sacro
114 Tribunali magni fuisse factum, † si Iudex recusans, aut impeditus vices suas durante impedimento, vel absentia, cedat alteri Coniudici.

Maximè etiam est procurandum, quod
115 iuramenta † testium recipiantur per Iudicem, aut Iudices remissoriales qui sint delegati à Sacra Rota: nec illi possint re-
116 ceptionem † iuramentorum alijs delegare; alias enim,si Notarius iuramenta reci-
117 peret absque † præsentia, & delatione ipsius Iudicis, iuramentum esset nullum, & eorum depositiones irritarentur, nihilque
118 probarent; Et propterea † Tribunalis consuetudo fuit semper,quod Iudex debet deferre testi iuramentum de dicenda veritate, super articulis, & tota causa; & tale iu-
119 ramentum † ab illis recipere coram Notario,qui de hoc attestetur dicendo:Talis testis ad delationem Iudicis, siue Iudicum remissorialium tactis scripturis &c.iurauit de veritate dicenda· si enim Notarius non
120 † diceret,tactis scripturis &c. iuramentum non

non valeret, & processus irritaretur.
Examinatis testibus pro parte Dominationis vestræ Reuerendissimæ, & elapso termino probatorio præfixo in litteris sciendum est, quod pars Aduersa poterit testes examinatos reprobare, scili-
121 cet † dare exceptiones contra personas ipsorum testium, videlicet, quod sint homicidæ, periuri, publici concubinarij, & contra illos alias similes exceptiones opponere, quæ ipsorum fidem debilitant, &
122 illas per testes † coram eodem Iudice probare, intra terminum præfixum in instrumento remissoriæ ad probandum:& si hoc euenerit, poterit Reuerendissimus D.meus Abbas procurare, vt contra similes testes
123 partis aduersæ dentur † interrogatoria, quorum ope debet, & exceptio talium testium, & veritas eorum, quæ sciunt, scisci-
124 tari: & caueat semper † quod dictus testis reddat causam scientiæ sui dicti, totidem, donec dicat nescire per aliam causam.
Elapso termino ad reprobandum, Procurator vester instabit coram Iudice de-
125 cerni citationem ad videndum † transumptari processum in publicam, & authenticam formam omnium, & singulorum actorum factorum coram ipso, & depositionum ipsorum, & ad videndum illum collationari; & interponi decretum, & authoritatem iudicialem, & faciendum fidē
126 de fidelitate, & legalitate † Notarij, vel Notariorum de dictis actibus, & depositionibus rogati;& obtenta tali authoritate, pars Aduersa modo quo supra citabitur, prout infra.
Citetur N. ex aduerso principalis ad vi-
127 dendum collationari, † claudi, ac sigillari instrumentum actorum, & depositionis testium, illudque collationatum, & clausum consignari portitori, ad p. d. Et citatione executa, ac præsentata, Procurator prima die iuridica comparebit coram Iudice, & accusabit contumaciam alterius partis, & petet collationari, claudi, & sigillari instrumentum actorum, & depositionis testium, illudque collationatum, & clausum consignari Portitori, & interponi authoritatem, & decretum iudiciale, & faciat fidem de fidelitate, & legalitate Notarij, de actibus rogati: & Iudex faciet
128 decretum; Ex tunc † D. præmissa concessit & impartitus fuit, & decreuit, vt supra, nisi ad p. d. Iuridicam cum Intimatione.
129 Tale decretum † modo quo supra debebit intimari; & secuta intimatione, Iudex, aut Notarius, illud Instrumentum, seu
130 transumptum † processus collationabunt, seu concordabunt, & auscultabunt cum ipsomet primo originali, & Notarius de
131 † tali collatione, & auscultatione faciet actum distinctum, ponendo diem, mensem, & annum, & testes pro robore eius legali-
132 tatis, & de illa † faciet etiam testimonium in sua subscriptione, in forma publica, cū eius signo, & subsequenti legalitate subscripta ab ipso Iudice, & cum signo eiusdem Iudicis; & si potest fieri, cum alia lega-
133 litate † alicuius Vniuersitatis, seu Episcopi: & deinde processus claudetur, & sigillabitur, & consignabitur portitori, qui de-
134 bet † iurare de fideliter illud transmittendo ad Romanam Curiam, & statim per Tabellarium ordinarium, vel per alium meliorem ordinem ad Vrbem transmittatur.
Semper autem aduertatur, vt facta præ-
135 sentatione litterarum † transmittatur fides præsentationis illarum, ad effectum in Rota docendi de diligentijs factis in partibus & obtinendi prorogationes, seu nouam præfixionem termini remissoriæ: & si interea
136 rim oriantur aliqua impedimenta † similiter de illis accipiatur fides à Notario actuario, & ad Curiam transmittatur pro habendo statim opportuno remedio.
Scire etiam oportet, quod in perquirendis, & inueniendis testibus, poterunt illis
137 ostendi, & legi † Articuli, petendo tamen ab eis, vt velint deponere quæ sciunt pro veritate, cum rationibus, & scientia eorum depositionis. Et quia fortasse erunt ignari in respondendo quid sit publica vox, &
138 fama, publicum, & notorium † aduertetis eos vt illos informent, qualiter vox, & fama publica est, id, quod communiter dicitur
139 † in aliqua, aut Villa, aut Oppido, aut Ciuitate.
Et si pars aduersa dabit interrogatoria, & illa sint non pertinentia ad causam in
140 aliqua parte, sciendum † est, quod in partibus non ponunt nec corrigi, nec resecari, nisi de consensu partium, & tunc esset
141 transmittenda † ad Curiam illorum copia authentica extracta à Notario causæ ad effectum obtinendi correctionem, & moderationem ab isto sacro nostro Tribunali. Sed huic malo testes ipsi in parte possint medelam adhibere, quia interrogatorijs impertinentibus non tenentur respondere *Castrens. in l. 1. n. 6. ff. si cert. petat.* Prout neque si interrogentur de proprio delicto *Bart. in l. qui Pictorio n. 2. ff. de except. rei vēd.* Neque tenentur respondere interrogatorijs proprium periurium detegentibus *Bart. in l. generaliter, §. si pater, nu. 2. ff. de iur. iur.*
Aduertendum quoque, quod si pars nostra induci aliquos testes, qui non sint informati de omnibus articulis, sed solum de aliquibus, & propterea illos in-

ducat

ducat specificè super articulis, de quibus
sunt informati, quod tali casu pars aduer-
142 sa, † si vult potest illos interrogare absq; eo,
quod nos hoc illi impedire possimus.

Circa aliqua, vt oretenus habuit d. Pa-
ter noster Georgius, de quibus sæculares
143 non † sunt informati, poteris examinare
ipsos nostros professos, quoniam, vt vidit
P. Georgius, nostri Monachi in huiusmodi
144 validum † perhibēt testimonium ex priui-
legio summorum Pontificum.

145 Quoad numerum † testium, quælibet
res est probāda saltem per tres testes, iuxta
sacrum documentum, In ore duorum, vel
trium.

Fœminæ etiam sunt boni testes in ciuili-
146 bus, si benè deponunt, & causas bonas scien-
tiæ deducunt: *quod falleret* in criminali,
quia iuxta communem, septem pro vno
teste requiruntur.

Vigore istarum litterarū possunt etiam
147 extrahi iura † parte citata ad videndum
extrahi, & postquam extracta fuerint ad
148 videndum iurare testes † super recogni-
tione manus illorum Notariorum, qui de
originali rogati fuerunt: Et in termino ta-
149 lis citationis coram Iudice erunt † indu-
cendi testes super d. recognitione, & in
actu extractionis, ipsi testes dicere debent,
150 quod ipsi † recognoscunt manum, & signū
talium Notariorum, quia pluries viderunt
illos scribere, instrumenta publicare, & si-
gnare, & sciunt *illum fuisse*, vel esse hodie
publicum, fidelem, & legalem Notarium,
suisque scripturis fuisse semper in Iudicio,
& extra habitā, adhiberiq; plenam fidem,
151 & quod de † premissis fuit, & est publica
vox, & fama.

Ne autem Dominatio vestra cogatur
vti con[illegible] iam [illegible], vtque
facilius aliqua Iura facientia ad causam
possit compulsare, mittuntur etiam in eis-
152 dem † remissorialibus inclusæ aliæ com-
pulsoriales, parte citata obtentæ, cum qui-
bus ad libitum voluntatis poterit conso-
lari.

153 Cauendum est antè † ne accipiat proces-
sum à Notario Episcopi, quia illo non in-
digemus, pro nunc: faciat conatum om-
nem in examine testium, quia D. Episcopus
154 antequam purget † attentata, negocium
principale aggredi non valebit, & credo,
fauente Deo, nos nunquam fore obligatos
ad transportationem talis processus, quia
155 totus est † attentatus, attenta prima re-
cusatione, occasione [illegible] de illo fa-
cta: & ideo spero, quod ille velit, nolit,
processum, & reliqua omnia transpor-
tabit.

Vos interim Hoppenbruch possessio-
nem reaccipite, & continuare cum felici-
tate æterna, quam vobis opto, & proces-
sum remissorialem complere procurabitis,
vt Italica consolatio in æternum, & vobis,
& Monasterio vestro sit permansura.

Iam vidisti amice modum exequendi re-
156 missoriam, & quando vel † concedatur;
vel denegetur: reliquum est dumtaxat, vt
scias modum eundem impetrandi.

157 Igitur postquam articulos, quibus in-
diges composuisti, citabis partem, prout
infra.

R. P. D. VEROSPIO

Vratislauien. Abbatiar.

158 Citetur D. Ioseph Auersa † Executor
Reuerendissimi D. Episcopi Vratisla-
uiæ ex aduerso Principalis, ad dicendum
contra articulos in actis facto datos, vi-
dendum illos ad probandum admitti, in
Curia, & extra, & decerni litteras remisso-
riales ad partes, concordandum de Iudice,
seu Iudicibus, loco, & loco loci, portito-
re, ac termino infra quem, dandum inter-
rogatoria, & conducendum Interpretem,
quatenus illa dare, & conducere intendat,
alias videndum per Dominum deputari, e-
ligi, & præfigi ex officio, & mandari exa-
minari sine: necnon constituendum, vel
substituendum Procuratorem reperibilem,
& acceptantem, alias videndum mandari
procedi per affixionem ad valuas maioris
Ecclesiæ loci deputandi, ad p. d.

Decretum, quod obtinetur, solet esse: Re-
159 latione facta † comparuit Ioannes Bapti-
sta Cappuccius Procurator, & repetijt ar-
ticulos in actis datos, & obtinuit admitti
si, & in quantum, & litteras remissoriales
concedi, & deputari in Iudicem N. pro lo-
co Ciuitatem B, pro loco loci domum
ipsius Iudicis, & territorium dicti loci, cũ
termino trium mensium à die consigna-
tionis litterarum, inchoando, & vnius
mensis ad reprobandum, & aliàs, vt supra
nisi ad p. d. cum intimatione, omnia &c.

Secuta intimatione si pars non obsta-
bit & si obstabit, post habitam resolutio-
nem fauorabilem à Rota, si ibi pendet iu-
160 dicium, & post dubij † disputationem, vt
voluit *Boccac. de litteris remiss. cap. 2.* & post
executam intimationem, quam reprodu-
ces in actis, vel rotulum, vel instrumentū
remissoriæ, poteris expedire: si autem in
termino obtento examen non perfeceris,
161 procurabis † prorogationem præuia cita-
tione, ad videndum prorogari terminum

remissoriæ, quatenus duret, quatenus vero lapsus sit, videndum nouum terminum concedi & habebis alium mensem, vel duos, iuxta loci distantiam.

162 Nec possum omittere, quod † plures Amici de partibus sæpè requirant à nostris Iudicibus, vt in litteris missiuis in Ditione Ecclesiastica, vel in litteris remissorijs, quæ dantur extra eam, apponatur facultas cogendi partem Aduersam ad respondendum articulis, seu positionibus datis, per verbum credit, vel non credit. Sed sciant quod talis facultas non est necessaria, cum illa virtualiter in eisdem litteris dicatur concessa. Illi enim possunt cogere partem ad respondendum, absque alia facultate, vt habetur in *Rota decis. 25. de probat. in antiq.* & docet *Vestr. in praxi lib. 6. cap. 3. nu. 9. vbi adden. num. 29.*

Quid faciendum finito termino, & processu Remissoriæ.

Artic. III.

163 *Negligenti præfigitur terminus ad reportandam remissoriam.*
Alias datur processus ad vlteriora. ibid.
164 *Qualis terminus regulariter concedatur.*
165 *Terminus in Italia est trium mensium.*
166 *Quales, & quot loci eligantur pro executione Remissoriæ.*
167 *Expensas Rotuli interrogatoriorum quis facere teneatur.*
168 *Interrogatoria coram quo producantur.*
169 *Citatio ad dicen. contra processus remiss[illegible]*
170 *Processus aliena lingua compositus, à quo, & quomodo interpretetur.*
171 *Interpres processus quid facere teneatur*

163 SI pars quæ obtinuit remissoriam, est contumax, negligensque in reportando processum præfigitur ei terminus ad reportandum, vt dixi supra, hac eadem [illegible] te cap. 1. vel etiam elapso [illegible] dato, proceditur ad vlteri[illegible] quia Iudex vlterius ex[illegible]tur, vt dicit *Severolus d[illegible] cap. 27.*
164 Quale † autem tem[illegible] præfigendum, relin[illegible] Iudicis commensurantis dista[illegible] in hoc est aduertendum, q[illegible]uam datur minor, quam duorum mensium, vt docet idem *Seue[illegible] de r[illegible] cap. 24.* In Italia tam[illegible] vt dicit idem *ibid.* dantur frequen-
165 tius † tres [illegible] duo ad [illegible]bandum, & tert[illegible] ad [illegible] testes, & terminus huiusmodi sæp[illegible] ex causa prorogatur, vt dicit idem *Severolus in d. tract. cap.* 25. & *Boccacc. de litteris remissorialib. cap. 7.* Quod procedit si pars non contradixerit, & doceatur de legitima causa.

166 Locus autem, ad quem † dirigitur remissoria, solet esse ille, vbi testes commorantur, & ideo si adsunt in pluribus locis; in pluribus etiam locis fuit concessa, in causis tamen grauibus, vt testatur idem *Severolus d. tract. cap. 28.*

167 Et idem super dubio † quotidie à non Practicis agitato, ad quem spectent impensæ remissionis auctæ occasione interrogatoriorum, quæ solent dari in rotulo occludenda, decidit quæstionem, spectare scilicet ad dantem talia interrogatoria, idem *in cap. 29.* Vbi etiam dicit, quod in causis
168 leuibus satis est quod p[illegible]antur coram Iudice delegante.

Finito processu, vsque ad Cur[illegible] reportato, sol[illegible] citari pars in hunc modum.

R. P. D. PRIOLO.

Cracouien. Prioratus.

169 CItetur D. Fräciscus Libertatus† ex adu. Procurator Illustriss. D. Episcopi Chelmensis ex aduerso principalis, ad dicendum co[illegible] a[illegible] & aliorum r[illegible]o[illegible] quatenus opus sit, admitti, & man[illegible] aperiri ad p.d. instante R. P. Innocentio Gadezki principali siue &c.

P. Cottuennius Not.

Huic citationi solet fieri solitum [illegible]tum admissionis, & aperitionis in forma & quia aliquando, & non semel [illegible]
170 quod testes examinati extra Italiam non recipiuntur latino sermone, sed lingua patria Reg[illegible]nis, in qua degunt, & tali idiomate ad Curiam transmittuntur, ideo inoleuit consuetudo tales d[illegible]ones reducendi ad linguam Latinam, quod [illegible] Notarius, nec part[illegible] ex se [illegible]cunt sed q; interpres ad tra[illegible]dum deputati; & est adu[illegible] quod ista deputatio fit precedente citatione, & Iudicis decreto, & citatio p[illegible] huiusmodi, Ad videndum deputari interpretem pro i[illegible] processus necessaria cum facultate [illegible] de lingua Polonica in latinam [illegible], concordan. de eo, dandum [illegible]tam confidentium, & diffidentium, a[illegible] videndum per Dominum ex officio eligi, & deputari, & iuramentum [illegible]em pre-

prestari de fideliter à Polonico inLatinum sermonem eundem processum interpretando, & eidem dictum processum ad effectũ prædictum consignari mandari, & alia fieri, quæ in præmissis fuerint necessaria; & postquam fuerit facta interpretatio, in actis reportandi, & decretum opportunum fieri ad p. d.

Obtento decreto deputationis Inter-
171 pretis, † vel de eo etiam concordato, Iudex in eodem decreto committit iuramentum Notario, & mandat processum tradi, & talis Interpres prestito iuramento, receptoque processu, suam facit interpretationem, & Notarius causæ rogatur de dicto iuramento,& consignatione scripturarum; Interpres autem completo labore iura reducit ad Notarium, illique cum iuramento consignat, & de omnibus Notarius fidẽ facit,prout in formulario Rotali titulo de interpretatione.

Aliæ obseruationes faciendæ in Remissoria.

Artic. IV.

172 *Rota aliquando concessit remissoriam in solis Articulis pertinentibus, resecatis impertinentibus.*

173 *Sed generaliter fuit solita concedere in omnibus, dummodò vnus ex articulis esset releuans.*

174 *Etiamsi esset probatio contra probationem.*

175 *Remissoria datur ad coadiuuandas probationes per scripturas,*

176 *Item ad probandum coniecturas, & inditia.*

177 *In porfanis fuit solita concedi absque fumo, data releuantia.*

178 *Etiamsi probationes tendant directè contra formam instrumenti publici.*

179 *Remissoria in iudicio manutẽtionis datur etiam post didicita testificata.*

180 *In beneficialibus semper requiritur fumus.*

181 *Pro fumo sufficit depositio Testium ad perpetuam rei memoriam.*

182 *Item sufficiunt fides simplices.*

183 *Item sola Iuris dispositio.*

184 *Præter fumum requiritur etiam releuantia.*

Releuantia tunc dicitur adesse, si ex datis probationibus oritur victoria Causæ.

185 *Remissoria si petatur in vltimis audientijs,arguitur calumnia.*

186 *Idem, si petatur postquam Causa diù fuit agitata.*

Vel sit in limine ferendæ sententiæ. ibidem.

187 *Item post plures emanatas Decisiones.*

188 *Remissoria denegatur excommunicato.*

Etiamsi agatur ad faciendas defensiones. ibidem.

189 *Ad obtinendam remissoriam, debet antea decerni de iustis causis.*

Aliàs negatur, etiamsi agatur post rem iudicatam. num. eod.

Vel in gradu restitutionis in integrum. ibid.

190 *Remissoria numquam conceditur in materiis non concernentibus dubium.*

191 *Nec minus datur ad fauorem spoliatoris.*

192 *Remissoria negatur, quando agitur ad effectum pœnæ.*

Amplia, etiamsi materia articulata sapiat delictum. ibidem.

193 *Secus si agatur ciuiliter.*

194 *Remissoria dirigitur ad locum, vbi sunt Testes.*

195 *Locus Testium non potest allegari suspectus.*

Præcipuè si adsit copia Procuratorum, & Aduocatorum. ibidem.

His præcognitis, adhuc est aduertendum,quod in certo casu † Rota Re-
172 missoriam concessit,resecatis articulis impertinentibus,in solis pertinentibus, vt in *Valentina Parochialis* 23. *Ianuarij* 1647. *coram R.P.D. meo Cerro.*
173 Generaliter autẽ † fuit solita illam concedere in omnibus articulis, dummodo vnus illorum sit releuans, vt testatur in vna *Asculana a iuductus* 1. *Iulij* 1626. *coram b.m. Manzanedo, & in Calagaritana processionum* 3. *Aprilis* 1629. *coram b.m. Virili*, vbĩ
174 quod † etiamsi esset probatio contra probationem. Et in alia *Terulen. Statutorum* 27 *Iunij* 1644. *coram Eminen. D. meo Card. Ottobono, & in Hieraten. Parochialis* 4. *Decembris* 1651. *coram R.P.D. meo Zaratc.*
175 Datur etiamsi articuli possent † probari per scripturas, quando petitur ad coadiuuandas probationes scripturarum, vt in *Auelliña Iurisdictionis* 4. *Iulij* 1646. *coram Eminentissimo D. meo Card. Ottobono, in Nazarena, seu Montis Viridis Beneficij* 10. *Iunij* 1648. *coram Illustrissimo D. meo Dunozetto, & in dicta Hieraten. Parochialis coram d. R.P.*
176 *D. meo Zarate.* Et fuit concessa etiam † ad probandum coniecturas, & inditia, vt in *Leodien. Castrorum* 4. *Iulij* 1629. *coram b. m. Motmanno.*
177 In profanis,data releuantia † fuit solita concedi absque fumo, vt in *Bononien. fideicommissi de Rubeis* 1. *Iulij* 1647. *& in Toletana Decimarum* 16. *Martij* 1648. *coram R.*
178 *P.D. Celso*, & fuit decreta etiam † quod fuerit visum probationes tendere directè contra formam instrumenti publici, vt in *Pisauren. donationis* 26. *Iunij* 1647. *coram d. Eminentissimo D. meo Card. Ottobono, & in Auenionen. pecuniaria* 25. *Iunij* 1649. *coram R.*
179 *P. D. Royas.* Et si petatur in spolio † datur etiam post didicita testificata in iudicio

manutentionis, vt euenit in *Vrbinaten. terrarum 5. July 1638. coram d. Reuerendissimo D. meo Dunozetto*.

180 In beneficialibus autem semper † requiri-
181 rur sumus, pro quo aliquando † deseruiūt
Testes ad perpetuam memoriam examinati, vt in *Meleuitana Commendæ de Vaonis 14. Februarij 1650. coram R.P.D. meo Celso*
182 Aliquando † fides simplices, vt in *d. Hieracen Parochialis 4. Decembris 1651. coram R. P. D. meo Zarate*. Aliquando satis fuit
183 † summum probare ex sola iuris dispositione, vt in *Maioricen. Thesaurariæ 27. Ianuarij 1625. coram b.m. Coccino*.
184 Et præter summum requiritur † etiam dicta releuantia, puta quia seeuta probatione oritur victoria causæ, vt in dicta *Hieracen. Parochialis coram R.P.D. meo Zarate*.
185 Numquam est petenda † in vltimis audientijs, quia inde arguitur calumnia, vt in *Verulana fideicommissi 20. Nouēbris 1634.*
186 *coram b.m. Merlino*. Et idem † eueniet si petatur postquam causa diù fuit agitata, & in limine expeditionis, ac ferendæ sententiæ, vt in dicta *Pisauren. Iocalium 11. Martij 1650. coram R.P.D. meo Meltio*, & idem erit
187 si petatur † post plures emanatas decisiones, vt in *Colonien. Monastery 12. Februarij 1622. coram b.m. Vbaldo*.
188 Fuit denegata excommunicato, † vt in *Terulen. beneficy 23. May 1644. coram R. P. D. meo Meltio*, Etiam quod ageret ad faciendum defe[illegible]iones [illegible]ariter denega[illegible] non sol[illegible]nt, [illegible] *eadem d[illegible]cisione*
189 [illegible]o fuit [illegible]gat[illegible] post rem[illegible]icatā, & in gradu re[illegible]ituti[illegible] in integrum. euenit, quia non fuit doct[illegible]m de [illegible] ca[illegible]s ex antea, vt in *Bononien. pecuniaria 27. Iunij 1646. coram R.P.D. meo Bichio*.
In materijs autem n[illegible] concernenti[illegible]us
190 † dubi[illegible]m. nunquam obtinetur, vt dicitur in *Pampilonen. beneficij 2. Aprilis 1639. coram Re[illegible].D. meo Dunozetto*.
191 N[illegible]us datur [illegible] † [illegible]olia[illegible]rem in su[illegible] occupatio[illegible] vt in [illegible]*ritana, seu Bononien.* [illegible] 1567 *coram b.m. Robusterio*
192 Et denegatur et[illegible] mate[illegible]a [illegible]articulata sapiat d[illegible] a[illegible] [illegible]
193 pœn[illegible], secus † a[illegible] si a[illegible]tur ciuiliter. *d. Calagur[illegible]na p[illegible]m, Aprilis 1629. coram d.b.m. Virili*.
194 [illegible]o [illegible]onc[illegible]itur [illegible] dirigitur ad
195 [illegible]unt testes, nec [illegible] locus † potest [illegible]pectus, p[illegible] si ibi adest copia Pro[illegible]to[illegible]m, & Ad[illegible]ocatorum, vt in *M[illegible] [illegible]atis professionis 5. Iunij 1650. coram R.P.D. meo [illegible]*.

De Immemorabili.

Cap. IV.

Quomodo probetur Immemorabilis.

Artic. I.

1 *Immemorabilis per quem modum probetur in Sacra Rota.*
2 *Articuli super immemorabili qualiter confici possint.*

PRobatio immemorabilis de rato videtur facta cum requisitis necessarijs, ideo, non sine causa du[illegible] apponendum, exemplum, ad effectum, vt innotescat om-
1 nibus modus † à Sacra Rota in eius probatione requisitus; Exemplum itaque erit: Huiusmodi articulos infrascriptos, dat, facit, exhibet, & produeit Procurator, & eo nomine Reuerendissimi Ioannis Malgoi-
2 reti Procuratoris generalis in † Vrbe rotius Sacri Ordinis Cisterciensium, & Abbatis Monachorum Monasterij Beatæ Mariæ Populetti *Tarraconen. Diœcesis*, contra & aduersus Dionysium Ferrerium, omnesque alios &c. Quos petit recipi, & ad probandum admitti, in Curia, & extra; Testes [illegible]aminari non se [illegible] Attento præsertim notori[illegible] cou[illegible]tis in eis, quod expressè alleg[illegible]t, & de h[illegible]c e[illegible]pressè protestatur, non solum &c. sed omni &c.

In primis Procurator prædictus, repetitis & reproductis, repeti, & reproduci de stilo, & de iure solitis, ponit, & quatenus opus sit, inhærens dicto nototio, & sine illius præiudicio, probate vult, & intendit.

Qualiter Monasterium Beatę Marię Populeti, & eius Abbates, & Monachi pro tempore eiusdem Monasterij, mediantibus Monachis præsentatis: à decem viginti, triginta, quadraginta, quinquaginta annis, & per multum tempus ante ita quod non adsit memoria in contrarium, & vsq; in præsentem diem, fuerunt, & [illegible] pacifica, & quieta possessione P[illegible]s, & Monasterij S. Vincen[illegible] Martyris, vulgo nuncupati della Roschetta, extra muros Ciuitatis Valentiæ, in illo præsentando Præsidentes vulgo vocatos Maiorales, illos ad n[illegible]m Abbatis dicti Monasterij Populeti am[illegible]en[illegible], & alios pro tempore admittendo, & præs[illegible]ando, & alios actus faciendo, qui fuerunt, & sunt soliti fieri à

veris

veris Dominis, & Proprietarijs, & Possessoribus, de eorum Dominijs, & Monasterijs; Quod totum fuit, & est publicum, manifestum, & notorium, & illi, qui hodie viuunt, sic, id viderunt, audierunt, & intellexerunt ab alijs eorum maioribus, & antiquioribus à longo tempore iam defunctis, qui dicebant, & affirmabant, ita sciuisse, audiuisse, & intellexisse ab alijs suis maioribus, & antiquioribus à multo tempore iam defunctis, dicentibus, & affirmantibus similiter suis temporibus, ita illud vidisse, sciuisse, audiuisse, & intellexisse ab alijs suis maioribus, & antiquioribus à longo tempore iam defunctis, qui dicebant, & affirmabant similiter se suis temporibus, idem vidisse, sciuisse, audiuisse, & intellexisse, & quod semper vsque ad præsens sine intermissione, talis fuerat de vno in alterum publica, & communis traditio de præmissis, & quod nunquam, nec isti, nec illi suis temporibus respectiuè, viderunt, sciuerunt, audiuerunt, nec intellexerunt aliquid in contrarium. Et de illo vsque ad præsens continuò de omnibus supradictis, fuit, & est vox communis, & fama publica in præsenti Principatu Cataloniæ, publicum, notorium, & manifestū palam, &c. iuxta ea, quæ dicit *Rota in Abulen. Decimarum 12. Decembris 1650. coram R.P.D. Celso inter volantes.*

Posui vnicum articulum, quia vnicus sufficit ad aliorum exemplum.

Quid sit Immemorabilis.

Artic. II.

3 *Immemorabilis an faciat præsumptionem iuris, & de iure.*
4 *Immemorabilis an habeat vim legis, & æquiparetur priuilegio.*
5 *Immemorabilis an comprehendatur in generali dispositione.*
6 *Immemorabilis an sit comprehensa in Concil. Trident.*
7 *Immemorabilis an comprehendatur in clausula non obstante quacumque dispositione.*
8 *Immemorabilis an per Principem tolli possit.*
9 *Immemorabilis consuetudo tollitur per reg. 8. Cancell.*
10 *Immemorabilis omnia facit solemnia.*
11 *Immemorabilis facit meliorem Titulum de mundo.*
12 *Immemorabilis præualet præscriptioni centum annorum.*
13 *Immemorabilis corruit si iura, & instrumenta allegata contrariantur.*

Sciendum est autem, quod immemora-
3 bilis est inæstimabilis considerationis, quia † alij dixerunt, quod ex illa oritur præsumptio Iuris, & de Iure, vt *Menoch. præsumpt. 131. num. 50. lib. 3.*

Alij dixerunt quod habet vim legis. *Cassador. dec. 1. s. 2. de probat. Rota dec. 717. par.*
4 *1. lib. 3. num. 9. diuers.* Alij vero † quod pari passu ambulant priuilegium, & consuetudo immemorabilis *cap. super quibusdam §. Præterea de verb. signific. Gonzal. ad reg. octauam Cancellar. Glos. 33. num. 5. Pen. d. dec. 103 num. 3. 4. 7. & 46.*

Alij, quod non intelligitur comprehēsa
5 † in generali dispositione, & quod sit speciali nota digna, *Gonzal. ad dictam reg. octauam, glos. 33. num. 2. Rota in Burgen. quindeniorum 15. Maij 1600. coram b. m. Corduba.*
6 Alij verò, quod non videtur † comprehensa in Concilio Tridentino, nisi in ea expressè legatur: *Gonzal. d. Glos. 33. num. 5.* & alibi; Alij verò, quod in clausula, non
7 obstante quacumque † consuetudine, illa non dicitur comprehensa, *Afflict. dec. 254.*
8 *nu. 5.* Alij, quod † non possit tolli per Principem, vt apud *Roland. cons. 59. num. 17. lib. 4.*

Sed contra in materia reseruationis, vi-
9 gore regulæ Cancellariæ † octauæ, tollere consuetudinem immemorabilem dixit *Rota in causa Forolimen. 5. & 12. Decembris 1588. coram Seraphino, & in Carthaginen. Portionis 29. Decemb. 1587. coram Blanchetto, & Casalen. Canonicatus 29. Ianuarij 1604. coram Litta in manus.*
10 Alij, quod per eam, omnia † præsumantur solemnia, *Rota in Tridentina Prioratus 10. Ian. 1594. coram b. m. Litta in fol.*
11 Alij quod ex ea acquiratur melior † titulus de mundo, *Rota dec. 4. num. 2. de testibus* Alij etiam, quod est maioris virtutis im-
12 memorabilis, quam præscriptio centum annorum, *Nauar. de Usur. Glos. 15. num. 96. in antiquior. Mohedan. dec. 3. de iurepatr. & in vna Mediolanen. iurispatronatus 21. Aprilis 1589. coram Comitulo, & Gonzal. ad reg. octauam glos. 18. num. 45. & glos. 33. num. 4. Pen. dec. 137. num. 2.*

Sed ista immemorabilis, non prodest
13 quando constat † de veritate in contrariū, per eadem Iura, seu Instrumenta; quorum tempus immemorabile allegatur. *Crauett. de antiquit. temporum, quarta Parte in principio quæst. 12. pag. 434. Verall. decis. 304. parte tertia.*

Qua-

Quale tempus requiratur pro immemorabili.

Artic. III.

14 *Immemorabilis non discutitur in possessorio.*
15 *Immemorabilis an satis probetur per spatium 100. annorum.*
16 *Immemorabilis an supra centum annis probari debeat.*
17 *Immemorabilis minori spatio centum annorū an probetur.*
18 *Immemorabilis hodie an sit octuaginta annorum.*
19 *Immemorabilis septuaginta annorum an sustineatur.*
20 *Immemorabilis per sexaginta annos an probetur.*
21 *Immemorabilis quinquaginta annorum an sufficiat.*
22 *Immemorabilis an per quinquagintasex annos pr[illegible].*
23 *Immemorabilis nonaginta annorum approbatur à Rota.*
24 *Immemorabilis iudicis arbitrio indicatur.*
25 *Immemorabilis an sit probanda per testes, vel per scripturas.*
26 *Testes super immemorabili cuius ætatis esse, & quid deponere debeant.*
27 *Immemorabilis excluditur constito de initio.*
28 *Immemorabilis qualiter excludatur contrarijs probationibus.*
29 *Immemorabilis an [illegible] scripturas, & centum, vel ducen[illegible].*
30 *Pr[illegible] [illegible] stes [illegible] imp[illegible] manutentionem.*
31 *Eu[illegible] escit si constet de initio, & nu. 34.*
32 *Ampl. si probetur controuersa, vel s[illegible] rum*
33 *Imo si detur contra mille vnus affi[illegible] co[illegible] rius.*

14 NEc m[illegible] discuti[illegible] [illegible]o. *Pen. decis. 80. num. 14*

Qu[illegible] autem tempus r[illegible] A[illegible]
15 di[illegible] † [illegible] ann[illegible] *antiq. temp. parte 1. n[illegible]* & com[illegible] m est [illegible] *veniens de verb. s[illegible] in 2. parte §. 3.* [illegible] *2. cap. 7. num. 6.* & [illegible] *r. concl. 1. num. 78* [illegible] p[illegible]

Alij [illegible] tempus
16 supra [illegible] *concluf. 1. nu. 78* [illegible] *de præscript.* & *Gl[illegible] f. in* [illegible] *in 6* Al[illegible], quod sufficiat
17 [illegible] or[illegible], cum h[illegible] it a bre[illegible] *Simen de Præ[illegible] lunt [illegible] b. 5. dubit. 4. num.* [illegible] & d[illegible] m[illegible]ni *Couar. var. resol. lib. 2. cap. 7. num. 6. Gabr.* plures cumulat *conclus. 1. num. 79. de præscript.* Alij, quod ho-
18 diernū tempus † immemorabile, est octuaginta annorum *Soccin. conf. 89. num. 7. lib. 1. Ruin. conf. 92. num. 10. lib. 4. Honded. conf. 66.*
19 *num. 12. lib. 1.* Alij autem dicunt † de annis septuaginta, vt *Fiurzan. dec. 17, Praxis Archiepiscopalis Neapolitana cap. 63. num. 2. Ma-*
20 *scard. conclus. 103. nu. 3.* Alij dicunt † de sexaginta, *Honded. conf. 17. nu. 59. lib. 1. Alex. conf. 90. nu. 2. lib. 6. Caputaq. dec. 5. nu. 2. par. 3.*
21 Alij dicunt de † quinquaginta, *vt Laderch.*
22 *conf. 10. num. 1.* Alij de † quinquaginta sex, *vt Alexand. conf. 90. nu. 2. lib. 6.* Alij de quadraginta, *vt Gabr. conclus.* [illegible] *num. 80.*

Tiro autem tenendo opinionem Rotæ,
23 vel dicet sufficere spatium † nonaginta annorum, vt dixi *in causa Mediolanen. Iurispatronatus 29. Aprilis 161[illegible]. coram Reuerendissimo Atrebaten. decis. 313. p. 1. rec.* vel esse
24 arbitrium † Iudici, vt dicunt allegati per *Pedroc. conf. 19. num. 146. Barz. dec. Bononien. 2. num. 45.* [illegible] *dec. 583. num. 3. Ruin. consil. 141. num. 18. lib. 5. Honded. conf. 66. num. 11. lib. 1.*

Ista autem immemorabilis est proban-
25 da per test[illegible], quia † per scripturas probari non potest licet sint in forma probanti, *Rota dec. 586. nu. 30. apud Peniam*, & illi debent habere tempore examinis, saltem an-
26 nos † quinquaginta quatuor, & debent deponere de visu, tempore eorum cognitionis, & debent pr[illegible]a, quæ posui [illegible] *f. in cap. 1. in* [illegible] *de priuileg. in 6.* quam refert [illegible] *Rota in Egitanen. decimarum 5.* [illegible] *162[illegible]. coram b.m. Remboldo in fol* [illegible] *Se[illegible]. dec. 1102. nu. 2. & seq. Lu*[illegible] *444. num. 9. & est decis. 580.* [illegible] *m*

27 E[x]cluditur autem † immemorabilis [illegible] constar de initio *Pen. decis. 475. num. 2. Rot[illegible] in causa Toletana Decimarum de Capilla 2. Martij 1648. coram R.P.D. meo Verospio apud Dian. p. 9. fol. 404. & in Hispalen. decimarum 15. Februarij 1647. coram R.P.D. meo Verospio apud eund. Dian. ibid. fol. 388.*

Si autem, quis prætendit illam excude-
28 re contrarijs † probationibus, & exceptionibus, est cauendum, quod seruetur dispositio *tex. in l. 1. & 2. ff. de except. & l. [illegible]ta C. de probat.* & videnda sunt quæ [illegible] *Baldus in l. frustra num. 2. C. de prou[illegible]. Ludouis. decis. 201. num. 3.* Et ad propositum est etiam decisio supradicta *in d. Causa Toletana Decimarum de Capilla coram d. R.P.D. meo Verospio*

An etiam immemorabilis probari possit per scripturas, & an probetur tempore
29 † centum, vel ducentum annorum, est decisio *in Marsicen. Iurisdictionis 18. Februarij 1647.*

1647. *in fol. coram R.P. D. Bichio, & in Bononien. Archidiaconatus* 23. *Martij* 1648. *coram Eminentiss. D. Card. Corrado in fol.*

30 Probata per Testes † an impediat manutentionem, *Rota in Hispalen. Decimarum* 25. *Junij* 1649. *coram R.P. D. Bichio, & in Marsicen. iurisdictionis* 18. *Febr.* 1647. *coram eodem.*

31 Quod euanescat, si constat † de initio, *Placen. decimarum* 21. *Maij* 1636. *coram b.m. Pirouano*. Si probetur controuersa, † imo
32 solus rumor, imo vnus actus contra † mil-
33 le, vt in *Beneuentana Iurisdictionis* 27. *Ianuarij* 1953. *coram R. P. D. Zarrate*. Et quod nō admittatur eius probatio si constat de initio, *Ratisbonen. Canonicatus* 23. *Martij* 1637. *coram d. R.P.D. Pirouano*.

De Notarijs, & fide Instrumentorum.

Cap. V.

De qualitate Notariorum.

Artic. I.

1 *Notarios textus facit viles, & quare.*
2 *Hodie tamen sunt in æstimatione, & qui.*
3 *Notarij officium quid sit.*
4 *Notarius non potest instrumentum facere nisi rogatus.*

1 Quamuis *tex. in l. vniuersos C. de Decurio. lib.* 10. asserat † Notarios esse viles, ex quo exercent artem lucri faciendi ca[illegible] attamen verum est, quod hodie[illegible] textus ille, sunt in nota[illegible]tione,
2 qui Notariatum exercent † recta [illegible]entia, & publico auctoramento, vt inquit *Alciat. ad l. mer. es la seconda num.* 21. & 29.
3 Eorum officium est † scribere facta, de quibus rogantur, nec vltra se ingerere possunt, vt inquit *Bald. in rubr. C. de fid. Instrum.* Neque possunt conficere instrumen-
4 tum † de his, de quibus non fuerunt rogati.

De officio, & potestate Notarij.

Artic. II.

5 *Notario asserenti instrumentum esse publicum creditur.*
6 *Instrumentum extenditur in folio, deinde registratur in protocollo.*
7 *Instrumenti copia authen. desumitur ex protocollo.*
Protocolli liber vocatur originale. ibid.
8 *Instrumentum in folio laceratur, facta extensione in protocollo.*
9 *Instrumentum in folio cautius conseruatur ad sincerandas partes.*
10 *Instrumenti minuta conseruata calumniarum pericula fugat.*
11 *Notarius dat fidem gestis inter partes.*
12 *Notarius nō potest rogari de incorporalibus, sed de visis, & auditis.*
13 *Notarij simul & creantur iudices ordinarij.*
14 *Notarij tamen iurisdictio non nisi in volentes exercetur.*
15 *Notarius probat negatiuam asserens non reperisse instrumentum.*
16 *Notario dicenti se aliud fecisse in aliquo instrumento, non creditur.*
17 *Referenti non creditur, nisi constet de relato.*
18 *Notario se vidisse Instrumentum asserenti non creditur.*
19 *Notarij potius error, quam dolus præsumitur in instrumentis.*
20 *Notarij error quando præsumatur dolus, remissiuè.*
21 *Notarius non potest rogari nisi cognoscat contrahentes.*
Notarius fal[illegible] test[illegible] debet cognoscere cui sint noti con[illegible] ibid.
22 *Notarius an possit corrigere, mutare & scripta, remissiue.*
23 *Notarius pro quocumque delicto quomodo puniatur remissiuè.*
24 *Notarius obligatur pro Iuuene in officio delinquente.*
25 *Notarius condemnatus ratione officij, eo priuatus ce[illegible]tur, nec potest rogari.*
26 *Notario non creditur in actis col[illegible]aliter, nisi singulorum nomine expresso.*
27 *Notarius instrumentum cancellare, abstrahere, vel comburere an [illegible]*
28 *Notarius vali[illegible] stipu[illegible] pro absente, iusque acquirit i[illegible]teresse habenti.*
29 *Notarius ius etiam potest acquirere non natis.*
30 *Stipulatio facta ad fauorem absentis debet acceptari.*
Acceptatio stipulationis ab absente, fit sola notitia ibid.
Notarius acquirit absenti reuocabiliter, dummodo ius possit deferri. ibid.
31 *Notarius nō potest stipulari pro absente sciens illius contrariam mentem.*
32 *Notarij creati à Papa, vel Imperatore, vndique possunt rogari.*
Idem de creatis ab habentibus auctoritatem à Papa, vel Imperatore. ibid.
Notarius creatus ab alio Principe rogari potest in suo territorio tantum. ibid.

No-

ET Notarijs asserentibus Instrumentū esse publicum, quodque ipsi confe-
5 cerunt, cum † Iuramento creditur. §. *Sed & instrumenta, & §. si vero neq; ad nunciator. Authen. de caut. & fid. Instr. Alex. cons. 166. num. 3. lib. 2.*

Qui primo loco, quando rogantur de Instrumento, illud extendunt in liberculo,
6 vel in folio volanti, posteaq; per politum registrant in protocollo, ex quo postea
7 authenticæ copiæ † desumuntur, partibus ministrandæ, talisque liber vocatur originale. *Paris. cons. 28. p. 2. glos. in §. illud auth.*
8 *de tabellionibus*, & † tale folium potest impunè lacerari post extensionem in protocollo *Paris. d. cons. 28. num. 25.*

Sunt tamen plures, qui ad cautelam dictam minutam conseruant, ad sinceran-
9 das † partes, quatenus in aliquo dubitari contingat: quod vidi seruari à pluribus accuratis, & prudentibus practicis, puta ab Hipolito Martolo apud A. C. & Andrea Leonio in Cur. Capitolina, qui hac ratione post multos annos à die instrumenti ostendentes minutas partibus querulis, illarum ora occluserunt, vt pericu-
10 la † fugiant calumniarum.

Istorumque industria non eligitur ad
11 scribendum, sed ad hoc, † vt dent fidem gestis inter partes, §. *nos autem Authen. de tabellionibus, & Paris. vbi supra nu. 3[illegible].*

Non tamen possunt scribere [illegible] sub sensu corporeo cadunt, sed [illegible] at
12 ea quæ tali [illegible] u † percipi[illegible] puta quæ viderunt, & audi[illegible] e à partibus fieri proprijs o[illegible] ibus *d. §. nos autem verb. habean* [illegible] *e tabellionib. & §. si non, in au*[illegible] *d. & Falcid.*

13 Quod ex creat[illegible] e ad notariatum, † creentur & ipsi [illegible]ices ordinarij, dicit *Oddus de* [illegible] *.32* [illegible] *.11.* Certum est ta-
14 men, quod exercent † iurisdictionem in volentes *Bald. cons. 105. col. 2. lib. 3. Franc. Marc. decis. 489. p. 1.*

15 Si faciunt diligentiam inter eorum rogitus pro perquirendo aliquo Instrumento, & fidem faciant non reperisse, probant negatiuam secundum *Surd. decis. 331. nu.*
16 *1.* Et si asserunt † in aliquo Instrumento se aliud fecisse, in hac assertiua non creditur, cum non credatur referenti, nisi con-
17 stet de tali † relato per eius registrationem *Franc. Marc. ib. n. 3. Natt. cons. 663. n. 4. Boer. decis. 281.* Ijdem etiam dicunt, quod non
18 probant, etiamsi † dicant tale instrumentum vidisse, semper enim est opus, quod relatum in[illegible]atur, vt probent. *Boer. d. decis. 281.* & dicit *Ludouis. decis. 275.*

Si in eorum instrumentis reperitur ali-
19 quis error, potius † præsumitur error, quàm dolus *Gabr. conclus. 2. num. 6. de fid. instrum. Serafin. de priuil. Iuram. priuil. 31. n. 61. Mascard. conclus. 644. Perus. decis. 13. nu. 68. Grāmat. decis. 60. num. 6.* Sed vide fal-
20 lentias † apud eundem *Gabriel. & Seraph. & Grammat.* locis citatis.

Sed non possunt rogari de Instrumen-
21 tis, nisi cognoscant personas, quæ † se obligant, vel vnum ex testibus, qui iuret contrahentes non notos notario cognoscere, iuxta *constitutionem 71. editam à Paulo V. super reformatione Tribun. Vrbis tit. de Notarijs.*

An autem ex interuallo possint corri-
22 gere, mutare, & emēdare, † quæ scripserūt, vide *Bald. cons. 248. lib. 1. & Mandell. cons. 10. & 19.*

Si delinquant in offi[illegible] vel extra officium, & pro quoc[illegible]e crimine, puta
23 † falsitatis, ba[illegible], vel omissionis, an priuentur o[illegible]ercitio, vel aliter puniantur, vi[illegible] *decis. 812. 769. 754. par. 1. in nou.*

24 Pro[illegible]bus † delinquentibus in officio [illegible]ntur ipsi Domini, de mente *co*[illegible] *s Pij IV.* quam refert *Serafin. de*[illegible] *7 in fine.*

[illegible] est condemnatus de delicto com-
25 m[illegible]o in officio, censetur † priuatus offici[illegible], nec potest amplius conficere instrumenta, *Rot. d. decis. 769. par. 1 in nou.*

Si asseritur aliquid collegialiter fuisse
26 factum, non creditur, sed † est necesse, quod exprimat nomina singulorū. *Gabr. d. conclus. 2. de fid. Instrum.*

Aliqui etiam putant, quod Notarius
27 possit instrumentum cancellare, † seu ex rogitibus abstrahere, & comburere, si partes ita velint, dummodo fisco, aut alteri non præiudicetur, *Imol. in l. acta in prin. de re iud.*

Pro

Pro absentibus validè stipulatur; insq;
28 ex Instrumentis † resultans pro omnibus
quorum interest acquirit, de comm. *Abb. in c. dudum in fin. de conuer. coniug.* & am-
29 pliatur quod acquirat, etiam pro non na-
tis, *Thesaur. decis. 20. & dixit Rota in Romana pretij officiorum 8. Iunij 1629. coram b.m. Coccino in fol.* vbi declaratur quod de-
30 bet etiã acceptari † ab absente, & quod pro
acceptatione sufficit notitia, & quod acquisitio dicatur facta reuocabiliter, ita vt ante acceptationem, Ius possit deseri; Quod etiam declaratur, Notariũ scilicet
31 pro absente stipulari non † posse, quando
constat de contraria mente stipulantium, vt dixit *Rota coram Remboldo in Romana domus 20. Nouembris 1624. in fol.*

Creati à Papa, & Imperatore possunt vbique locorum de Instrumentis rogari *Rot. decis. 133. p. 2. in nouiss. Franc. March. decis. 489. p. 1.* quod amplia etiamsi fuissent
32 creari ab habentibus † auctoritatem à
Papa, & Imperatore, vt dixit ibidem *Rot.* De cętero enim creati ab aliquo Principe, non extendunt iurisdictionem in rogando extra territorium creantis, *Gabr. concl. 2. de fid. instrum. Franc. March. d. decis. 489. Rot. decis. 1. de fid. Instrum. in nou.*

An autem teneantur omnibus dare in-
33 strumenta, de quibus † fuerunt rogati,
vel penes ipsos existentia, vide *Osasch. dec. 57. Innocent. in c. 1. nu. 1. Speculat. de instrum. edit. §. videndum, Castrens. in l. Procurator nu. 3. C. de eden.*

Et an contra ipsos detur iuramentum
34 in litem, † si occultant talia instrumenta,
vel illa habere negant, vide *Seraphin. de Iuram. priuil. 31. num. 61.*

An etiam adhibitus in causa, possit po-
35 stea induci † tanquam testis. *Angel. negatiuè respondit in l. Domitius, & Castrens. ibid. num. 3. ante med. ff. de testam.*

Si testis est Notarius, vt in *d. l. Domitius Labeo de testam. Grat. cons. 66. num. 14. lib. 1.*
36 debet deponere per verba facti, & non
Iuris.

An etiam testi neganti dixisse id, quod
37 Notarius scripsit, † vel magis credatur
Notario, vide *Surd. dicentem neutri credendum esse cons. 550. num. 5. & vide Nell. de opposit. contra testes, circa finem.*

Sed in hoc aduerte, quod si agitur de puniendo teste, & tunc verum est, quod
38 neutri credatur, † quia tantum dicitur
vnus probare, quantum probat Notarius *Clar. q. 53. ver. quintus, & §. Falsum ver. pone testis, in isto casu magis creditur testi, Gram. decis. 60. num. 18.*

Si igitur dubitatur an magis credatur
39 Notario, vel testi, communis est † opinio
vt magis credatur Notario, *Clar. d. q. 53. vers. quintus, Grammat. d. decis. 60. nu. 11.*

40 Etiam vnus testis † facit inditium contra Notarium, *Ioseph Ludouic. Lucen. decis. 13. num. 30.*

Et licet dixerim supra, quod extra territorium rogari non possint, attamen
41 sciendum est, quod instrumenta † facta
in territorio probant etiam extra territorium *Rot. decis. fin. de fid. Instrum. in nou.*

De pœnis, quas Notarij incurrunt.

Artic. III.

42 *Iura producta, Actuariorum in curia sępè perduntur.*
Notarij actuarij tenentur custodire iura producta. ibid.
43 *Notarij actuarij condemnantur ad dãna amissorum iurium.*
44 *Notarius tenetur pro scriptura perdita de falso, etiam allegata.*
Notarius tenetur etiam de productis tempore antecessoris. ibid.
45 *Notarius tenetur etiamsi facta diligentia decęat deperditam scripturam.*
46 *Notarius an excusetur probans amissionem ex iusta causa.*
47 *Notarium actuarium non excusat amissionis iuramentum.*
48 *Notarius amittens scripturam prӕsumitur in dolo, vel culpa.*
49 *Notarius an & quomodo teneatur ad summam in scriptura deperdita contentam.*

SÆpè etiam euenire solet, quod Actuarij ex eorum, vel negligentia, vel incuria, sunt causa, quod Iura in eorum
42 † officijs producta amittantur, sed so-
lent luere pœnas amissionis, quia cum teneantur custodire, vt dicit *Dec. in cap.*
43 *1. num. 46. & 53. de probation.* Ita con-
demnantur † ad damna, quæ partes pariuntur ex dicta amissione, quæcumque sint, vt fuit annis præteritis decisum in *Romana societatis lignorum 31. Ianuarij confirmata 10. Iunij 1648. coram R.P.D. Meltio in fol.*

Quod procedit etiamsi scriptura pro-
44 ducta fuisset † allegata de falso *l. 2. §. hoc
interdicto ff. de tab. exhib.* Etiam quod fuerit producta tempore eius antecessoris, *l. si quis ex argentarijs, §. cogitur, & l. quædam §. Nihil interest ff. de eden.*

Et ampliatur etiamsi doceret illam
45 fuisse deperditam † & faceret diligentiam
inter scripturas & illa non fuit reperta *Rota in Romana Depositi 9. Iunij 1595. corã*

clar. mem. Card. Pamfilio apud Farin. cons. lib. 1. decis. 297. quod secus fortasse esset,
46 † si probaret casum amissionis concludenter ex aliqua iusta causa, Bart. in d. l. si quis ex argentarijs §. an vero hæredes num. 2. ff. de eden. Onded. cons. 59. num. 17. lib. 1.

Declara præmissa procedere, etiam
47 quod talis actuarius cum † iuramento amissionem firmaret, vt dicitur in d. Romana depositi coram clar. mem. Cardin. Pamfilio.
48 Præsumitur enim in dolo, † vel culpa Anchar. cons. 316. num. 4. Duran. cons. 159. num. 5. lib. 2. Gozad. cons. 17. num. 11. & dicitur in ead. Romana depositi.

Interesse autem ad quod tenetur, erit summa contenta in scriptura, si illa
49 alibi haberi non possit, † vt apoca priuata; secus si esset Instrumentum, quod aliundè posset recuperari, vt dicitur in d. Romana depositi coram Pamfilio, & d. Romana Societatis lignorum coram R. P. D. Meltio.

De fide Notarij,

Artic. IV.

50 IN extraiudicialibus non creditur Notario sine testibus, † vt inquit Tiber. Salust. in sua praxi lib. 1. c. 16. num. 7. Secus autem in iudicialibus, vt puta in decretis
51 interlocutorijs, in † receptione Iuramentorum testium, & similibus, Ludouis. decis. 368. num. 6. prout si dicant recepisse iuramentum in forma, vt in Calaguritana oblationum 26. Martij 1590. coram b. m. Comitulo decis. 556. p. 4. diuers. & lib. 2. cons. Farin. decis. 47. & in Sutrina Feudi 17. Ianuarij 1574. coram fel. record. Clem. VIII. in fol.

Sicuti neque ei creditur de alio actu,
52 quam à se gesto, † cum credatur solum de gestis coram se, & testibus: & si Notarius errat non potest parti nocere, Rot. in Auellina, seu nullius rescissionis concordiæ, vel vnionis 28. Aprilis 1595. coram b. m. Gipsio in fol.

Prout neque ei creditur attestanti de
53 præterito, † Put. decis. 61. lib. 1. qui refert, & sequitur DD. in c. quoniam contra, & DD. in auth. si quis in aliquo. & in Caligurit. Iurisdict. de Nagera 11. Aprilis 1622. coram Vbaldo sen. decis. 160. apud Post. de manut.
54 Sicuti neque † si diceret se rogatum de mandato procuræ, sed hoc facere magnū adminiculum, dixit Rot. apud Ludouis. dec. 275. n. 5.

Item

Item neque si asserat in instrumento
55 adfuisse causæ cognitionem, vt firmat *Gabr.conclus.5.nu.28.de sent.lib.2.* sed contra *nu.29.* vide tamen concordiam *sub nu. 30.& 31.*

Item neque si asserat se rogatum de sibi
56 data Commissione, † quia agitur de propria vtilitate, vt considerat *Rot. in Romana expeditionum, seu mercedis 14.May 1616 coram b.m.Buratto decis.174.apud eund.*

Item quod neque credatur illi, si asse-
57 rat † se rogatum de falso instrumento in præiudicium tertij, nisi falsitas sit verisimilis, & aliunde corroboretur, dicitur in *Bononien.Legati 27.Martij coram b.m.Merlino apud eius impressi.* Et nisi prout in *d.Bononien.* confessio Notarij emanasset in ar-
58 ticulo † mortis, prout de facta in patibulo dixit *Rot. in eadem causa 4. May 1629. coram Card. Virili in fol.*

59 Licet etiam possit † eidem committi nudum ministerium examinis testium, vt inquit *Ludouis.decis.368.nu.3.vbi add.nu.9.* Non tamen potest ille subdelegari ad to-
60 tum examen; vt puta, quia citatio testiũ & receptio iuramentorum ipsorum, capiunt iurisdictionem, quæ ad Iudicem spectat, vt dicunt *dd.Adden.num.9.*

Sed quod illi possit dari facultas citan-
61 di, dummodo † non detur facultas rogandi, dicit *Serafin.decis.781.num.5.*

Et quamuis de fide Notarij dubitari
62 non debeat, vt dixit *Rota in Romana hæreditatis de Artigonijs 23.Ianuarij 1627.coram b.m.Virili.* Adhuc tamen si recusatur, vt
63 suspectus, non potest † examinare testes sine præsentia adiuncti deputati, *Rot.corã Remboldo in Eluen.decimarum 3.Iunij 1624 in fol.*

64 Fortasse quia Rota † aliquando suspicata est de eius fide, vt in *Comen. Habitus 14.Iunij 1613. coram b.m. Pirouano decis. 504.p.1.rec.* & certum est, quod reperiuntur aliqui adeo conscientiæ deprauatæ, vt instrumenta falsa quotidie fabricent, & adhuc non erubescunt, in testamentis
65 apponere testes, † antea mortuos, vel qui per impossibile interuenire potuerint, & sunt causa magnarum litium, vt monet *Rota in d. Bononien. Legati superius enunciata.*

Sed neque desunt alij etiam officiorum publicorum Domini, qui alienarum pecuniarum periculo adeptis officijs, in fraudem creditorum, Pupillorum, & Viduarum, vltra solitum rogitum recepta
66 mercede, † & quandoque considerabili, recipiunt fideiussiones à Iudicibus demandatas minus idoneas, & apparentes, in maximum etiam præiudicium succes-

67 sorum in eorum officio, † quod semper remanet obligatum, licet fortasse decretum in aliorum fauorem reperiatur reseruatum, quia est certum, quod Notarius, ex generali consuetudine totius mundi,
68 iudicatur ad instar Iudicis † in fideiussione tutoris pupilli, *Ioseph Ludouis. Lucen. decis.33.num.3.Clar.q.46.vers.cæterum, Farin.q.33.num.88.ad med.*

Dixi, ad instar Iudicis, quia etiam Iu-
69 dex, qui deputat Pupillo † tutorem, cum minus sufficienti Fideiussore, tenetur ad interesse, *l.1.§.si præses, vers. sciendum ff.de Magistrat.conuen. §.sciendum, instit.de satisd. tut.Ioseph Ludon.Lucen.d. decis.33.* Et ideo Iudices cautè agunt in decernendo, quod Notarius accipiat talem, vel talem, sed so-
70 lum mandant dari fideiussores, † quia tunc negocium dicitur remissum risico Notarij, & Notarius tenetur ad tale Interesse, *d.l.1.§.si præses, & l. 1. C. eodem tit. Clar. ibidem vers. cæterum, Ioseph Ludouic. vbi supra, & Farin.ibidem.*

Quod tamen limitatur Primo, si de
71 tempore fideiussionis † receptæ, fideiussor esset idoneus, & possideret immobilia sufficientia *Farin.vbi supra num. 79. vers. & in proposito, & num. 93. Ioseph Ludou. ibidem num. 14.*

Secundo, quando Iudex, vel Notarius
72 acceperunt approbatorem † *Farin.ibidem num.85.& Ioseph Ludou.ibid.nu.5.*

Tertio limitatur quoad Notarium
73 quando Iudex mandat † recipi talem, *Farinac. ibidem num. 84. Ioseph Ludouic. num. 13.*

Quarto etiam limitatur, quando Nota-
74 rius recipit tales fideiussores in † præsentia partis non reclamantis, & de præsentia, & de non reclamatione appareat, *Farin. ibidem nu. 92. & Ioseph Ludou. nu.16.*

75 Quinto, quando actuarius † recipit fideiussorem de notorio multum diuitem, quia tunc excusatur à publica æstimatione, *Farin.ibid.num.91.*

76 Et si plura de his † desiderantur, adeundi sunt supradicti, à quibus materia parius pertractatur.

De scriptura publica, & priuata.

Artic. V.

77 *Notarius facit scripturas publicas, & priuatas, quæ differunt à publicis.*
78 *Notarius non inhibet vti priuatus, nisi constet de ordine.*
79 *Notario nõ creditur, nisi probet ordinem inhibendi.*

135 *Notarioq; creditur ob Principis auctoritatẽ, legis dispositione, & consuetudine.*

136 *Notarius quod iuramentum praestare debeat remissiuè.*

137 *Notarius quomodo duobus, vel pluribus testibus vti debeat.*

138 *Crimen suppositionis personae grauissimum est.*

139 *Notarius ob suppositionem personae de falso argui potest.*

Notarij Domini laneis, & Iuuenes illorum sericis vtuntur vestibus. ibid.

140 *Notarij diuidunt haereditates, & pecunias litigantium, & fil.fam.*

141 *Notarij viles qui dicantur iuxta sensum l.vniuersos C.de Decurionib.*

Notarij aliorum bona recipientes, quas poenas subierint. ibid.

142 *Notariorum circa officium plura tradit.Salust. Tiber.*

143 *Notariorum officium reformatum est à constitutionibus.*

NEque semper Notarius facit publicas scripturas, vt sunt requisita in *cap.1.de fid. Instrum.* Sed etiam aliquando
77 † illas facit tanquam priuatus priuatas, & ista non dicitur publica *glos. in l. si quis decurio in verbo scripserunt C. ad l. Corn. de de fals.Lucas de Penna in l. generali num.15. post med.C.de tabul. lib. 10. Asin. de execut. §.1.cap.5. circa fin. Vincen. Franc. decis.95. num. 8.*

78 Et quando vti priuatus † scribit, debet constare de ordine, *Ias.in l.quedam, §.Nihil interest ff. de edend.Gabr.conclus.3.in fin.de*
79 *praesu.* Quia illi non debet credi, † nisi probetur talis ordo, *Rom.cons.304.nu.3. Imol. cons.91.nu.1.Dec.cons.510.Menoch.cons.98. num.17.Ancar.singul.41.Grat.c.183.* Et ta-
80 lis ordo practicatur, † quod probetur à testibus, *Rot. in Romana Pecuniaria 3. Decembris 1597.coram clar.mem.Card. Pamfilio apud Paris.de Salu.decis.53.*

81 Scripta tamen à tertio, & subscripta à debitore, plenè probat §. 1. *instit. de empt. & vendit. & dixit Rota in Romana pecunia-*
82 *ria coram d.clar.mem.Pamfilio.* † Tunc enim obligat mandantem *l. diuus §. senatus de fals.Cabal.sup.cons.Marcb.glos.2.c.4.num.4. lib. 5.*

Si autem esset facienda recognitio manus debitoris, si fuisset mortuus, dubitatur
83 valde an sufficiat recognosci † per testes dicentes habere notam manum, quia in apochis obligatorijs videtur necesse, quod testes, qui debent illam recognoscere, fuerint praesentes illius confectioni, vt testatur *Rot. in Bononien. de Mangiolis 13. Martij 1626.coram Reimboldo in fol.*

84 Quando autem † publicas facit, dignoscitur ex solemnitatibus indicatis *in d.c.1*
85 *de fid. Instrum.* An † autem signum illius sit de necessitate, vide *Gratian. in addit. ad decis.Marcb.dec.167.*

86 Neque Notarius potest mutare † signũ ab initio desumptum. *Lucas de Penna in l. generali C.de tabul.lib.10.Asin.de execut.§.1 c.6.nu.1.Bald.in probem. num.16. & scribentes in l.fin. C.de assessor.* Adeo vt, si mutaret, teneretur paena Falsi, vt dicit idem *Bald. loco cit.*

87 Sique omiserit † solemnitates requisitas, tenetur parti ad damna, & interesse, *Bald.in l.fin.num.3.& 4.C.de Magistrat. conuen.Vital. claus.de error. not. circa finem fol. 203.Ioseph Ludou. Lucen. decis.13. num.67.*

88 Idem eueniet † illi, si fuerit negligens, & non benè scripsit, ità quod non recordetur, nec veritas sciri possit, *Vital.ibidem & Ioseph Ludou.Lucen.decis.33 num.3. per l.librarius ff.de reg.iur.*

89 Et est idem si † solemnitas non est seruata, sed non scripta, *Vital.vbi supra num. 12.d.fol.203.Seraphin.de priuil. Iura. priuil. 31.num.57.*

90 Cum igitur ad Notarium spectet † scire, & apponere solemnitates, debet recordari illas esse decem infrascriptas.

91 Et quod prima est inuocatio † Sanctissimi Nominis D.N.Iesu Christi, vt habetur *in auth.vt praeponatur nomen Imperatoris in princ.& tradit glos.in l.generali Cod. de tabell.lib.10.Natt.cons.329.num.1.lib.2. Lanfranc.in praxi c.9. num. 16. Aretin. in §.item verborum nu.5. Specul.tit.de instrum. edit.§. 1.num.1. Onded.cons.96.num.3.lib.1.*

Secunda, annus Pontificatus, quia si er-
92 raretur † in illo praesumeretur dolus, & lata culpa, omnes enim illum sciunt. *Vital. Claus.de errore num.12.fol.203.Felin.in c.1. de fid.Instrum.& Onded. cons.66.nu.4. & 41. lib.1.*

93 Tertia, requiritur annus Domini † Nostri Iesu Christi, *Specul.de instrum.edit. §.1. num.2.& Felin.vbi sup.*

Quarta erit Indictio, in qua multi imperiti, qui nesciunt computare, faciliter
94 errare possunt, vt inquit idem *Vital. d. Claus.de errore nu.9.fol.202.* Ratio est, quia
95 non sic scitur † ab omnibus, vt idem *Vital.vbi sup.num.12.Specul.d.§.1.num.1. Ioseph Ludou.Lucen.decis.13. per totam, Felin. in d.cap.1.de fid.instrumen. & Onded.vbi supra.*

96 Haec tria superius dicta † dicuntur concomitatiua temporis necessaria, quia significant tempus *Bald.in probem. C.nu.11. Felin.vbi sup.* & super hoc vide *Asin.ibid. d.§.1.c.6.num.4.*

Quin-

Quinta, signum Notarij; licet non repe-
riatur in iure cautum requiri, quòd sit de
substantia instrumenti, vt inquit Corn. cōs.
326. num. 3. lib. 3. Aret. vbi supra, & Specul.
97 & Felin. locis citatis; † Attamen hodie om-
nes DD. tenent communiter requiri de
substantia, vt dicunt Lucas de Penna in d. l.
generali Cod. de tabul. lib. 10. Angel. cons. 120.
Bart. in l. Pretor §. si initium num. 32. de eden.
Boer. q. 36. num. 8. & q. 37. nu. 10. Cranet. cons.
72. num. 4. Asin. vbi sup. Rot. decis. 76. & 250.
p. 1. diuers.

98 Quod adeo verum est, quod ex † omis-
sione signi, inducitur nullitas instrumen-
ti Bald. in l. testium §. si quis, de testam. Imol.
in cap. 1. de fid. Instrum. & Asin. vbi sup. Et
hodie de necessitate reformationis Pauli V.
etiam in ipsis rogitibus in Curia est neces-
se, quod successores rogati matricem ip-
99 sam † in protocollis insertam propria
manu subscribant, sique tale signum defi-
cere, instrumentum nihil probaret, Bald.
in c. significanit de appel. Ancar. cons. 432. cum
relatis per Asin. vbi sup. d. c. 6. num. 5. & 6.
vbi de notoria consuetudine, circa fin.

100 Sexta, requiritur præter † signum, quod
ipse Notarius subscribat, vt Iuribus alle-
gatis, & firmat Galles. de oblig. Camer. q. 26.
num. 4. Rot. d. decis. 76. & 250. par. 1. diuers.
ad qua etiam est viden. Specul. & Felin. vbi
supra.

Septima, debent adhiberi duo testes à
101 Notario, & † partibus rogati in omnibus
Instrumentis, vt habetur in §. Sed & si In-
strumenta authentica, de fid. instrumen. & no-
tatur in l. donatio, glos. in verb. sic non, C. de do-
nat. glos. vers. non etiā auth. de hered. & falcid.
§. si vero absunt cum glos. ad hoc ergo, & in l.
fin. Cod. de testamen. Asin. & Specul. ibidem.
102 In testamentis verò, & † codicillis requi-
runtur quinque, & septem respectiuè, vt
habetur toto tit. C. de testam. milit. & tit. seq.
103 nisi illud † fieret coram Parocho, & solito
confessario; tunc enim ex vi c. cum esset de
testam. sufficiunt duo, vt optimè declarat
Rota in Firmana Codicillorum 1. Iulij 1644.
28. Iunv, & 13. Nouembris 1645. coram R.
P. D. Ghisilerio in folio.

Octauo, opus est quod apponatur dies.
104 mensis, & annus, l. optimam §. & si inter præ-
sentes vbi glos. verb. in eod. die C. de committ.
stipul. glos. in l. generali verb. sequitur C. de ta-
bul. lib. 10. Bald. in d. Prohem. C. num. 10. &
Felin. ibidem.

105 Secus enim omissio temporis † vitio ia-
cet. Vital. Bald. & Felin. & Celsus Claus. uer-
bo restat num. 11. & Felin. ibid. dicunt, re-
quiri etiam horam; quæ ad abundantio-
106 rem cautelam, si non est † necessaria, non
erit inutilis; de die est testis in Auth. vt
præponat nomen Imperat. d. §. sancimus, Specu-
lat. & Felin. vbi sup.

107 Nono requiritur locus † contractus, glos.
in d. l. generali, quam sequitur Zaccb. ad Gal-
les. d. 3. num. 5. Rota post eundem decis. 36. n. 4.
Et præter locum, debet etiam habere locū
loci Rota decis. 5. de fid. instrum. in antiq.

Decimo, necessaria est series contractus
108 idest talis narratiua, ex qua † veritas ge-
storum à contrahentibus sciri possit, glos.
in l. generali C. de tabel. lib. 10. Felin. vbi sup.
Alias enim Notarius teneretur ob impe-
109 ritiam, & negligentiam ad interesse, vt su-
pra firmatum fuit, & melius infra firma-
bimus.

Cum autem ista spectent omnia ad No
110 tarium, si † non seruantur, potest intrare
actio de falso, Vital. d. claus. de errore nu. 10.
111 & 13. fol. 203. Sed quod non procedat † in
quolibet instrumento, sed in testamento
tantum, dicit Bart. in l. si librarius ff. de reg.
Iur.

Et aduertant Notarij, quia erratur tam
112 in omittēdo, quā in cōmittendo, vt monet
Vital. d. claus. de errore fol. 203. Videlicet, vel
ponēdo quod nō fuit actū inter partes, vel
prætermittendo, quod actū fuit: & si partes
vellent conficere instrumentum publicum
113 † & dictis solemnitatibus renunciare non
possent, quia fuerunt inductæ fauore rei-
publicæ, vt videtur in lib. Ars notariat. fol.
25. in princ. Sed contrarium tenet Asin. de
execut. §. 1. c. 15. nu. 5.

Si igitur Notarius errat, eius error par-
114 tibus nocere † non potest, nec debet, Vital.
claus. restat. videre fol. 208. & caut. de errore
Not. fol. 200.

Sed si quis errat in anno Domini, puni-
115 tur; quia cum sit adeò notorius, non † præ-
sumitur error, sed dolus, quia vitiat, & sic
diceretur fecisse instrumentum contra for
mam Iuris, Vital. eadem clausula de errore
num. 12. fol. 203. licet pro Notario dicatur
116 præsumi Mandell. cons. 59. num. 6. Alciat. re-
gul. 3. præsu. 13. num. 1. Vital. fol. 205. num. 3.
Et quod ideo de falso puniri non posset,
nisi verè probetur dolus, Alciat. vbi su-
pra.

An autem Notarius possit addere, vel
117 minuere, † vel postillas addere, videndus
est text. in l. si quis decurio Cod. ad l. Cornel.
de falsis, Vital. d. claus. restat num. 8. & 10. fol.
200.

Caueant ergo in omittendo, vel cōmit-
118 tendo; quia si semel priuantur † amplius
creari non possunt, secundum Surd. cons. 6.
num. 8. Sed non solent priuari statim, ac
fuerunt accusati, d. l. si quis decurio vers. non
tamen statim.

119 An autem si † partes vellēt, Instrumen-
tum

tum corrigere de consensu, *est textus in l.*
cum proponeretur. vbi gloss. cum Imol. ff. de
leg. 2. & dicit Vital. d. claus. restat. num. 5.
fol. 205. Sed Notarius erit tutior, si aliud
120 Instrumentum conficiat, cum † clausulis
partibus benè visis, & modo, & forma
qua partes concordant, ne tertio preiudi-
care videatur: fortasse enim per clausulam
quotum interest, fuit aliquod Ius quę-
situm.

Declata tamen pręmissa procedere
121 quando instrumentum fuit † extensum,
quia si non fuit antea extensum, debet
stari extensioni Notarij postea factę, *d.*
l. si quis decurio, & Vital. vbi sup. dūmodo
tamen non mutet substantiam scripturæ
matricis, per ea, quę dicit *Text. in l. Sem-*
pronius ff. de leg. 2. Vital. vbi sup.

Si enim non seruaret, quæ apposuit in
matrice, & illa non sequeretur in substan-
122 tia, & † dubitaretur de instrumento, pos-
set torqueri *Perus. Lucen decis.* 13. *num.* 16.
& pręter pęnas corporales teneretur vt
sup. ad interesse partium, *Idem Perus. Lu-*
cen. decis. 33. *num.* 3.

123 Quomodo autem † puniatur. Notarius
occultās instrumentum, videndus in spe-
cie *Farin. consil.* 50.

Clericus tamen, & persona Ecclesiastica
124 de Iure communi Notarius † esse non
potest *cap. sicut, nè Cler. vel Monac. Ias.*
in l. 1. §. huius study de iust. & Iur. & in l.
patre furioso num. 15. de his qui sunt sui vel
alien. Iur.

Non tamen procedit, quando fecit In-
125 strumenta, & antea † tale officium exer-
cuit, quia gesta antea per eum valent,
Bart. in lib. vniuersos in fin. C. de decur. lib.
10. *& consil.* 61. *Ias. in d. l. furioso num.*
15.

126 Neq; Decuriones Ciuitatū possunt † es-
se Notarij *d. l. vniuersos C. de decurio. lib.*
10. *gloss. in l. generali C. de tab. lib.* 10. *Ias.*
ibid. n. 16. Si tamen exercēt, acta per eos te-
nent *Bart. in l. 2. & l. generali C. de tab.*
lib. 10. *& Ias. ibidem.*

127 Eadem prohibitio † militat in doctore
per d. l. vniuersos, & per gloss. in d. l. gene-
rali, & hic etiam si exercet, acta sustinen-
tur *Bartol. & Ias. ibidem*, sed quod Pro-
curatores non possint exercere Notariatū
dicit *Paul. V. constitut.* 71. §. 19. *fol.* 200.
tom. 3.

Si quis autem ex Notarijs vellet in eius
128 vtilitatē instrumētū † conficere, nō potest
sibi stipulari, prout non potest rogari
de Instrumento in quo habeat aliquod
interesse *Signorol. cons.* 66. *in princ. Bald. cons.*
43. *lib.* 1. Potest tamen contra se. *Bald.*
ibidem, & consil. 43. *lib.* 1. *Alex. cons.* 185.
num. 7. *lib.* 7. *Natt. cons.* 143. *numero*
quinto.

An autem debeat totum Instrumentum
129 scribere, & postea subscribere, vide *gloss.*
singul. in §. nos autem auth. de tabell.

Et quia adsunt multi negligentes in
130 exercitio, sciant † quod debeant tenere
protocolla, in quibus debent citò Instru-
menta registrare *Conar. pract. quest. q.* 19.
num. 2. *Baiard. ad clausularum §. fabrum*
num. 173. Quod etiam annuit *Sixtus V.*
in erect. Archiu. const. 83. *in bull. nou. tom.*
131 2. *fol.* 483. An autem plures Notarij †
possint de eodem Instrumento rogari,
vide affirmatiuam apud *Salust. in Formul.*
c. venditio domus fol. 221.

Verba autem Instrumētorum, non di-
132 cuntur verba Notarij, sed verba partiū
Vital. d. claus. restat num. 9. *fol.* 207. *Bald.*
in l. mater numero 6. C. de re vendic. Bart.
in l. si quis filia num. 4. ff. de testam. tut.
Rom. cons. 179. *numero* 6. *& dixit Rot. in*
Romana vinea 22. Martij 1602. *coram b. m.*
Litta in fol. Quod tamen procedit, quan-
133 do Notarius fuit à partibus rogatus,
Rot. decis. 204. parte 1. diuers. quia pręsu-
mitur ab illis informatus, *Achil. decis.*
8. *de iure patron.* Et si fuit rogatus pręsente
vtraque parte, tunc enim dicitur roga-
tus; *Rot. decis. 248. d. par. 1. diuers.*

134 Ad quem vero spectet † creare Nota-
rios, dicimus de Iure communi, quod spe-
ctat ad Principem, *per text. in l. non aliter*
de adoption. Innocent. in c. cum, §. tabellio,
num. primo, & seq. de fid. Instrumentorum.
Et licet videatur contra ius commune
naturale, & diuinū, quod debeat credi car-
135 tæ, † seu corio, aut membranæ animalis
mortui vt dicit *idem Innocent. in d. c. cum,*
§. tamen secus est; & creditur propter Prin-
cipis autoritatem, vel propter dispositio-
nem legis, vel propter consuetudinem,
Ars notar. fol. 15. col. 1. circa finem, &
fol. 76. Innoc. ibidem.

136 Forma autem † & iuramentum, quod
debet prestare, antequam incipiat exer-
cere, est *in c. ad audientiam de procur.*

Quot autem testes debeat adhibere,
licet superius dixerimus de duobus, ta-
137 men aliquando † debet etiam adhibere
tres, aliquando quinque, & aliquando
septem ad quod propositum *vide l. vbi*
de testib. l. antiquam ad senat. cons. Vell. auth.
rogati C. de testib. & Speculat. de testib. verb.
restat. Boer. consil. 50. *num.* 60. *& Ars nota-*
riatus fol. 5. *& seq.*

Supositio personæ est grauissimum cri-
138 men, & nos vidimus in nostra † Curia
plures, quorū fraude ex ista suppositione
euenerunt maxima partium preiudicia

tam

tam respectu creditorum, qui credentes Notario suas pecunias amiserunt; quã respectu suppositorum debitorum, qui sæpè coacti sunt per longas lites probare Instrumentum non interuenisse: & mirabilis tamen fuit in pluribus illorum fortuna non modica, quod obierint ante-
139 quam de falso accusarentur, † prout accusari poterant. *Bertazz.consf.162. lib.7.* & quidem maxima res omnibus Curiæ practicis, ea videtur, quod Domini officiorum vix laneis pannis induantur, & Iuuenes officiorum quasi Principes serico vestitu induti, alea, vino, & venere abutantur; Sed caueant ab his Filij familias, & pauperes litigatores, quia hæreditates,
140 & pecuniæ † quas ad interesse accipiunt diuidere non erubescunt, ipsorum periculorum, & ærrumnarum minime participantes. De his, & pro his sine difficultate loquitur ille *textus in principio huius tituli indicatus in l.vniuersos C. de decurion.* Quo-
141 niam sic viuentes, & † aliena ambientes deteguntur viles mechanici, omnino nedum ab omnibus tamquam pestes excomunicati vitandi, sed etiam publice, & acriter puniendi. Ignoscant autem boni, quoniam de ipsis nõ loquimur. Huiusmodi autẽ generis homines addiscãt parcius cũ filijs familias, & pecunias accipiẽtibus agere, & mecum amico animo viuere, quia si se emendauerint non modicum beneficium à me recepisse dignoscent, vtentes aliorum exemplo, qui ex similibus nõ multi lapsi sunt ãnni, etiam mortis ignominiosę, calamo ad aures applicato, & solita induti veste pena recepta alijs exẽplũ perhibetunt.

Plura si de Notarijs optantur, præter tradita superius habetur *Salust.Tiber.* circa formulas Instrumentorum, à quo a-
142 lia quibus † indigemus, gratiosè ministrantur.

Bene verum est, quia plura ad tale
143 officium necessaria † noui decerpta ex Constitutionibus Sũmorum Pontificum eadem vlterius inserere cogitaui.

De officijs Romanæ Curiæ, & alijs in Statu Pontificio.

Artic. VI.

Nota-

171 *Notarius appell. à Papa ad futurum Concil. non interfit.*

172 *Protocolla* Notariorum, *siue fil. mort. ad Arch. Capit. deferebantur.*

173 *Protocolla hodie istorum ad A[illegible] Vrbanum deferenda sunt.*

174 *Notarij pub. approbari, & matri[illegible]la [illegible] debent per scrip. Arch. R[illegible]m.*

175 *Notarius offendi nequi[illegible], sub g[illegible]bus pœnis.*

176 *Notarius qualiter puniatur pro extorsione, & num.* 182.

177 *Notarius non potest recipere depositum vltrà scut.* 5.

Depositum supra scut. 5. *fieri debet in Monte Pietatis. ibid.*

178 *Notarius tenetur Cameræ denunciare alienationes prohibitas.*

Denunciatio alienationum prohibit. fit intra duos me[illegible]ses. ibid.

179 *Nota[illegible]ius promouendorum quoque adest, & quorum.*

180 *Notarij quo[illegible]ue Sedis Apostolicæ adsunt.*

Beneficia Notariorum *Sedis Apostoli[illegible] sunt reseruata. ibid.*

181 *Notarij Sedis Apostolicæ quos titulos habeant.*

Notaria[illegible] officia [illegible]lura, dicuntur in † com[illegible]i i[illegible] † & insimul retineri non possunt *Pius* 4. *const.* 58. §. 70. *pag.* 63. *tom.* 2.

Et respectu officiorum Rom. Cur. quod arrendari non possint, † statuit idem *Pius* 4. *constit.* 58. *nu.* 59. *pag.* 63. *tom.* 2. *Paul. V. constitut.* 71. §. 19. *pag.* 201. *tom.* 3. Cancellariæ tamen Status Ecclesiastici arrendantur à Thesaurario Papæ *Pius* 4. *const.* 83. *pag.* 86 *tom.* 2.

L[illegible]rum re[illegible]tur ap[illegible] Camere à *Paulo* 4. *const.* [illegible] 10. *pag.* 19[illegible] *tom.* 1. & à *Pio* 4. *d. const.* 83.

146 Dicuntur resignabiles, & † vac[illegible]biles vt officia Rom. Cur. & supra illis c[illegible] possunt societate officiorum. *d. Paul.* 4. *d. constit* §. 3. & 4. *pag.* 594.

147 Dantur pro iusto p[illegible]tio; † quia si vltra dimidiã, Camera læderetur, & rescinderetur concessio, *Pius IV. ibidem* §. 3.

Habetur loco archiuiorum [illegible] vbi non erant Archiuia, & ideo † Cancellarij ad ar-

148 chiuium non deferebant [illegible]cripturas [illegible] sed cai cõsignabant succe[illegible]or[illegible]bu[illegible], hodie aliter obseruatur in Curia, att[illegible]nta creatione Archiuij à Sixto V. & Vrba[illegible]o VIII. ad quod retentis originalibus deferunt copias.

De Instr[illegible]mento rogantur, illaque vbiq; fidem faciunt, possuntq; officia exercere per Substitutos. Te[illegible]entur facere, & con-

[illegible]seruare quosdã libros designatos: Officia

149 istorum non conferuntur, & gaudent † priu[illegible]legijs archiuij Rom. Cur. habentq; innumera priuilegia; illorum proprius Iudex est A.C. & D. Thesaurarius Papę, *vt in constitut.* 83. *Pij* 4. *pag.* 85. *tom* 2.

Tenẽtur stare sindicatui in fine eorum officij *Paul.* 4. *const.* [illegible] *num.* 18. *pag.* 86. *tom.* 1. & assumpti Cancellarij, statim

150 dicitur publici Notarij, & † non tenentur quicquam contribuere Vniuersitati, Legatis, neque Gubernatoribus [illegible]atione suorum officiorum, vt dicit *Pius* 4. *Ibidem*

151 Notarij status Ecclesiastici tenentur † rogare cautiones de non offendendo in fauorem R. Cameræ, non autem Baronũ nec Vniuersitatum, aut Communitatum *Pius* 4. *constit.* 25. *pag.* 5. *tom.* 2.

Tenentur infra certum tempus notifi-

152 care legata, † donata, vel promissa relicta fabricæ *S. Petri*. *Pius V. constit.* 56. §. 2. *pag.* 189. *tom.* 2.

Et idem Pontifex prohibuit eisdem di-

153 cta te[illegible]lium, & reorum † propalare, citra Iudicis decretum *const.* 67. *pag* 199. *tom.* 2.

154 Debent etiam notificare relicta Hospitali S. Spi[illegible] i[illegible] S[illegible]ia facta *S*[illegible] 4. *const.* 14. §. 1[illegible]. *p*[illegible] 31[illegible] *tom.* 1. & B. M. [illegible] Lauretanæ *Pius V. const.* 56. *num.* 2. *pag.* 1[illegible].

Prohibenturq; exigere penas, mulctas, & compositiones *per Clem.* 8. *tom.* 5. *num.* 7. *pag.* 3. *tom* 7.

Notariorum in Curia alij sunt Scripto-

155 res Archiuij Vrbis, & isti sunt † Scriptores causarum Ciuilium commissariarum non habentium proprios Notarios, *Iulius II. constitut.* 15. §. 13. *pag.* 375 *tom.* 2. eisdem præfixit taxam *Paul. V. constit.* 7[illegible]. *pag.* 209 *tom.* 3.

Alij sunt Notar[illegible] A.C. seu Fori Capito-

156 lini [illegible] debe[illegible]t † [illegible]uare, quæ [illegible] *Pius IV. Constit.* 56. *pag.* 57. *tom.* 2. *Pius V. constit.* 113. *pag.* 239. *tom. eod. Paul. V. constit.* 71. & 72.

157 Alij dicuntur Notarij S.P. † Apostolici, & isti eorum munus diligenter obseruare debent ex *Constit. Ioannis X[illegible] II. const.* 14. §. 11. & *seq. pag.* 178. *tom.* 1.

Non admittuntur simpliciter, sed pri[illegible] veniunt examinandi, *idem Pontif. num.* 11.

In causi[illegible] coram ipsis vertentibus Procu-

158 ratores, vel Promotores esse non possunt, ex vi eiusdem constitutionis, & quia idem mandat *Pius II*[illegible] *constit.* 44. *tom.* 2. *Paul. V. constit.* 71. §. 5. *num.* 16. & *alibi pag.* 196. *tom.* 3. al[illegible]a vide apud *Martin. V. constitut.* 5. *pag.* 222. *tom.* 1.

159 Numerum, & illorum † qualitates præ-

fixit *Ioannes XXII.d.constit.14.§.11.pag.*
44.tom.1.
Tenentur pro facto suorum Substitutorum. *Pius IV. constitut.* 44.§.21.*pag.*44.
*tom.*2.
160 Et tenentur † seruare taxam præfinitam
*à Paul.V.d.const.*72.§.4.*pag.*214.*tom.*3.
Alij sunt Notarij Cam. Apostolicæ, te-
nenturq; seruare, quæ dixit *Leo X. constit.*
161 24.*pag.*415. *tom.* 1. Quid autem † tenetur
seruare, circa annotationes, & exten-
siones consensuum, & cessiones iurium,
& resignationes beneficiorum Ecclesiasti-
corum, dixit *Clem.VIII.const.*17.*pag.*490.
*tom.*1.
162 Non possunt facere extorsiones, † pu-
niunturq; iuxta *Const.Pij IV.const.*58.§.58
pag. 62. *tom.* 2. & seruant taxam *Pauli V.*
*const.*72.§.1.*pag.*209.*tom.*3.
Alij sunt Notarij Gubernatoris, & isti
163 tenentur seruare † quæ mandat *Sixtus V.*
*const.*72.*pag.*459.*tom.*2.*&* *Paulus V.const.*71
§.19.*pag.*201.*tom.*3.
164 Seruantq; taxam ipsis traditam † *à Pio*
*IV.const.*105.*&* 106.*pag.*131.*to.*2.*&* *Paul.*
*V.constitut.*72.§.2.*pag.*212. *&* §.6.*pag.*215.
tom. 3.
Alij sunt Notarij Locorum Piorum, &
isti si habent officium titulo oneroso, ser-
165 uant taxam, quam, † vt infra, seruant No-
tarij Eminentissimi Vicarij Papæ in cau-
sis ordinarijs, iuxta *Const.*71.*Pauli V.*§.19.
num. 121. *pag.*104. *tom.*3. Si vero non ha-
bent officium titulo oneroso, exigunt di-
ctam taxam pro medietate, ex vi eiusdẽ
constitutionis.
Notarius quoq; Magistrorum viarum
166 seruat taxam indicatam † à *Paulo V. d.*
constit. 72. §.8. Et prohibetur esse exactor
taxarum, quæ fiunt pro dirigendis vijs &
similibus.
Et eandem taxam seruant Notarij Ri-
pæ, & Ripettæ ex vi *Constit.*71.*&* 72.*eiusd.*
167 *Pauli V.* Etiam in † causis, quæ coram
Præside ventilantur,
Alij sunt Notarij Vicarij Papæ, qui ha-
168 bent quatuor officia vacabilia, ist[illegible] tam
in ciuilibus, quàm in criminalibus ser-
uant, quæ ipsis mandauit *Pius IV. const.*
105.*pag.*131.*&* *const.*71.[illegible] *Paul.V.*
Et omnes in genere prohibentur habe-
169 re Substitutos non † approbatos a Supe-
riore Tribunalis. *Paul.V. const.*71.§.19.*nu.*
34.*pag.*202.*tom.*3.
170 Dantq. Pauperibus † copias gratis, vi-
gore d. constitutionis.
Prohibentur sub grauissimis pœnis in-
171 teresse appellationibus † interponendis à
Papa ad futurum *Concil. a Pio* 2. *const.*5.§
3.*pag.*390.*tom.* 1.

Illorum protocolla, si non agitur de
172 habentibus officia † publica, si moriun-
tur sine filijs, deferebantur olim ad Archi-
uium Capitolinum, ex *Const.* 55.*Iulij II.*
§.7.*pag.*371.*tom.*1.
173 Hodie tamen † protocolla istorum
Notariorum deferuntur ad Archiuium
Vrbanum, ex vi *Bullæ per eundem editæ su-*
per erect.d.Archiuij.
Et isti Notarij publici debẽt approbari,
174 † & matriculari per Scriptores Archiuij
Romani ex vi *d.Constit.Iulij II.*§.6.
175 Non possunt impunè † offendi, & gra-
uissimæ pęnæ fuerunt indictę ab *Alex.VI.*
*const.*11.§.4.*pag.*352.*tom.*1.
176 Si faciunt extorsiones, luunt † pœnas
iuxta formam *Constitutionis Pij IV.* 58.§.
58.*&* *seq.pag.*62.*tom.*2.
Et omnes habentes officium prohiben-
177 tur recipere deposita † vltra summam
scutorum quinque, cum debeant fieri in
Monte Pietatis. *Clem.VIII.const.*88.§.7.
*fol.*98.*tom.*4.
Si faciunt instrumenta super alienatio-
nibus prohibitis, tenentur in termino triũ
178 mensium denunciare Cameræ; † & si non
denunciant, incidunt in pœnas *Const.*108
Paul. V.§. 7. *pag.* 272. *tom.* 3. *&* *constit.*
72. *Vrb VIII.* §. 1. 2. *&* 3. *pag.* 87. *tom.*
4. Terminumq; trium mensium reduxit ad
duos *Vrban. VIII. const.* 65. §. 7. *pag.* 81.
tom. 8.
Pro promouendis ad Ecclesias Cathe-
179 drales, & Monasteria † concistorialia, fuit
etiam institutus Notarius *a Gregrio XV.*
const. 7. *pag.* 2[illegible]5. *tom.* 3.
Adsunt etiam Notarij Sedis Apostolicæ
180 istorumque beneficia † sunt reseruata
Papę ex *const.* 6. *Vrb.VIII. in regul. Can-*
*cell.regul.*1. *pag.* 15. *tom.* 4.
Istique dicuntur Dapiferi conclauistæ
181 & assistentes Capellæ Pontificiæ, † *vt in*
constitut. 1. *Greg. XV. pag.* 274. *constitut.*
21.*pag.* 316. *tom.* 3. *const.*1. *Vrb. VIII.* §.
2. *pag.* 1. *tom.*4. *const.*5.*eiusdem.Vrb. VIII.*
pag. 22. *tom.* 4.

De Protonotarijs Apostolicis.

Artic. VII.

182 *Protonotarij Apostolici à quo instituti, &*
exempti ab Ordinario.
183 *Protonotarij habent præcedentiam, & hodie*
sunt duodecim.
184 *Protonotariorum priuilegia, & facultates, quæ*
sint.
185 *Protonotarius Senatoris quis erat, & ho-*
die sit.

Sena-

186 *Senator Vrbis habet imaginem Principatus antiquorum Romanorum.*

187 *Notarij imperiti olim immensi erant.*

188 *Notarij hodie à quibus creentur, & sub qua forma.*

189 *Notariorum multi mundum destruunt imperitia.*

Instrumenta sæpè paratam executionem non habent propter Notarij imperitiam. ibid.

190 *Notarij non vndique fidem habent sicut Romæ, & vbi.*

191 *Notarius quare persona publica dicatur, remissiuè.*

192 *Notarius pro alio viuente an, & quomodo possit instrumenta exemplare.*

193 *Notarius rogatus, vel pro alio quando, & quomodo ceteras clausulas extendere possit.*

ALij dicũtur Protonotarij Apostolici, & isti fuerunt instituti à *Leone X. con-*
182 *stit. 10. pag. 411. tom. 1.* & sunt † exempti à Iurisdictione Ordinariorum, *ex d. const. & ex const. 52. Sixti V. pag. 382. tom. 2.* & Precedentiam habent *ex const. Pij IV. const. 4. pag. 289. tom. 1.* Et istorum numerus antiquitus multiplex reductus fuit ad 12. *à Sixto V. const. 12. pag. 382. to. 2.* Dicũturq;
183 participantes habentes reditus ab eadem constitutione, habentq; facultatem legitimandi spurios, & creandi Notarios, appellantur familiares, & domestici Papæ, habentque conspicuum locum in actibus publicis, nihil soluunt pro expeditione
184 literarum Apostolicarum, habent † quotidie panem Palatinum, & vestes in morte, & coronatione Pontificis, & locum in Caualcatis, possuntque testari vsque ad certam quãtitatẽ de quæsitis bonis Ecclesiasticis, eorum familiares possunt arma gestare, & in certis casibus, etiam valent vti pontificalibus, & altare portatili *vt ex d. constit. Sixti V. const. 12.*

Est etiam in Vrbe alter Protonotarius nũcupatus Senatoris, cuius authoritas antiquitus erat in summo, vt apparet ex
185 quodã statuto artis † lanæ, condito tempore Colæ Rentij aliàs Seueri, & olim exercebatur a Nobilibus Romanorum; hodie vero remansit nomen & officium, quod exercetur a Francisco Francischino sagaci Notario, & in summa colligitur inde retinere prærogatiuas ostẽsiuas, quod Vrbis Senator habet imaginem Princi-
186 patus antiquitus Romanorum, † vt orbis recordetur quod id, quod ipsi per incuriam, & discordiam amiserunt, benignitate Apostolica conseruatur.

Creatio Notariorum imperitorũ quia
187 creuerat † in immensum cum iactura

Praxis Camilli Cappucij.

publica, peruenit *const. 11. in appendic. Vrb. VIII.* quæ alias est la 121. in qua fuerũt reuocati omnes creati à Gubernatoribus
188 Ciuitatum, data forma nouos creadi; † vel veteres approbandi, *à const. 10. d. appendic.* Fuitq; deputatus Præfectus Archiuiorum super nullitatibus huiusmodi creationum *vt tom. 4. in appendic. fol. 19. & 21.*

Causa autem ex qua emanasient dd. constitutiones, præluidetur a *Bald. & alijs relatis à Tiber. Salust. in suo Formul. c. 1. num. 1. & seq.* vbi dicitur, quod Notariorum imperitia mundum destruit; quod-
189 que multi sunt, tanquam picæ, seu psyttaci, qui voces aliorum audiunt, & easdem loquuntur, nescientes quid dicant, & ab his oritur, quod cum sint inexperti Instrumenta per eos confecta non habent executionem paratam, vt volumus, & consideratidem *Salust. eodem formul. c. 43. num. 5.* vbi plurium authoritates addũtur, & addemus quæ dicit *Zacch. ad Galef. q. 3. num. 5. & Galef. q. 26. num. 1. & seqq. & quæ dicit Rot. penes eundem dec. 30.*

In aliquibus partibus Notarij non habent authoritatem, quam in ditione
190 Ecclesiastica, nec illorum Fides, † vt hic, ita facile obseruantur, pro exemplo deseruit, id quod de consuetudine Curiæ Neapolitanæ non est satis, quod instrumenta publicentur, & subscribantur à Notarijs, nisi fuerit addita subscriptio Iudicis ordinarij, vt testatur *Rot. per Zacch. de oblig. Camerali d. 36.* Quare autem Notarius di-
191 catur persona † publica, videndꝰ est *Rot. post eundem d. 123. per totam:* Vbi, quod hac de causa hic potest pro absentibus stipulari, & acceptare.

An etiam, & quomodo de Iure, alter
192 pro alio Notario viuente, † & longa absentia impedito possit exemplare Instrumenta, & cum quibus requisitis, est videndus *idem Salust. c. 58.* Sed quid obseruandum sit in Statu Ecclesiastico, tradit *Sixtus V. d. constit. citata;*

Et quando possit extendere, & quomo-
193 do, clausulas ceteras, † & quando id possit facere Notarius rogatus, est videndus *idem Salust. c. 37. per totum.*

De Archiuio, & eius authoritate.

Artic. VIII.

194 *Archiuij authoritas quæ sit, etiam de scripturis deperditis.*

195 *Archiuium dat robur scripturæ non authenticæ.*

196 *Scriptura in Archiuio producta pendente lite*

X 2

lite non probat.

Scriptura prædicta habetur ac si non esset producta. ibid.

197 Archiuiũ, pluribus requisitis, dat robur. script.

Officialis Archiuio præpositus debet esse publ. ib.

198 Scriptura in Archiuio debet reponi inter authenticas.

199 Instrumenti extractum in Archiuio existens dicitur in forma probanti.

200 Instrumentum extractum lite pendente à success. in Archiu. probat.

201 Scriptura simpliciter posita in Archiuio an probet.

202 Scriptura Archiuij probat, si talis adsit consuetudo.

203 Scripturæ non creditur, nisi officialis testetur repertam in Archiuio.

204 Scriptura Archiuij an probet, si eadem Notario defuncto alibi reperiatur.

205 Scripturæ Archiuij Vrbani, & earum extractio hodie probant.

Instrumentorum omnium copiæ hodie ad Archiuium Vrbanum debent deferri. ibid.

206 Scriptura Archiuij quibus requisitis indigeat vt probet.

207 Scriptura an debeat extrahi cum citatione partis, & recognitione originalis.

208 Notarius, vel successor, testari debet de sua authoritate in scriptura exemplata.

209 Scriptura Archiuij dici non debet copia, alias non probat.

210 Scriptura à Priuato reposita in Archiuio non probat.

211 Instrumenta reperta in Archiuio cuicumque exhiberi debent.

212 Scripturæ Archiuij Cam. Apost. & Principis plenè probant.

213 Scriptura priuata in Archiuio reperta regulariter non probat.

Scriptura prædicta probat si sit à duobus testibus subscripta. ibid.

214 Scriptura priuata quæ dicatur.

Scriptura priuata extracta ab Archiuista non probat. ibid.

215 Scriptura à testibus, & Archiuista subscripta cum fide reperitionis in Archiu. probat.

Scriptura in Archiuio debet reperiri tempore extractionis, vt probet. ibid.

Scriptura non probat, si suspectus sit Archiuista. eod.

216 Cancellaria actorum partium vocatur etiam Archiuium.

Cancellaria Apostolica vocatur Archiuiũ. ib.

Secretaria Papæ dicitur etiam ipsius Archiuium. ibid.

217 Officiales Cancellariæ dicuntur organum Papæ, & quare.

218 Scriptura extracta ex Cancell. vel Secretaria à successore, probat.

219 Scripturæ Cancell. vel Secret. priuilegia, ad libros etiam extend.

220 Scriptura Archiuij an probet extra territoriũ contra etiam non subditum.

221 Scriptura prædicta infra quod tempus probet.

222 Instrumenta omnia, tempore statuto ad Archiuium an deferri debeant.

Testamenta an tempore statuto ad Archiuium deferri debeant. ibid.

223 Scriptura priuata in Archiuio an, & quando concurrat cum instrumento publico.

Scripturæ priuatæ in Archiuio aufertur suspicio antidatæ. ibid.

224 Extractum ab extracto non est in forma probanti.

225 Scripturæ sumptum de sumpto an, & quando fidem faciat.

226 Scripturæ sumptum solemniter à sumptione non probat.

Scriptura sumpta de sumpto potest adminiculari ad probationem. ibid.

227 Scriptura prædicta adminiculata, non tamen dicitur in forma probanti.

Scriptura tamẽ prædict. obtinet finem concludentis probationis. ibid.

228 Scriptura exemplata ab originali infecto, non dicitur in forma probanti.

Boni fructus non veniunt ex radice infecta. ibid.

Originale qualiter debeat esse, ne dicatur infectum. ibid.

229 Scriptura sine solemnitatibus iuris non dicitur in forma probanti.

230 Scripturæ sumptum solemniter ab alio simili, non dicitur in forma probanti.

231 Scriptura non dicitur in forma probanti, quia à partibus approbata.

232 Archiuium Romanæ Curiæ à quo fuerit erectum, & quibus priuilegijs.

Scripturum Archiuij priuilegia quæ sint. ibid.

233 Archiuia Status Ecclesiastici à quo fuerint erecta.

234 Regulares suum habere possunt Archiuium.

235 Ampliatur in habentibus Præsides Episcopalibus ornatos.

236 Archiuium regularium quibus requisitis det fidem scripturis, & 237.

237 Archiuium regularium etiam Episcopalibus non vtentium, probat.

238 Scripturæ Archiuij Monasterij adminiculatæ magis probant.

239 Cardinales habent Archiuium designatum in Vrbe.

Archiuio Cardinalium deputatur Clericus Italus. ibid.

Scripturæ quæ in Archiuio Cardinalium. ibid.

Priuilegia Clerici deputati Archiuio Cardinalium, quæ sint. ibid.

240 Notarius debet habere bonos, & practicos Substitutos.

194 QVi peroptat videre, quam authoritatem habeat Archiuium, & quæ requirantur, & de scripturis deperditis, videat *Pedem. dec. 69.*

195 Certum enim est, † quod datur ab eo robur scripturæ non authenticæ, secundũ *Gabriel. concl. 5. de probat.*

Sed est aduertendum, quod si scriptura
196 in illo fuit producta pendente lite, non probat, & est ac si non fuissent in eo producta, *Corn. conf. 141. num. 6. vers. restaret lib. 3. Caputaquen dec. 41. nu. 3. p. 1. Grat. in addit. ad decis. Mareb. 257. num. 4. Ond. conf. 66. n. 35. lib. 1.*

Vtque Archiuium det robur scripturis, est aduertendum, quod plura requiruntur:
197 & primo, quod officialis, † qui præponitur in d. Archiuio sit publicus officialis *Felin. in c. ad audientiam col. 4. de præscript. sequitur Soccin. conf. 258. num. 5. & 6. Gabr. d. concl. 5. num. 18. de probat. Osasch. decis. 69.*

Secundo, quod scriptura sit reposita
198 inter scripturas † authenticas, non autem ab illis separatas *Felin. in cap. ad audientiam colum. 5. de præscript. Osasch. decis. 69.* Adeo quod Instrumentum extractũ ex protocollo Notarij defuncti existẽ-
199 te in Archiuio, ideo dicitur probare cum authoritate Archiuij, & dicitur in forma probanti, *Auth. ad hæc, & ibi glos. in verbo testimonium publicum C. de Fid. Instrum. glos. 1. in c. cum causam de probat. Serafin. dec. 1448. in princ. & Rot. dec. 13. p. 1. rec.*
200 Quod habet locum † etiam quod extrahatur lite pendente à successore in archiuio, vt in *Tarraconen. Capellar. 18. Febr. 1636. coram b. m. Pirouano in fol.* Contra autem supradictam opinionem, quod debet reponi inter scripturas authenticas & quod sufficiat esse in archiuio, dum-
201 modo illud habeat custodem publicum, dicit *Tiraquel. de antiquit. tempor. num. 154 & Osasch. d. decis. 69.*

202 Tertio requiritur etiam † consuetudo vt scriptura Archiuij probet, secundum *Felin. in d. c. ad audientiam col. 4. de præscript. Osasch. d. decis. 69. num. 2.*

203 Quarto requiritur, quod † officialis publicus confiteatur, & attestetur, scripturam extractã ex Archiuio, esse repertam in illo, *Specul. de instrum. edit. §. nunc il 1. num. 2. Osasc. ibidem. Gabr. d. conclus. 5. num. 17. de probat.*

Declara, quod si scripturæ Notarij de-
204 functi reperientur † alibi, quam in Archiuio, tunc scripturæ, seu copiæ repertæ in Archiuio non probant, secundum *Alex. cõs. 16. col. 3. lib. 5. Osasch. vbi sup.* Quod fallit hodie ex erectione Archiuij Vrba-
205 ni in Curia, quia copiæ † instrumentorũ, quæ in dies rogantur, deferuntur ad Archiuium ex vi dictæ erectionis quodque exemplum extractum ex scriptura in Archiuio recondita probet, post *Imol. & Angel. concludit Alex. in Auth. si quis in aliqua col. 2. num. 8. vers. sexto fallit C. de eden. & ibi Ias. col. 3. Bald. in l. gesta 12. in fin. nu. 18. C. de re iud. Rim. Iun. cons. 237. nu. 24.* Dumodo tamen habeat requisita scri-
206 pturæ originalis, habeat † subscriptionem officialis, ex supra deductis, secundum *Felin. in d. c. ad audientiam num. 24. & Osasc. d. 69.* & interueniat citatio partis, quod tamen non seruatur. Quia satis est, quod habeat faciem, & formã instrumenti publici, contineat diem, mensem, annum, testes, rogitum, clausulam Actum, & alia, quæ desiderantur per *glos. in l. Generali C. de tabul. lib. 10.* Tunc enim
207 non † est necessaria citatio partis neque originalis scripturæ recognitio, neq; alia solemnitas, quando extrahitur à Notario rogato, vel ab eius successore, vel conduntur in officio in Archiuistæ; sufficit enim quod in scriptura exẽplata, No-
208 tarius, vel in officio successor testetur de authoritate sibi concessa, & stetur eius assertioni, secundum *Verall. decis. 245. cũ alijs adductis in d. Tartasonen. Capellar. 18. Februarij. 1636. coram b. m. Pirouano in fol.*

Sed est aduertendum, quod scriptura
209 in Archiuio † recondita, non debet esse copia, seu exemplum; quia si illa vocetur copia, non probat, nec fomentum à loco recipit, *Dec. in authen. si quis in aliquo col. 5. C. de eden. Gabr. d. conclus. 5. num. 19. de prob. Paris de Feud. tit. 1. §. 5. num. 32. & Osasch. decis. 69.*

Et vlterius, quod si persona priuata re-
210 ponat scripturam † in Archiuio, talis scriptura non probat, nec ab eo fomentum recipit, *Corn. cons. 142. lit. A lib. 3. Dec. in c. cum causam de probat. & in auth. si quis in aliquo, l. 5. C. de eden. Abb. in cap. ad audientiam num. 11. de præscrip. Osasch. d. dec. 69. & Gabr. d. conf. 5. num. 16. de probat.*

Cuilibet ergo, petenti acta, & instru-
211 menta reperta in Archiuio † debẽt exhiberi, siue habeant, siue non habeant interesse *Osasch. ibid.*

Estque speciale, quod Archiuium Cameræ Apostolicæ, & Principis habet pri-
212 uilegium, quod scripturæ ibi † repertæ plenè probant *d. c. ad audientiam, & cap. ex litteris, §. non igitur de præscript.* ibi, scripturis existentibus in Camera Apostolica fides datur, *l. moris §. non nunquam vers. soles ff. de pen. Osasch. ibid.*

Aduertendum est etiam, quod scriptura pri-

ra priuata reperta in Archiuio regulari-
213 ter non † probat, *Felin. in d.c. ad audientiã col.5. de pr. sc. Dec. cons. 451. col. 1. Caputaq. decis. 41. nu. 3. par. 1. Bartol. in d. auth. ad hæc C. de fid. Instrum. & Osasch. d. decis. 69.* Quod tamen fallit si talis scriptura habet subscriptionem duorum testium, *Bart. in d. auth. ad hæc*.

Priuata autem dicitur, quæ non reperitur subscripta à Notario, seu persona publica *Bart. ibid. & Seraphin. decis. 320.* Et
214 hæc † quamuis extracta ab Archiuista, nõ probat, vt dicit *Bart. ibid.*

Quando tamen est subscripta à testibus, quo casu secundum eundem *Bartol.*
215 *probat.* Archiuista debet se † subscribere, & fidem facere, quod fuit reperta in Archiuio, quod ibidem reperiebatur de tempore extractionis. Quod tamen fallit si Custos Archiuij esset suspectus, *Rot. decis. 183. num. 4. p. 2. diuers.*

Archiuium vocatur etiam Cancellaria,
216 in qua asseruantur † acta partium, & processus, & supplicationes *Rot. in Casalen. seu nullius præpositura 4. Martij 1596. coram Gypsio.* Et ideo tam Cancellaria Apostolica, quam Secretaria, dicuntur Archiuium Papæ: In Cancellaria enim stant Offi-
217 ciales, qui dicuntur organum Papæ, † & ipsi extendunt clausulas iuxta mentem Sanctitatis suæ, *Cassador. decis. 2. num. 7. de vnio. Caputaquen. decis. 31. lib. 3.* Secretaria vero vbi asseruantur supplicationes. *Tiber. Decia cons. 24. & Rot. in d. Casalen. coram b.m. Gipsio.* Et si quis successor in illis extrahit scripturas in Cancellaria, & Secretaria repertas, tali scripturæ fides adhibe-
218 tur, perinde ac si † ab eo, qui tempore scripturæ erit Officialis, fuisset extracta, & publicata, *Bart. in l. si quis ex argentarijs §. cogetur nu. 3. de eden. & Rot. ib. in d. Casalen.*
219 Et quod † dicitur de scriptura, habet etiã locum in libro, vt dicit *Mandell. cons. 34. num. 13.*

An autẽ scriptura vnius Archiuij probet extra territoriũ, cõtra subditũ, vel nõ
220 subditũ eiusdẽ territorij, vidẽdus † est *Caputaq. dec. 41. & 42. p. 1. & d. Casalen. corã Gypsio, & Alex. in auth. si quis in aliquo C. de eden. & Bald. in l. exemplũ C. de probat. Alex. cons. 16. num. 5. lib. 5. Rota coram Coccino impress. apud Marthes. p. 2. num. 5. fol. 121.*
221 Et quoad tempus scripturę † de forma dictæ constitutionis *Sixti V. bulla 83. in bull. nou. tom. 2. fol. 483.* Est videnda eadem constitutio.

An autem omnia instrumenta debeant ad Archiuium transportari tempore statuto à dictis Constitutionibus, quoad te-
222 stamenta negatiuam tenent plures, † & ratio est, quia illa non nisi post obitum testatoris deferuntur, quia potuit testatorẽ pœnitere, & alia facere.

Sciendum est etiam, quod authoritas Archiuij est adeo efficax, vt scriptura pri-
223 uata in Archiuio reperta, dummodo constet de tempore asportationis, concurrat cum instrumento publico, quoad anterioritatem, & hypothecam *Seraf. dec. 379. nu. 5. & decis. 1221. Rot. in Romana domus de Cardellis 1. Decembris 1617. coram Caualerio decis. 446. & in Romana rationis fundacariæ 14. Iunij 1623. coram Buratto decis. 719.* Et ratio est, quia inde aufertur suspicio antidatæ, cuius ratione non potest de cætero concurrere.

Extractum ab extracto ab Archiuista,
224 & sic † exemplum exempli non dicitur in forma probanti, *Ludouis. decis. 432. & dec. 469. in princ.*

Si tamen amitteretur originale instru-
225 mentum, & adsit timor † amissionis transumpti, tunc copia, seu sumptum de sumpto eandẽ fidem faciet vt originale. *Abb. in c. fin. 2. not. de fide instr. Seraf. decis. 1428. Rot. decis. 422. par. 1. recent.*

Ampliatur prima cõclusio, quod sumptum de sumpto non probet, etiamsi solemniter extrahatur, *Ludouis. ib.* vbi quod nec dicitur in forma probanti, licet fuerit adminiculatum, quia semper remanet informis; bene verum est, quod adminiculari potest ad perfectam probationem. *Ioseph Ludo. Lucen. decis. 13. nu. 24.* & de testamẽto *Boer. decis. 86. nu. 2. & 3. Alex. cons. 153. num. 13. lib. 2. & Bald. cons. 158.* Et adminiculatum, licet obtineatur finis
227 concludentis † probationis, non tamen obtinetur, quod scriptura dicatur in forma probanti *Ludouis. ibid.*

Ampl. quod nec dicitur in forma probanti si scriptura fuit exemplata ab ori-
228 ginali infecto, quia ex radice † infecta nulli boni fructus producuntur; *Anchar. cons. 432. nu. 2.* Quomodo autem debeat esse ne dicatur originale infectum, videndus est *Innoc. c. 1. de fid. Instr. Roman. cons. 205. & Ludouis. decis. 469.* Vbi quod est necesse quod habeat requisita *l. scripturas Cod. qui potior. in pignor. hab.* Et
229 ideo si scriptura † priuata careat solemnitatibus Iuris, non dicitur in forma probanti. *Roman. ibid.*

Ampl. quod neque sumptum solemniter extractum ex alio sumpto, pariter
230 solemniter extracto, dicitur in † forma probanti, *Ludouis. ibid. & Rot. decis. 733. p. 1. diuers.* Et hęc est vera opinio, quicquid dicat *Bartol. in authen. si quis in aliquo C. de eden.*

Am-

Ampl̄ia, quod neque dicitur in forma
231 probauri etiam a partibus † fuerit approbata, & super eo pronunciatum, *Ludouis. ibid.*

Archiuium Romanæ Curiæ fuit erectū vt supra *à Iulio 2. const. 15. pag. 372. in*
232 *bull. nou. tom. 1.* Scriptorumque † talis Archiuij multa priuilegia, & prærogatiuæ videtur in eadem const. & in const. 14. *Pauli III. pag. 326. eod. tom. 1.*

Archiuia autem generalia totius Sta-
233 tus Ecclesiastici fuerunt † erecta *à Sixto V. const. 83. pag. 483. in bull. nou. tom. 2. & ab Vrbano VIII.* ampliata in eius *const. 11. in appendice alias const. 135. tom. 4.*

Regularesque possunt tenere Archi-
234 uium, & de hoc loquitur † *const. 29. Vrbani VIII. incipiens, Cum ad Regularem, in bull. nou. tom. 4. fol. 44. circa fin. fol 45. §. conuersus vero.*

Precipue illi Regulares, quorum Præ-
235 sides habent Episcopalia, † & vsum Pōtificalium vt sunt Cistercienses, & Cassinenses, vt de Cassinen. loquitur *Rot. in Forana beneficij 8. Martij 1627. coram b. m. Merlino decis. 45. p. 5. rec.*

Requisita autem, vt desumpta ex ipsorum Archiuijs, dicantur probare, ' erunt vt ibi asseruentur scripturæ publica Mona-
236 sterij, & eidem Archiuio † ad id aliquis in specie deputatus, & quod caput Monasterij habeat vsum pontificalium: quo casu æquiparatur Archiuio Episcopi, quod dicitur publicum, & ideo dare fomentum scripturis ibi extractis per deputatum ad illius custodiam in eadem de... ne.

... non solum dicitur publicum, si Prælatus monasterij habet dictas prærogatiuas, verum etiam si illis careat;
237 satis † enim est quod claues illius aliquis specialiter deputatus asseruet, & ita per antiquum tempus fuerit continuatum, vt dicit *Crauet. cons. 1581 num. 5. & cons. 274. num. 5. & 7.* quos refert, & sequitur *d. decisio Forana §. & præmissa efficaciora*

Quod precipue habet locum, si iura ex-
238 tracta ex Archiuio † monasterij adminiculentur, quia nisi faciunt plenam fidem, multum tamen operantur, vt firmatur *in eadem dec. in fine.*

Etiam Collegio Cardinalium, adest in Curia Archiuium designatum ab *Vrbano VIII. const. 53. fol. 70. tom 4.* Penes quod
239 asseruantur libri, & † scripturæ spectantes ad Collegium, & deputatus fuit Clericus Italus, cuius priuilegia multa narrantur *in ead. const.* Et ibidē asseruantur etiam processus eorum, qui promouentur ad Cathedrales, & monasteria Concistorialia, & alia quæ tractātur in Concistorio Principis.

Sed longe digressus, redeo ad ipsos Notarios, qui habēt officia publica, quo-
240 rum munus est, vt firmaui, habere † bonos, & practicos Substitutos, moribus, & vitæ probitate spectabiles, quia ipsi dicuntur oculi Iudicum, qui omnia ob multiplicitatem negotiorum inspicere nō possunt, vt docet *Tiber. Salust. in praxi lib. 1. c. 48. in princ fol. 113.*

De munere Substitutorum.

Artic. IX.

No-

260 *Notario non creditur executio edicti in partibus sine Testibus.*
261 *Notario tamen gerenti vicem Nuncij credetur, & quare.*

SVbstitutorum ergo munus erit omnia cōsideratè attēdere, scripturas videre, partes audire patienter, & tolerantes esse,
241 exceptiones Reorum etiam † irrequisiti animaduertere, si ex eisdem detegantur, decreta à Iudicibus facta fideliter registrare, & summa cum diligentia vigiles in omnibus esse, & protestationes partiū Iudici legere, vt tenet *Rota in Romana domorum 11. Decembris 1645. coram R.P.D. meo Bichio inter volantes.*

Debēt etiam habere Iuuenes Instrumēta conficientes eadem probitate, vitę conspicuos, modestos, & bene compositos, & bene litteratos, & practicos, non nutrientes comas, quarū custodia est incompati-
242 bilis cum † laboribus exercitij notariatus, & viros in summo graues, in quorum numero reperiuntur plures, quorum nomina omitto.

Quoad substitutos, de quibus supra,
243 & actuarios, aduertendum est, quod † si errant in seruatione terminorum, illorum errores partibus nocere non debent; *Coccin. decis. 373. num. 10.*
244 Nec ipsis creditur de his quæ † non spe-
ctant ad eorum offitium *Rot. decis. 13. p. 3.*
245 *recent.* & ideo si testentur, † executam fuisse citationem, vel intimationem, vel recipiant super tali executione relationem nuncij, illis non creditur sine testibus, *Put. decis.* [illegible] *lib. 3. Rot. decis. 624 num. 10. p. 1. recent.* In summa in omnibus extraiudicialibus in prçiudicium tertij, tali
246 actuario † non creditur fin[illegible] *Put. decis. 5. lib. 3. & de* [illegible] *diuers. glos. in cap. quoniam* [illegible] *Dec.* [illegible] *bo duos viros, vbi Feli*[illegible] *, num.* [illegible] *num. 46. de prob. La*[illegible] *ap. quoniam*
247 Secus in iudi[illegible] *bi Imol. Butr. contra*, & ibi glo[illegible] *Farin. decis. 229. & Anchar.* [illegible] *p. 2.*
248 Exemp[illegible] si Notarius dicat talem pro[illegible]strumentum, nisi adda[illegible]noris, &c. non creditur; *Bocr.*[illegible]*u. 6. Rot. dec. 535. p. 1. rec.*
[illegible] Notarius dicat Nuncium te-
249 tu[illegible] fecisse talē citationem, vt † in ced[illegible]si doceatur de tali cedula, cum c[illegible]a, tenoris &c. non creditur, *Rot. d.* [illegible]*.535. p. 1. rec.* An autem credatur ma[illegible] Notario dicenti nuncium retulisse se [illegible] vel Nuncio id neganti, videndus [illegible] *in l. si quis decurio C. de falsis.* Ego

vero fauerem Notario, quando fuit specificatum nomen Nuncij, & ad quid pars fuit citata; secus si non esset specificatum nomen nec appareat, ad quid pars fuisset citata *Rot. decis. 535. par. 1. recent.* Remittitur tamen arbitrio Iudicis, & cessante suspicione Notarij, illi potius est credendum *Abb. in c. cum parati, num. 12. de appell.*

De iure vero non creditur Notario dicenti habuisse commissionem exemplan-
251 di † scripturas, *Vrsill. ad Afflict. decis. 317.* Secus de stilo Curiæ, & S. Rotæ Romanæ *Caputaquen. decis. 245. & 247. par. 2. Rot. post cons. Farin. decis. 351. num. 3. p. 2.* Et de tali stilo præsumitur, quod ille fideliter exequatur Commissionem, *cap. ad audientiam de præscript.*
252 Notario autem Capituli asserenti † se talem, creditur; *Rota decis. 27. par. 1. recent.*

Declara tamen, quod li[illegible]r ex supradi-
253 ctis credatur † Notario asserenti, hoc tamen intelligitur [illegible]modo non probetur contrarium *Rot. d*[illegible]*.463. par. 2. rec.*

Sed si Notarius esset excommunicatus,
254 proc[illegible]du[illegible]et cu distinctione: † quod vel [illegible]cer non est publicè excommunica[illegible], & creditur: aut est publicè excommunicatus, & non creditur, *Coccin. decis. 322. num. 8.* Excommunicatio enim non priuat
255 exercitio officij, nisi postquam fuit † promulgata sententia declaratoria, *l. Barbarius vbi DD. ff. d off. Proconf. Felin in c. Rodulfus num. 39. de rescript. Rot. decis. 534. p. 1. recent.*

E[illegible]a sępius euenire solet, quod sicut [illegible]ta fiunt de nocte, quia more
256 Romanorum dies † vadit de media ad mediam noctem *l. more ff. de fer*[illegible] Tali casu practici solent apponere horam ipsius noctis, vt dignoscatur sub qua die fuit factus rogitus, *Innoc. Felin.* [illegible] *in c. consuluit de off. deleg. Bald. Angel. & Castren. in d. l. more, Alex. cons. 190. num. 30. lib. 6.*
257 Ita bonum erit, quod cum † appellatio nisi de stilo Curiæ currit de momento ad momentum, saltem currit de die in diem: & pariter cum terminus pro seruato det tempus decem dierum, ad dignoscendum
258 an terminus effluxerit, † vel an appellatio fuerit legitimo tempore interposita, quando hoc fit de nocte, Notarius cautus apponet horam noctis, vt appareat qua die fuit lata sententia, vel appellatum *Bald. in d. c. consuluit num* [illegible] *de off. deleg. vbi Abb. & Felin. num. 6. & Iaf. in d. l. more. num. 6* Præfixio enim certi tem-
259 poris numeratis † diebus, semper intelligitur de vltima die vsque ad mediam no-

noctem *glos.* 2 *in d. l. more. Castrens. num.* 5. *& Alex num.* 8.

Minus creditur Notario attestanti, exe-
260 cutum fuisse edictum in partibus, † testibus non adhibitis, *Rot. decis.* 1016. *p.* 3. *diuers.* Cum vt supra Notario non credatur in extraiudicialibus sine testibus, *Put. d. decis.* 5. *lib.* 3. *Serafin. decis.* 1085. *Rot. decis.* 99. *post primum vol. cons. Farin.* Decla-
261 ra, dummodo adesset stilus, quod Notarius in exequendis citationibus fungeretur vice Nuncij publici, tunc enim eadē ratione, qua creditur Nuncio sine testibus, eadem ratione creditur Notario, *Ludouis. decis.* 426. *num.* 5. *decis.* 453. *num.* 4. *Coccin. decis.* 404 *num.* 3. *& decis.* 475. *num.* 8. *Buratt. decis.* 346. *num.* 4.

De extractione iurium.

Artic. X.

262 *Notario dicenti extraxisse ab originalibus antecess. sui, creditur.*
263 *Notarius successor præsumitur de sola subscriptione.*
264 *Scripturæ penès successorem possunt extrahi sine compulsoria.*
Scripturæ penès successorem existen. habentur loco originalium. ibid.
Notarius quod ille sit actuarius, probatur de stilo. ibid.
265 *Notarius successor processum penès se existen. sine compulsoria extrahere potest.*
266 *Notarius aliorum instrumenta de suis actibus facta sine compulsoria potest extrahere.*
267 *Iura pendente lite extrahi an possint sine compulsoria.*
268 *Scriptura fideliter extrahi debet, & qualiter, & quare.*
269 *Notarius quomodo validè renouare possit Instrumentum vetus.*
270 *Instrumentum validè renouatur cum citatione interessatorum, & decreto Iudicis.*
271 *Notarius quare solo iuramento possit vt suspectus recusari.*
272 *Notarius quādo validè possit allegari suspect.*
273 *Notarius suspectus iuratus nullum facit processum.*
Processus à Notario suspecto factus non sanatur cum clausula arbitrio Rotæ. ibid.
274 *Notarius nouus deputatur, altero à partibus recusato.*
275 *Notario suspecto non datur adiunctus.*
276 *Suspicio Notarij non tollitur ex adiuncto.*
277 *Notarius in actu compulsandi quam fidem facere debeat.*
Notario creditur collatio facta in actu compulsandi. ibidem.
278 *Collatio in actu compulsoriæ fit parte citata.*
Citatio ad viden. collationari compulsoriam fieri debet. ibid.
Processus datur nullus in casu compulsoriæ, nisi collationetur. ibid.
279 *Processus dicitur etiam nullus, nisi collationetur Iudicis decreto, & ipso præsente.*
280 *Fides particularium non validat processum non collationatum in compulsoria.*
281 *Collatio instrumenti, vel processus est nulla, nō facta in die citationis.*
282 *Processus an sit nullus ex omissione citationis ad videndum collationari.*
283 *Processus non vitiatur, si iudex ab initio statuit diem, & horam collationis.*
284 *Citatio ad viden. collationari processum, an personaliter fieri debeat.*
285 *Citatio prædicta an, & quomodo fieri possit per edictum.*
286 *Processus est nullus, nisi subscribatur ab ambobus Notarijs deputatis.*
287 *Notarius remissoriæ an denuo iurare teneatur, vel non.*
288 *Processus necessaria compuls. & remiss. vbi videantur.*

CReditur autem illi, qui extrahens
262 processum, vel instrumentum, † dicit extraxisse ab originalibus sui antecessoris, *Serafin. decis.* 1334. *num.* 5 Eoque
263 ipso præsumitur † sucessor, quod se subscripsit, quamuis tamen se non nominauerit, *Rot. decis.* 404. *num.* 6. *&* 7. *p.* 3. *recent.* Et quando sunt penes successorem, possunt extrahi, etiam sine compulsoria,
264 vt † *in allegata Tarraconen. Capellar. coram b. m. Pirouano*, Etiam lite pendente *Rot. decis.* 132. *num.* 3. *p.* 2. *& decis.* 332. *num.* 4. *p.* 3. *recent.* Habentur enim loco originalium, *Ludouis. decis.* 454. *num.* 1. Quodque ille sit actuarius, probatur de stilo Rotæ ex eius assertione, *Ludouis. ibid.*
265 semperque successor potest † processum penes se existentem, sine compulsoria extrahere, *DD. in auth. si quis in aliquo, C. de eden.* Quod amplia, etiam in Instrumentis
266 alterius Notarij, † quando coram eo, & in eius actis fuerunt producta, & facta de actis ipsius, *Ludouis. decis.* 38. *num.* 1. *&* 2.

Quod secus eueniret si Iura essent penes alium, tunc enim pendente lite non
267 possunt transumptari, sine † compulsoria: vt puta si reperiuntur penes Notarios nō rogatos, neque successores, neque Archiuistas, vel penes priuatos, vel hæredes Notarij, quia penes ipsos non adest fomentū; quod habet Archiuium, vel successor in offitio.

Quando autem extrahuntur, debent
ita fideliter extrahi de verbo ad verbum,
268 † vt nec omittatur apostilla, nec inter-
lineatio, nec cassatura: quod fit, vt Iu-
dex causæ possit clarè colligere, qualis sit
scriptura extracta, & illam admittere,
vel reijcere, *Rot. decis. 176. num. 7. p. 6.*
diuers.

Et si reperietur aliquod Instrumentum
adeo corrosum, & consumptum, vt litteræ
incipiãt non posse legi, si illud Notarius
269 vult † renouare, ad hoc, vt deseruiat lo-
co originalis, tunc extrahere non posset,
sine citatione, interessati specialiter, vel
sine citatione generali contra interesse
putantes, vt aduertit *Felin. in d. c. cum P. ta-*
bellio num. 3. vers. 3. quæritur de fid. In-
str. Rot. decis. 404. p. 3. recent.

Hoc casu requiritur citatio, quia *cap.*
270 *fin. de fid. Instr.* requirit † ministerium
Iudicis ordinarij, vel delegati, qui in-
spiciat talem scripturam, an sit vitiosa, &
mandet extendi, & transumptari per pu-
blicam personam.

Quare autẽ Notarius à compulsore de-
putatus possit cum solo iuramento recu-
271 sari † vti suspectus, vt dicitur apud *Capu-*
taq. decis. 64. par. 3. Creditur ea esse ratio,
quia potest quandocumque grauare
partem in examine testium, vel Iurium
extractione. *Abb. in c. super quæstionum*
num. 5. de off. delegat. Præcipue si causa
exprimatur, & appelletur ab vlteriori
processu, *Inocen. & scribentes in c. cum spe-*
ciali, Lap. in alleg. 1. Achil. decis. 3. de except.
Quod tamen est faciendum ante examen,
272 † vel compulsationem, quia postea non
suffragaretur *c. cum speciali, & c. 2. requi-*
rit de appell. Si autem talis Notarius pro-
273 cedit ad † vlteriora, processus est adeo
nullus, vt non sanetur clausula, arbitrio
Rotæ. *Caputaq. decis. 64. & 292. p. 3.* Ete-
nim, cum fuerit recusatus ab aliqua
274 † partium, debet remoueri, & alter de-
putari, *glos. in §. & quid, in auth. de trient.*
& semisse in verbo artificis, Boccac. de lit-
teris remissorialibus c. 6. num. 14. Rot. decis.
275 *604. p. 1. diuers.* Neque † erit satis si ei
detur adiunctus, *Auth. si vero contigerit*
C. de iudic. Cùm ex adiuncto non tollatur
suspicio; possent enim nihilominus dicta
276 † testium reuelare, vt cõsiderat *Rot. d. decis.*
604. p. 1. diuers.

Notarius etiam in actu compulsandi
277 deputatus debet facere † fidem processum
fuisse collationatum in præsentia Iudicis,
& concordare cum originali, quia tunc
tanquam actuario creditur, *d. c. quoniam,*
vbi glos. verb. duos, de probat. Buratt. decis.
606. num. 12.

278 Collatio tamen † non potest fieri in
casu compulsoriæ, nisi pars fuisset citata
ad videndum extrahi, & collationari,
aliter enim processus dicetur nullus, *Ludo-*
uis. decis. 71. num. 3. & 4. & decis. 22. p. 2.
recent. & decis. 42. p. 4. diuers. Et in termino
279 d. citationis Iudex † non mandasset au-
scultari, & non collationari, & collatio
non fuisset facta ipso præsente, *Abb. in c.*
fin. num. 2. de fid. Instrum. Neque sufficе-
ret fides particularium dicentium vidisse
280 originale † sine macula, & compulsatum
cum illo concordare, vt fuit dictum in
Barchinonen. Prioratus 28. Nouembris 1602
coram b. m. Iusto in fol. Et si collatio fuisset
281 facta alia die, quam in illa, † in qua ca-
debat citatio, collatio diceretur nulla, nisi
fuisset facta parte præsente, *Duran. decis 6.*
num. 2

Omissa vèro talis citatio non annulla-
282 ret processum, si Pars aduersa præstitisset
impedimentum aliquod, recurrendo ad
Iudices Seculares. *Rot. decis. 348. num. 7.*
post 2. vol. cons. Farin.
283 Sic nec † vitiaretur processus, si Iudex
ab initio statuisset diem, & horam ad vi-
dendum corrigi, & collationari, *Serafin.*
decis. 1028. & decis. 1391.

Idem dicendum erit, nisi citationes
huiusmodi fuissent factæ personaliter,
284 † quia quamuis delegatus pro compul-
soria debeat sequi stilum Curiæ, tamen
potest procedere cum citationibus, etiam
domi dimissa copia, factis diligentijs de
habendo personas, *Clem. eam. de elect. Rot.*
decis. 22. de rescript. in nou. Prout etiam
285 si nõ potuisset fieri † domi, valebit proces-
sus, adhibitis citationibus per edictum
Mohed. decis. 8. de fid. instr.

Et quia sæpe contingit, quod duo No-
tarij deputantur, tunc est certum, quod
286 ambo debent processum subscribere, ad
fugiendam nullitatem, *not. in c. quoniam*
cõtra, vbi Felin. num. 43. de probat. Guidopap.
decis. 122. & Rot. decis. 61. post 1. vol. cons.
Farin.

An autem sufficiat Notario remissoriæ
Iuramẽtum præstitum in initio sui officij,
287 † vel potius debeat iurare ante executio-
nem remissoriæ, viden. est *Glos. in Clem. 1.*
§. porrò, de heret. Rot. decis. 147. num. 3. post
vol. cons. Farin.

Et quæ sunt necessaria in processu com-
288 pulsoriæ, † & remissoriæ, leguntur in ti-
tulis de probationibus, de compulsoria,
& de remissoria.

De Compulsoria.

Cap. VI.

Quomodo, & quibus in casibus Compulsoria detur, vel denegetur.

Artic. I.

Et quoniam remissotiæ magnam habent connexionem cum compulsoria, & pro obtinenda, vtraque ferè per eosdem tramites deambulamus, ideo dicemus aliqua etiam de compulsoria speciali, quæ non datur, nisi † præuia causæ co-
1 gnitione, & parte citata, *Boccac. de litt. remiss. cap. 3. nu. 7.*

Vt igitur dentur litteræ compulsoriales speciales, Rota illas concedere nunquam
2 solet, si Pars † se opponit, nisi disputato, an sit illa concedeada, in casu &c quod dubium conceditur, & disputatur modo tradito in tit. de declaratoria, & illa obtinebitur, si tria iustificãtur. Primo existentia scripturæ compulsandæ. Secundo
3 eius † releuantia. Tertio, quod absit suspicio calumniæ, vt dixit *Rot. in Perusina suffragiorum 28. Iunij coram R. P. D. meo Bichio in fol.*

Quoad primam, sufficit sumptum scrip-
4 turæ † compulsandæ: secundum, & tertiũ iustificatur per rationes, quæ adducuntur iuxta facti contingentiam.

5 Differunt tamen in aliquibus † compulsoria, & petitio editionis, quia in primo casu necesse est docere de supradictis requisitis: in secundo verò sufficit docere de aliquali interesse, & aliquali probatione existentiæ. Editio insuper impedit semper Processum, docto de requisitis: compulsoria verò, & remissoria nequaquam, quia solum impedit in certis casibus, vt de his habetur opinio *Rotæ in d. Perusina suf-*

suffragiorum 28. Iunij 1651. coram R. P. D. meo Bichio inter volan.

6 In compulsoria generali non † est necessaria citatio Partis, nec solet retardare processum, vt dicit *Vestr. in sua Praxi lib. 6. cap. 1.* Et testatur *Ludouis. decis. 118. & dixerat* ante *Rota decis. 42. de probation. in antiq.*

7 Sed cautius potest pars citari, quia † sic procedēs aliquam vtilitatem recipiet. Citatio verò poterit esse huiusmodi.

R. P. D. V E R O S P I O.

Mediolanen. Archidiaconatus.

Citetur D. Antonius Carcarasius exaduerso Procurator Reuerendissimi D. Caroli Septala exaduerso principalis, ad videndum Instanti concedi litteras compulsoriales generales ad Partes, & con-

8 cordan. de Iudice, de loco, & loco loci, necnon constituen. vel substituen. in partibus Procuratorem reperibilem, & acceptantem, qui in executione dd. litterarum, & in extractione iurium compulsandorum citari possit: dandum listam confidentium, & diffidentium Iudicis deputandi: alias videndum d. Iudicem, & locum, per D. eligi, & deputari ex officio, & decerni processum per affixionem ad valuas maioris Ecclesiæ loci deputandi, ad p. d. Instante Reuerendissimo D. Carolo Francisco Ceua Canonico Cathedralis Mediolani principali, siue &c.

Franciſconius Not.

9 Si quæritur causa † quare ista citatio sic formetur, dicit *D. Gratiosus p. 2. de Citat. probatorijs formula 11.* à quo poterit satisfieri.

10 Hoc tantum indicabo, quod istæ litteræ dari dicuntur † absque præfixione termini, quia si ille præfigeretur, impediret processum, vt in *l. fine Pars, C. de dilat. relat. per d. D. Gratiosum loco citato §. generales, circa finem.*

Decretum autem, quod obtinetur in obtinendis dictis litteris post executam, & reproductam citationem, erit huiusmodi.

11 Relatione facta † comparuit D. Mauritius Giribaldus Procurator, & petijt, & per D. obtinuit vt supra, & in Iudicem deputari Reuerendissimum D. Petrum Ramponum, & pro loco, Ciuitatem Mediolani, & aliàs, vt supra, nisi ad p. d. cum Intimatione, omni &c.

In hoc etiam aduertendum est, quod si

12 Citatio fiat personalis, † de raro additur, cum intimatione; sed vt tutius procedatur, dicta intimatio decernatur, vel ne, nō est inutilis, & cautus patronus in luce ambulans cautelam illius non omittit, illa autem poterit esse huiusmodi.

R. P. D. V E R O S P I O

Mediolanen. Archidiaconatus.

Intimetur D. Antonio Carcarasio exaduerso Procuratori Reuerendissimi D. Caroli Septala exaduerso principalis, qua

13 liter D. decreuit, † & relaxauit litteras compulsoriales generales, & aliàs prout in actis. Instante Reuerendissimo D. Carolo Francisco Ceua Canonico Cathedralis Mediolani, principali siue &c.

Franciſconius Not.

Si verò quærantur litteræ speciales est

14 certum, quod † illas nunquam obtinebuntur, nisi causa, vt dixi, cognita, & iustificatis requisitis supra indicatis, postea enim Pars citari solet, vt infra.

R. P. D. C E R R O.

Barchinonen. Canonicatus.

Citetur D. Franciscus Torrent exaduerso Procurator R. D. Aluari Ramirez exaduerso Principalis, ad videndū

15 † decerni litteras Compulsoriales speciales ad Partes, pro extractione scripturarū in actis designatarum, necnon concordandum de Iudice, de loco loci, portitore, ac termino infra quem, constituendum, vel substituendum, Procuratorem reperibilem, & acceptantem, qui extractioni, & compulsationi illorum, & executioni dd. literarū citari, & interesse possit, nec non dandum listam Iudicum, & locorum confidentium, & diffidentium, alias videndum per eum deputari ex offitio, & præfigi terminum, & decerni processum per affixionem ad valuas maioris Ecclesiæ loci deputandi ad p. d. Instante R. D. Francisco Frigola principali, siue &c.

Cicellus Not.

Can-

16 Causa quare concedantur tales litteræ, & effectus illarum, indicatur, etiam *a D. Gratios. loco cit. formula* 12.

In hoc tantum debeo monere iuniores quod locus Compulsoriæ semper solet es-
17 se † illa Ciuitas, vbi adsunt Scripturæ cõpulsandę, ne partes grauentur expensis inutilibus, & quia vbi adest copia Iudicum, de facili remouetur suspicio: Et copia Iudicum habetur vbi prętęr Episcopū
18 & eius Vicarium† adsunt plures dignitates Ecclesiasticæ, vt puta Capitulum, & Collegiatæ,& ideo dicitur de mẽte Rotæ,
19 vt plures experti fuimus,quod tota†Ciuitas nõ potest allegari suspecta:quod tamẽ limitatur ex causa, vt puta, quando Dominus Ciuitatis esset suspectus, vel si non adesset copia Iudicum non suspectorum,
20 vel alia † de causa Iudici arbitraria. *Clementina Pastoralis de sent.& re iudic. Franc. in cap. cum speciali, num. 31. vers. quæritur de appell. Lancell. de attent. par. 2. cap. 6. num. 36. & 37. Rota in Lauretana Iurisdictionis 15. Nouembri 1619. coram b. m. Damasceno in manus.*

Istæ litteræ speciales retardant Proces-
21 sum, quia non videtur † æquum, quod si datur fumus de releuantia scripturæ, procedatur ad vlteriora, non expectata illius extractione, nec Rota solet denegare, neque angustare probationes, cum † melius
22 sit peccare in tempore, quàm in iustitia.

Facta designatione scripturarum extrahendarum in calce Citationis modo specifico,decretum quod obtinetur post executam, & reproductam citationem, solet esse infrascriptum.

23 RElatione facta, † comparuit Ioannes Baptista Capucius Procurator, & petijt, & obtinuit litteras compulsoriales speciales in forma concedi,& in Iudicem deputari R. D. Braulium Sonier, Vicariũ generalem Illustrissimi Episcopi Tarraconen. cum facultatibus opportunis, & pro loco Ciuitatem Terraconæ, cum termino quatuor mensium ab hodie instan. & alias vt supra, nisi ad p. d. cum intimatione, omni &c.

Et aduertendum est, quod licet dixe-
24 rim, quatuor menses, hoc est in arbitrio Iudicis, vel maius, vel minus tempus concedere, iuxta loci distantiam, vt dixi supra.

Modus executionis istarum litterarum,
25 si desideratur colligetur ex instructione, quam inferius dedi pro eius executione.
26 In hoc pariter aduertendum est, quod præsentatio illarum fit eodem modo,prout in remissoria: Citationes verò, & alia necessaria, vbi in remissoria dicitur pro
27 examine, hic † debet indicare extractionem, vbi etiam intimatur locus, & hora examinis: hic autem locus, & hora extractionis, benè verum est, quod etiam
28 poterit egere examine † pro recognitione manus, & in illo in pluribus vti poterit dicta instructione. Si tempus labitur, & longius est necessarium; citabitur pars in hunc modum.

R. P. D. CERRO

CItetur D. Ioseph Auersa ex aduerso Procurator D. Seij ad vidẽdum pro-
29 rogari terminum † litterarum compulsorialium, quatenus duret: quatenus verò lapsus sit, nouum præfigi, & concedi ad p. d.

Et si non aderit calumnia, de facili obtinebitur. Decretum erit.

30 RElatione facta, † comparuit D. Ioannes Baptista Capucius Procurator, & petijt, & obtinuit terminum quatenus duret prorogari ad alios duos menses à fine primi: quatenus verò lapsus sit,noui terminum duorum mensium concedi cum intimatione, omni, &c.

Et ne desideretur specialis formula intimationis,erit infrascripta.

31 INtimetur &c. qualiter † Dominus prorogauit terminum compulsoriæ, & alias prout in actis.

Plura alia de materia videãtur in titulo de Notarijs, & fide instrumentorum.
32 Et ne extra † centrum quæratur quod est necesse pro instructione, addo hanc, quam recenter transmisi in Facti contingentia amico meo carissimo, in partibus longinquis Poloniæ.

Instructio pro exequenda Compulsoria.

Artic. II.

33 *Compulsoriales litteræ statim receptæ Iudici præsententur.*
34 *Compulsorialium præsentatio qua protestatione soleat fieri coram Iudice de partibus.*
35 *Decretum receptionis litterarum compulsorialium qualiter fiat à Iudice.*
36 *Decretum prædictum an fieri debeat cum testibus & rogitu Notarij.*
37 *Citatio an sit necessaria in præsentatione litterarum remissorialium.*
38 *Compulsorialium presentatio qua protestatione*

ne

ne fiat si pars aduersa absit ab illo loco.

39 Decretum præsentationis compulsoriæ qualiter fiat absente parte.

40 Citatio ad videndum admitti compulsoriam, & procedi, qualiter fiat, & quando. & 47.

41 Citationẽ prædictam qualiter exequatur Cursor, siue Nuncius.

42 Cursor quam attestationem faciat, & quando, citationi ad videndum admitti compulsoriam.

43 Citatio ad videndum admitti compulsoriam quando reproducatur, & quomodo in actis.

44 Compulsoria quibus verbis peti possit admitti post productionem citationis.

45 Decretum admissionis cõpulsoriæ qualiter fiat à Iudice deputato.

46 Citationes omnnes per affixiones fiunt in processu parte absente.

47 Intimatio præsentationis litterarum compulsorialium quando fiat, & quomodo.

48 Actus factus, & postea intimatus dicitur factus parte citata.

Intimatio an, & quando habeat vim citationis. ibid.

49 Intimatio præsentationis compulsoriæ an sit necessaria.

50 Citatio ad dicẽdum contra compulsoriam, qualiter fiat & exequatur.

51 Notarius reproducta citatione ad dicendum contra compulsoriam, quid faciat.

52 Decretum citationi ad dicendum contra compulsoriam quodnam fiat.

53 Copia litterarum compulsorialium parti aduersæ denegari non potest.

54 Consensus inducitur ex taciturnitate aduersarij.

55 Notarius potest recusari vt suspectus per solũ iuramentum.

56 Notario suspecto allegato, statim actor debet procurare alterius electionem.

57 Instrumenta, & scripturæ compulsandæ, quando sint in actis indicandæ.

58 Indicatio scripturarum, & instrumentorum compulsandorum sub qua forma fiat.

59 Decretum instantiæ in indicatione scripturarũ compulsandarum quodnam fiat.

60 Iudex compulsorialis an possit cogere reum ad exhibendum iura fauore actoris.

61 Iudex compulsorialis quosnam possit cogere ad edendas scripturas.

62 Iudex quando possit cogere reum ad edendas scripturas fauore actoris.

63 Interesse petentis exhibitionem scripturarum probatur per solum iuramentum.

64 Scripturæ existentia de quo tempore probari debeat à petente illius exhibitionem.

65 Quæstio incidens super exhibitione scripturæ non facit nouam litem.

66 Monitorium super exhibitione, & editione scripturarum qualiter formetur.

67 Monitorium prædictum personaliter exequitur.

68 Iudex compulsorialis qualiter procedat ad pœnas in litteris contentas.

69 Citatio quænam fiat reproducto monitorio super exhibitione scripturarum coram iudice compulsore.

70 Citatio prædicta quando fit, personaliter exequitur.

71 Decretum citationi admissionis iurium coram Iudice compulsoriali quodnam fiat.

72 Iurium copia parti aduersæ non datur quando agitur coram Iudice compulsore.

73 Fallit si agitur coram iudice mixto.

74 Iudex compulsor est merus executor.

75 Terminus ad dandum interogatoria an, & qui detur coram Iudice compulsore.

76 Intimatio qualiter Dominus mandauit iura recognosci, qualiter fiat, & quando.

77 Testium productio, & specificatio quando fieri debeat in actis.

78 Testium productio, & specificatio sub qua forma fiat pro recognitione scripturæ.

79 Testes debent esse bene informati de manu recognoscenda.

80 Testes debent iurare die iuridica, & per diẽ ante examen recognitionis manus.

81 Testes sub qua verborum forma soleant iurare ante examen.

82 Intimatio qualiter fiet recognitio, quomodo formetur.

83 Testes non sunt examinandi confusim, sed vnus post alium.

84 Testes examinantur prius iuxta partis interogatoria, deinde fit recognitio. & num. 86.

85 Examen Testium qualiter annotetur in actis.

86 Examen recognitionis iurium fit expeditis interogatorijs.

87 Recognitio iurium qualiter aduotetur post interogatoria.

88 Scriptura recognoscenda quonam in loco debeat esse reperta.

89 Archiuium quodnam sufficiat pro habenda fide scripturæ

90 Instrumentum penes Notarium rogatum; vel successorem, non est compulsandum.

91 Intimatio examinis pro recognitione non bene fit pro certa die vsque ad perfectum examen.

92 Intimatio prædicta potest sustineri pro duobus diebus intimationi subsequentibus.

93 Iudex compulsorialis an possit ex se committere iuramenta testium, & examen Notario.

94 Recognitio facta per testes, deputato examine Notario per Iudicem compulsorialem, an teneat

95 Recognitio aliquando fit per testes deponentes de qualitate, & fide personæ rogatæ.

96 Item fit per exhibitionem matriculæ Notariorum.

Item

97 *Item fit per exhibitionem legalitatis Collegij Notariorum.*

98 *Item fit per exhibitionem aliorum Instrumentorum eiusdem Notarij.*

99 *Declara sufficere quod doceatur de quatuor Instrumentis, & quibus.*

100 *Recognitio an possit fieri per probationem Notariatus, si adest legalitas.*

101 *Legalitas mendicata lite pendente non suffragatur.*

102 *Testis in recognitione manus debet dicere an scriptura sit publica, vel priuata.*

103 *Testis debet recognoscere scripturam, an sit legibilis.*

104 *Scriptura an probet, si fuit de tempore productionis legibilis, & non de tempore recognitionis.*

105 *Testes debet recognoscere, an persona cuius interest scriptura, sit publica, vel priuata*

106 *Testes qualiter possint recognoscere scripturam publicam, vel priuatam.*

107 *Testes notam manum habentes an bene recognoscant scripturam.*

108 *Instrumenta publica compulsantur, & recognoscuntur per testes habentes notam manum.*

109 *Recognitio per litterarum comparationem qualiter fieri debeat.*

110 *Testes recognoscentes per litterarum comparationem, qualiter deponere debeant.*

111 *Scriptura quæ debet comparari cum alia recognoscenda, qualis esse debet.*

112 *Iuramentum calumniæ debet præstari in recognitione per comparationem.*

113 *Iudex in recognitione per litterarum comparationem quid aduertere debeat.*

114 *Recognitio per testes habentes notam manum approbatur satis in Curia.*

115 *Recognitio prædicta qualiter admittatur in scriptura priuata.*

116 *Recognitio prędicta sine alijs adminiculis admittitur in scriptura publica.*

117 *Scripturæ in protocollo existentes, & extrahendæ, suffi cit recognitio manus.*

118 *Testes positi in primo instrumento quando censeantur positi in secundo.*

Verbum, Actum, in primo instrumento quando habeatur positum in secundo, ibid.

119 *Sigillum qualiter per testes recognoscatur*

120 *Testes super recognitione sigilli qualiter deponere debeant, & num. 119.*

121 *Testes debent recognoscere locum, & referre loca, vbi iura compulsanda sunt reperta.*

122 *Scriptura deficientibus requisitis, aliquando sumit robur a loco.*

123 *Testes debent recognoscere inter quas scripturas priuata scriptura fuerit reperta.*

124 *Citatio quanam fieri debeat perfecta recognitione scripturæ compulsandæ.*

125 *Citatio ad videndum extrahi, & transumptari iura, qualiter fiat.*

126 *Citatio prædicta personaliter exequi debet.*

127 *Decretum citationi ad videndum transumptari processum, quodnam fiat.*

128 *Intimatio qualiter Dominus mandauit transumptari, quando fiat,*

129 *Citatio quænam fiat personaliter transumptato processu.*

130 *Citatio ad videndum collationari, & auscultari, qualiter fiat.*

131 *Decretum citationi ad videndum collationari, & auscultari processum, quodnam fiat.*

132 *Auscultatio processus transumptati coram quo fiat, & quando.*

133 *Notarius debet facere fidem auscultationis processus.*

134 *Collatio processus debet esse facta coram Iudice.*

135 *Iudicis præsentia requiritur pro fideli scripturarum extractione.*

136 *Notario attestanti tantum actuario, sine testibus creditur.*

137 *Citatio pro transmissione processus transumptati ad Curiam, qualiter fiat.*

138 *Decretum citationi pro transmissione processus ad Curiam, quodnam fiat.*

139 *Notarius vbi apponat suum rogitum processui transumptato, & ad Curiam transmittendo.*

140 *Notarius prædictus per quæ verba apponat suum rogitum.*

141 *Iudex de partibus qualiter transmittat processum ad Iudicem Curiæ.*

142 *Processus compulsorialis remittitur per portitorem.*

143 *In compulsoria calumnia est euitanda*

144 *Qui obtinuit compulsorias generales, non obtinet speciales.*

145 *Petitæ in statu expeditionis, sapiunt calumniam.*

146 *Compulsoria non retardat processum in summarissimo.*

Admodum Reuerende Pater Prior Rinecij, & Patrone obseruandissime.

NOn quia diffido de prudentia vestra, & vestri Plenipotentiarij diligentia, sed quia P. Martianus Ivilezinski vester Religiosus, quē Romā misistis, expostulauit, vt ipse ait, pro maiori securitate validitatis processus; hęc pro instructione obseruāda cogitaui, fugiendum vulgare axioma, Processus de partibus: ergo nullus.

Quamprimum igitur litteras compulsoriales Paternitas vestra receperit, mittat Procuratorem, qui compareat co-
33 ram Iudice ad illas pręsentandum cum hac, vel simili protestatione.

Co-

34 Coram vobis &c. † Se præsentat nobilis,& prudens vir D.Ioannes Dzierziscki Procurator Admodũ Reu. P. Prioris, & RR. Monachorum Monasterij Tinecensis Ordinis Sancti Benedicti,& facto dedit,& præsentauit litteras compulsoriales vobis directas ab Illustriss. & Reuerendiss.P.D.Odoardo Vecchiarello Cam-Apost.dignissimo Auditore,petẽs per Dominationem vestram recipi, & admitti & ad illarum seriem, formam, & tenorem procedi contra Famatum Virum N. N. nec non deputari Notarium, & Nunciũ seu apparitorem, locumque, & horam audientiæ, & deferri iuramentum dd. Notario, & Nuncio, seu apparitori, de fideliter eorum officia exercendo, & alia desuper necessaria, & opportuna fieri non solum, &c. Sed omni meliori modo &c.

Et in istius comparitionis termino Iudex prædictus faciet hoc, vel simile decretum.

35 Ex tunc supradictus D.Iudex compulsor, visis dictis litteris compulsorialibus, illas reuerenter recepit,supra caput posuit, obtulitque se paratum ad illarum executionem, & deputauit in Notarium D. N. & in Nuncium A. pro loco deputauit domum suæ solitæ residentiæ, pro die deputauit dies Lunæ,Mercurij,& Veneris, pro hora autem deputauit tertiam post ortum solis, & secundam post meridiem, & quamlibet dd. dierum, præstititque iuramentum supradictis N. & A. qui præsentes &c.in manibus eiusdem D.Iudicis, medio eorum iuramento tactis &c. deputationem acceptarunt, promiseruntque eorum officium, & exercitium fideliter exercere,omni &c.præsentibus tali, & tali testibus ad præmissa habitis, & rogatis.

Talis Not.

36 Appositio testium est necessaria † cum rogitu Notarij, quia debẽt constare de illarum præsentatione, & de deputatione Notarij, & Nuncij, & in hoc non est ne-
37 cessaria † citatio, quia dicitur actus præparatiuus ad citationem, & potest sine ea fieri, *Buratt.decis.606.*

His peractis est aduertendum, quod si pars non est præsens in loco Iudicij, vbi est facienda extractio, & compulsatio iurium,est procedendum vno modo, in alio vero si pars est præsens.

Si enim pars est absens, debet adhiberi huiusmodi, vel similis actus.

38 Coram vobis, &c. † comparet talis Plenipotens Adm. R. P. Prioris, & RR. Monachorum Tinecen.contra, & aduersus D.N.& pro meliori directione processus compulsorialis in executionem litterarum coram Dominatione vestra productarum, petit, & instar committi A. Nuncio deputato, quatenus diligentiam faciat per locum, & Ciuitatem hanc, de reperiendo famatum Dominum N. vel eius legitimum Procuratorem si quis sit, ad effectum exequendi, & adimplendi litteras compulsoriales, & earum formã, & tenorem,omni meliori modo, &c.

Et postea Iudex debet facere decretum.

Ex tunc Dominus,audita instantia facta per D.N.Procuratorem dd.Adm.
39 N. Prioris, & Monachorum, † mandauit fieri diligentias petitas per Ciuitatem, & locum, vt supra, & citationem desuper necessatiam in forma concessit, omni &c.

Quo decreto obtento, Procurator vester faciet hanc,vel similem citationem.

Perillustri D.D.Iudice compulsoriali.

Intimetur D.N. ex aduerso principali, vel si cui sit eius legitimo Procuratori, qualiter d. D.Iudici fuerunt præsentatæ litteræ Compulsoriales, & illas obtulit se paratum exequi, deputauit Notarium, & Nuncium,eisque præstitit Iuramentum de eorum officia fideliter exercendo, deputauit pro Tribunali propriam domũ; pro diebus audientiæ diem Lunæ, Mercurij, & Veneris, pro hora verò tertia post ortum Solis de mane, & secunda post meridiem cuiuslibet dd.dierum,& alias prout in actis; Ideo citentur ijdem ad dicendum contra litteras Compulsoriales A.C. concessas videndum admitti, & ad formam, seriem, & tenorem illarum videndum mandari procedi, & dicendum causam quare exequi, vel ad earum formam, seriem, modum,& tenorem procedi non debeat, alias vidẽdum mandari procedi per affixionem ad valuas maioris Ecclesiæ, iuxta formam dd. litterarum ad p.d.Instantibus admodum R.P. Priore, & Monacis Monasterij Tinecen. Principalibus siue &c.

N. Notarius.

41 Hæc citatio, vel similis huic accipietur à Nuncio,& copia illius affigetur in ostio maioris Ecclesiæ,& si vis etiam in alijs locis publicis Ciuitatis, & deinde à tergo eiusdem Nuncius faciet relationem hoc modo; Feci

Feci diligentiam per Ciuitatem,& eius loca publica,& consueta de reperiendo supradicto D. N. & illis non obstanti-
42 bus illum reperire non † potui, copiamq; supradictæ citationis affixi in valuis Ianuæ maioris Ecclesiæ sitæ &c. & in Ianuis Palatij maioris,& in platea tali,vbi communiter populus frequens coadunari solet, hac die tali, mensis talis, anni talis, & in fidem me subscripsi.

Ego A. Nuncius deputatus.

43 Supradicta citatio adueniẽte prima die post executionem illius,hora, vt supra destinata reproducitur in actis,& fit comparitio.

44 Coram vobis &c. *Prudens,* atque discretus *vir D. talis* Procurator Adm. R.P.Prioris, & RR. Monacorum Tinecij, & accusata contumacia partis aduersæ non comparentis reproduxit citationem; vt apparet ex ea,legitime executam,repetijt litteras compulsoriales,&petiet,& instetit procedi prout in eisdem litteris,omni meliori modo. Et Iudex sic, vel simili modo interloquetur.

Ex tunc D. Iudex Compulsorialis di-
45 ctas † litteras compulsoriales admisit, & iuxta earum formam, & tenorem procedi, processumque stantibus dd.diligentijs per affixionem ad valuas maioris Ecclesiæ fieri mandauit,omni, &c.

46 Et ab hoc actu in posterum † procedetur semper per affixionem in omnibus alijs actibus, quos recensebo infra in casu quando pars est præsens, & Procurator partis aduersæ comparebit vsque ad consumationem dd. litterarum, & transmissionem processus clausi ad Curiam Romanam.

Si verò pars erit præsens post præsentationem litterarum, vt in primo actu, fiet infrascripta intimatio cum citatione.

47 Intimetur D.N. ex aduerso principali, qualiter fuerunt præsentatæ litteræ compulsoriales supradicto *D.* Iudici, ipseque deputauit infrascriptũ Notarium, & talem in Nuncium, elegitque sibi Tribunal domi suæ residentiæ, & pro diebus, & horis deputauit diem Lunæ, Mercurij, & Veneris, pro horis deputauit tertiam post ortum solis de mane, & secundam post meridiem cuiuslibet dd. dierum, iuramentaque præstitit dictis Notario, & Nuncio, & alias prout in actis. Ideo

Citetur idem ex aduerso principalis ad dicendum contra litteras Compulsoriales ab Illustriss. & Reuerendiss. *Do*mino In-
stantibus concessas videndum illas admitti,& iuxta illarum formam, seriem, & tenorem mandari,procedi,aliaq;fieri prout in dictis litteris continetur, omni, &c. ad p.d.Instante Adm.R.P.Priore &c.

Talis Notarius.

Et apponitur nomen Notarij deputati.

Et ne miretur *D*ominatio vestra,quare præmisi intimationẽ, debebit scire,quod cũ actus primus factus fuerit sine citatione,nõ erit incongruũ illum parti intimare, ad maius robur,per eum enim dicetur factus parte citata, quia in interloquuto-
48 rijs † regulariter, & sæpissime intimatio habet vim citationis, vt dixit *Rot.* 227. *num.* 3. *p.* 1. *rec. Seraphin. decis.* 583. *in fin. & decis.*1507.*num.*4.

Et ego, quicquid dicant alij, credo di-
49 ctam intimationẽ esse necessariam,† quia respicit defensionem,& fit,vt Aduersarius compareat, & contradicat *Achil.decis.*17. *num.*6.*de appell.*

50 Supradicta citatio exequitur † personaliter si pars commodè haberi potest,sin minus fiet domi dimissa copia, & vt disponunt ipsæ litteræ, si habet ibi domicilium, secus autem exequatur per affixionem, vt supra: & postquam Nuncius illam fuit executus, & à tergo, vel in calce illius fecit relationem de modo, quo illam executus est, adueniente die, & hora
51 audientiæ † reproducitur in actis, in manibus Notarij deputati, qui citatione accepta illam leget coram Iudice,& Iudex faciet decretum per hæc, vel similia verba

52 Relatione facta,comparuit talis Procurator, & petijt,& obtinuit dictas litteras admitti, & iuxta illarum formam mandari procedi, & alia fieri, prout in eis, omni &c.

Obtento supradicto decreto, si pars pe-
53 tit copiam litterarum,† illa denegari non poterit, quia iustum est, vt pars sciat,quã Iudex Compulsor habeat auctoritatem, secundum *Duran. decis. 6. nu.*5. Et si nihil opponit contra deputationem Notarij,
54 & Nuncij,† procedi poterit ad vlteriora, quia ex taciturnitate consensus elicitur, per *text.in l.*1.*vbi glos.& Bart.*C. *de postul.*

Et aduertat Dom. vestra,quod si recusaretur Notarius,nõ est necessaria lõga causæ cognitio, cum solo iuramento, & alle-
55 gatione iustæ causæ† possit vti talis recusari, iuxta ea, quæ dixi tit. de Notarijs, & fide

fide instrum. & dicit *Caputaquen. decis.64. nu.3.& 4.par.3.* Et ideo si pars illum recusaret ante examen, seu ante citationem per *c.cum spetiali & cap.2.requiris de appel.*
56 statim † Dominatio vestra procurabit, alium non suspectum eligi, & deputari, ad hoc vt citius processum valeamus expedire.

His perpensis vester Plenipotens hora audientiæ adibit Iudicem in actis Notarij deputati, specificabit instrumenta, quæ compulsare intendit, & indicabit Notarios, vel personas, penes quas scripturæ compulsandæ reperiuntur, vbi per actum similem infrascripto faciet comparitionem.
57

58 Coram vobis, &c. Comparet Plenipotentiarius &c. contra, & aduersus *D.* N. & dixit penes G. Notarium, vel personam reperiri talem, & talem Scripturam: penes F. talem, & talem scripturam, et penes L. talem, et talem scripturam, rogatam die tali mensis, et anni talis (et specificabit locum vbi, diem, mensem, et annum rogitus, et annuet continentiam) illaque ad causam suam cum d. *D.* N. facientium: et quia indiget illarum transumpto autentico, et legali ad effectum ius suum, et iustitiam propriam roborandi, petit, et instat dd. Notarios, et personas cogi, et compelli via iuris, et quatenus opus sit censuratum, ad dicta iura in actis vestris exhibendum, et præsentandū, ad effectum prædictum, et monitorium contra prædictos in forma concedi omni, etc.

Huic comparitioni coram Notario, et Iudice factæ Iudex interloquetur: Ex tunc Dominus audita instantia supradicti *D.* talis, monitorium contra supradictos decreuit in forma, omni, etc.

Talis Not.

Et in hoc aduertet Dominatio vestra, quod si pars, quæ compulsare intendit, vellet compellere suum cōtrarium ad ex-
60 hibendum aliqua Iura, Iudex non † poterit contra illum decernere monitorium, nisi in casu, quo pars aduersa esset publica persona, & custodiret scripturas publicas, quod dependet à Iudicis arbitrio, vt dicitur *in text. l.1.C. de eden.* Non .n. sunt sumenda arma de domo Rei, & Iu-
61 dici datur tantum facultas† cogendi Notarios, & alios, non autem ipsas partes, *vt post p.2.volum.consil. Farin.aduertit Rota decis.22.* Et ideo quando pars petitur co-
62 gi: duo sunt probanda, primo † scilicet interesse: secundo quod scriptura in qua petēs habet interesse, sit penes aduersarium, per *l.in hac actione.ff.ad exhiben.* Et ne ignoretur, quo modo sit probandum inter-
63 esse, aduertes, † quod illud probatur, etiā solo iuramento petentis exhibitionem, vt in *l.vt thesaurus.ff.ad exhiben.l.vlt.C.de fid. instr.* Nec quælibet existentia sufficiet,
64 quia illa debet probari de tempore motæ litis, *vbi glos.in l.non ignorabit verb.fuisse C.ad exhib.* Nec sufficit, quodlibet tempus motæ litis, sed tempus dumtaxat, quo super negotio principali illa mota reperitur: secus incidens quęstio super ex-
95 hibitione † non facit nouam litem, vt dicit *Bartol.in l.fin.num.1.vers.oppono.ff. de tabul.exhib.* Sed quando principaliter lis fuit mota super exhibitione, tunc illius tēpus absolutæ attēditur, vt *dixit Rot.corā Caualler.dec.82.* Quam cupio vidcat vester Plenipotentiarius ad sui maiorem instructionem, quia & ad vestras partes scio peruenisse tanti viri pulcherimas decisiones.

Monitorium vero debet esse sub hac formula.

De Mandato Perillustris, & Admodum R. *D.* ralis Iudicis compulsoris & ad instantiam Admodum R. P. Prioris, & RR. Monachorū Tinecij Ordinis S. Benedicti Cracouien. *D*ięcesis, tenore præsentium

Moneantur infrascripti Notarij, seu Tabelliones, & illorum quilibet in solidum quatenus infra triduum proximum ab executione pręsentium computandum, sub excōmunicationis alijsque pęnis in litteris compulsorialibus contentis debeant, & quilibet ipsorum debeat, infrascripta monumenta, Instrumenta, & scripturas in calce descriptas apud quemcumq; ipsorum existentes, coram d. *D.* Iudici compulsore, & in actis infrascripti Notarij exhibuisse, produxisse, & realiter, & cū effectu dimisisse ad effectū ex illis exempla, & autenticas copias sumendi, copiandi, & transumptandi, aliaque fecisse, ad quæ ad formam dd. litterarum obligantur, & pręsentibus nostris omnino in d. termino paruisse, recepta competenti mercede: alioquin lapso d. termino, & dictis iuribus realiter, & cum effectu non exhibitis, neque productis, contra ipsos ad declarationem excōmunicationis, & pænarum in dictis litteris contentarum, prout continentur, irremissibiliter procedetur, iustitia mediante, eorum

rum contumacia non obstante. In quorum fidem &c.

Dat.&c. die &c.

Talis Iudex.

Talis Not.

Dominus talis Notarius pro exhibitione instrumenti talis rogati die tali inter ralem, & talem.

Dominus talis Notarius pro exhibitione Instrumenti talis rogati inter talem, & talem, vel pro exhibitione talis scripturæ.

In summa scripturę sunt bene specificādæ ad hoc vt ille, qui *habet scripturas* penes se *nullam habeat ansam excusatio-*
67 *nis,&† monitorium cōtra illos exequitur personaliter.*

Et aduertat Dominatio vestra, quod Iudex compulsor procedit ad pænas in litteris contentas,strictè scilicet,sub pænis excommunicationis, & alijs, non ran-
68 quam ab ipso infligendis, † sed tanquam inflictis à Iudice Compulsore, quia in hoc est merus, & purus executor, vt aduertit *Rota decis. 1. in fine de fide instr. in nouiss.*

Reproducto monitorio in actis, & successiue exhibitis, & productis Iuribus, per Notarios, & personas monitas, vt deueniri possit valide ad illorū executionem& exemplationem, fiet citatio infrascripta.

Coram tali Iudice Compulsore.

69 CItetur Dominus N. ex aduerso principalis, vel talis Procurator D.A. ex aduerso principalis, ad dicendum cōtra iura producta, & repetita, videndū iurare testes super illorum recognitione, & committi Notario causę recceptionem dd. iuramentorum testium, pro die tali proxima futura,hora deputata, & postquam commissum fuerit videndum eosdē testes iurare, in eorum, vel Notarij domibus, aut vbi reperti fuerint, per totam diem talem,& decem sequentes dies,dandum interrogatoria, & conducendum interpretem, quatenus dare, & conducere intendat, alias videndum mandari recognosci sine ad p. d. Instante Reu. P. Priore &c.

Talis Not.

Citatio supradicta executa, etiam,vt
70 supra † personaliter, fit in ipsa relatio à Nuncio, deindeque reproducitur in actis hora audientiæ, & Notarius postquam legerit eam coram Iudice compulsore, Iudex, & Notarius registrabit decretum, prout infra.

71 RElatione facta†comparuit talis Procurator,& petijt,&obtinuit vt supra nisi ad p. diem, cum intimatione,omni &c.

Ne autem vos pars decipiat, in protrahendo extractionem, est aduertendum, quod si illa petat dari sibi copiam iurium
72 † non dabitur, quia Iudex supradictus est merus non autem mistus executor: si
73 enim esset mistus, copia † deberet dari, ad hoc, vt posset opponere, *Bartol. in extrauaganti ad reprim. verb. de plano.* Quod non est permitendum coram mero execu-
74 tore, † qualis est compulsor, *Cacher.decis. 1. num. 47.& seqq. Rota decis. 16. num.18. & seqq.par. 6. diuers.*

Si vero se opponat, petendo terminum
75 ad effectum dandi interrogatoria, † erit illa expectanda per duos, vel per tres dies,sed ante omnia erit facienda intimatio infrascripta.

INtimetur D. N. exaduerso principali
76 qualiter † Dominus mandauit iura recognosci, commisit Iuramenta testium Notatio, mandauitque illos iurare, & pro diebus, & horis intimandis examinari, & alias prout in actis. Instante Domino, &c.

Talis Not.

Executa ista intimatione personalitot
77 & elapsa prima die iuridica, † fier in actis inductio, & specificatio testium, qui scripturas recognoscere debent in hunc modum.

78 COram vobis pro tali, contra talem, &c.talis Procurator,& pro†recognitione talis, & talis scripturæ, seu instrumenti, induxit in testes talem, & talem, nec non pro recognitione talis scripturæ, seu instrumenti, induxit talem, & talem, omni. &c.

Et ex hoc erit edoctus Patronus vester, quomodo debeat se gerere,quoad omnes
79 scripturas,aduertendo, quod sint † testes bene informati de manu recognoscenda, quodque habeant notam manum, & viderint pluries scribere, vt aduertit *Rota in Bononien. de Mangiolis 13. Martij 1626. coram b. m. Remboldo in fol.*

Facta tali inductione, & specificatione testium, vt melius procedatur, erit valde bonum, quod testes, qui debent recogno-
80 scere manum, † iurent per diem ante examen, & quod dies talis sit iuridica, vt confirmetur cum stilo nostræ Curiæ, licet in hoc possit etiam fieri iuxta stilum vestrum, ideo circa hoc remitto me prudentiæ vestræ.

Actus autem iuramenti, erit infrascriptus. Pro tali contra talem, coram me Notario infrascripto talis testis monitus,
81 &c. † medio iuramento tactis &c. Iurauit de veritate dicenda super recognitionem Iurium, & tota causa, omni, &c. Hunc actum debebit facere vester Patronus de vno quoque teste examinando. Fiet postmodum intimatio in hunc modum.

D. tali Iudice Compulsore.

INtimetur D.N. ex aduerso principali,
82 † qualiter iura de quibus agitur, per testes in actis specificatos recognoscentur in officio Infrascripti Notarij die tali cũ decem diebus seqq. de mane hora tali, de sero hora tali. Ideo citetur ad interessendum quatenus, &c. Alias, &c. Instante &c.

Talis Not.

Hocque etiam scias, quod testes sunt
83 † examinandi, vnus post alium, non autem confusim simul, & coniunctim, *cap. quia propter de elect. vbi glos. verb. secrete, & c. venerabili: de testibus vbi glos. verb. examinare sigilatim.*

Adueniente die, et hora intimationis, intimatio reproducitur, et conducitur testis, qui si pars dedit interrogatoria reiterato iuramento veritatis dicendæ, in
84 hunc, qui sequitur modum † examinabitur prius iuxta interrogatoria partis, & deinde fiet manus recognitio, & actus, qui ponitur in processu examinis, erit infrascriptus.

PRo tali contra talem de mandato, &c.
85 † examinatus fuit N. talis filius talis, ætatis suæ annorum tot, cui reiterato iuramento veritatis dicendæ, prout tactis, &c. iurauit, dixit, & deposuit prout infra videlicet, & primo iuxta interrogatoria d.N. talis.

86 Et hac ratione † sequitur examen super interrogatorijs, donec fuerint omnia dicta interrogatoria terminata, & deinde deueniri debet ad recognitionem iurium per hæc verba.

87 ABsolutis interrogatorijs † fuit deuentum ad recognitionem manus instrumenti rogati die tali, mensis talis: quo viso per ipsum testem, & diligenter inspecto, & considerato, dixit, & deposuit, prout infra.

Et ponantur per extensum omnia verba, quæ affert testis super dicta recognitione.

88 Est insuper aduertendum, quod † scriptura recognoscenda debet esse reperta in loco publico, & non suspecto, puta apud Notarium, & inter eius notas autenticas, protocolla, vel filcias, *Rot. decis. 628. par. 2 recent.* Vel apud Notarium successorem in officio *Coccin. decis.* 36. Vel in aliquo Archiuio publico, seu apud custodes Archiuij, qui successerunt Notario, *Caualer. decis.* 351. Nec interest semper, quod Archi-
89 uium spectet ad locum, vel Ciuitatẽ; † sed sufficit, quod sit publicum, & habeat requisita ad custodiam, vt sæpe vidimus de Archiuijs Monasteriorum insignium, vt de Cassinensi testatur *Rota in Sorana beneficij 8. Martij. 1627. coram R. P. D. Merlino d. 45. p. 5. rec.*

Et in hoc sciat Dominatio vestra, quod si ageretur de instrumẽto existente penes Notarium rogatum, vel successorem in
90 officio, † illud non est necesse, quod compulsetur, neque quod recognoscatur, quia probat absque compulsoria, si extractum à Notario rogato, vel ab eius in officio successore, vt aduertit *Rota in allegata Tarraconen. Capellarum 18. Februarij. 1626. coram b.m. Pirouano, in folio.*

Multi etiam errant in intimando examen recognitionis, pro die tali vsque ad
91 perfectum examen, & † recognitionem, quia hoc est improbatum tanquam inducens perpetuam seruitutem, vt aduertit *Ludouis. decis. 71. num. 3.* Quod tamen limitatur quoad tempus duorum dierum, pro
92 quibus † talis intimatio poterit sustineri, vt dicunt *Addentes ad Ludouis. d. decis. 71. num. 6.*

Et quia dixi supra, quod Compulsor dicitur merus executor, ne videatur adesse contradictio, ex quo examen testium pro recognitione sapit iurisdictionem, ideo videtur esse cauendum, an in Compulsoria adsit facultas committendi iura-
93 menta, & examen Notario, † quia si non adesset, deberet per seipsum recipere iuramenta, examinare, & Notario nulliter dictam facultatem demandaret, vt dicit

Capu-

Caputaquen. decis. 167. par. 1.

94 Est nihilominus certum, quod † Compulsor potest nudũ ministeriũ receptionis iuramentorum testium, & illorum examinationem Notario deputato committere, & recognitio ita facta tenet, vt dixit *Rota decis. 630. par. 1. diuers. & decis. 628. par. 3. recent.*

Quia vlterius non est restringenda materia probationum, scias, quod recognitio fieri potest pluribus modis; secundum
95 facti contingentiam, & accidentia. † Aliquando enim fit per testes deponentes, quod qui Instrumentum, & scripturam scripsit, fuit Notarius, & eius Instrumentis, & scripturis consueuit præstari fides, *Rota decis. 703. par. 2. recent.*

96 Potest etiam fieri ex † exhibitione matriculæ Notariorum, in qua legitur adnotatus, & descriptus talis Notarius, vt *Ias. in l. Barbarius nu. 56. ff. de off. pret.*

97 Potest fieri per † exhibitionem legalitatis Collegij Notariorum, *Rota decis. 228. par. 4. recent.*

98 Potest fieri per exhibitionem † aliorum instrumentorum eiusdem Notarij, & sufficeret probare, quod ille rogatus fuit de
99 quatuor instrumentis, † dummodo illa quatuor appareant fuisse rogata ante instrumentum, de cuius recognitione agitur, quia satis est, quod probetur ex illis, quod de tempore rogitus instrumenti recognoscendi erat Notarius, *Boer. decis. 36.*

100 Potest etiam recognosci † per probationem notariatus, si de eo adest legalitas, seu testimonialis Principis, seu Episcopi, seu Officialis, seu Communitatis loci, sub cuius iurisdictione Notarius vigebat. *Boer. decis. 154. Rota decis. 613. par. 2. recent.*

101 Sed aduerte, quod si legalitas † fuisset mendicata lite pendente, nihil suffragaretur, & recognitio non haberet effectum, *Rota decis. 145. par. 2. recent.*

102 Testes autem in recognitione † manus debent respondere, & dicere an scriptura sit publica, vel priuata, quia ad hoc vt iura sint in forma probanti debent esse recognita, quod sint scripta publica manu; nisi forte essent antiqua, adeo vt non egeant recognitione, *Rota. dec. 390. p. 5. rec.*

103 Debent recognoscere † an sit legibilis, quia si negatiuè, nihil probat: si affirmatiuè secùs, sed difficile legi potest, ita vt ve-
104 ritas ex ea colligatur sufficit, & † probat, quod etiam dices, si de tempore productionis fuit legibilis, & secus de tempore recognitionis. *Buratt. decis. 243.*

105 Debent recognoscere quoque, an † persona, cuius est scriptura, sit publica, vel priuata. Manum vero regulariter pluribus modis poterunt recognoscere.

Primo modo possunt publicam scripturam recognoscere, quando ipsi vti testes, vel aliter, fuerunt adhibiti, vel fuerunt
106 præsentes: † priuatam vero recognoscere possunt illi, qui eidem se subscripserunt, vel eidem confectioni fuerunt præsentes *vt in d. Bononien. de Mangiolis.*

Ratio autem, quam dare possunt, erit, quia fuerunt præsentes, & viderunt scribere, *per text. in §. si quis igitur, in auth. de instr. caut. & fid.*

107 Bene etiam recognoscunt † illi, qui dicunt habere notam manum, eandemq; personam viderunt sępius & sępius scribere, licet dicant non interfuisse confectioni scripturæ, nec vidisse illam scribere: & quamuis hæc non videatur plena probatio, nihilominus in Instrumentis publicis, & vt multi etiam volunt, quod etiã sufficiat in apocis obligatorijs: quod tamen quo modo intelligatur, declarat *dicta decisio Bononien. de Mangiolis*. In casu nostro Dominatio vestra, quæ vult recognoscere, & compulsare publica Instru-
108 menta, † sufficit, quod testes dicant habere notam manum, & vidisse sępius & sępius scribere.

Fiet quoque recognitio per comparationem litterarum, & hoc casu est necesse
109 † quod adsit aliqua scriptura, quæ infallibiliter probetur esse illius, cuius aliæ scripturæ sunt recognoscendæ, & testes
110 debent dicere, quod recognoscendã † cognoscunt esse talẽ, quia sunt periti, & practici, & ita propter peritiam deponũt. Nihilominus hic modus dicitur valde fallax, quia manus sępenumero mutari potest: ideo tam in scriptura publica, quam in priuata, vt fiat bona compara-
111 tio, debet prima, cum qua cõparatur † esse scribentis, si est priuata: si vero est publica, prior debet esse extracta per Notarium publicum rogatum, vel per eius successorẽ in officio, vel ex Archiuio publico, quod non habeat replicationem: vel debet esse producta, vel confessata per partem aduersam, *Afflict. decis. 181.* alias comparatio non erit bona *Rot. decis. 519. par. 4. recent.*

Quatenus verò Dominatio vestra volet vti comparatione, aduertet, quod
112 † debebit iurare de calumnia: non petere, scilicet causa malignandi: & idem facient periti, qui debebunt recognoscere, quod scilicet nec aliqua inimicitia, nec lucro
113 mouent se ad ita iurãdum: nec Iudex erit immunis a sua circumspectione, quia debet esse cautus in considerando, an scriptura, cum qua fit cõparatio, sit suspecta.

Hunc

Hunc modū recognoscendi,omitterem, si Dominatio vestra habet testes, qui habeant notam manum, hic enim in Curia
114 approbatur tam corā A.C.vt dicit *Vestrius lib.6.cap.1.nu.*8. *Salust. Tiber.in praxi A.C. lib.1.c.33.num.* 10. Quam etiam in *Rota, vt decis.76.par.6. diuers.*Sed si agitur de scri-
115 ptura priuata,admittitur † cum grano salis, quia vltra notitiam sunt necessaria alia adminicula, & sic intelligenda videtur illa *Bononien.de Mangiolis* 18. *Februarij* 1626. *coram b. m. Remboldo*, per ea quæ leguntur apud *Ludouis.decis.* 389. *& in recent. decis.* 529. *par.* 4. Quod autem scripturæ publicæ recognitæ, vt supra, sit
116 bona recognitio,etiam sine adminiculis, dicit *Put. decis.* 1. *de fid.Instr. Ludouis.decis.* 38.*& Rot. decis.* 529. *par.* 4. *recent.*

Si scripturæ extrahēdæ sunt ex protocol-
117 lo Notarij, satis erit recognitio † manus, nec ex eo, quod desit signum,vitiat,dummodo in protocollo adsit dies rogitus, appositio mēsis,& anni,& clausula Actum, & nomen testium *Rot. decis.* 628. *par.* 2.
118 *recent.* Et si non adsint testes, † & reperiatur in eodem protocollo aliud Instrumentum factum in eodem loco, & die, & anno,dd.testes cēsentur appositi in secūdo & idem si deficiet verbum Actum, & de hac dixit *Rota decis.*113.*par.* 6. *diuers.*

Si erit facienda recognitio sigilli, testes
119 debebunt deponere, † quod illud cognoscunt pro signo solito apponi à tali Notario,quia viderūt illud, & viderunt dictum Notarium illo fuisse sæpius vsum, in signando alia instrumenta, si agitur de recognitione signi Notarij, si vero agitur de signo Vniuersitatis, vel Episcopi, vel alterius Officialis publici, testes debent dicere illud esse publicum sigillum talis Principis, seu talis Magistratus, & illud fuisse solitū apponi pro legalizandis scripturis,*Rot. decis.* 422. *par.* 1. *recent.*

Debebunt etiam recensere, an sigillum sit integrum, vel læsum, vel aliquo modo
120 diminutum,†quia si illud esset corruptum vel non bene appareret, fortasse non faceret fidem Crauet.*cons.*46.

121 Tandem debent testes † recognoscere locum, & referre, vbi iura compulsanda sunt reperta, vt exinde dignosci possit an fidem mereantur, videlicet an sint reperta penes Notarium rogatum, vel penes eius successorem, vel in Archiuio publico, vel priuato, an in protocollo,vel in fasciculo, aut filcia. Ratio autem est quia si illud ex sui facie sit perfectum, parum refert, vbi fuerit repertum: quod secus si non habet
122 requisita, † quia tunc debet robur à loco assumere, *Rot. decis.* 250.*par.*1.*diuers.*

Si vero scriptura non est publica, sed
123 priuata, debent testes recognoscere, inter quas scripturas, et inter cuius Notarij rogitus inuenta sit, vt possit considerari per quem Notarium sit in Archiuio posita, & de quo tempore. *Rot.decis.* 135.*par.* 1. *recent.*

124 Perfecta recognitione,quæ†debebit fieri omni exactiori modo, fiet etiam noua citatio,prout hic.

Coram D. N. Iudice Compulsor e.

125 CItetur D. N. ex aduerso Principalis ad† videndum per Dominum mandari extrahi, et transumptari iura in actis specificata, et recognita, ex suis originalibus, et interessendum, quatenus interesse voluerit d.transumptationi,alias videndum præmissa fieri eius absentia, vel contumacia non obstante,ad p. diem, hora tali audientiæ.Instante D. etc.

Talis Not.

126 Ista citatio more solito†personaliter exequitur, et adueniente die, et hora audientiæ, reproducitur, eaque lecta per Notarium coram Iudice,fit decretum.

127 RElatione facta, comparuit D. talis Procurator, et petijt, et obtinuit, vt supra pro diebus, & horis intimandis, omni, etc.

Post hęc fiet intimatio in hunc modum.

Coram D. tali Iudice Compulsore.

128 INtimetur † *D.N.*ex aduerso principali qualiter Dominus mandauit iura transumptari, et alias prout in actis, et transumptatio fiet ab hodie hora tali, imposterum vsque ad illius complementum, in tali loco. Instante Domino etc.

Postquam perfecta fuerit transumpta-
129 tio, † erit neccessaria alia infrascripta citatio personaliter exeqnenda,hoc modo.

Coram tali Iudice Compulsore

130 CItetur † *D.N.*ex aduerso Principalis ad videndum mandari exempla,seu transumpta ex ipsis originalibus extracta mandati collationari, et auscultari cum eisdem originalibus, per alium Notarium instanti deputandum, qui cum infrascripto dictam collationem faciat, et

inter-

interessendum collationi faciēdæ, quatenus interesse intendat, & super præmissis omnibus, & singulis Iudicis decretum,& authoritatem vidēdum interponi ad p. d. Instante &c.

Executione citationis subsecuta, producitur illa sub die, qua cadit, & D. facit decretum.

131 Relatione facta † comparuit talis Procurator, & petijt, et obtinuit vt supra auscultari, præsente ipso *D.* Iudice, et ad istum effectum deputauit Notarium, qui cum Notario causæ, illam faciet, vt supra omni, etc.

Huiusmodi decreto facto statim fit
132 † auscultatio coram Iudice: eaque perfecta, *Notarius Actuarius debet facere*
133 † fidem, *processum fuisse* auscultatum et collationatum ab ipso, et à tali Notario *Deputato*, in præsentia *Domini* Iudicis Compulsoris, et illum concordare cū processu originali: et si post factā fidē et *Notarij* attestationem, Iudex se subscri
134 bar, auferet omnem difficultatem, † quia debet constare collationem fuisse factam coram *D.* Iudice, qui debet diligenter aspicere, qualia sint iura, et quod sumptū concordet cum originali, et quod fuerit extractum cum omnibus signis, et mendis in originali contentis, non enim sufficeret fides aliquorum, qui dicerent vidisse originale sine macula, sed prorsus re-
135 quiritur† præsentia Iudicis pro eius officio præsumitur, licet in hoc credatur No-
136 tario attestanti, † cui tanquam actuario creditur sine testibus *Buratt. decis. 606.*

Quo facto dabitur alia citatio, prout infra.

137 Intimetur D.N. ex aduerso principali, qualiter fuit facta auscultatio, & collationatio iurium de quibus agitur, præsente d.D.Iudice, & alias prout in actis. Ideo citetur idem ad videndum mandari iura sic extracta, et collationata cum toto processu in rotulo includi, et clausa, et sigillata signo Iudicis compulsoris obsignari, et obsignata ad Romanam Curiam transmitti mandari, ad p. d. instante, etc.

Talis Not.

Executa etiam hac citatione personaliter, Iudex faciet suum decretum in audientia.

138 Relatione facta † comparuit D. Talis Procurator, et petijt, et obtinuit vt supra, omni etc.

139 Post quod decretum † *Notarius* de partibus apponet suum cogitum per hæc verba.

140 Quem quidem † processum etc. ex suo proprio originali de verbo ad verbum licet aliena manu extrahi curaui, cum quo vt supra collationatus concordat. Et in signum etc. hic me subscripsi, et signo quo in talibus vtor signaui, et publicaui requisitus.

Ita est, Talis Not. dep.

Hunc processum, postquam fuerit sigil-
141 latus † sigillo Iudicis, idem Iudex cum suis litteris missiuis, et responsiuis remittit ad Iudicem delegātem, vt monet *Vestr.*
142 *lib. 6. cap. 1. num. 14. in fine*, Et † non datur parti ad tollendas suspiciones *Rot. dec. 82. par. 5. diuers.*

Ex his potuisti videre ea, quibus indiges; spero hæc iniucunda vobis futura non esse, et dum cadē amico animo scripsi spero effectum sortitura. Dominationisque vestræ eruditissimas, sacratasque manus deosculor. Roma etc.

Verissimus Seruus
Camillus Capucius.

Vt tandem titulum huiusmodi terminemus, vnum restat mihi animaduertendum causatum patronis iunioribus, vt caueant in huiusmodi compulsorijs om-
143 nino fugere, † quæ calumniam redolent, iuxta ea quæ adnotauit *Bocacc. d. cap. 3. nu. 7.* Puta, illam non peterē pro extrahendo instrumento declarato falso, vel iuribus irreleuantibus: et vlterius, si prius acceperunt litteras generales, illarum vigore iura omnino extrahere, quia si petiissent
144 compulsoriam† generalem, et eius vigore nihil extraxissent, et vellent postea specialem, non obtinerent, cum in hoc arguatur calumniosa petitio, quod et dixit *Rota in Aretina vnionis 2. Iunij 1651. coram Eminentissimo D. Card. Corrado, & in Perusina suffragiorum 28. Iunij 1651. coram R.P.D. meo Bichio.*
145 Calumniā etiam saperet petitio eius in statu quo causa esset in expeditione, vt dixit *Rota in d. Perusina Suffragiorum.*
146 Et petita in summariissimo possessorio non retardat processum, *Rot. in d. Perusina.*

De

De Exceptionibus impedientibus actionem.

Cap. VII.

De exceptionum differentia, & de dilatorijs.

Artic. I.

1 *Exceptionum genera quot, & quæ.*
2 *Exceptiones dilatoriæ quæ, & earum exempla.*
3 *Exceptiones dilatoriæ quando validè opponantur.*

Diximus supra, quod Reus debet opponere suas exceptiones, ideo videtur neccessarium discutere, quot† exceptionum genera præ manibus habeamus: & de tribus ego expertus sum.
1
Aliæ enim nuncupantur dilatoriæ; vt puta locus inhonestus, locus non tutus, exceptio Iudicis suspecti, exceptio prioris causæ determinandæ, exceptio† litis pendentiæ, exceptio ne continentiæ causæ diuidantur, exceptio satisdationis non datæ. Alia Actoris non comparentis, alia possessionis ob contumaciam, nec non exceptio feriarum, declinatoria Iurisdictionis; Exceptio grauis infirmitatis, & similia, de quibus habemus notitiam *apud Blanc. de compromiss. q.4. rubr. de dilat. à fol. 414. vsque ad fol. 420.* Huiusmodi exceptiones, vt plurimum debēt opponi ante litis contestationem, alias nihil † operantur *l. sed si susceperit in principio ff. de iudic. & in l. fin. C. de except. Papien. verb. declinatio. Glo. nec. num. 1. fol. 37.*
2
3

De exceptionibus peremptorijs.

Artic. II.

4 *Exceptiones peremptoriæ quando opponi debeant.*
5 *Exceptionum peremptoriarum exempla.*
Exceptio præscriptionis est peremptoria. ibid.
6 *Exceptio solut. compens. & pec. non num. est peremptoria.*

4 Aliæ vero dicuntur peremptoriæ, quæ regulariter debent opponi † antequam Sententia promulgetur, & vsque ad sententiam quandocunque, vt est *Text. in l. peremptorias C. sentent. am rescindi posse, & l. præscriptionem C. de except. Speculat. de execut. senten. §. fin. num. 8.* Licet videatur hoc dependere à voluntate rei, vt innuit *Glos. in d. l. præscriptionem, verbo sufficit C. de excep.*

5 Solēt autem huiusmodi exceptiones† esse infrascriptæ: puta præscriptionis. *Text. in d. l. præscriptionem C. de except. & in l. peremptorias & l. seq. C. sententiam rescindi. non posse.*

6 Item exceptio solutionis, † compensationis, ne inquantum facere potest conueniatur; etiam exceptio non numeratæ pecuniæ, *Bellam. in cap. exceptiones num. 15. de except.*

De exceptionibus anomalis.

Artic. III.

7 *Exceptio excommunicationis, & inofficiosi testamenti est peremptoria.*
8 *Exceptio pacti de non petendo, & inuentarij, est peremptoria.*
9 *Exceptio transac. & adult. est peremptoria.*
10 *Exceptio euictionis est peremptoria.*
11 *Exceptio pretij non soluti, separ. bonorum, & doli, est peremptoria.*
12 *Exceptio, Tu non es Procurator, est peremptoria.*
13 *Exceptio Macedoniani est peremptoria.*
14 *Probationes claræ tantum, & euidentes contra peremp. excep. admittuntur.*
15 *Exceptiones anomalæ non sequuntur normam aliarum.*
16 *Exceptio anomala, quæ dicatur, & an proponi possit in vim dilatoriæ.*
17 *Exceptio legitimationis personarum an dicatur anomala, vel quæ.*
Exceptio legitimationis personarum ante omnia liquidari debet. ibid.
18 *Exceptio non debet opponi in genere, sed in specie.*
19 *Exceptio cedendarum an sit dilat. peremp. vel anomala.*
20 *Inceptio non implementi quid operetur, remissiue.*

7 Item † excomunicationis *cap. exceptionem, de except.* Querela inoffic. testamenti, *Salic. in d. l. peremptorias n. 3. C. sententiam rescindi non posse.* Pactum
8 † de non petendo, *Salic. ibidem.* Exceptio Inuentarij *Phanucc. de inuent. par. 8. num.*
9 *3. post med.* Exceptio† transactionis, *Salic. in d. l. peremptorias:* exceptio adulterij *Salic. in l. adulterium, num. 7. C. de adult. & Menoch. conf. 31. num. 39. lib. 1.*
10 Vlterius exceptio † euictionis, *Castr. conf. 166. num. 2. lib. 2.* Cui adde in mate-

ria

ria *Socin.conf.399.lib.2.Boer.decis.43.*

11 Exceptio pretij† non soluti, exceptio separationis bonorum, & exceptio doli, *Gabr.conf.155.num.1.lib.1.Roland. de Inuent. fol.172.num.4. Phanut. de inuent.par.8.num.3.& 11.*

12 Iterum exceptio,† Tu non es procurator *l.licet.C.de Procurat.Glos.mag.in l.1.C.de Iur. & fact.ign.*

13 Exceptio † Macedoniani, *l.tametsi,C.ad Maced. Canna. de exequt. quaest.5.* Et con-
14 tra istas † exceptiones non admittuntur probationes, nisi sint claræ, & euidentes, *Dec.conf. 94.nu.4. post.med. Rota decis.157. par.1.diu.*

15 Anomalæ vero †exceptiones sunt, quæ non sequntur normam aliarum exceptionum, *Bertacchin.in repertorio verb.exceptiones anomalæ fol. 289.* & dicitur anomala
16 † quæ non est mere peremptoria, sed mixta, & potest opponi in vim etiam dilatoriæ, *Blanc.tract.de compromiss. quaest.4.*

De viribus istarum exceptionum, nil amplius dico, quia præmissa sufficient pro exemplo; licet posset afferri etiam
17 legitimatio personarum † actoris, rei, et Iudicis, quæ dicitur etiam peremptoria, seu mixta, & anomala; quæ licet requirat altiorem indaginem, tamen debet prius, & ante omnia liquidari *Blanc. de compromiss.dicta quaest.4.rub.de except.impedit.lit.con.num.5.fol.341.* & de his satis.

Sed est cauendum, quod exceptio non attenditur si opponitur duntaxat in gene-
18 re sputa cum protestatione generalia contra, sed debet in specie opponi, vt in *Romana pecuniaria 27.Iuny 1649. coram R.P.D.Meltio in Labyrint.creditor.fol.15.*

19 Exceptio cedendarum an sit dilatoria, vel peremptoria, vel anomala, dicit *Rota in Romana census 27. Nouembris 1637. coram R.P.D.Ghisilerio tom.2.p.5. recent. decis 616*

20 Quid autem † operetur exceptio non implementi, dixi in tit.de actore, vti & in tit. de reo plura de materia considerantur.

De Sententia.

Cap. VIII.

Quid agendum sit post factas probationes.

Artic. I.

1 *Sententia fertur factis ab vtraque parte probationibus, & publicato processu.*

2 *Sententia quotuplex, & quænam sit interlocutoria.*

3 *Sententiæ plures interlocutoriæ ferri possunt vsque ad diffinitiuam.*

4 *Sententia diffinitiua quænam, & super quo feratur.*

5 *Sententiæ interlocutoriæ 26. exempla remissiuè.*

6 *Sententia interlocutoria, & diffinitiua in quo differant, cognoscantur, & quid operentur.*

Factis ab vtraq; parte probationibus, datis exceptionibus, & publicato pro-
1 cessu, nihil superest† præter ferre sententiam in fauorem iustitiam fouentis.

2 Et est duplex,† interlocutoria scilicet, & diffinitiua. Interlocutoria est illa, quæ fertur inter principium, & finem causæ su-
3 per incidentibus, & emergentibus, quæ cum possint esse plura, possunt etiam ferri plures interlocutoriæ vsq, ad diffiniti-
4 uam. † Diffinitiua vero fertur super causa & negocio principali, *glos. in Clem.1. in verbo diffinitiua, de sequestr. possess. & fruct. Franc.in c.cum cessante num.36.extra de ap-*
5 *pell.& ibi num.seq.* † narrantur 26. exempla sententiarum interlocutoriarum. In
6 quo autē differant interlocutoria,† & diffinitiua, quomodo cognoscantur, qui sint effectus vtriusq; videndus est *Felin in rub. de senten. & re iudic. in c. qualiter, & quando, extra de accusat.*

Quæ sunt aduertenda pro Sententiæ validitate?

Artic. II.

7 *Sententia quibus animaduersionibus sit ferenda.*

Sententia, licet iusta, si est nulla, non suffragatur. ibid.

8 *Sententia rectè lata, licet iniusta, potest esse vtilis.*

9 *Sententia cuiuslibet etiam Principis, an subiaceat nullitatibus iuris positiui.*

10 *Nullitas reddit sententiam, licet iustam, nullam.*

11 *Sententia nulla, licet iusta, an confirmari possit.*

12 *Nullitas an possit opponi in executione sententiæ nullæ, & confirmatæ, licet non sit appellatum.*

13 *Nullitatem non posse opponi in casu prædicto, est communis opinio.*

14 *Sententia Principis nulla de iure positiuo, quando sustineatur.*

15 *Nullitas in sententia Principis quandonam, & an semper possit opponi.*

16 *Princeps quando præsumatur vti plenitudine pote-*

potestatis, vt sententia sustineatur.

17 *Nullitas sententiæ per Principem confirmatæ non potest opponi.*

18 *Disputatio super nullitatibus per Principem aufertur.*

19 *Princeps potest processum nullum de iure positiuo confirmare.*

20 *Nullitas non potest opponi quando sententia est confirmata per aliam, quæ fecit transitum in rem iudicatam.*

21 *Declaratur tamen, dummodò error primæ sententiæ sit in secunda expressus.*

22 *Sententia nulla propter solemnitatem an possit ab eodem iudice confirmari circa merita.*

23 *Captura nulla, constito de vero debito sustinetur.*

24 *Sententia nulla de nouo danda debet confirmari.*

25 *Nullitates omnes ex conuentione partium possunt exequi.*

26 *Partes renunciant nullitati promittendo stare sententiæ ferendæ.*

27 *Sententia nulla potest exequi si partes illi stare promiserunt.*

28 *Partes non possunt renunciare substantialibus iudicij, nec nullitates supplere.*

29 *Partes possunt per pactum se obligare de parendo sententiæ.*

30 *Sententia quando valeat vt pactum, non vt sententia.*

31 *Sententia nulla an per confessionem partis in actis factam sustineatur.*

32 *Sententia condemnatoria an possit ferri stante partis confessione.*

33 *Ampliatur etsi processus sit nullus.*

34 *Sententia nulla non potest impugnari quando sustinetur per iuramentum.*

35 *Ampliatur & si feratur contra minorem, & quem.*

36 *Sententia contra minorem non habentem Procuratorem sit nulla, etsi adsit Procurator.*

37 *Limita si curauerit habere rata gesta per ipsum.*

38 *Causa nullitatis siue incidenter, siue principaliter, qua pronunciatione terminanda.*

39 *Iudex quid considerare debeat, vt nullitates euitare possit.*

40 *Sententia non visis actis, vel sine causæ cognitione, est ipso iure nulla.*

41 *Sententia an, & quando non visis actis sit nulla, remissiuè.*

42 *Sententia non visis actis lata contra præsentem non contradicentem, an sit nulla.*

43 *Sententia prædicta an sustineatur lata ob timorem scandali.*

44 *Iudex quare diligenter debeat videre processus.*

Iudex secundum acta, & probata iudicare debet. ibid.

45 *Iudex non potest contra probatum in iudicio pronunciare.*

46 *Iudex in sententiando debet sequi conscientiã ex actis informatam.*

47 *Iudex, si conscientia repugnat, debet causam alteri Iudici sententiandam remittere.*

48 *Sententia habet præsumptionem pro se, donec contrarium probetur.*

49 *Sententia in iudicio absque processu producta, nullam fidem facit.*

50 *Limita si sententia esset valde antiqua.*

51 *Ampla si in illa substantialia iudicij enunciarentur.*

Sententia continens substantialia iudicij, præsumitur ritè, ac rectè lata.

52 *Nullitas iurisdictionis, vel mandati an admittatur contra sententiam substantialia iudicij habentem.*

53 *Nullitas sententiæ latæ contra præsentem, & non appellantem, an possit opponi.*

54 *Sententia Rotalis hodie non fertur, nisi perfecto regestro, & visis iuribus.*

7 IN ferendo igitur, sententiam † principaliter est aduertendum, quod ritè, & rectè feratur: neque sufficerer, quod esset iusta, si esset nulla, sicut è
8 conuerso vtilis esset rectè lata, etiamsi esset iniusta.

Circa nullitatem est notandum, quod sententia cuiuslibet Magistratus, & Car-
9 dinalis, & Principis, † subiacet nullitatibus iuris positiui, poteſtque tamquam nulla impugnari, vt latè *Vant. in cap. an qual. sent. poss. dic. null. in princ. vsque ad num.*
10 13. Et hæc nullitas † reddit etiam nullam sententiam iustam, *cap. at si Clericus, vbi Felin extra de Iudic.* Et est tantæ efficaciæ, vt aliqui velint, sententiam nullam, licet
11 sit iusta, † confirmari non posse, & si confirmetur, licet non appelletur, quod talis nullitas possit in executione opponi, *Guidopap. decis. 294.*
13 Communis tamen † opinio est in contrarium, vt infra dicemus.
14 Sed lim. primo, vt non procedat † in sententia Principis, quando constat alio modo eum voluisse vti plenitudine potestatis, neque voluisse sequi dispositionem legis, quia tunc non potest opponi, nisi sit
15 nullitas† proueniens à iure naturali, tollens defensiones, ac naturalem iustitiam eradicans, vt puta citationis, & mandati, ac secundum aliquos causæ cognitionis, *Felin. in cap. in causis extr. de sent. & re iud. Vant. d. cap an qual. sent. poss. dic. null. num.* 12.

Et præsumitur vti voluisse plenitudine potestatis, ad effectum sustinendi ipsius
16 sententiam † quando in toto quoad formam iuris peccaret, *Vant. d. c. in fin.*
17 Limitatur secundo, si sententia † nulla fuit

nulla fuit per Principem confirmata,
18 quia eodem modo † aufertur facultas
de eius nullitatibus disputandi, *In-
noc. & aliį in cap. 1. & 2. extr. de confirm.
vtil. vel inutil. Iaſ. poſt alios in l. 4. §. condem-
natc, ff. de re iud.*
19 Poteſt enim Princeps † proceſſum nul-
lum ex deffectu Iuris poſitiui, confirmare,
Abb. in c. cum olim extra de re iud. Vt paſſim
practicatur in Signatura Sãctiſſimi, vt di-
cit *Vant. c. quib. mod. null. ſan. poſſ. num. 22.
& ſeq.*
Lim. 3. quando non obſtante nullitate
oppoſita, ſententia per aliam, quę tranſi-
20 uit in iudicatum fuit confirmata, † tunc
enim non poteſt amplius tamquam nulla
21 repelli, dummodo error primæ † ſit ex-
preſſus in ſecunda *Vant. eodem c. 5. num. 25.*
& hęc dicitur communis opinio contra
decis. Guidopap. 294.
Lim. 4. quod ſi cauſa reperitur inſtru-
cta, quoad merita, licet feratur ſenten-
tia nulla propter aliquam ſolemnitatem
22 omiſſam, † poteſt nihilominus Iudex nulli-
tatis, quoad merira eam confirmare, *Alex.
conſ. 61. vol. 6. & conſ. 69. vol. 2.*
23 In ſimili habetur, quod † captura nul-
la, conſtito de vero debito ſuſtinetur, *Dec.
24 conſ. 444.* & ſententia nulla † ſi de nouo
eſt danda, debet confirmari, *Ang. in. §.
quadrupli de act. Vant. d. c. num. 124.*
25 Lim 5. quod ex conuentione † partium
omnia nulla poſſunt exequi, quod fit,
26 quando partes renunciant nullitati, † pro-
mittendo ſtare ſententiæ ferendæ, illique
acquieſcere qualiſcuuque ſit; tunc enim
27 poteſt Iudex ſententiam ſuam, † quam-
uis nullam exequi, *l. tale pactum §. qui pro-
uocauit, vbi Bald. & Ang. de pact.*
28 Licet .n. partes † non poſſint renuncia-
re ſubſtantialibus iudicij, & nullitates
29 ſupplere, poſſunt tamen per pactum † ſe
obligare de parendo ſententiæ, & tunc
30 dicitur valere † vt pactum, non vt ſen-
tentia, *Bald. & Angel. ibid. & Vant. d. c. num.*
31 17. quando in actis † adeſt confeſſio par-
tis, facta per perſonam habilem coram
Iudice competente: ſi enim tunc ſenten-
tia eſt nulla ex actis, quouis defectu, præ-
terquam iuriſdictionis, ſuſtinebitur ta-
men in vim præcepti in confeſſum facti
Bald. in l. fin. C. de fideicom. libertat. Et
ſubſtinebitur ſententia virtute illius con-
feſſionis *c. Piſanis extr. de reſt. ſpoliat. Clem.
cōnſtitutionē in fine cum ibi not. de elect. Frãc.
in c. dilecto. nu. 5. & ſeq. de appell.* Neque
poterit, confeſſus opponere non fuiſſe ſer-
uatum ordinem iudiciarium, ſicut vide-
mus etiã, quod ſtante confeſſione partis
32 † poteſt ferri ſententia condemnatoria

33 quamuis proceſſus † ſit nullus. *Abb. in c.
fin. extr. de reſt. ſpol. in c. at ſi Cleric. extr. de
Iud. Afflict. decis. 182. Van. d. c. fol. 126.*
34 Lim. 7. quando † adeſt iuramentum,
cuius vigore ſententia alias nulla ſuſtine-
35 tur, † etiamſi feratur contra minorem vi-
ginti quinque annorum, non habentem
36 Curatorem, quo caſu ſententia † eſt nulla,
quãuis cauſa tractetur per eius Procurato
37 rem, † niſi iurauerit rata habere geſta
per ipſum *Guidopap. decis. 444.*
In cauſa vero nullitatis, ſiue incidenter
38 ſiue principaliter deducatur, † quomo-
do pronunciandum ſit, dicit *Vant. in c.
quot &, quibus null. prop. poſſ. num. 16.*
39 Vt igitur nullitas euitetur, † debet Iu-
dex multa conſiderare. & principaliter
videre acta diligenter, quia ſententia la-
ta, non viſis actis, vel non pręcedente
40 cauſæ cognitione, eſt † ipſo Iure nulla,
*Bartol. & aliį, præcipue Alex. in l. prolatam C.
de ſent. & interloc. omn. iud. Felin. poſt alios in
c. Eccleſia S. Mariæ extr. de conſtit. num. 12.*
41 vbi tractat, † an, & quando ſententia
non viſis actis ſit nulla.
42 Niſi feratur contra præſentem, † &
non contradicentem *Lapus alleg. 28.* vel ad-
43 eſſet timor ſcandali, † quia tunc licitum
eſt Iudici fallere ne fallatur, *Allex. in apo-
ſtil. Bart. in l. ſi finita §. ſi quis ff. de dam. in-
fect. Vant. c. de nullit. proc. num. 30. & 31.*
Ratio autem quare diligenter debeat
44 videre proceſſus, † dicitur, † quia debet
iudicare ſecundum acta, & probata. *l.
illicitus §. veritas vbi Bart. ff. de off. preſid. gl. ſ.
Abb. & aliį in c. paſtoralis §. quia vero extr.
de off. deleg.*
45 Et ſi actis conſcientia repugnet, † non
poteſt Iudex tuta conſcientia pronuncia-
re contra id, quod eſt probatum in Iudi-
46 cio, † ſed debet ſequi conſcientiam in-
formatam ex actis, *Gem. in c. Abbate Sa-
nex. §. ſed ad hoc, & in c. cum externi, §.
ſi quis, de ſent. & re iud. lib. 6.*
Licet enim Iudici, immo recte facit
47 † ſi remittit cauſam alteri iudicandam,
quando conſcientia repugnat actis, *Doct.
in d. §. quia vero. Caſſad. dec. 9. num. 16. de
cauſ. poſſeſſ. & propriet.*
48 Inſuper quamuis † pręſumatur pro ſen-
49 tentia, donec contrarium probetur, † ſi
tamen producatur in Iudicio abſque pro-
ceſſu, nullam fidem facit, *c. quoniam. con-
tra vbi gloſ. Innoc. & aliį not. extr. de probat.
Alex. conſ. 222. vol. 2. Van. c. de nullit. pro-
ceſs. num. 14.* Contrarium erit quando
50 † ſententia eſſet antiqua triginta, vel qua-
draginta annorũ, vel alias arbitrio Iudi-
51 cis, præſertim ſi in ea † enucientur ſub-
ſtantialia Iudicis, vt fit in Gallia, & in

Hispania, quia tunc præsumitur rite
52 lata, neque † auditur opponens nullitatem, etiam iurisdictionis, vel mandati, nisi eã probet, ex vel scripturis productis appareat.
53 Et idem erit, si sententia † sit lata contra præsentem, & non appellantem, *Rot. decis. 9. de prob. in nou. Felin. in c. sicut extr. de sent. & re iud. Cassad. decis. 3. de procur. & dec. 1. de præsump. Vant. c. quib. mod. null. san. possit num. 28. & c. a quo & quibus mod. null. prob. deb. num. 7. ac nu. 11.* Vide etiam de materia *Aimon. in tract. de antiqu. temp. par. 2. c. 1.*

Debet igitur diligenter videre proces-
54 sus; præcipue in Rota, † vbi hodie, ex *vi reform. S. M. Pauli V.* pronunciari non potest, nisi perfecto regestro, eoque ad Rotam delato, & datis si neccesse erit in plena Rota iuribus, ac dictis testium, licet alias contra contumacem, visa sint satis originalia per reformationem editam *à S. M. Pio IV. & Paulo V. locis indicatis.*

Quid Iudex debeat obseruare.

Artic. III.

102. i-

55 ET in eo videndo † Iudex debet considerare Iurisdictionem suam, de qua certus esse debet. Sententia enim Iudicis, qui ignorat suam iurisdictionem, vel de ea dubitat, aut errat circa suam potestatem; quia cum sit ordinarius si procedit vt delegatus, est nulla. *Bart. & alij in l. multum interest ff. de condit. & demonstrat. Felin. in c. Ecclesia S. Mariæ num. 10. ex. de constit. Vant. c. de null. iurisd. ordin. nu. 167. cum seq.* & dixi supra in cap. de Iurisdict. & in cap. de mand. & aliquid dicemus infra.

Debet etiam perscrutari an fuerit cita-
57 ta † pars in quolibet actu necessario, &
58 in specie an fuerit expresse facta ad audiendam sententiam, cùm non sufficiat
59 † citare ad audiendam voluntatem Domini, *Felin. in c. consuluit num. 16. & de off. deleg. Rota decis. 17. de sent. & re iud. in nou. Vant. c. de nullit. ci. num. 56. & Ludouis. decis. 209. vbi adden.*

Quod

60 Quod procedit † etiamsi procedatur
summariè *Gemin.in c.cum contumacia in fin.*
61 *de hæret.in 6.* Et licet de iure † requiratur
trina citatio ad audiendam sententiam,
vel peremptoriam, tamen in causis sum-
62 marijs † prout sunt ferè omnes illæ, quæ
tractantur in Curia de sui natura, vel ex
rescripto, trina, & peremptorium non
requiritur, latè *Felin. in d.c.consuluit.* In
63 Curia de stilo in omnibus causis potest o-
mitti, *Rot.decis.10.de re iud.in nou.Vestr.lib.*
4.c.de dol.& contum.fol.87. In citationibus
tamen, quæ sunt de longinquo ad totam
64 causam † debet poni peremptorium, vel
equipollens *Vant.c.de null.citat.num.103.*
65 Et debet sententia ferri † illa die, pro
qua pars fuit citata, alias est nulla. Si ta-
men citatus esset contumax, videtur su-
66 stineri, † etiam si feratur die sequenti, si
credis *Felin.in cap. inquisitionis nu.2.extra*
de accusat. Et hæc de citatione præsertim
67 seruari debent, † si procedatur via censu-
68 rarum, siue causa sit leuis † siue magna,
cum contumacia sit principalis, & tota
causa excommunicationis ferendæ ab ho-
mine, vt diximus cap.de citat. in princip.
69 quæ quidem contumacia, potest etiam in
re leui considerari; nimirum si pro ea
70 quoque poterit † contumax excommuni-
cari *Doct.in cap.extra de Iud.Cassad.dec.12.*
Differt etiam sententia hominis à sen-
71 tentia Canonis, in hoc, † quia sententia
excommunicationis lata à Canone, in-
curritur, etiam absque contumacia in
multis casibus, tam ex iure veteri, quam
ex nouo, quos refert *glos.in c.eos in ver.Ca-*
nonis de sent.excom.in 6.
72 Aduertet etiam Iudex, † an fuerint ser-
uati termini substantiales, circa quorum
nullitatem dixi in cap. de termin. obseru.
73 An † pendeat aliqua dilatio, vel duret in-
74 stantia; sententia enim lata † durante di-
latione, vel perempta instantia, est nulla,
l.siuè pars C.de dilat.l. properandum in princ.
vbi glos.& DD.C.de Iud.Felin. in c. venera-
bilis extra eod. Nam pendente dilatione
75 † officium Iudicis conquiescit, & gesta
per eum sunt nulla, vt diximus supra in
cap.de term.obseru.
76 Similiter perempta instantia † pereunt
omnia acta litis ordinatoria, latè *Vant. c.*
de nullit.iurisd.ord. num.115.& num.157. In
77 tantum, vt † instantia, etiam per partes
prorogari non possit. *Boer.decis.248.Vant.*
78 *ibid. num. 118.* Et hæc procedunt, quoad
pronunciandum, super negocio principa-
79 li; nam potest Iudex perempta instantia
80 pronunciare eam peremptam, † se Iudi-
81 cem incompetentem, aut † Reum absol-
uendum ab obseruatione Iudicij, *Vant.ib.*
nu.127.

Prout videmus, quod Iudex delega-
82 tus, absque noua commissione, † potest
pronunciare causam appellationis coram
eo introductam, esse desertam, *Franc.in*
c. ex ratione num.68.extr. de appell. viden-
83 dus est etiam *Felin.d.c. venerabilis.* † vbi
tractat an, & quando sustineatur sententia
lata perempta instantia.
In Cur. quando est lapsa Instantia sta-
tutaria, puta in Capitolio, solet concedi
84 † commissio, quod Iudex reiteratis om-
nibus terminis vnico contextu ad vlterio-
85 ra procedat: sed additur semper † clau-
sula, refectis expensis, *Stafil cap.22.num.14.*
vers.quia fol.346.
Et ideo solent cauti Iudices in pro-
86 latione sententiæ, vel ante, † reuocare
quascumque dilationes, & repositiones,
si forte fuisset appellatum ab aliqua In-
terlocutoria, *Cass. decis.9. de appell. Vestr.*
87 *lib. 7. c.1. fol.193.* Et † talis reuocatio de-
bet expressè fieri, *Franc. in c.significantibus*
num. 16. extr.de appell. Et diximus supra
in c. de termin. obseru.
Pari modo sententia lata in causa ap-
88 pellationis desertæ, & etiamsi appellatus
eam prosequatur, videtur nulla, secundū
opinionem *Rotæ decis.12. de re iud.in an-*
tiq.
89 Item debet scrutari, an † sententia pe-
tatur à persona habili, contra personam
habilem, quia debet peti instanter, &
instantissime, *l.ad peremptorium ff.de iud.*
l. fin. §.illud, C.de temp. appell. Intantum
90 quod † sententia lata pro non petente,
est nulla, *Vant.c.de null. process. num. 98.*
Currentque fatalia: nec dicitur stare per
91 Iudicem, † nisi pars sententiam petat,
Aduersarium citet, & faciat alias debitas
diligentias, *Franc. in c. ex ratione extr. de*
appel.Cass. decis.6.eod. in fine vestr.lib.7. c.
de temp. & fatal.appell.fol. 233.
Ideo videbit adhuc preter ea, quæ di-
ximus in c. de mand.
Quod si plures agunt, & vnus solus in-
92 stat, non debet pro eo solo † Procurator
citari, nisi pro eo solo causa sit instructa
Put. decis.14.dere iud.
Sententia quoque lata pro excommu-
nicato, quamuis defendetur per Procu-
93 ratorem, † si est adiudicatoria, est nulla,
Rot.decis. 7.de re Iud. in nou. Hac ratione
94 inoleuit stilus, † vt petens sententiam à
Iudicibus Ecclesiasticis faciat se absoluere
à censuris, *Vestr.lib.7.c.1.fol.192.* Nec pro
defunctis potest peti, vt mox infra di-
cemus.
95 Debet peti contra † habilem ad con-
demnandum, & in hoc videnda sunt
quæ diximus *in c. de iurisd.* Et addendum
quod

96 quod sententia † lata, & quilibet alius actus factus, tam pro mortuo, quam contra mortuum, sunt nulli, *l. de qua re, §. fin. ff. de iud. l. 2. ff. quæ sen. sin. appell. rescin. l. in summa, §. fin. ff. de re iud. Ias. in l. eius qui in prouinc. ff. si cert. petat. Capic. decis. 1.*
97 Pręcipue in criminalibus, † quia crimen, & pæna per mortem extinguuntur, *Cagnol. in l. Pupillum §. in hæredes num. 4. ff. de reg. Iur. & l. defuncto ff. de publ. Iudi.*

Et si Reus est cōfessus, conuictus, vel cō-
98 demnatus, moriaturq; ante executionem sententiæ, se occidendo, non tamen debet Iudex sæuire in eius Cadauer, sententiam exequendo *Curt. iun. in l. Imperium*
99 *num. 35. ff. de iurisd. om. iud.* † *Licet de consuetudine multoties contrarium seruetur, Clar q. 51. vers. sed hic incidenter.*

Sunt tamen aliqua delicta, in quibus propter eorum immanitatem, etiam post
100 † mortem procedi potest contra delin-
101 quentem: vt in crimine hæresis, † lesæ, maiestatis, peculatus, repetundarum, &
102 homicidij † sui ipsius, ob conscientiam patrati sceleris, *Clar. ibid. vers. sunt tamen.*

De stilo Curiæ in beneficialibus mortuo
103 Collitigante, † potest absolutoria, & adiudicatoria ferri pro superstite, citatis interesse putantibus per contradictas, *Cass. decis. 1. de sent. & re iud.* Videndus est etiam
104 *Ias. in d. l. eius qui, num. 106.* † Vbi refert casus, in quibus potest contra mortuum procedi.

Absens etiam de iure criminaliter con-
105 demnari non potest, † quando imponitur pœna corporis afflictiua, *l. absentem ff. de pœn. & l. absentem, vbi Bald. Salic. & alij C. de accus.*
106 De consuetudine † tamen, etiam ad mortem fit condemnatio, seruata forma statutorum locorum, quæ faciunt absentem haberi pro confesso, & conuicto,
107 *Clar. late post alios qu. 44. in princ.* † Quomodo autem defendatur absens, *dicit Guaz. defens. 12. c. 1. per tot.*

Et nota, quod quando proceditur cōtra absentem, qui auditur per Procura-
108 torem, † debet sententia condemnatoria ferri contra Dominum absentem, & cōtra Procuratorem, ac vterque condemnari, *Clar. q. 32. in fin.*

Sententia etiam lata contra excommunicatum vigore rescripti Principis impe-
109 trati, † si aduersarius sciuit, & nō opposuit est nulla, *Gemin. in c. 1. de rescript. in 6.*

Similiter contra falsum Procuratorem,
110 nisi *D*ominus appellet, † quia cum videatur eam approbare, reuiuiscit, *l. 3. §. falsus ff. rem ratam haberi, l. licet ff. de iud. glos. fin. in c. 1. extr. de re iudic.*

111 *Lata* pariter † per Episcopum contra clericos, absque consilio Capituli, est nulla, *c. Episcopus 15. q. 7.* Nisi ex consuetudine
112 præscripta, solus † potuerit procedere *c. non est, in nōta glos. fin. de consuetud. in 6.*

In pari etiam causa, & paribus rationi-
113 bus, pro † Cardinalibus in dubio iudicandum est *Gomes. in compend. signatur. fol. 160.*
114 † Ideo bonum est esse Cardinalem; vt inquit *Stafil. c. 14. num. 4. vers. & ideo in fin.*

Si etiam procedatur via censurarum, non solet contra Cardinales, & Episco-
115 pos † ferri sententia excommunicationis, sed solum interdicti, *c. sane 2. ex. de off. deleg. c. veritatis ex. de dol. & contum.*
116 Idem est dicendum † de Vniuersitate, *c. Romana §. fin. de sent. excom. in 6.*

Nisi feratur vigore obligationis, cui om-
117 nes vt singuli consenserunt, † quia tunc omnes possunt excommunicari, *Hostien. in sum. in tit. de dol. & cont.*

Pro debito etiam pecuniario cuiusuis
118 quantitatis, † Prouincia, Ciuitas; vel Castrum interdici non potest, vt *in extrauag. Bonif. VIII. Prouidè attendentes* super hoc edita, *& in extrauag. Clem. VII. in Bull. diuers.* Quæ tamen in bull. nou. non fuerunt registratæ à D. Cherubino illarū Compilatore.
119 Similiter pupilli † non capaces doli, furiosi, & similes excommunicari non possunt; Inopes vero obstinati pro certo non
120 parituri, impediti † an, & quando possint excommunicari, est viden. *Galles. in tract. de oblig. Cam. q. 19. fol. 220.*
121 Hodie tamen ex † decretis Conc. Trid. in causis criminalibus, & ciuilibus, quomodo ad executionem via censurarum procedi possit, dicam infra *in cap. de re iud.*

Si in eadem causa sint plures Iudices,
122 an † omnes conuenerint, præcipue arbitri,
123 quia de iure ciuili vno absente alij † pronunciare non possunt, *l. si intus, ff. de arbit.* Licet de iure canonico sufficiat vocare absentem *c. fin. de arbitr. in 6.* De hac materia quando sunt plures Iudices simul, an
124 vnus † solus procedere possit, an vero requiratur, quod omnes simul pronuncient
125 † quando sententia maioris partis teneat, feranturque diuersæ, aut contrariæ sen-
126 tentiæ, quæ teneant, siue sint Ordinarij, vt Episcopus, & Inquisitor, qui concurrunt in causa hæresis; siue delegati, vel Iudex etiam adiunctus, videndus est *Gem. in d. c. fin. glos. & DD. in c. cum plures de off. deleg. in 6. in c. fin. ex. de re iud. in c. per hoc de hæret. in 6.* Videndus est etiam omnino *Felin. in c. duobus, & de sent. & re iud. Vant. d. c. de nullit. iuris. ord. num. 176. & 185.* vbi quod quan-

127 quando plures Iudices † ordinarij in pro-
nunciando diſcordant,ſtetur voto maio-
ris partis; ſi verò paria ſunt vota, præua-
128 leat † cauſa fauorabilis, vt pro Eeelcſia,
129 matrimonio,& ſimilibus: † in alijs autem
130 præualeat pars Rei. At de Arbitris, † &
Iudicibus delegatis, viden. ibid. *cap. de*
null.defect.iuriſd. ord.

131 Si vero omnes conueniant,† quomodo
concipienda ſit ſententia, vide *in cap. cum*
ab vno de re iud.in 6.

Et ſi cauſa pendeat in Rota, quamuis
non indigeat propoſitione, vt ſi ſit parui
momenti,& eius deciſio clari Iuris videa-
132 tur, nō poteſt tamen ferri ſententia,& in-
terlocutoria,dummodo habeat vim diffi-
nitiuæ, abſq; voto aliorum DD. Coaudi-
133 torum, niſi † partes expreſsè in actis con-
ſentiant, quod ſine voto expediatur. In
alijs etiam decretis præiudicialibus, alte-
134 ra partium petente,† debet cauſa in Rota
proponi,vt in *refor.Rot.edita per Pium IV.*
135 Regulariter autem,† quando teneatur Iu-
dex ſequi,vel requirere in iudicando con-
ſilium ſapientis, videndus eſt *Vant.in d.c.n.*
146.& ſeq. Et an cauſa ſit ad Cur.deuolu-
136 ta in profanis,† quia debet ſuper deuolu-
tione expreſsè pronunciari, alias proceſ-
137 ſus † eſſet nullus, niſi eſſet in commiſſio-
138 ne clauſula, quæ ferè ſemper ſolet appo-
ni, videlicet, ſtatum &c. quodque cauſa
non ſit ad Curiam legitime deuoluta,
&c.

139 In beneficialibus verò † non requiritur
pronunciãtio ſuper deuolutione, *Veſtr.lib.*
3.c.de quar.& vltim.deuolut.fol.62.

140 Multoties Iudices † nolunt, vel non
poſſunt pronunciare, niſi facta relatione
cauſæ Principi, vel habito conſilio ſapien-
141 tis: ideo † quomodo ſit facienda hæc re-
142 latio, vel conſultatio, † quando partes
poſſint ab ea appellare, an & quando Iu-
143 dex poſſit † non obſtante relatione, vel
conſultatione, & reſponſione non expe-
ctata, diffinitiue pronunciare, vel relatio-
144 nem, aut conſultationem † reuocare, vi-
dendus eſt latè *Franc. in c. intimaſti,per tot.*
ex. de appellat. Prædictæ autem nullitates
colliguntur ex actis, & proceſſu.

De Sententia diffinitiua.

Artic. IV.

145 *Sententia diffinitiua eſt in ſcriptis ferenda.*

146 *Sententia an, & quando poſſit ſtare ſine ſolemnitate ſcripturæ.*

147 *Sententia excommunicationis an, & quæ poſſit ſtare ſine ſcriptis.*

148 *Sententia ſine ſcriptura an poſſit ſtare in actis vilibus, & vilium perſonarum.*

149 *Sententia ſinè ſcriptis poteſt ſtare in interlocutoriis.*

150 *Sententia interlocutoria ſufficit quod ſcribatur penes acta.*

151 *Præceptum factum in confeſſum habens vim diffinitiuæ,an debeat fieri in ſcriptis.*

152 *Sententia ſufficit ſine ſcriptis, ſi partes conſentiant quod oretenus feratur.*

153 *Sententia in dubio quando præſumatur in ſcriptis lata.*

154 *Sententia in dubio quando ſine ſcriptis præſumatur lata.*

155 *Sententia in ſcriptis,ſi amiſſa ſit, poteſt probari per teſtes.*

156 *Sententia amiſſa ſic per teſtes probata,non habet paratam executionem.*

157 *Sententia diffinitiua poſtquam fuit ſcripsa,debet per Iudicem reiterari pro Tribunali ſedendo.*

158 *Sententia quandonam poſſit de nocte ferri, remiſſiuè.*

159 *Iudex, an, & qui poſſit ſententiam per alium recitare.*

160 *Iudices hodie ſolent omnes per Notarios ſententias recitare.*

161 *Iudices hodie ſolent pronunciare in eorum domibus, quas eligunt pro Tribunali.*

162 *Sententia debet recitari ea die, qua fuit pars citata.*

163 *Iudices antiquitus habebant terminos pro ſeruato ad libitum.*

164 *Terminus pro ſeruato in Rosa ante vltimam audientiam datur infra quindecim.*

165 *Terminus pro ſeruato in Rota in vltima audientia datur infra menſem.*

166 *Terminus pro ſeruato in Rota per non Actuarium ſeruatus,debet referri, & cui, & quomodo.*

167 *Iudex an,& quomodo debeat reſtituere Actuario cedulam citationis ad ſententiam penes ſe retentam.*

168 *Iudices in Curia debent infrà decem cedulas ſubſcribere, & terminos declarare.*

169 *Iudices non poſſunt citationes, in quorum terminis pronunciatur penès ſe retinere.*

170 *Notarij A.C.quando relationem facere teneantur termini ſeruati.*

171 *Citatio ad videndum ſubſcribi à iudice ſubrogato,non requiritur, quando qui pronunciauit, abeſt.*

172 *Citatio ad dicendum contra commiſſionem, tollit citationē ad videndum ſubſcribi cedulam à ſubrogato.*

173 *Sententia a iudice ſubrogato ſubſcripta,qualis eſſe debeat.*

174 *Sententia à Iudice ſubrogato ſubſcripta, dubia, & incerta,eſt nulla.*

175 *Sententia non debet ferri ſub conditione, ſed*

de

de præsenti determinare debet.
176 *Sententia in multis casibus potest ferri sub conditione.*
177 *Rei quotidie in pœnam pecuniariam puniuntur criminaliter.*
178 *Pœna pecuniaria conuertitur in corporis afflictiuam ob non solutionem.*
179 *Decreta multa in ciuilibus conditionaliter fiunt, & quomodo.*
180 *Decreta conditionalia licet videantur incerta quomodo sustineantur.*
181 *Sententia excommunicationis quotidie fertur sub conditione, vel in diem.*
182 *Sententia prædicta an adueniente die, vel conditione, retrotrahatur.*
183 *Iudex Ecclesiasticus an excommunicatum impœnitentem, & non petentem possit absoluere ad tempus.*
184 *Declara tamen ex iusta causa, & causa quænam dicatur iusta.*
185 *Sententia debet cõtinere expressam condemnationem, vel absolutionem Rei.*
186 *Sententia declaratoria sufficit quod exprimat factum, licet non pœnam.*
187 *Declara, dummodò adsit certa pœna à iure imposita.*
188 *Iudex debet iudicare de re, de qua cognouit.*
189 *Iudex debet determinare vniuersam controuersiam, ac totum id quod petitur.*
190 *Sententia super non petitis lata, est nulla.*
191 *Sententia continens plus, vel minus libello, quando possit sustineri.*
192 *Declara, quando continentia, vel virtualiter accessoriè comprehendantur.*

QVoad sententiam verò notandum
145 est, quod † diffinitiua debet ferri
in scriptis, *l. 2. C. de sent. ex breu. recitand. c. fin. de sent. & re iud. in 6.*
146 Nec potest solemnitas scripturæ † omitti, preterquam in aliquibus casibus, vt
147 puta primo † in sententia excomunicationis. *glos. in c. 1. in verb. causam vbi Gem.*
148 *n. 12. de sent. excom. in 6.* Secundo in † causis vilibus, & vilium personarum; *glos. in d. c. fin. in verb. Illustriũ,* de quibus dicã infra.
149 † Tertio in sententijs interlocutorijs, *glos. in l. ne quis §. vbi decretum. ff. de off. præsid.*
150 † Sufficit enim quod scribatur penes acta, *glos. in d. c. fin. in verb. diffinitiua, Bisign. decis. 1. de re iud. Rot. decis. 8. eodem in antiq.* Præceptum autem quod fit in confessum ante
151 litis contestationem, cum habeat † vim diffinitiuæ, an debeat fieri in scriptis, est vidẽdus *Gem. in d. c. fin. in fin.* Quinto quando
152 partes † consentiunt quod oretenus feratur, *Bartol. in l. quoties C. de priuil. schol. lib. 10. Afflict. decis. 191. num. 7. Vant. d. c. de null. process. num. 69. vsq; ad num. 76.*
Quod si reperiatur sententia, neque constet an fuit lata in scriptis, si subscriptio sit concepta in prima persona, vt puta, Ita pronunciaui Ego *N.* vel Notarius
153 dicat, lata, lecta &c. † præsumitur lata in scriptis: si vero subscriptio sit concepta in tertia persona, vt, ita pronunciauit N.
154 tunc † præsumitur lata sine scriptis. *Specul. in tit. de sent. §. iusta.*
Est notandum etiam, quod si sententia
155 in scriptis † amittatur, potest probari per testes, *Rot. decis. 19. de sent. & re iud. in nou.*
156 Sed non habet executionem paratam, prout haberet si in scriptis reperiretur, *Vant. d. c. num. 77. cum duobus seq.*
Debet etiam sententia diffinitiua post-
157 quam scripta fuit, † recitari per Iudicem sedendo pro Tribunali, alias esset nulla, *Bart. in l. fin. per illum tex. C. de sent. ex breuic. recit. c. cõsuluit, vbi Doct. & post*
158 *alios Felin. num. 18.* declarat † quando sententia potest ferri de nocte *ex. de off. deleg.*
Si Iudex sit Episcopus, vel Illustris,
159 aut Inquisitor hereticæ prauitatis, † potest per alios sententiam recitare, *d. c. fin. & cap. vt cõmissi, vbi Gem. not. de heret. Vãt. d. c. num. 69. num. 80. & nu. 84.*
160 Hodie tamen † omnes Iudices, solent sententias per Notarios recitare, *glos. & in d. c. fin.* Neque sedent pro tribunali, sed vt plurimum tam in ciuilibus, quam in cri-
161 minalibus † pronunciant in eorum domibus, quas eligunt pro tribunalibus.
162 Debentque recitari ea die, † pro qua fuit pars citata; de stilo tamen Curiæ antiquitus solebant Iudices pronunciare prout in cedula, vel habere terminum
163 proseruato, subscribebantque aliquando sub illo termino post multos, & multos menses, dando cedulas sententiarum.
164 Nunc autem in causis Rotalibus † termini proseruato, ante vltimam audientiam, dantur infra 15. dies, seruati verò
165 in vltima audientia, infra mensem, † alias termini eo ipso habentur pro circumductis; & si seruentur per Notarios non
166 actuarios ad referendum, † debent in vltimis audientijs infra triduum, in alijs in eadem die referri Actuario, & necesse est quod decretum scribatur, & subscribatur manu Notarij referentis, sic iubente *refomatione, s. m. Pauli V. tit. de Notarijs Tribun. Vrb. §. si contingat, & tit. de Auditorio Rotæ §. termini etiam.*
Similiter quando contingit, quod Iudex retineat penes se cedulã citationis ad sententiam, super qua seruatur terminus,
167 † debet eam modo supradicto Actuario restituere, vt cauetur *in reformatione Rot. facta per Pium IV. & Paulum V. loco citato.*
168 Iudices ordinarij Curiæ † debent cedu-

las subscribere, & terminos declarare in-
fra decē dies, alioquin habētur pro circū-
169 ductis† nec possūt citationes in quarū ter-
minis pronunciatur penes se retinere, vt
in *d. reformatione Tribun. Paul. V. tit. comm. Iudic. § Iudices.*

Notarij AC. quando seruant terminum
170 ad referendum † debent eadem die rela-
tionem facere, vt in *refor. ac off. Aud. Cam. facta per Pium IV. & Paulum V. locis antea citatis.*

Quando Iudex, qui pronunciauit prout
in cedula, habet terminum pro seruato, &
se absentat, subrogaturque alius, qui ce-
171 dulam, vel terminum subscribat, † non
requiritur, quod citetur pars ad viden-
172 dum subscribi, sed sufficit, † quod fuerit
citata ad dicendum contra Commissio-
nem *Put. decis. 10. de iud.* Vbi dat modum
173 subscribendi, & eo casu † debet etiam
esse clara, liquida, & certa, saltem ad
relationem ad acta, quæ certa sint, alias
174 si essent † dubia, obscura, & incerta, nō
valeret, *Specul. in tit. de sen. § qualiter. Alex. cons. 109. vol. 5. & cons. 187. vol. 2. Vant. d. c. num. 101. vsq. ad num. 106.* Vbi materiam
latè declarat.

Hinc infertur quod sententia nōn de-
175 bet ferri sub conditione, † sed debet de
præsenti determinari. *l. non quemadmodum ff. de Iud. l. 1. §. fin. ff. de vsur.*

176 In multis tamen casibus † potest ferri
sententia sub conditione, *vt per Card. in Clem. pastoralis in princ. num. 8. de re iud. Felin. late in c. quoad consultationē extr. codē Vant. d. c. num. 107. vsq. ad num. 118.*

177 Solebant etiam aliquando † in crimina-
libus Rei condemnari in pœnam pecunia-
riam, & in euentum non solutionis in-
178 fra certum tempus in pœnam corporalem
iuxta doctrinam *Bald. in l. cum Iudex in fine C. de sent. Specul. in tit. de sent. §. species Clar. q. 43. vers. quæro numquid.* Quod ta-
men hodie non videtur seruari. Multa
alia quoque decreta in ciuilibus fiunt
179 passim conditionaliter, in quibus semper
ponitur clausula si, & in quantum, &
aliæ similes: & hæc decreta licet videan-
180 tur incerta, sustinentur tamen, ea ratio-
ne, quia satis videntur certa, ex quo pau-
lo post certificantur, vel habentur pro
certis, per relationem ad ius quod certū
est. *Felin. in c. cum contingat extr. de off. deleg. Vant. d. c. num. 96.*

Quotidie etiam Iudices Ecclesiastici
181 † ferunt sententiam excommunicationis
sub conditione vel in diem, vt videmus in
tribunali Aud. Cam. & tunc adueniente
182 die, vel conditione, † retrotrahitur ad
diem latæ sententiæ, ita quod operetur
suos effectus, ac si fuisset lata pure, viden-
dus est *Franc. in c. præterea num. 11. & seq. extr. de appell.*

183 Potest etiam Iudex Ecclesiasticus † ab-
soluere ad tempus, ex iusta causa
excommunicatum, etiam impœnitentem,
& non petentem absolutionem; eritque
184 iusta causa, † vt puta, vt possit esse testis
Franc. in c. ad hæc quoniam num. 8. extr. de appell.

185 Sentētia † debet quoque continere con-
demnationem, vel absolutionem Rei, per
verba condemno, vel absoluo, aut illis
equipollentia *l. præses & l. cum Iudex. C. de sent. l. 1. l. ait prætor. §. 1. l. præses. & l. in summ. ff. de re iud. glos. in l. diem proferre. § si plures. ff. de arbitr. Ias. post alios in l. 1. ff. de re iud.*

186 Sed declara † nisi sententia esset decla-
ratoria, quia sufficit declarare factum
187 absque expressione pœnæ, † dumodo illi
certa pœna sit a iure imposita *Alex. cons. 103. vol. 1. Felin. in c. Rodulfus & in c. præterea ex. de spons. Vant. d. c. num. 90. & seq.*

188 Et omni casu † debet Iudex de re de
qua cognouit, iudicare, *l. de qua re ff. de Iud. c. cum semper de caus. possess. & propriet.*

189 Et terminare vniuersam controuersiam
ac totum id, quod petitur *l. in hoc Iudicio ff. fam. hercis. l. etiam ff. de minor.*

190 Quia sicut esset † nulla si ferretur super
non petitis *l. fin. vbi Bald. C. de fideicommis. liber. c. licet generali, vbi Fel.* declarat quan-
191 do † sententia continens plus, vel mi-
nus libello, possit sustineri, *ex. de Simon.*
192 nisi saltem virtualiter, & accessorie com-
prehendātur, vt docet *Bald. in d. l. fin. Vāt. d. c. num. 97.*

De sententia super parte eorum, quæ fuerunt petita.

Artic. V.

193 *Sententia lata super parte sōlummodo eorum, quæ petuntur, an sustineatur.*

194 *Amplia prædicta etiam in causa appellationis.*

Iudex appellationis debet primam sententiam in totum confirmare, vel reuocare. ibid.

195 *Limita quando fuit minus probatum quam petitum: & qui plus petit, in expensis condemnatur.*

196 *Sententia an possit ferri quoad petita.*

197 *Sententia potest super parte rei diuisibilis pronunciari.*

198 *Sententiæ tot sunt, quot sunt capitula.*

199 *Sententia an possit respectu aliorum litigantium differri.*

200 *Petitio quando dicatur continere capitula diuisi-*

uisibilia, separata, vel connexa
201 *Sententia non potest diuidi, si iudicium sit indiuiduum.*
202 *Causa reconuentionis cum causa conuentionis debet vnica sententia terminari.*
203 *Sententia super reconuentione tenet, sine terminatione conuentionis, si non appelletur.*
204 *Arbitri possunt super parte negotij pronunciare, nisi aliter fuerit expressum.*
205 *Sententia lata super parte petitorum quandoque sustineatur, remissiuè.*

193 ITa etiam si feratur † solummodo super
parte eorum, quæ petuntur *d. l. in hoc*
iudicio, & d. l. etiam; Proceditque hæc con-
194 clusio etiam in causa appellationis, † in
qua Iudex debet primam sententiam in
totum confirmare, vel reuocare, *l. eos, vbi*
glos. & DD. C. de appell. Sed fallit hoc
195 Primo, quando † fuit minus probatū,
196 quàm petitum, potest enim † ferri senten-
tia quoad probata, licet qui plus petijt
veniat in expensis condemnandus. *Guido-*
pap. decis. 27.
Secundo si res deducta in iudicio est di-
197 uisibilis, † potest namque super parte pro-
nunciari, quia quot sunt Capitula, tot
198 sunt sententiæ: sicut quando contra plu-
res insimul inceptum fuisset iudicium,
199 † potest respectu vnius ferri sententia, &
respectu aliorum differri, *d. l. non idcirco*
in princip. vbi Bartol. & alij ff. de iud. d. l.
etiam, vbi glos. Bart. & alij not. ff. de minor.
Dec. cons. 296. Capic. decis. 8.
200 Et de hoc quando petitio † dicatur con-
tinere capitula diuisibilia, & separara, vel
connexa, ad hoc vt possit super parte eo-
rum valide pronunciari, remitto lectorem
ad *Felin. in c. cum Ioannes ex. de fide Instru-*
mentorum.
Si verò iudicium est indiuiduum, non
201 potest † ferri sententia pro parte, nec
contra vnum ex pluribus, sed debet om-
nia, & omnes comprehendere, *d. l. in hoc*
iudicio, vbi glos. Bart. Cuman. & alij, Dec. cons.
432.
Eadem ratione, si Conuentus reconue-
202 niat Actorem, † debet causam reconuen-
tionis vnica sententia cum causæ conuen-
tiones (si ferri potest) terminare; alias da-
203 tur appellatio: † si tamen non appellatur
sententia tenet. *l. qnid tamen, ff. de arbitr*
l. 1. §. fin. vbi glos. & Angel. not. ff. qua sent. sine
appell. rescind.
Tertio lim. in Arbitris, qui possunt
204 semper super parte † pronnnciare, nisi in
compromisso expressum fuerit, quod si-
mul omnia terminare debeant, *d. l. quid*
tamen, & l. non distinguemus, §. cum plures
eodem, Felin. post alios in c. cum inter Monaste-

205 *rium.* † Vbi ponit regulam cum quatuordecim fallentijs, in quibus sententia lata pro parte petitorum sustinetur, *ex. de sent. & re iud. Vant. d. c. num. 99. & seq.*

De his quæ debet, vel non, continere Sententia.

Artic. VI.

206 *Sententia in se continens peccatum, est ipso iure nulla.*
207 *Causa, quæ facilè potest annullari, non est in sententia exprimenda.*
208 *Sententia est nulla, si causa in ea expressa est falsa, vel non iusta.*
209 *Decretum quomodocumque factum ex falsa causa, non sustinetur.*
210 *Restitutio in integrum est impetranda ante exceptionem falsi in sententia in rem iudicatam habita.*
211 *Sententia referens se ad acta expressè, vel enunciatiuè, quando sit nulla.*
212 *Causa quandonam sit in sententia exprimenda, remissiuè.*
213 *Iudex appellationis quomodo debeat confirmare sententiam, in qua fuit expressa falsa causa.*
214 *Sententia excommunicationis an debeat continere causam expressam.*
215 *Sententia criminalis solet continere causam condemnationis.*
216 *Sententia absolutoria in criminalibus quomodo fieri soleat.*
217 *Iudex debet cogere appellantem ad producendam primam sententiam.*
218 *Iudex non potest sententiam confirmare, nisi de illa constet, vel reuocare.*
219 *Iudex potest perpetuum silentium imponere appellanti, etsi illi non constet de prima sententia.*
220 *Auditores Rotæ quomodo disputare soleant de infirmatione, vel confirmatione sententiæ.*
221 *Commissio quod Iudex præfigat terminum appellato &c. quibus clausulis signetur.*
222 *Iudex potest definitiuè pronunciare, quando causa committitur arbitrio Iudicis.*

206 SEntētia vlterius † non debet conti-
nere in se peccatum, alias est ipso iu-
re nulla, *c. venerabilibus. §. penult. de sent.*
excom. in 6. glos. & Felin. in c. per tuas extr.
207 *eodem tit.* † Neque debet in ea exprimi
causa, quæ facile potest annullari, *c.*
sicut, vbi Felin. extr. de sent. & re iud. glos.
in c. 1. in ver. causam de sent. excom. in 6.
208 Si enim causa expressa † est falsa, seu con-
tinet quomodocūq; expressū, vel notoriū
errorem facti, quāuis sit relatiua ad acta,
quæ non sunt, vel contrarium sonant,

est nulla, *Felin in c. inter cæteras, extra, de*
sent. & re iud. & in d. c. per tuas. Vant. d. c.
num. 126. Quod maxime procedit in de-
209 creto † quomodocunique facto ex falsa
causa, etiam quod in parte esset vera
l. cum vero §. subuentum ff. de fideicom. libert.
Bald. in d. l. fin. C. si ex fal. instr. l. si non
fortem §. si autem ff. de condit. indebit. Vant.
ibid. num. 132. *vers. limitatur*.

Et si prætenditur sententiam fuisse latã
ex falsa causa, si transiuit in Iudicatum
210 antequam opponatur exceptio falsi, † de-
bet impetrari restitutio in integrum,
Vant. d. c. num. 134. Et vt tiro melius edo-
211 ceatur † quando scilicet sententia referens
se ad acta expresse, vel enunciatiue, sit
nulla, videat *Felin. in d. c. sicut*, vbi refert ali-
212 quos casus, in quibus debet exprimi cau-
sa, & in *d. c. inter cæteras, Afflict. decis.* 28.
in princ. & decis. 47. *latissime Vant. d. c. num.*
128, *vsque ad num.* 134.

Si etiam in ea exptimatur causa falsa,
iniusta, vel iniqua, & tamen constet ex
processu, quod condemnatus veniebat
213 condemnandus, ex alio capite, † debet
Iudex appellationis sententiam confirma-
re, ac in sua sententia exprimere causam
iustam, & ęquam, *l. fin. iuncta glos. ff. quod*
cum eo, Guidopap. decis. 436. *num.* 12.

Limitatur hæc conclusio de non ex-
214 primenda causa. † Primo in sententia ex-
comunicationis *c.* 1. *de sent. excom. in* 6.
215 Secundo in sententijs criminalibus, † in
quibus solet exprimi, quod reus conde-
mnatur de tali delicto, quia constat per
testes, vel confessionem, eum illud com-
misisse, & è contra absoluitur, quia re-
216 pertus † fuit, vt inquiunt Criminales, non
culpabilis, nec de iure punibilis, sed in-
nocens *Alex. in l. properandum §. illo num.*
34. C. *de Iud, Clar. q.* 93. *in* 1. *vers.*
217 Et si sumus in causa appellationis † de-
bet Iudex cogere appellantẽ ad producẽ-
dam primam sententiam, alias nisi de ea
218 constet, † non potest illam confirmare,
219 vel reuocare, licet possit imponere † per-
petuum silentium appellanti, *Franc. in c.*
ex ratione extr. de appellat. Et ideo DD.
Auditores Rotæ numquam disputant de
confirmatione, vel infirmatione sententiæ
220 † nisi transpotatis actis integre, & nisi da-
ta copia sẽtẽtiæ in summario positionis,
quæ datur pro disputatione prędicta.

Et si tunc petatur Commissio per ap-
pellantem, qui non possit producere sen-
tentiam, quod Iudex pręfigat terminum
appellato ad docendum de sententia, &
processu, quo elapso procedat prout in
221 prima, † signatur commissio cum clausu-
222 la, arbitrio Iudicis, † qui potest tunc dif-
finitiue pronunciare. *Vestr. lib. 8. c. de 2. in-*
stantia fol. 156.

De Sententia in gradu appellationis.

Artic. VII.

223 *Iudex non potest causam appellationis cogno-scere, nisi de appellatione constet.*

224 *Amplia etiam constare debere, quod legitime appellatio fuerit interposita.*

225 *Processus valet etiam non docto de appellatione super prolatione competentiæ Iudicis, nec appellatur.*

226 *Causa semper de partium consensu deuolui potest*

227 *Declara dumodo appellatio non sit deserta.*

228 *Sententia prima, etsi appellatio sit deserta, an possit confirmari, vel infirmari.*

229 *Iudex appellationis an possit sine commissione super desertione pronunciare.*

230 *Iudex potest addere, vel minuere articulos omissos in fauorem appellati aquiescentis primæ sententiæ.*

231 *Sententia quot modis, & ex quibus causis possit dici nulla.*

232 *Iudex debet quantum potest nullitates euitare.*

233 *Iudex debet iniustitiam, & iniquitatem in sententia euitare.*

234 *Sententia continens expressum errorem iuris, vel iniquitatem, est nulla.*

235 *Amplia etsi expresse se non referat ad acta.*

236 *Iniustitia manifesta tollit omnem præsumptionem, quam aliàs sententia habet.*

237 *Iniustitia manifesta impedit vt non possit sententia mandari executioni.*

238 *Sententia debet ferri secundum leges, ad euitandam iniustitiam.*

239 *Sententia lata contra ius cuiuscumque Iudicis, est ipso iure nulla.*

240 *Ius commune quodnam intelligatur extra terras Ecclesiæ.*

241 *Ius commune quodnam intelligatur in terris Ecclesiæ.*

242 *Ius canonicum in materia peccati vbique est attendendum.*

243 *Iudex* Ecclesiasticus *an possit compellere Iudicem Secularem ad obseruandum canones.*

244 *Sententia lata contra statutum, vel constitutionem localem, est nulla.*

245 *Declara dumodo simus in notorijs, vt Iudex ignorare non potuerit.*

246 *Sententia lata contra consuetudinẽ, vel stilum probatum est nulla.*

247 *Sententiæ criminales debent ferri secundum legum & statutorum dispositiones.*

248 *Sententia continens maiorem pœnam, quàm disponit statutum, est nulla.*

Am-

249 *Amplia nullam esse non solum in excessu, sed etiam in totum.*

250 *Limita si adsit clausula, quod excessus reducatur ad debitam quantitatem.*

251 *Sententia sufficit quod sit declaratoria, quando reus in pœnam ipso iure incurrit.*

252 *Sententia declaratoria an & in quibus casibus non requiratur contra reum.*

253 *Sententia lata contra omnem opinionem, an sustineatur.*

254 *Iudex tenetur in sindicatu de sententia lata contra omnem opinionem.*

255 *Sententia lata contra rem iudicatam, an sustineatur.*

256 *Declara dūmodo fuerit exceptum, & feratur in diuersa instantia.*

257 *Limita tamen, prout remissiue habetur ad Felinum.*

258 *Sententia vt sit nulla, debet esse contra casum legis clarè, & patenter loquentis.*

259 *Sententia sustineri potest quando lex contraria habet plures intellectus.*

260 *Sententia vt sit nulla propter expressum errorem, qualis error esse debeat.*

261 *Sententia quando sit nulla propter errorem per relationem ad acta.*

262 *Sententia sustinetur quando opiniones sunt diuersa, hinc inde tamen probabiles.*

263 *Declara quomodo tunc debeat iudicare iudex.*

264 *Iudex in pari opinione more rusticorum iudicat differentiam per medium secando.*

265 *Sententia non potest esse nulla, quando iudici est commissa decidenda secundum voluntatem.*

266 *Iudex, cui committitur causa ad suam voluntatem, an possit non seruare iura.*

267 *Iudex in criminalibus habens arbitrium imponendi pœnam, an, & quando corporalem, & mortis possit.*

268 *Iudex incompetens ratione maioris delicti an possit reum punire.*

269 *Sententia lata contra ius partis valet, & potest executioni demandari.*

270 *Limita tamen si esset lata contra personas priuilegiatas, & in specie quas.*

271 *Sententia lata non datis dilationibus, aut non factis probationibus, quando sit nulla.*

272 *Sententia quandonam lata contra ius partis dicatur.*

273 *Terminus ad probandum debet dari in ciuilibus, & criminalibus.*

274 *Terminus ad faciendum defensiones debet dari in ciuilibus, & criminalibus.*

275 *Reus defensionibus renunciare nequit.*

DEbet etiam Iudici constare de appellatione, quia non constito de ea,
223 non potest causam appellationis cognoscere, *c. Romana §. si vero, de appell. in 6. Rot. decis. 18. de appell. in antiqu. decis. 2.*
224 *eodem tit. in nou.* † Et quod legitime interposita fuerit *Egid. conclus. 684. Franc. in c. cum in Ecclesia extr. de appell.*

Si tamen Iudex pronunciat se Iudicem competentem, neque appellatur, vel alias eius iurisdictio quoquo modo proro-
225 getur, † valet processus, etiam non docto de appellatione *Franc. in d. §. si vero, Egid.*
226 *conclus. 84.* † Quia de consensu partium potest causa deuolui *Rot. decis. 21. & decis. 51. de appell. in antiq.* similiter ad instātiam appellati, *Bald. in l. 2. C. vt lit. pend. Vestr. d. c. fol. 156. & seq.* Dummodo appellatio
227 † non sit deserta: de quo an scilicet possit
228 prima sententia confirmari, † vel infirmari, quando appellatio est deserta, videnda est *Rot. decis. 14. de appell. in nou.*

229 Iudex autem appellationis, an † possit super desertione appellationis absq; speciali Commissione pronunciare, videndæ sunt *decis. Rot. contrariæ, 17. & 72. de appell. in antiq. & decis. 24. & 76. eodem tit. in nou. Felin. in c. ex parte num. 8. extr. de rescript.*

Ad Instantiam etiam appellati acquie-
230 scentis primæ sententiæ † potest Iudex addere, vel minuere etiam articulos omissos in fauorem ipsius, *Rot. dec. 23. de re ind. in nou.* Reliquas nullitates sententiæ, &
231 quot modis, ac ex quibus causis possit dici nulla, videndæ sunt penes *Spec. in tit. de sent. §. iusta per totum, & in tit. de appellat. §. 2. vers. 18. DD. in l. prolatam C. de sent. & Vestr. d. cap. de proc. per totum.*

232 Sicut igitur † debet Iudex, vt dixi, quantum fieri potest, vitare nullitates, vt sententia sit rite lata, ita, imo multo magis
233 † debet vitare iniustitiam, & iniquitatem vt sit recte lata. Sententia enim continens expressum errorem iuris, vel notoriam iniquitatem ex eisdem actis, vltra iniu-
234 stitiam † est etiam nulla, *Abb. Felin. & alij*
235 *in c. per tuas extr. de sent. excom.* † Etiam quod expresse non referat se ad acta *Franc. in c. dilecto num. 153. vsq. ad num. 167 extr. de appell.*

236 Et manifesta iniustitia † tollit omnem præsumptionem, quam alias sententia habet pro se, *Felin in loc. allegato Vant.*
237 *d. c. num. 126.* ita vt non † possit mandari executioni, *Afflict. decis. 28. & 39.*

238 Et ideo ad euitandam iniustitiā, † debet ferri secundum leges, lata enim con-
239 tra Ius † est nulla ipso iure, qualiscumque sit ille Iudex, etiamsi arbiter, vel Princeps, *l. 2. quando prouoc. non est neces. c. cum inter. extr. de re iud. l. si expressim. ff. de appell.*

240 Intelligiturq; † Ius commune, videlicet extr. terras Ecclesiæ Ius Ciuile, in-

ter-

terris verò Ecclesiæ Ius Canonicum,
241 in his in quibus discordat à Iure Ciuili,
vt dixi supra, præterquam in materia pec-
242 cati, in qua vbique † Ius Canonicum at-
tendi debet *e. si duobus, & e. super 2. extr.*
de appell. Gemin. in c. Abbate §. præfatus de
sent. & re iud. in 6. Felin. in c. Ecclesia S. Ma-
riæ num. 41. extr. de constit.

Quinimo potest iudex Ecclesiasticus
243 compellere Iudicem sæcularem, † ad ob-
seruandum Canones in materia peccati
c. decernimus. de sent. excom. in 6. c. licet de iur.
eod. lib. Et vtrobique *not. Gemin.*

244 Ampl. hanc conclusionem † primo in
sententia lata contra constitutionem lo-
calem, vel statutum, dummodo sint pu-
245 blica, & notoria, † ita vt probabiliter Iu-
dex ea ignorare non possit, *Vant. d. num.*
124.

246 Secundo in sententia lata † contra cō-
suetudinem, vel stilum probatum, noto-
rium, *Guidopap. decis. 292.*

Tertio non solum in causis ciuilibus,
247 † sed etiam in criminalibus, in quibus
debet seruari dispositio legum, vel statu-
torum, in imponendis pœnis, *c. de causis*
cum ibi nota. extr. de off. delegat.

Et si reus condemnetur in maiori pena,
248 quam statutum disponat, † sententia est
nulla, non solum, quoad summam, in
249 qua fuit excessum, † sed in totum, nisi
in illa apponatur clausula, quod si senten-
250 tia condemnatoria sit excessiua, † ex tunc
habetur pro reducta ad debitam quanti-
tatem, quia eo casu valet vigore illius
clausulę, *Bald. in l. certa in fin. C. quan. pro-*
uoc. non est neces. Alex. in l. Iudex postquam,
num. 26. ff. de re iud. Clar. q. 43. vers. quæro
si Iudex, vsque in finem.

Et in tantum est verum, seruandas esse
leges, & statuta in imponendis pœnis,
quod quando est imposita certa pœna,
251 quæ incurratur ipso iure, † non requiri-
tur sententia condemnatoria, sed sufficit
declaratoria incursus ipsius *c. cum secundũ*
de heret. in 6. vt videmus in delictis. *glos.*
in c. euidentia in ver. non indiget, extr. de ac-
252 *cus. Clar. q. 9. vers. præterea quæro.* † Immo in
aliquibus casibus etiam non requiritur
declaratoria, quos refert remissiue *Felin.*
in c. præterea extr. de spons.

253 Ampl. 4. vt procedat † etiam in senten-
tia lata contra omnem opinionem Doc-
torum, licet enim fortassis non sit ipso iu-
254 re nulla, † tenetur tamen Iudex in Sindi-
catu, *Imol. Alex. & alij in l. qui Romæ, §.*
duo fratres ff. de verb. oblig. Ias. post alios in
l. cum prolatis ff. de re iud. Felin. in c. 1. extr.
de const. Vant. d. c. num. 120.

255 Ampliatur. 5. in sententia † lata, con-
tra sententiam, quæ transiuit in iudica-
tum, quando exceptio rei iudicatæ fuit
256 opposita, etiamsi feratur in diuersa In-
stantia *l. 1. C. quando prouoc. non est necess.*
Quæ tamen conclusio patitur multas dif-
257 ficultates, † ideo in hac materia viden-
dus est latissime *Felin.* Qui dat sexdecim
limitationes, per quas ferri potest senten-
tia contraria, *vt in c. inter monasterium*
extr. de sent. & re indic. Vant. in d. c. num.
125.

Limitatur prædicta principalis conclu-
258 sio, primo, vt procedat in sententia † lata
contra casum legis, quæ clare, & paten-
ter loquatur: alias si haberet plures in-
259 tellectus, excusaretur Iudex, † & sustine-
retur sententia lata contra eum, *Bartol.*
Imol. Alex. & alij in d. l. cum prolatis. Vant.
d. num. 118.

260 Lim. 2. quando error iuris est † expres-
sus verbis claris in sententia, neque po-
test defendi pretextu alienæ consuetudi-
nis, & irrationabilitatis, *Felin. in l. 1. ff. de*
re iud. Vant. d. c. num 122. vbi late decla-
rat, quando sententia dicatur nulla,
261 † ex eo, quod contineat errorem, per
relationem ad acta: de quo etiam viden-
dus est *Felin. in d. c. inter cæteras.*

Limitatur 3. si in aliquo articulo essent
262 † opiniones diuersæ, omnes tamen
263 hinc inde probabiles, quia tunc potest
264 & debet Iudex more Rusticorum † diffe-
rentiam per medium secare iuxta *l. Nesen-*
nius de negoc. gest. l. antiqui. vbi Angel. ff. si
pars hered. pet. Bart. in l. si duo col. fin. ff.
vti possid. Anchar. cons. 210. Boer. decis. 42.
num. 39.

265 Lim. 4. in Iudice, † cui vel causa fuisset
commissa decidenda, secundum eius vo-
266 luntatem, quia tunc potest † non seruare
iura, de quo tamen videndus est latissime
Felin. in c. canonum statuta num. 15. extr. de
const. vel si non reperitur imposita certa
pęna illi casui, quia forsan est arbitraria
Iudicis *c. de causis cum ibi notatis, ex. de off.*
deleg.

Quando vero in criminalibus datur fa-
cultas Iudici imponendi pœnam eius ar-
267 bitrio, † quam pœnam, an, & quando
corporalem, vel mortis arbitrari possit,
videndus est latissime *Felin. in. c. ex parte*
num. 21. extr. de const. in c. inquisitionis extr.
de accusat.

Quinto declara prædictam conclusio-
nem, quod quamuis sit imposita certa
pœna delinquenti, ratione delicti in ter-
ritorio Iudicis commissi, si tamen Reus
commisit alia delicta, propter quæ Iudex
ob incompetentiam ratione loci, vel
aliam ob causam, non potest ipsum pu-
nire

268 aire, † poterit tamen ratione aliorum
delictorum procedere, & potest pænam
aggrauare *Clar. in §. furtum vers. sed pone,
& q. 39. in fin.*
Sexto in sententia lata contra Ius par-
269 tis †, quia valet, poteſtque mandari exe-
cutioni, si non appelletur, *Capic. decis. 1.*
270 dumodo † non feratur côtra personas pri-
uilegiatas, vt minorem, Fiscum, Eccle-
siam, vel absentem. *DD. in l. diuus ff. de
re Iud. l. si Prætor, §. Marcellus, vbi Bart. &
alij ff. de Iud. cum alys relatis per Vant. d. c.
num. 132.*
Est videndum etiamin proposito, quan-
do sententia lata, non datis dilationibus,
271 aut nullis factis probationibus, † sit nul-
la, *apud Franc. in c. dilecto n. 153. vsque ad
num. 167. ex. de appell.*
227 Diciturque lata † contra Ius partis,
quando fertur nullis existentibus proba-
tionibus, vel illis nulliter factis, *Afflict.
d. decis. 28. & decis. 47.*
273 Aduertendum est tamen, quod debet
dari † terminus ad probandum in ciuili-
274 bus, & in criminalibus ad † faciendas de-
275 fensiones, neque potest Reus illis † renun-
ciare, vt dixi supra.

An, & quando fieri debeat condemnatio expensarum.

Art. VIII.

276 *Victus victori in expensis condemnari debet in quacumque sententia.*
277 *Amplia, etsi expensæ petitæ non fuerint.*
278 *Amplia etiam procedere tam in ciuilibus, quã in criminalibus.*
279 *Procurator fisci debet de iure condemnari, etiã ipse in expensis.*
280 *Procurator fisci hodie succedit loco querelãtis.*
281 *Limita tamen, prædicta de consuetudine non procedere.*
282 *Procurator fisci persequens aliquem dolosè, & calumniosè, in expensis debet condemnari.*
283 *Aduerte, hoc quoque nunc in desuetudinem abusse.*
284 *Iudex lata diffinitiua non potest se vlterius in causa intromittere.*
285 *Iudex lata diffinitiua an, & quando possit in expensis condemnare.*
286 *Iudex seruans condemnationẽ expensarum in sententia poterit illam, quandocunq; facere.*
287 *Aduerte tamen dubitari an possit expensarum condemnatio reseruari.*
288 *Expensarum condemnatio, vel solum taxatio, an reseruari possit in definitiua.*
289 *Expensarum taxatio solum reseruatur in definitiua iuxta communem praxim.*
290 *Expensarum condemnatio lata interlocutoria potest suppleri vsque ad definitiuam.*
291 *Iudex an faciat litem suam non condemnando victum in expensis, si in libello petantur.*
292 *Appellatio ab omissione condemnationis expensarum potest interponi.*
293 *Expensarum condemnatio potest fieri etiam in tertia instantia.*
294 *Iudex an possit condemnare victum in expensis factis in prioribus instantijs.*
295 *Expensarum condemnatio, quando censeatur facta pro omnibus instantijs.*
296 *Amplia tam si à definitiua, quam ab interlocutoria fuerit appellatum.*
297 *Expensarum condemnatio procedit in illo, qui temere litigauit.*
298 *Litigans ex iusta causa an possit in expensis condemnari.*
299 *Expensarum condemnatio de stilo curiæ ferè contra omnes victos fertur.*
300 *Expensarum condemnatio an procedat in contumace.*
301 *Contumax etsi iustam causam habeat pro se in lite, an in expensis debeat condemnari.*
302 *Expensæ debentur tantum iudiciales, non autem extraiudiciales.*
303 *Declara tamen, de iure omnes deberi.*
304 *Expensarum condemnatio, quando possit, & debeat fieri, & suppleri in qualibet instãtia.*
305 *Fructuum condemnatio, quando extendatur ad perceptos, & percipiendos, & illos, qui percipi potuerunt.*
306 *Et quid si à die litis contestatæ, vel possessionis adeptæ.*
Et quid dicendum in bonæ, vel malæ fidei possessoribus. ibid.

PRo quocumque ergo feratur senten-
276 tia, † debet victus victori in expensis
277 condemnari, etiamsi petitę † non fuerint,
*l. properandum C. de Iud. l. calumniam C. de
pœn. Innoc. & alij in cap. fin. ex. de dol. & con-
tum. in cap. sæpe ex. de appell. Rot. dec. 47. de
appell. in nou.*
278 Quę concl. explicatur † primò, vt pro-
cedat non solum in ciuilibus, sed etiam
279 in criminalibus, debetque de Iure † Pro-
curator fisci, qui hodie regulariter succe-
280 dit loco † querelantis, & accusatoris, con-
demnari in expensis, *l. prima C. de sumpt.
recup. lib. 10. & l. prima C. de decur. eod. lib.*
281 licet † de consuetudine non seruetur.
Guidopap. decis. 269.
Si tamẽ dolosè, & calumniosè aliquem
282 persequeretur, † deberet ipse quoque in
expensis condemnari, vt priuatus, & ita
pluries seruatum fuisse testatur. *Clar.
283 q. 10. vers. sed nunquid,* † quod tamen abijt
hodie in desuetudinem.
Ampl. 2. quod licet Iudex lata senten-
tia

284 tia diffinitiua † non possit vlterius se in causa intromittere, *l. Iudex postquam ff. de*
285 *re Iud.* Potest † tamen in expensis condemnare, dummodo eadem die id fiat, *l. Paulus de re iud. ca. cum appellationes, iuncta glos. in verb. eod. de appell. in 6. l. terminato C. de fruct. & lit. expens.*

Quinimò reseruando sibi in sententia
286 condemnationem expensarum, † poterit deinde quandocunque in expensis condemnare, *Bart. & alij in d. l. terminato Abb. & Francus d. c. sæpe. Vestr. lib. 8. Capic. dec. 2. & 3. Instan. fol. 256.* sed quia multi contra-
287 riam opinionem tenuerunt, scilicet quod condemnatio expensarum non possit re-
288 seruari in sententia diffinitiua, † sed solum taxatio, vt per Felin. *in c. significauerunt, ext. de except.* ideo tutius est sequi commu-
289 nem praxim, † reseruando solum taxationem, iuxta doctrinam *Bart. in d. l. terminato.*
290 Lata verò sententia interlocutoria † potest Iudex semper, vsque ad diffinitiuam condemnationem expensarum supplere, *Innoc. in d. cap. sæpe. Vestr. d. fol. 256.*

Tertio, quod si expensæ in libello peri-
291 tæ fuerunt, † Iudex facit litem suam, non condemnando victum, *Glos. in l. omnem honorem C. quando prouoc. non est necess. glos. & DD. in c. fin. ext. de rescript. Franc. in d. c. sæpe, & Vestr. d. fol. 256.*
292 Quarto videtur appellandū ab omissione condemnationis expensarum, *Guidopap. decis. 436. q. 55. & late Felin. in d. cap. significauerunt.*

Quinto est aduertendum, quod huius-
293 modi condemnatio expensarum † potest fieri etiam in tertia instantia, & condem-
294 nari victus, etiam † in expensis factis in prioribus instantijs; imò si simpliciter cōdemnetur in 3. instantia, neque adsint il-
295 la verba, coram nobis factis, † censetur in expensis omnium instantiarum condemnatus, *Felin. in d. cap. significauerunt, Put. dec. 1. de expensis.*
299 Et hoc siue † appellatum fuerit à diffinitiua, siue ab interlocutoria, *Afflict. decis. 42.*
297 Hæc conclusio modo limitatur †. Primo, vt procedat in illo, qui temere litigauit, *l. eum quem temere ff. de Iud. l. pro-*
298 *perandum §. si autem C. eodem.* Non autem † in illo, qui iustam causam litigandi habet, *l. qui solidum ff. de leg. 2. glos. in c. finem litibus, ext. de dol. & contum.* exemplum datur, quando quis obtinuit sententiam fauorabilem, quæ reuocatur ex nouiter deductis, *Rot. dec. 10. de dol. & cont. in nou.* de quo etiam vide late *Guidopap. decis. 426. q. 48.* Et quæ dicam tit. particulari.

Hoc tamen de stilo Curiæ non seruatur.
299 Sed fere † omnes indistinctè condemnantur, *Vestr. d. fol. 256. col. 1. in fine.*
300 Similiter non procedit in contumace, † vt in appellante, qui appellationem non
301 prosequitur, qui debet † condemnari in expensis ratione contumaciæ, quamuis habuerit iustam causam litigandi, *glos. in cap. finem litibus in ver. expensas, ext. de dol. & contum. Franc. in d. cap. sæpe n. 49.*

Limit. 2. in expensis solum iudiciali-
302 bus, † non autem in viaticis, & alijs factis extra iudicium, & hoc de stilo Curiæ, *Cass. dec. 13. de rescript. & Vestr. d. c. fol. 256.*
303 licet de iure † deberet, etiam in alijs condemnari *d. l. eum quem temere.*

De hac autem materia condemnatio-
304 nis expensarum, † quando possit, & debeat fieri in quauis instantia, & suppleri, vide latissimè *Franc. qui illam tractat per decē, & octo quæstiones in d. cap. sæpe n. 42. cum seq.* & quę dicam tit. de fruct. & lit. expēsis.

Quando autem pars veniat condem-
305 nanda in fructibus, † an teneatur ad perceptos, vel percipiendos, aut qui percipi potuerunt, à die litis contestatæ, vel
306 possessionis adeptæ, † quid in bonæ, vel malæ fidei possessoribus, vide remissiuè *Cassad. decis. 1. de caus. possess. & propriet.* & quæ dicam d. capite.

Quæ sint Iudici fugienda.

Artic. IX.

307 *Iudex debet cauere ne partes expensis frustra fatigentur.*
308 *Iudex quoque suppleat vbi desunt Aduocati.*
309 *Reus vincit, & debet absolui per non ius actoris.*
310 *Iudex ex officio repellat actorem, si cognoscit ex iuribus reum nihil debere.*
311 *Iudex debet ad sententiam maturè, ac deliberatè properare*
312 *Iudex non condemnet præcipiti persuasione; quem culpa non grauat.*
313 *Iudex in iudicando aduertat, ne cogatur erubescendo varietate, quod iusserit, immutare.*
314 *Iudex in iudicando quid præ oculis habere debeat.*
315 *Sententia non debet ferri prece, odio, timore, vel fauore.*
316 *Sententia, vt supra lata dē rigore iuris tenet, sed Iudicem damnat.*
317 *Restitutio competit aduersus sententiam, odio, prece, timore, vel fauore latam.*
318 *Sententia lata ex corruptione pecuniæ, est ipso iure nulla.*

Sen-

319 *Sententia, ut supra lata ab arbitro non est nulla, sed competit restitutio.*

320 *Sententia lata prætextu iuramenti falsi, vel ex corruptione, aut subornatione Procuratoris, an nulla.*

321 *Iudex in iudicando, aduertat ne aliquid propriæ vindictæ, aut vltioni indulgeat.*

322 *Iudex, quando puniatur propter passionem, aut munera accepta.*

323 *Sportulæ iudicum quales esse debeant in causis Rotalibus.*

324 *Sportulæ causarum extra Rotam, & coram iudicibus ordinarijs, quænam sint.*

325 *Sportulæ, seu salarium iudici debetur in causa laboranti, etsi partes concordent.*

IN omnibus autem suprascriptis, quæ ad sententiam ritè, & rectè ferendam
307 pertinent, diligenter considerandis, † aduertat etiam Iudex ne partes expensis frustra fatigentur, suppleatq; ipse, vbi de-
308 sunt † Procuratores, & Aduocati; quod sanè seruare vidi in nostra Curia propter excellentiam iudicantium; vt puta non solum si Actor non probat, Reum absol-
309 uar, cum sufficiat vincere per non † Ius Actoris, etiamsi de non Iure suo constet, *c.1. ext. vt Ecclesiastica. Rot. dec. 7. de except. in antiq. Stafil. c. 7. n. 5. fol. 291.*

Sed etiamsi ex facie literarum, vel In-
310 strumenti constat aliquid non deberi; † Actorem ex officio, etiam Reo non excipiente repellat, *Cassad. dec. 10. de rescript.*
311 Ad expeditionem ergo properet, † maturè tamen, & deliberatè, nè legitimas
312 defensiones partium abripiat, † neq; præcipiti persuasione condemnet, quem culpa non grauat; nè deinde erubescenda
313 varietate † immutare cogatur, quod iusserit, vt inquit *tex in l. fin. C. de mod. mulct.* & habetur *in c. Deus omnipotens 2. q. 6. in c. quæro 6. q. 1.* cum alijs adductis per *Parid. de Put. in tract. sindic. §. An si Iudex.*
314 Postremò pronunciet, † habeatq; præ oculis verba *tex.* semper menti tenenda *in c. 1. de sent. & re iud. in 6.* dictumq; illud Prophetæ: Væ vobis, qui iudicatis ter-
315 ram, quando iudicabimini; † non enim debet ferri sententia prece, timore, odio, vel fauore, quia quamuis de rigore Iuris
316 teneat; † damnat tamen Iudicem, & com-
317 petit restitutio parti aduersus eam, *Card. in Clem. pastoralis de sent. & re iud. in fin.*

Lata verò propter dolum ex corruptione pecuniæ, siue corrumpatur Iudex,
318 Procurator, aut Aduocatus, est † ipso Iure nulla, *Card. in Clem. 1. n. 5. & n. 27. de for. comp.*

Licet in arbitris non sit nulla ipso Iure,
319 sed solum competat † restitutio, vel exceptio, *Card. in dicta Clem. pastoralis.*
320 At si corrumpatur, vel subornetur † Procurator, aut feratur prætextu iuramenti falsi, quando sit nulla; videndus est *Vant. c. de null. ex defect. proces. n. 135. vsque in fin. cap.*

Aduertat etiam Iudex; nè in iudican-
321 do, † aliquid indulgeat vltioni, & vindictæ propriæ iniuriæ, *vt per Card. in dicta Clem. pastoralis.*
322 Quando Iudex † puniatur ob passionem, vel munera accepta; est videndus *Boer. dec. 153.*
323 Sportulæ † Iudicum quales esse debeant in causis Rotalibus; videndus est *Refor. Rot. facta per Pium IV. & Paulum V. tit. de sportul. & tit. de Auditor. Rot. in fin.*

In pendentibus extra Rotam, & coram
324 Iudicibus ordinarijs, † videndæ *reformationes Tribun. ordin.* indicatas loco citato. Certum est autem, quod quando Iudex
325 laborauit in causa, † debetur illi salarium, seu sportulæ, & propina, etiam quod partes concordent, *Glos. & Gemin. in c. statutum §. Assessorem de rescript. in 6.* & latè *Gratia. c. 561. n. 34. cum sequentibus, sicque fuit praticatum à plena Camera anno 1654. coram Illustriss. Pallauicino inter Hippolytum Daccium mercatorem, & Nicolaum Simoninum appaltatorem duorum pro centenario.*

An Iudex lata sententia possit se ingerere.

Artic. X.

326 *Sententia diffinitiua an de partium consensu possit reuocari, corrigi, vel immutari.*

327 *Iudex postquam functus est officio, suo non debet se amplius intromittere,*

328 *Limita tamen in Iudice ordinario, vel delegato ad causarum vniuersitatem.*

329 *Iudex delegatus ad causarum vniuersitatem, æquiparatur ordinario.*

330 *Iudex an, & qui possit sententiam suam reuocare notoriè iniustam.*

331 *Iudex an, & qui possit reuocare sententiam, quæ non transit in iudicatum.*

332 *Iudex potest sententiam reuocare officio Iudicis nobili expeditam.*

333 *Officium Iudicis nobile durat post sententiam.*

334 *Iudex potest sententiam latam reuocare per restitutionem in integrum.*

335 *Iudex potest sententiam reuocare latam prætextu priuilegiatæ probationis.*

336 *Sententia ex iuris præsumptionibus lata potest apparente veritate reuocari.*

337 *Iudex delegatus an possit reuocare sententiam nullam ex non seruata forma rescripti.*

338 *Iudex delegatus potest iterum pronunciare, quando non obseruauit rescriptum.*

339 *Sententia interlocutoria, & grauamen potest quandocumque à Iudice reuocari.*

340 *Amplia etiam inuitis partibus, & etsi ab ea appelletur.*

Limita tamen dummodò non fiat ad petitionem partis. ibid.

341 *Iudex post reuocationem interlocutoriæ potest prouidere in negotio principali.*

342 *Sententia quoad Iudicem nunquam transit in iudicatum.*

343 *Episcopus an, & quando possit interlocutoriam sui Vicarij reuocare.*

344 *Vicarius an, & quando possit interlocutoriam sui Episcopi reuocare.*

345 *Sententia interlocutoria, quando habet vim diffinitiuæ, regulatur vt diffinitiua.*

Iudex interlocutoriam vim diffinitiuæ habentem an possit reuocare. ibid.

346 *Sententia interlocutoria non potest reuocari, quando expirat officium Iudicis.*

347 *Sententia non potest reuocari, quando bis fuit appellatum, & bis confirmata.*

348 *Sententia lata de consensu partium an possit reuocari.*

349 *Sententia prædicta non potest reuocari, nisi aliqua subsistente causa.*

350 *Sententia non potest reuocari, si delegatus, vel arbiter detulit appellationi, & quare.*

351 *Limita in Iudice ordinario, sed quando.*

352 *Iudex delegatus potest re integra interlocutoriam reuocare.*

Aduerte tamen dubium esse, an fieri possit de consensu solius reuocantis. ibid.

353 *Sententia neque potest reuocari, si fuisset appellatum ad Papam, &c.*

354 *Sententia interlocutoria executioni demandata an possit reuocari.*

355 *Sententia non potest reuocari, quando Iudex interlocutus fuit supra declaratione ambigui.*

356 *Sententia lata super exceptionibus peremptorijs an possit reuocari.*

357 *Declara tamen tunc posse reuocari per Iudicem appellationis.*

358 *Sententia lata super exceptionibus non respicientibus directè causam, an possit reuocari.*

359 *Aduerte, quod si tunc non appelletur, sententia transit in iudicatum quoad partes, & Iudicem.*

360 *Sententia diffinitiua, vel interlocutoria quando possit per ordinarium, vel delegatum reuocari.*

361 *Sententia an, & quando possit in vno capite subsistere, & in alio esse nulla.*

362 *Iudex potest ex eisdem actis pronunciare, si nullitas prouenit ex sola sententia.*

363 *Acta si sint nulla, vel pars ipsorum, an debeant irritari, & restaurari.*

364 *Iudices in Curia solent appellantes ab interlocutoris reponere.*

365 *Appellatio à petitione decreti an liceat.*

366 *Commissio causæ appellationis quomodo signetur, si adsit grauamen, & Iudex procedat in reponendo.*

LAta sententia diffinitiua, si sit nulla,
vel iniusta ex quocumque capite; in-
326 surgatque nullitas, vel iniustitia; † non
potest per Iudicem, qui eam tulit, etiam
de consensu partium reuocari, corrigi,
vel mutari: quia cum functus sit officio
327 suo, non † debet amplius se in causa in-
tromittere, *l. Iudex postquam ff. de re iud.*
Glos. in l. si diuersa, C. de transaction.
328 Limitatur hæc conclusio in Iudice †
ordinario, & delegato ad vniuersitatem
329 causarum, † qui æquipacatur ordinario,
qui in aliquibus causis possunt sententiam
330 suam reuocare. Primo, quando esset †
notoriè iniusta, & hoc constaret ex con-
fessione partis, vel probationibus factis
331 parte non opponente. † Secundo, si sit
talis, quod non transeat in iudicatum,
332 vt puta lata contra matrimonium. † Ter-
tio, quando fertur super his, quæ officio
333 Iudicis nobili expediuntur: Durat enim †
post sententiam officium Iudicis nobile.
334 Quarto, quando † fit per restitutionem in
335 integrum. Quinto, quando fertur † præ-
textu probationis priuilegiatæ, vt puta
ex dictis testium deponentium de credu-
litate, vel ex iudicio peritorum; quia
336 cum sit lata ex præsumptionibus Iuris, †
potest semper apparente veritate in con-
trarium, reuocari, *Franc. in c. cum cessante*
n.7. ext. de appell. & in c. dilecto n.84. ex. cod.
Limitatur secundò principalis conclu-
337 sio etiam in Delegato, † quando nullitas
338 procedit ex non seruata forma rescripti †
quia tunc potest iterum pronunciare,
Franc. in d. c. dilecto n.83. & 85.
339 Interlocutoria verò, seu grauamen † po-
test per Iudicem ordinarium, & delega-
tum, quandocumque etiam inuitis par-
340 tibus, † etiamsi ab ea appelletur, dum-
modò non fiat ad petitionem partis, re-
341 uocari, † potestque Iudex post reuoca-
tionem procedere in negocio principali
non obstante appellatione, quia quoad
342 Iudicem nunquam † transit in iudicatum,
l. quod iussit, ff. de re iud. c. cum dilecto, vbi
Glos. ext. de elect. d. c. cum cessante, vbi Franc.
in princ. vsque ad num.6. & num.31.
Et in omnibus casibus, in quibus Iudex
343 potest suam interlocutoriam reuocare, †
poterit etiam Episcopus reuocare inter-
locutoriam Vicarij, sicut ipsemet Vica-
344 rius † posset, quia censetur idem Tribu-
nal,

nal, *Franc. in c. dilecti n.*50. *ext. de appell.*

Limitatur primò, quando interlocutoria habet vim diffinitiuæ, † quia tunc in
345 hoc regulatur vt diffinitiua. Secundò, in Delegato, quando per talem interlocu-
346 toriam † expirat officium Iudicis, vt puta, si pronunciat se Iudicem incompetentem, non procedendo ad vlteriora, & similia, & ab ea appellatur. Tertio, si bis
347 fuisset † appellatum, & semper fuisset con-
348 firmata. Quartò, si sit lata de consensu partium; tunc enim ad petitionem vnius
349 partis non † potest reuocari, nisi subsistente aliqua causa. Quinto, quando Iu-
350 dex Delegatus, vel Arbiter † detulit appellationi, quia abdicat à se omnem iu-
351 risdictionem, secus in ordinario: † si tamen partes de consensu non obstante delegatione vellent ad Iudicē, à quo redire, posset etiam Delegatus re integra inter-
352 locutoriam † reuocare: an verò de consensu solius reuocantis? dubium est. Sextò,
353 quando fuit † appellatum ad Papam, & causa appellationis commissa. Septimò, si fuisset appellatum ad inferiorem, & lis contestata coram Iudice ad quem. Octa-
354 uò, quando † interlocutoria esset mandata executioni: tunc enim non potest reuocari, nisi de consensu partium, vel prout aliqui voluerunt, saltem cum causæ
355 cognitione. Nono, quando † Iudex interlocutus fuit super delcaratione verbi am-
356 bigui in sententia. Decimo, quando † fuit lata super exceptionibus perēptorijs, vel alijs iudicium nullum reddentibus, quia tunc licet nō posset reuocari per eundem
357 Iudicem, si non fuit appellatum, † poterit tamen reuocari per Iudicem appellationis à diffinitiua, si ab ea appelletur.
358 Vndecimus, quando † fuit lata super exceptionibus, non respicientibus directè causam principalem, nec iudicium nullum reddentibus: tunc enim, si non ap-
359 pellatur, transit † in iudicatum, quo ad partes, & Iudicem, vt si pronuncietur super exceptionibus dilatorijs, vel condemnatione expensarum; vt latè *Franc.* qui ad præmissa multa allegat, & cumulat *in d. c. cum cessante n.*8. *vsque ad num.* 31. Videndus est etiam ad prēmissa, quando
360 diffinitiua, vel interlocutoria † possit per ordinarium, vel Delegatum reuocari, *Franc. in c. ex ratione num.*82. *ext. de appell. Rot. decis.*88. 142. *& fin. de appell. in antiq. decis.*9. *&* 12. *eodem tit. in nou. decis.*17. *de re iud. in nou.* videndus est etiam *Felin. in c. in literis ext. de off. deleg.* vbi limitat *d. l. Iudex postquā*, pluribus modis, & *in c. qualiter, & quando ext. de accusat. Vant. c. de null. iurisd. ordin. n.*114.

Nota tamen vnum, quòd quando sententia continet plura capita diuisibilia,
361 si nullitas oriatur ratione rei, vel formę † potest in vno capite esse nulla, in alijs verò subsistere, quia vt diximus, quot sunt capita, tot sunt sententiæ, *Ias. in l. fin. ff. de iurisd. om. Iud. Vant. eod. cap. n.*3.

Et quando Iudex ordinarius reuocat sētentiam suam, etiam diffinitiuā, tanquam nullam, ac denuò procedit; si nullitas pro-
362 uenit ex sola sententia, potest ex eisdē actis pronunciare; si verò acta sunt nulla, vel
363 pars ipsorum, † debent illa nulla tantum irritari, & iterum instaurari, *Franc. in d. c. dilecto n.*86. *ext. de appell.*

364 Solent etiam † Iudices in Curia appellantes ab interlocutorijs reponere, prout sæpius vidi in Curia Capitolina: & si pars
365 aduersa appellat à repositione, † eam quoque reponere, & sic plures facere repositiones; si tamen verè existat graua-
366 men, & Iudex procedat in reponendo, † datur Commissio causæ appellationis, cum clausula, non obstante, quod Iudex animo forsan magis grauando, appellantem reposuerit, *Gales. q.*36. *n.*2. *&* 27. *vsq; ad num.*30 *fol.*201.

De Sequestro.

Cap. IX.

Quo casu concedatur sequestrum in genere.

Artic. I.

1 *Sequestrum est de iure regulariter prohibitum.*
2 *Declaratur tamen pluribus casibus concedi, remissiuè.*
3 *Sequestrum specialiter datur pendente lite in beneficialibus.*
4 *Sequestrum in casu prædicto potest fieri ab Ordinario super possessione, & fructibus.*
5 *Ampliatur præcipue superueniente timore dilapidationis.*
6 *Sequestrum, si non apponatur ab Ordinario, potest apponi ab Auditoribus Rotæ.*
7 *Ampliatur etiam ab Auditoribus posse apponi non expectato Ordinario.*
8 *Sequestrum antiquitus sub plumbo solebat relaxari.*
9 *Sequestrum hodie quomodo relaxetur, & à quibus.*

1 Sequestrum regulariter de iure † prohibetur, *toto tit. C. de prohib. sequestr. pos. & dicit Rot. in Brundusina bonorum* 23. *Ianuarij* 1649. *coram R.P.D. Meltio, post Labirint.*

2 *rint. credit.fol.*17. Attamen conceditur in † plutibus casibus, quos refert *Glos.c. toto tit. ext. de sequestr. poss.ss. & Vbert. de mod. & rat. citan. par.3.form.4. pag.*115. *& Pen. decis.*304. *&* 313.

3 Et inter alios dabitur casus, quando † lis erit in beneficialibus; lata enim prima sententia diffinitiua contra possessorem, Ordinatius loci, in quo situm est benefi-
4 cium, † potest sequestrare possessionem, & fructus donec lis finiatur, *Clem. vnic. vbi Glos. & Card. n.*55. *de sequestr. poss. & fruct.*
5 *Pen. dec.*33. pracipuè si aderit timor dilapidationis. *Rota in dicta Brundusina*, licet ibi loquatur in profanis.

Quia verò, vt plurimum Ordinatij erant
6 negligentes apponere dicta sequestra, † Innocentius VIII. dedit facultatem Auditoribus Rotæ, illa apponendi, vt annui supra sub *tit.de Iudice,loquen. de S.Rota* etiam
7 non † expectato Ordinario, in causis coram ipso venientibus; & antiquitus huius-
8 modi sequestra † solebant relaxari sub plumbo, ita disponente Regula Cancellariæ.

Hodie autem indistinctè in Commissio-
9 nibus derogatur, illi regulæ, † conceditutq; quod Auditores sub paruo sigillo sequestra relaxent, *Vestr. lib.* 1. *c. de off. contrad. fol.*14.

Quibus casibus concedatur in beneficialibus.

Artic. II.

10 *Sequestrum potest ferri tam in possessorio, quam in petitorio.*
11 *Sequestrum possunt relaxare Auditores ex officio, etsi pars non petat.*
12 *Sequestrum potest decerni etiam post sententiam, etiam per Iudicem appellationis.*
13 *Sequestrum datur non solum ad fauorem principalis, sed etiam subrogati.*
14 *Sequestrum decernitur contra possessorem, vnica sententia lata in petitorio.*
15 *Sequestrum conceditur non obstantibus quibuscumque obtentis in partibus, etiam in petitorio.*
16 *Appellans à sententia non censetur appellasse à sequestro, nisi expresse.*
17 *Sequestri decretum an suspendatur, si dicatur de nullitate sententiæ.*
18 *Ampliatur etiam per expressam appellationem, etiam a tertio interpositam.*
19 *Limitatur quando in appellatione exprimitur rationabilis causa.*
20 *Sequestrum an duret & quousq; reuocata sententia, cuius vigore fuit decretum.*
21 *Iudex à quo, an, & quomodo possit post delationem procedere ad sequestrationem.*
22 *Cautio regulariter dicitur medicina sequestri.*
23 *Sequestrum an tollatur per cautionem.*
24 *Sequestrum decretum cum causæ cognitione, vel lege permittente, non tollitur per cautionem.*

HViusmodi conclusio de sequestrando,
10 &c. Ampliatur primo, † siue feratur in petitorio, siue in possessorio, *d.Clem.vnic.*
11 Secundo, vt Auditores † possint sequestrum relaxare ex officio, quamuis pars non petat, *Cassad. decis.*5.*de sequestr.possess. & fruct.*

Tertio, vt possit decerni non solum in dicta sententia, prout regulariter fieri so-
12 let, † sed etiam sequenti die post sententiam, etiam per Iudicem appellationis, *Cassad. d. decis.* 5. *Vestr. lib.*7. *c. de sequestr. possess. fol.*202.

Quarto, quod datur non solum ad fauo-
13 rem illius pro quo lata est sententia, † sed etiam subrogati, dummodo subrogatio fuerit canonizata, & intimata aduersario, *Cassad. decis.*1. *de dilat.*

Quinto, etiã quamuis possessor obtinuit tres sententias, & rem iudicatam pro se in
14 possessorio; † nihilominus si deinde feratur vnica in petitorio contra ipsum, debeatur sequestratio, *Card. in d. Clem. vnic. Cassad. decis.*2. *tit. eod. Vestr. d. fol.* 202. *& seq.*

15 Sexto, vt decernatur, † non obstantibus quibuscumq; sententijs fauorabilibus obtentis in partibus, etiam in petitorio, *Card. Cassad. & Vestr. vbi sup.*

Septimo, quod quamuis appelletur à sententia, in qua decernitur sequestrum, etiam cum clausula, à quocumq; alio gra-
16 uamine, ac omnibus inde sequutis, † non censebitur tamen appellatum à decreto sequestri, nisi exprimatur, *Cassad. d. decis.*5. *& fin.*

17 Octauo, vt non suspendatur † decretum sequestri, quamuis dicatur de nullitate sententiæ, nisi proueniat ex defectu iuris-
18 dictionis, *Glos. fin. & Card. in d. Clem.* † Nec etiam per expressam appellationem interpositam non solum ab eo, contra quem lata fuit sententia, sed nec etiam à tertio pro suo interesse, *Rot. decis.* 11. *de sent. & re iud. in antiq. decis.* 4. *de sequestr.*
19 *poss.in non.* † Nisi in appellatione exprimatur rationabilis causa grauaminis, prout in alijs interlocutorijs, quæ non habent contra se ius commune, *Cassad. d. decis.fin.*

Nono, etiam quamuis reuocetur sententia, cuius vigore fuit decretum seque-
20 strum, illud tamen durat vsque ad finalem causæ expeditionem, *Glos. & DD. in dicta Clem.*

Clem. Milis in suo repert. in verb. sequestrum, Vestr. vbi supra d. fol. 202. & Pen. d. decis. 33.

Decimo, etiā quamuis Iudex à quo quādo detulit appellationi, nō possit amplius
21 se in causa intromittere, † datur tamen Commissio, quod non obstante delatione procedat ad sequestrationem, *iuxta formam d. Clem.*

22 Vndecimo, vt alias regulariter † licet cautio sit medicina sequestri, *l. si fideiussor. §. fin. vbi DD. ff. qui satisd. cog. l. fin. C. de ordin. cognit. Glos. & DD. in c. examinanda,*
23 *ext. de Iudic.* Nihilominus † sequestrum vigore *d. Clem.* non tollitur per cautionem; quia quando decernitur cum causę cognitione, aut lege permittente, vel præcipien-
24 te, † nunquam tollitur per cautionem, neque procedit, *d. l. fideiussor. Milis in d. verb. sequestrum, Io. Andre. in addit. ad Specul. tit. de sequestr. possess. in princ. Vestr. d. fol. 202.*

Quibus in casibus impediatur.

Artic. III.

25 *Declaratur in sententia diffinitiua lata cum citatione partis.*
26 *Declaratur non procedere cōtra habentem primam sententiam pro se in petitorio.*
27 *Etiamsi aduersarius restituatur, & obtineat reuocari sententiam.*
28 *Sententia in petitorio in fauorem possessoris lata in Curia, impedit sequestrum.*
29 *Sequestrum contra triennalem possessorem an per cautionem tollatur.*
30 *Et quid in sententia priuationis lata ob non solutionem pensionis.*
31 *Et quid ad fauorem illius, qui obtinuit sententiam, aut tertij, vel subrogati.*
32 *Sequestrum solummodo potest decerni super fructibus beneficij litigiosi.*
33 *Ampliatur tamen etiam super alijs recusantis ponere fructus sub sequestro.*
34 *Commissio vt fructus beneficiorum non litigiosorum sequestrentur, an, & quando detur.*

Limitatur autem hæc conclusio. Primo,
25 vt procedat † in sententia diffinitiua, lata cum citatione partis, & ita loquitur *d. Clem. vnic.* ac omnes alij.

26 Secundo, vt non procedat † quando fertur contra eum, qui primam sententiam obtinuit pro se in petitorio in Cur. & eius vigore obtinuit possessionem, vt puta, quia transiuit in iudicatum: quamuis deinde aduersarius restituatur, & obtineat reuo-
27 cari dictam sententiam, † non tamen est locus sequestro. Quælibet enim sententia lata in petitorio in Curia in fauorem pos-
28 sessoris, † impedit decretum sequestri, in sententijs subsequentibus reuocatorijs illius. *Cass. decis. 1. de sequestr. possess.*

29 Tertio, quando fertur † contra triennalem possessorem, dummodo triennium sit completum, ante motam litem, & possessor non sit simoniacus, *Card. in d. Clemen. Cassador. decis. 3. eodem, & decis. 1. de simon.*

30 Quarto, in sententia † priuationis, lata ob non solutionem pensionis, *Cassador. decis. 4. tit. eod. Vestr. d. c. fol. 202.*

31 Quinto, vt procedat ad fauorem illius, † qui obtinuit sententiam, non autem tertij, vel subrogati, *Card. in d. Clem. vnic. n. 13.*

Sexto, vt decernatur sequestrum solum-
32 modo super fructibus beneficij litigiosi, † non aliorum per condemnatum obtento-
33 rum; nisi esset maxima contumacia † recusantis, ponere dictos fructus sub sequestro; tunc enim sicut contra excommunicatum non parentem iudicato, & per mul-
34 tum temporis insordescentem in cēsuris, † ita etiam in hoc casu daretur Commissio, quod propter nimiam contumaciam, fructus aliorum beneficiorum sequestrarentur, *Stafil. c. 19. fol. 335. n. 14. vers. istud tamen.*

De deputatione sequestratarij, & eius facultate.

Artic. IV.

35 *Sequestratarius debet per partes concordari decreto sequestro.*
36 *Sequestratarij quales esse debeant, & an possint reuocari.*
37 *Sequestratarius ex causa petitur Iudici remouendus, & alius subrogandus.*
38 *Possessor durante sequestro non potest se intromittere in beneficio.*
39 *Sequestratarius durante sequestro, omnia iura Ecclesiæ sequestratæ exercet.*
40 *Ordinarius an, & in quibus possit prouidere in Ecclesia sequestrata.*
41 *Sequestratarij quid debeant facere de fructibus sequestratis.*

35 Decreto igitur sequestro † debent partes concordare de persona sequestra-
36 tarij, solentque regulariter deputari † duo idonei fide, & facultate, & ordine, qui deinde non remouentur, nisi propter impedimentum, & mortem, vel si male se gerant, aut ex aliqua probabili causa sint
37 suspecti alteri partium: † tunc enim petitur Iudici, vt illos remoueat, & alios subroget arbitrio suo, & signatur commissio arbitrio Iudicis. *formul. cōmiss. de cumulat. diuers. Ind. 7.*

Et

Et quia possessor, aut quilibet alius,
38 non potest amplius se intromittere in beneficio, etiam illi seruiendo, vel in fructibus, aut iuribus spiritualibus ipsius, aliàs enim dicitur excommunicatus, *d. Clem.*
39 *vnic. §. 1. Aegyd. conclus.* 429. † possunt sequestratarij durante sequestro, praesentare, eligere, inuestire, & omnia alia iura Ecclesiae sequestratae exercere, *DD. in cap. examinata ext. de re iud. & in d. Clem. vnic. vbi Card. n.* 9.

40 Poterit tamen † Ordinarius in cōcernentibus seruitium spirituale ipsius Ecclesiae, & alijs non dispositis per Iudicem, prouidere, *Io. Andre. in addit. ad Specul. in rubr. eod. tit.*

41 Debentque sequestratarij † fructus vendere, & pecuniam restituere victori, non autem ex eo praedia, vel alia bona emere, *Glos. in d. Clem. verb. restituat. Vestr. d. c. fol.* 202. *& seq.*

In sequestro extra terminos Clement. de sequestr. possessione quomodo procedatur.

Artic. V.

42 *Sequestrum qualiter relaxetur post cessionem collitigantis.*
43 *Sequestrum propter suspicionem dilapidationis, vel periculum scandali, qualiter signetur.*
Sequestrum petitum à marito contra vxorem in Monasterio, qualiter signetur. ibid.
44 *Sequestrum in praedictis casibus semper concedi solet.*
45 *Limitatur tamen si de possessione agatur.*
46 *Sequestrum an priuet possessione.*
47 *Sequestrum super fructibus, & sequestrum super possessione, in quo differant.*
48 *Sequestrum apponitur in casu attentatorum in beneficialibus.*
49 *Sequestrum datur contra habentem fauorabilem sententiam in beneficialibus, secus ex Clem.*
50 *Sequestrum datur in casu, quo nullus litigantium possideat.*
51 *Sequestrum in profanis conceditur contra debitorem, & debitorem debitoris.*
52 *Sequestrum in profanis vel fit super re litigiosa, vel pecunijs liberis.*
53 *Sequestrum super re litigiosa lite durante non reuocatur.*
54 *Sequestrum tollitur lite finita, & cuinam fiat restitutio.*
55 *Sequestro reuocato, pecunia rectè soluitur à debitore.*
56 *Debitor durante sequestro non potest molestari à creditore.*
57 *Solutio facta de mandato Iudicis, rectè facta dicitur.*
58 *Solutio coactè facta alteri quam creditori, dicitur rectè facta.*
59 *Sequestrum de facto factum, de facto reuocari potest absque cautione.*

ET quando post cessionem collitigantis
42 petitur relaxatio sequestri, † solet signari Commissio cum clausula, quatenus non adsint alij collitigantes.

Extra terminos verò *d. Clem.* quando petitur decerni sequestrum propter suspicionem dilapidationis, periculum scandali, aut quando maritus litigans cum vxore, petit eam sequestrari in aliquo Mo-
43 nasterio, signatur Commissio cum clausula arbitrio Iudicis, *formul. comm. de Cumul. di-*
44 *uers. Iud.* 18. *&* 71. & solet in tali casu tale † sequestrum concedi, *Rot. in Brundusina* 23. *Ianuarij* 1649. *coram R. P. D. Meltio inter*
45 *volantes.* Quod ibidem limitatur † si agitur de possessione, quia tali casu non debet sua possessione priuari, si appellauit.

An autem sequestrum priuet possessio-
46 ne, † negatiua dicitur verior, quando illud est necessarium, & fuit à Iudice relaxatum, & est procedendum cum distinctione,
47 à sequestro, super fructibus, & sequestro super possessione, *vt in Toletana Territorij* 30. *Martij* 1648. *coram Eminentissimo D. meo Cardinali Ottobono in folio.*

In casu etiam attentatorum in benefi-
48 cialibus † apponitur sequestrum, ne detur vitiosus ingressus, & ne attentans fruatur commodo possessionis vitiosae; & hoc casu datur etiam contra habentem senten-
49 tiam fauorabilem; secus † tamen esset dicendum, si illud peteretur vigore *d. Clem. vnic. Rot. in Melevitana Commendae de Vaoursf.* 13. *Maij* 1650. *coram R. P. D. Celso in fol. & in Cracouien. Praepositurae* 30. *Ianuarij* 1645. *coram R. P. D. meo Verospio in volantib.* Vbi
50 etiam habetur, quod datur † in casu, quo nullus litigātium possidet, ne fructus pendente lite dilapidentur.

51 In profanis quoq; quotidie † conceduntur sequestra, vel contra debitorem debitoris, vel contra ipsum debitorem: & ideo
52 aduertendum, quod aliquando fit sequestrum super re litigiosa, aliquando super pecunijs liberis, & non litigiosis, vt creditori sit consultum, *Bal. in l.* 1. *n.* 1. *C. de probib. sequestr. Caesar de Graff. decis.* 3. *n.* 4. *de fideiuss.*

53 Quando fit super re litigiosa, lite durante, † non reuocatur *l. fin. §. quod si ei C. de ord. cogn. Gratia. c.* 114. *n.* 30.

54 Et restituitur lite finita, ei, qui obtinuit sententiam, *l. si oleum, vbi Bart. n.* 1. *ff. de dol. Papien. verb. sequestrum, Glos. ander. n.* 3.

Quan-

Quando fit ſuper pecunia, & illud reuo-
55 catur, pecunia ſequeſtrati, † debet à debi-
tore ſolui, quia fuit ſublatum impedimen-
tum, & tunc ſi ſoluit, rectè ſoluit, *Guido-
pap. decif.340. in fine*.

56 Aliàs † non poteſt, nec cogi, nec mole-
ſtari à Creditore, *Guidopap. d. decif.340.& Bart. in l. mulier ff. de lege commiſſ. Pariſ. conſil.107. num.38. & conſil.109. lib.3.*

57 Et rectè dicitur facta † ſolutio, ſi fuit fa-
cta de mandato Iudicis, *Verall. decif. 155.
58 num.1. par.3.* ſed debet ſoluere coactè, †
quia qui coactè ſoluit alteri, quàm credi-
tori, rectè ſoluit, *Papien. verb. ſequeſtrum, Gloſ. audeat. num.2. in fine*.

59 Sed ſi de facto eſſet factum, †de facto deberet reuocari etiam abſq; cautione, *Bald. conſ.195.n.1. lib.1. Rot. decif.97. lib.2.par.3. diuerſ.& decif.29. lib.3. d. par. 3. diuerſ. Papien. verbo ſequeſtrum, Gloſ. audeat. num.6. Caroc. de ſequeſtr. par.3. q.11. & vide Ceſ. de Graſ. decif.3. num.5. de fideiuſſ.*

De requiſitis pro obtinendo ſequeſtro.

Artic. VI.

60 *Debitor citatur ad ſoluendum ſtante ſequeſtro, quod tacite reuocatur.*
61 *Sequeſtrans citatur ad videndum mandari conſignari, quia ſequeſtrum tacite reuocatur.*
62 *Sequeſtrum non datur niſi cum quatuor requiſitis.*
63 *Primum, quod creditor ſummarie doceat de ſuo credito.*
64 *Secundum, quod appareat de dilapidatione.*
65 *Tertium, quod interuenerit citatio.*
66 *Quartum, quod praeceſſerit mandatum executiuum relaxatum pro credito.*
67 *Quinto loco ab alijs fuit addita cauſæ cognitio.*
68 *Nec non quod requiratur inſtrumentum crediti in actis exhibitum.*
69 *Limita, prædicta à multis, & quibus, oppugnari.*
70 *Sequeſtrum in alijs, & quibus requiſitis debeat concedi, remiſſiue.*
71 *Sequeſtrum an concedatur contra hæredem.*

60 IDeo debet citari debitor ad ſoluendũ,†
& ille, ad cuius inſtantiam fuit factum
ſequeſtrum, ad videndum mandari conſi-
61 gnari; † ratio eſt, quia tacitè reuocari po-
teſt, *l. quod iuſſit, vbi Gloſ. ff. de re iud.*
62 Neque datur † niſi concurrant quatuor
63 requiſita. Primum, quod † creditor do-
ceat ſummariè de ſuo credito, *Guidopap.
decif.246. Caroc. de ſequeſtr. par.2.q.1.* & eſt
videndus etiam *Iaſ. in l. fideiuſſor. §. ſatiſda-
tor num.15. & ib. ff. qui ſatiſd. cogan.* Secun-
64 dum, quod † appareat de dilapidatione ſe-
cundum terminos *l. Imperatores §. fin. ff. de
appell. & l. ſi cum dotem §. ſin autem ff. ſo-
65 lut. matrim.* Tertiũ, quod † interuenerit ci-
tatio, *Guidop. d.decif.246.& Ceſal.conſ.339.
num.8. lib. 3. & Iaſ. vbi ſupra §. fin.* Quar-
66 tum, quod præceſſerit † mandatum execu-
tiuũ relaxatum pro credito, vt vult *conſt.71.
Paul. V. ſub tit. de A. C.* Alij etiam volue-
67 runt, † quod requiratur cognitio cauſæ,
vt *Iaſ. in d. §. ſatiſdatum nu. 9. & Guidopap.
68 vbi ſupra*, & vlterius, † quod requiratur
inſtrumentum crediti exhibitum in actis,
*Iaſ. vbi ſupra, & Bart. in l. per hanc C. de
errogat. Milit. lib. 12. & in l. in litibus, C. de
69 agric.& cenſ.lib.21. num.25.* ſed†contradicit
Maſcard. concluſ. 1298. num.1. & hanc opi-
nionem defendit *Abb. in c. dilectus num.28.
de ſequeſtr.poſſeſſ.* quem magnifacit *Alex. in
l. ſi fideiuſſor. §. fin. num.9. qui ſatiſd. cog.*

70 Alia requiſita † ponit etiam *Caroc. vbi ſupra, & Minſing. ſingul. obſeru. ſent. 2. obſeru.11. Gaill. pract. obſeru. lib.2. obſeru.14. num.4. & Guidopap. vbi ſupra*, & eſt videnda *Rot. in Romana participationis affictus 27. Ianuarij 1611. coram bon.mem. Pirouano impreſ. decif.326. par.2. recent.*

71 An autem † concedatur contra hære-
dem, & contra illum detur aſſecuratio, di-
ſcutitur in eadem *decif.326. par. 2. recent.*

Quomodo concedatur, & practicetur coram A.C.

Artic. VII.

72 *Sequeſtrum in Curia A.C. ſolet obtineri obtento mandato.*
73 *Citatio quænam fiat executo ſequeſtro contra debitorem debitoris.*
74 *Via executiua an habeat locum contra ſequeſtratarium debitorem debitoris.*
75 *Sequeſtratarius obligatus ſimpliciter non poteſt executiue moleſtari à creditore creditoris.*
76 *Mandatum de conſignando contra ſequeſtratarium executiue an, & quando detur.*
77 *Creditor an, & quando habeat contra debitorem ſui debitoris viam executiuam.*
78 *Sequeſtratarius via ordinaria eſt moleſtandus, & quando a creditore ſui creditoris.*
79 *Sequeſtratarius an teneatur conſignare, quando adeſt res iudicata, & cui.*
80 *Iura nemo habet maiora, quam ille, cuius nomine agitur.*
81 *Contumacia nõ habet locum in Tribunali A.C:*
Mandatum de conſignando, non expeditur, niſi doceatur de credito debitoris. ibid.
82 *Citatio contra debitorem quomodo fiat obtento ſequeſtro.*
Citatio contra ſequeſtratarium quomodo fiat obten-

obtento sequestro . ibidem .
83 *Mandatum gratiosum de consignando, quando expediatur, & quomodo.*
84 *Citatio sequestratario ad videndum se paruisse mandato, quando fiat, & quomodo.*
85 *Mandatum de consignando qualiter obtineatur, tam si adsit consensus in mandatum, quam non.*
86 *Mandatum rigorosum quando expediatur, & quomodo contra sequestratarium.*
87 *Contumacia habet locum in Curia Capitolina, & in ea proceditur.*
88 *Mandatum gratiosum, & rigorosum vnico contextu conceditur in Curia Capitolina.*
89 *Declaratur vnica præuia citatione, & qualiter facta.*
90 *Citatio ad iustificandum prætensum sequestrum qualiter fiat, & quando.*
91 *Decretum quodnam fiat in citatione ad iustificandum sequestrum.*
92 *Citatio ad videndum præfigi terminum ad iustificandum sequestrum, quando fieri possit.*
93 *Citatio ad videndum mandari consignari non obstante sequestro, quando fiat.*
Vel ad videndum reuocari sequestrum.
94 *Decretum consignandi rem sequestratam, vel reuocandi sequestrum, quando-nam fiat.*
95 *Mandatum de consignando, qua formula tutius obtineatur.*
96 *Appellatio suspensiua datur à reuocatione sequestri.*
97 *Limitatur, quando sequestrum non est iustificatum, & de facto concessum.*

IN Curia autem A.C. adest dicta praxis, quòd primò obtineatur mandatum
72 contra debitorem, † eoq; obtento, in vim illius solet obtineri sequestrum, & illo exe-
73 cuto contra debitorem debitoris, † citatur ad consignandum, & videndum mandari consignari pecunias, res, & bona sequestrata, aliàs videndum decerni, & relaxari mandatum de consignando gratiosum, vt annuit *Tiber. Salust. lib. 2. cap. 12. num. 15.* & vide *Papien. verb. sequestrum d. Glos. audeat num. 3.*
74 Sed in hoc aduerte, quod ista praxis † habet locum, quando sequestratarius est obligatus in fauorē debitoris in forma Cam.
75 vel aliqua via executiua; secus autem † si esset obligatus simpliciter: quia cum creditor agat nomine, & ex iuribus sui debitoris, si sequestratarius non adstringitur obligatione Camerali, vel guarantigia, vel
76 alia via priuilegiata executiua, non † daretur mandatum de consignando: exemplum est in obligato simpliciter; si enim
77 debitor immediatus † nō habet viam executiuam, illam neque habebit eius credi-
78 tor; tunc enim post sequestrum † esset procedendum via ordinaria contra sequestra-
79 tarium, & iste tunc tamen † teneretur consignare, quando adesset res iudicata; regulariter enim non potest habere maiora iu-
90 ra, † quam is, cuius nomine agit.

Si etiam sequestratarius negaret, nihil habere in manibus, quia coram A.C. non proceditur in cōtumacia, *Pius V. const. 113.*
81 *§. 18. Bull. nou. tom. 2. fol. 246:* † debet doceri de credito debitoris, & nisi de eo doceatur, non expeditur mandatum de consignando rigorosum.

Praxis enim sic regulatur post obten-
82 tum sequestrum: † Citatur debitor immediatus, & sequestratarius ad consignandum, & videndum mandari consignari, vt
83 supra, & expeditur † mandatum de consignando gratiosum, quod solet per Cursores transmitti sequestratario, & postea reproducitur, & docto de credito sui debi-
84 toris, † citatur vnico termino ad docendū se paruisse mādato gratioso, aliàs videndū contra ipsum decerni, & relaxari mandatum rigorosum, & executiuum, si in obliga-
85 tione adest cōsensus in mandatū; aliàs enim debet fieri processus cum extensione obligationis Cameralis, & decretatione mandati, ac si debitor ageret cōtra debitorem;
86 & si in termino præfixo non soluit, † expeditur contra ipsum mandatum rigorosum, & proceditur prout in iudicio executionis obligationis Cameralis, de qua infra *tit. de iudicio executiuo.*

Sed in Curia Capitolina secus practica-
87 tur, † quia cum ibi procedatur, etiam in contumaciam, conceditur vnico contex-
88 tu † mandatum gratiosum, & rigorosum, etiamsi non doceatur de credito debitoris,
89 præuia vnica citatione † ad consignandum, & videndum mandari consignari, aliàs videndum decerni, & relaxari mandatum gratiosum, & in defectu inobedientiæ rigorosum, & proceditur prout in alijs iudicijs in contumaciam fieri solitis.

Datur etiam alia praxis post executio-
90 nem sequestri, quòd scilicet † citatur creditor, qui illud obtinuit, ad videndum sibi præfigi terminum ad iustificandum prætensum sequestrum, aliàs videndum mandari consignari pecunias sequestratas, præ-
91 tenso sequestro non obstāte, & obtinetur † decretum cum alicuius termini præfixione arbitrio Iudicis; solet etiam prout in cita-
92 tione separata fieri † citatio ad videndum sibi præfigi terminum ad iustificandum sequestrum, & conceduntur aliquot dies, & secuta intimatione talis præfixionis termi-
93 ni, & elapsis diebus illius, † citetur denuo, vel ad videndum mandari consignari mādatum non obstante sequestro, vel ad viden-

94 dendum reuocari sequestrum, & † conceditur, vel consignatio, vel reuocatio, vt testatur *Tiber.Salust. lib.2.c.23.nu.3. & Papien.d.verb.sequestrum d. Glos.audeat.nu.16.*

95 Qui autem † tutiùs ambulare voluerit, poterit vti prima formula, quia à reuoca-
96 tione sequestri † datur appellatio suspensiua, *Marches.de commiss. par.1.c.22.tit.de appell.ab interlocutoria num.36.*

97 Limitatur tamen, vt ibi *num.34.* † quando sequestrum non est iustificatum, & de facto concessum.

Quando in sequestro detur appellatio.

Artic. VIII.

98 *Appellatio à sequestro an dari soleat, & quando.*
99 *Appellatio à sequestro quando non detur.*
100 *Appellatio à sequestro non datur, quando agitur contra executorem depositarium, vel sequestratarium.*
101 *Executor sequestratarius, vel depositarius executiue molestari potest.*
102 *Appellatio sicuti non datur à deposito, ita neque à sequestro.*
103 *Appellatio non datur à sequestro merum possessorium concernente.*
104 *Sequestrum datum appellatione pendente, dicitur attentatum.*
105 *Ampliatur etiamsi causa fuisset simpliciter introducta in Rota.*
106 *Sequestro in actis non reproducto cessant attentata.*
107 *Sequestrum in casibus, in quibus datur, non reuocatur nisi lite finita.*
108 *Declaratur tamen id procedere in re litigiosa.*
109 *Sequestrum datur contra suspectos de fuga, lite, seu appellatione pendente.*

98 A Sequestro etiam solet † dari appellatio, quando contra sequestratarium competit sola via ordinaria, *Salust.d.lib.2.*
99 *c.12.in fine, & c.22.num.9.* secus autem † est dicendum, si debitor debitoris teneatur via executiua obligationis Cameral. quarantigiæ, vel alio priuilegio, puta rei iudicatæ, *Salust. vbi sup. d.c.12. & Papien. d. verbo sequestrum, Glos. sapiens num. 2. circa*
100 *medium.* Quod etiam procedit, † si agatur contra executorem, penès quem pecuniæ fuerunt depositatæ, & sequestratæ,
101 cum aduersus ipsum † procedatur executiuè, vt declarat *Rot.in Romana pecuniaria 20.Iunij 1608.coram Caualerio in fine,* quæ est impress. *decis.29.* penès eundem, meri-
102 tò non datur † appellatio, sicuti à deposito, quia pari passu procedit, *l.sequestrum ff.de verb.signification. Surd.cons.280. n.10.*

Si tamen sequestrum concernit merum
103 possessorium, † non datur appellatio, secundum *Marches. d. c.22. num. 34.* Plures alias fallentias vide apud *Lancellott.de attent. appellatione pendente lim.12.*

Sed si fuit datum appellatione penden-
104 te, † est attentatum, præcipuè si illud emanaret à Iudice à quo, quando causa est introducta coram Iudice ad quem, *Card. in Clem.1. q.22. Lancellott. de attent.appell.*
105 *pendent. lim. 12. num 1.* † quod procedit, etiamsi causa fuisset simpliciter introducta in Rota, & non fuisset ab ea inhibitum, vt cuenit *in Romana pecuniaria de Spinolis 14.Decemb.1608.& 16.Ianuarij 1609. coram R. P. D. Penia impres. penes eundem.*

Declara tamen, vt dicitur in eadem deci-
106 sione in fine, quod cessant attentata, † nisi illud fuerit in actis reproductum.

In casibus, in quibus datur sequestrum
107 est aduertendum, † quod non datur reuocatio, nisi lis fuerit terminata, *tex. est in l.si oleum, vbi Bart.num.1.ff.de dol.Papien. d. verb. sequestrum, Glos. audeat. num.3.*

108 Sed declara, quod † procedat in re litigiosa, *Bald. in l.1.num.1. C. de prohibit. sequestr. Cas. de Gras. decis.3. de fideiuss.*

109 Datur (inquam) † etiam lite, seu appellatione pendente, contra suspectos de fuga, si suspicio superueniat, *Franc. in c. cum teneamur num. 10. Lancellott. c.4. de attentat. lit.pend.declarat.4.limit.1. num.19. & c.12. de attentat. appell. penden. limit.31. Ias.in l.2.num.21.ff.de iurisd.omn.Iud.Lopez in c. per vestras §.24. num.2.*

Ex quibus suspicio fugæ, vel dilapidationis, & detur, vel negetur sequestrum in profanis.

Artic. IX.

110 *Suspectus de fuga, aut de dilapidatione, ex quibus causis pat.*
111 *Suspicio de fuga, vel de dilapidatione, quomodo probetur.*
112 *Sequestrum ex quibus requisitis concedatur?*
113 *Sequestrum datur contra obligatum in forma Cameræ.*
114 *Sequestrum datur, si prætendatur nullitas executionis, qua fuit capta possessio.*
115 *Sequestrum datur, etiamsi prætendatur excessus in executione.*
116 *Sequestrum datur, si adsit timor barattariæ in mobilibus.*
117 *Inuentarium, seu descriptio in inuentario semper concedi debet.*
118 *Sequestrum potest à Principe semper apponi, & possessio ad se auocari.*

119 Sequestrum an detur etiam, si lis vertat super statu personæ.

120 Sequestrum non denegatur vxori marito ad ad inopiam vergente.

121 Sequestrum an, & quando detur in fauorem mariti contra mulierem.

122 Sequestrum datur in fauorem subditi propter timorem sæuientis tyranni.

123 Sequestrum quoque datur, si timetur ne virgo corrumpatur.

124 Sequestrum quoque datur, si possessor se absentet.

125 Sequestrum etiam datur propter contumaciam.

126 Sequestrum datur, si moueatur lis super re ablata alicui de familia.

127 Sequestrum, an detur contra transeuntem cum equis alienis, & alijs rebus.

128 Sequestrum plurimum dependet ab arbitrio Iudicis.

129 Sequestrum, quando possit ex officio à Iudice concedi.

130 Sequestrum mendicatum, aut fraudolenter factum reuocatur.

131 Sequestrum datum contra pauperem reuocatur, ne fame pereat.

132 Pauper an ali debeat de bonis sequestratis.

133 Expensæ litis an deaeant subministrari ex bonis sequestratis.

134 Sequestrum sustinetur datum alicui tuendi sui iuris gratia.

135 Sequestrum ne posteriori creditori soluatur factum sustinetur.

136 Sequestrum prædictum imò neq; reuocari potest.

137 Sequestrata res creditori consignari debet.

138 Sequestrantur omnia bona in libertatem proclamantis.

139 Sequestrum ponitur, si colonus deserat possessionem.

140 Dos potest sequestrari in casu sæuitiæ viri.

141 Sequestrum an detur Clericis, vel regularibus sæuitiam Prælati timentibus.

142 Sequestrum datur in beneficialibus, etiamsi committatur attentatum.

143 Ingressus vitiosus in beneficialibus non datur.

144 Sequestrum datur etiam obtenta gratia, nisi fuerit expressa litis pendentia.

145 Sequestratarius nemo cogitur esse.

146 Sequestratarium posse cogi vbinam dicatur.

147 Sequestratariam posse, & non poss[illegible] quisnam tenuerit.

148 Sequestrum potest reuocari per pactum illi contrarium.

149 Sequestrum dicitur reuocatum, si Iudex mandet solui postquam prohibuerit.

150 Sequestrum sponte susceptum non tollitur, nisi de mandato Iudicis.

151 Sequestratarius ex officio deputatur, quando partes non concordant, & 192.

152 Sequestrum regulariter est prohibitum, præsertim lite pendente.

153 Possessor nullus priuari debet sua possessione.

154 Depositum sequestrari non potest.

155 Limitatur, si debitor esset de fuga suspectus.

156 Sequestrum reuocatur, si debitor ius non habet in bonis sequestrari petitis.

157 Salarium est sequestrari prohibitum.

158 Pensio domus an sequestrari possit.

159 Immobilia non ligantur sequestro, sed interdicto.

160 Cautio de conseruandis, & restituendis fructibus datur in interdicto immobilium:

161 Cautio quanam detur, & quomodo fiat, si sequestrata sit peritura.

162 Fructus recollecti an sequestrentur.

163 Sequestrum ante sententiam esse prohibitum quinam dixerit.

164 Hæreditaria bona non sequestrantur, nisi constito de requisitis necessarius.

165 Possessio capta pendente appellatione in causa spolij non est sequestranda.

166 Declaratur tamen nisi fuisset à Rota inhibitum.

CAusæ, quæ faciunt aliquem suspe-
110 ctum de fuga, & de dilapidatione, † sunt inter cętera, quod bona immobilia nulla, vel parua possideat: si sit præditus malis moribus; & si prius male vsus fuerit propria substantia: nec requiritur, quod
111 de eis † detur probatio copulatiua, seu cumulatiua; sed quandoq; sufficit vnum, secũdum subiectam materiam causarum, *Glos. in l. si fideiussor. §. fin. ff. qui satisd. cogan. Abb. in cap. dilectus num. 9. de sequestr. poss. & fruct. & Bart. in l. si fideiussor. d. §. fin. in princ.*
112 Quatuor autem requisita, † quæ sunt necessaria, vt concedatur sequestrum in profanis, diximus supra, & adest vlterius *d. Romana pecuniaria de Sacebettis 23. Martij 1612. coram Caualerio, & apud Thes. decis. 22. & in Foroliuien. nullitatis obligationis 20. Maij 1613. coram Cardinali Sacrato decis. 459. par. 1. rec.*
113 Datur etiam † contra obligatum in forma Camerę, *Gallef. de oblig. Camerali q. 37. fol. 211. num. 39.*
114 Datur quoque, quando † prætenditur nullitas executionis, cuius vigore fuit capta possessio, *Lancellott. de attent. nulli-*
115 *tate penden. c. 17. num. 146.* & † idem dicendum est, si prætendatur excessus, *Lancellott. d. par. 2. c. 12. lim. 53. n. 30. Papien. d. verb. sequestrum, Glos. sapiens num. 2.* & idem respondetur, si appellatur ab executore, *Abb. d. c. dilectus num. 8. de sequestr. poss. & fruct.*
116 Datur vlterius, si adsit timor barattariæ in rebus mobilibus, *Bart. in l. litibus n. 16. de agr. & censi. lib. 11. Ferall. decis. 158. par. 3.*

117 *par.3.* & aduerte, † quod saltim descriptio, seu Inuentarium, semper concedi debet, *Iaf.in l. fideiussor. §.si sat.sd.n.28.ff.qui satisdare cogantur.*

118 Vlterius, quod Princeps † semper potest sequestrare, & auocare ad se possessionem, etiam lite pendente, *Gabr.conclus.6. num.14. de acq. poss.* & apud eum videbis etiam limitationes.

119 Praeterea datur, † si lis vertat super statu personae, puta filiatione, seruitute, vassallagio, & similibus, *Papien. verb. sequestrum, d.Glos.sapiens n.2.& Glos.in l.1. C. de prohibit. sequestri.*

120 Nec denegatur † vxori, marito vergente ad inopiam, vt testatur *Papien.loco.cit.*

121 *num.3.* & datur etiam in fauorem viri † contra mulierem, vt ipsa sequestretur, quando dubitatur de eiusdem viri saeuitia, vt firmat idem *Papien.* & dixi supra, & in simili si subditi timent saeuitianity-

122 ranni, ipsi quoque sequestrantur, & assecurantur, *Abb.in c.dilectus num.12.vers.10.*

123 *de sequest.poss.* Et si timetur † ne virgo corrumpatur, ipsa quoque sequestratur, *Abb. vbi supra vers.9.*

124 Si possessor se absentet, † etiam datur sequestratio, *Papien. loco cit.* & hoc fortasse

125 ratione contumaciae, † quia etiam propter eam datur sequestrum, *Bald.in c. olim num.5. de rescript. Abb. vbi sup. num.12.*

Vlterius, si fuerit ablata res alicui de

126 familia, super qua moueatur lis, † datur etiam sequestrum, *Papien. loco citato nu.4.*

127 Dicitur etiam † posse dari contra transeuntem per Ciuitatem cum equis alienis, & alijs rebus, *Iaf.in l.fideiussor. §.si satisfactus num.1.ff.qui satisd.cogan. Lopez in §.per vestras §.18.num.12.fol.148.*

128 Et pro regula tene, quod sequestratio † dependet plurimum ab arbitrio Iudicis, *adden.ad Papien. verb. sequestrum d.Glos.sapiens verb. prohibita post princip.* & ex offi-

129 cio † potest illud concedere in omni casu, in quo ad instantiam partis fieri nequit, *Gonzalez ad regul.8.Cancell.§.7.proem. num.27.*

130 Quando tamen est factum in fraudem, & mendicatum, † tunc debet reuocari, & debet curari, vt fraus remoueatur, *Caual. dec.4. Caroc. locat. tit.de locat.sine temp.13. q.6. num.12. fol.64.*

131 Contra pauperem, si fuerit datum, † debet reuocari, ne fame pereat, *Surd. de*

132 *aliment. tit.1. q.111. num. 22.* vel saltem † ali debet de bonis sequestratis, *idem Surd. vbi supra tit.1.par.123.n.5.*& litis expensae

133 etiam debent † subministrari ex bonis sequestratis, *Rot. decis.79.par.2. diuers.*

Et si detur alicui tuendi sui iuris gra-

134 tia, † sequestrum substinetur, *Cas.de Graff. decis.3. de fideiussor. Caroc. de sequestr. qu.1. num.20.*

135 Creditor quoque anterior † potest obtinere, quod sequestretur creditum alte-

136 rius posterioris, ne illi soluatur, & † tale sequestrum non potest reuocari, si credis *Paris.cons.107.n.97.& 68.lib.3.* Tu autem dic cum *Papien.vbi sup. Glos.audeat. nu.6. ad fin.* quatenus iustificetur sequestrum, vt inquit *Tiber. Salust.lib.1. c.23. & Crauett. cons.172. num.2.* quo casu non solum sub-

137 stinetur, verum etiam res sequestrata † debet consignari creditori, *Bart.in l.si oleum num.4.ff.de dol.Papien.d.Glos.audeat. num.6. vers. secundum euentum litis.*

138 Si quis etiam proclamat in libertatē, † tunc omnia sua bona sequestrantur, *Abb. in d.c.dilectus num.10. de sequestr.poss.*

139 Si colonus vult deserere possessionem, † etiam datur sequestrum, *Abb.ibidem n.10. vers.sextus,& l.vlt.C.de agri.& censi.lib.12.*

140 Sequestratur etiam dos † in casu saeuitiae viri, iuxta ea, quae dicit *Abb.in d.c.dilectus d.num.10. vers.nonus.*

Si etiam Clerici, vel Regulares timent

141 saeuitiam prelatorum, † datur sequestrum, *Abb.idem d.num.10.vers. decimus.*

142 Et vt dix i alias, in beneficialibus, etiam si committitur attentatum, datur sequestrum etiā ex officio, *Caputaquen. dec.157. par3.Cassador.decis.3.de rest.spoliat.* & dixit *Rot. in Cremonen. iuris patronatus* 26. *Febr.* 1603. *coram Ludouis. & in Vlisbonen. prioratus 4.Iulij* 1601.*coram Cardinali Seraphino, & in Gerunden.beneficij* 18. *Iunij* 1612.

143 *coram Penia.* & ratio est, † quia in beneficialibus non datur vitiosus ingressus.

Idem eueniet, si fuerit obtenta gratia lite pendente, si non fiat mentio expressa

144 litis, † quia tunc etiam datur sequestrum, vt est casus *in Perusina haereditatis* 26. *Octobris* 1601.*coram Clar.mem.Pamphilio in fol. & in d.Vlisbonen.prioratus coram Seraphino.*

145 Firma etiam regulam, † quod nemo potest cogi esse sequestratarius, *Bart. in l. litibus §. vlt. de agric.& censit.lib.11.adden. ad Papien. d. verb. sequestrum, Glos. sequens*

146 *circa medium fol.69. col. 3.* † licet contrarium colligatur *ex l. fideiussor.§. si satisdatum n.3.ff.qui satisd.cogantur, Afflic.de exetut.*

147 *§. 3. c. 132.* & † vtramque opinionem tenuerit *Bald.cons.480.liq.4.& in l.1.in fine ff. vbi pup.educari debeat.*

148 Aduertendum etiam, † quod sequestrum reuocatur, per factum illi contrarium, quia cum sit interlocutoria, quę per secundam contrariam renocatur, ita dicitur de sequestro, *Paris.cons.107.n.98.& 99.* quamuis enim Iudex prohibuerit, ne sol-

149 ueret, si postea mandet exequi, dicitur re-
uocare, *Bart. in l. cum Procuratore n. 6. ff. de noui oper. nunc. & in l. quod iussit n. 21. ff. de re iud.*

Et si quis sponte se obtulit sequestro,
150 illud acceptando, † non potest se ab illo
liberare, nisi de mandato Iudicis, *adden. ad Papien. verb. sequestr. d. Glos. sapiens, & verbo prohibita circa medium, Ias. in d. l. si fideiussor. §. si satisdatum n. 4. ff. qui satisdare cogantur.*

Et in casu, in quo est apponendum se-
151 questrum, † partes debent concordare
de sequestratario, aliàs deputatur ex officio, *adden. ad Papien. d. verb. sequestrum, Glos. sapiens verb. prohibita, circa medium.*

Dixi etiam superius, quod regulariter,
152 sequestrum † est prohibitum, præsertim
153 lite pendente, quia nemo priuari † debet
sua possessione: datur exempli in actione
rei vendicationis, petitione hæreditatis,
154 & similibus, & magis in specie † deposi-
tum sequestrari non potest, *Ias. in l. si fideiussor. §. satisdatum num. 16. ff. qui satisdare cogantur, per tex. in Auth. sed iam cautum, C.*
155 *depositi*. Declara, nisi debitor † esset suspe-
ctus de fuga, *d. Glos. Auth. sed iam cautum, vbi Salic. num. 1.*

156 Prohibetur etiam, quando debitor † non habet ius in bonis sequestrari petitis, & si fuit concessum, debet reuocari, *Ces. de Grass. decis. 3. de fideiussor.*

157 Salarium quoque † prohibetur sequestrari, *Ias. in d. l. fideiussor. §. satisdatum n. 13. ff. qui satisdare cogantur.*

158 Et licet idem *Ias. vbi sup. num. 16.* † teneat, quod pensio domus sequestrari non possit, dicendum est contrarium, si credimus *Caroc. de locat. tit. sine tempore q. 13. num. 129. fol. 165.* præsertim si adsit suspicio de fuga, vel dilapidatione, vt supra.

159 In immobilibus non datur † sequestrũ,
sed interdictum, *Ias. vbi sup. §. fin. num. 8. Bald. in l. 2. num. 8. C. de hæredit. vel act.* & in
160 omnem euentum † prouidetur cum cau-
tione de conseruandis, & restituendis fructibus. & ista cautela quotidie in nostra Curia practicatur, & est de iure, iuxta doctrinam *Bart. in l. litibus. num. 17. & 18. C. de agric. & censit. lib. 11. & Alex. in* [illegible] *fideiussor. § fin. num. 7. ff. qui satisdare* [illegible]*tur.*

Si autem eueniat quod sequestretur res
mobilis, iuxta doctrinam *Ias. in d. l. fideiussor.* & talis res sequestrata quo ad seque-
161 stratarium sit peritura, datur † cautela, &
& prouisio, vt vendatur, & pretium, vel retineatur apud sequestratarium, vel deponatur apud ædem sacram. vt inquit *Bart. in d. l. in litibus num. 14. C. de agric. & censit. lib. 11. & in l. si oleum ff. de dol. mal.*

162 Dic etiam, quod fructus recollecti †
non sequestrantur *in casibus Clementinæ, Gonzal. ad regul. 8. Cancellariæ §. 8. proemiali, num. 103. & idem Gonzal. n. 31.* dicit etiam
163 in casu *dictæ Clementinæ* † esse prohibitum
sequestrum ante sententiam, & idem dicit *Bald. in c. olim ex litteris n. 5. post princip. de rescript.*

164 Dic etiam, quod † non sequestrantur bona hæreditaria, non constito de requisitis, de quibus supra; quando adest hæres cum beneficio leg. & inuent. vt firmatum fuit *in Romana participationis affictus 2. Ianuarij 1621. coram Pirouano circa finem in fol.*

Si etiam esset lata sententia in spolio,
& ab ea fuisset appellatum, eaq; penden-
165 te capta possessio, † illa non est sequestrã-
da, *Rot. decis. 10. vt lit. penden. in nouis. Cassiodor. decis. 3. de rest. spoliat. Put. decis. 227. lib. 2. Caputaquen. decis. 155. par. 1. & Rot. in Romana pecuniaria 14. Maij 1607. coram b. m. Cardinali Lancellotto in fol.*

166 Declarandum est tamen, † vt in eadem decisione, nisi fuisset inhibitum à Rota, cui esset commissa causa appellationis.

Quando reuocetur per præstationem cautionis.

Artic. X.

167 *Sequestrum an euitari possit per iuratoriam cautionem.*
168 *Sequestrum quanto tempore finiatur.*
169 *Satisdatio ex causa sequestri finitur triennio.*
170 *Fideiussor datus pro sequestratis fructibus quanto tempore sit obligatus.*
171 *Sequestratio an possit finiri minori tempore triennij.*
172 *Limitaretur ista conclusio de iure canonico.*
173 *Instantia de iure canonico est perpetua, ita sequestrum, & satisdatio.*
174 *Appel*[illegible] *perpetuat datam satisdationem vltra triennium, vide 177.*
175 *Sequ*[illegible]*strum factum causa litis, & causa credi*[illegible]*, differunt.*
176 *S*[illegible]*uestrum causa litis durat, donec lis suum sortiatur effectum.*
177 *Sequestrum non expirat per sententiam latam, sed durat in causa appellationis. vide 174.*
178 *Cautio quare sit inuenta.*
179 *Cautio ex causa litis succedit in locum fideiussoris iudicatum solui, & iudicio sisti.*
180 *Cautio dicitur medicina sequestri.*
181 *Cautio quando succedat loco sequestri.*
182 *Fideiussor non admittitur in sequestratione rei hypothecariæ.*
183 *Fideiussio neque admittitur, quando fit sequestrum ob executionem obtentam.*
184 *Citatio requiritur pro reuocatione sequestri.*

Cita-

185 *Citatio quoque requiritur in concessione sequestri. vide 187.*
186 *Sequestrum dicitur actus præiudicialis.*
187 *Citatio quando-nam possit omitti in concessione sequestri. vide 185.*

167 AN autem euitetur sequestrum, si offeratur cautio iuratoria, sunt contrariæ opiniones, & affirmatiuam tenuit *Abb. in d. c. dilectus num. 19. in fin. de sequestr. possess. & fructib.* contrariam tenet *Bart. in d. l. litibus n. 6. C. de agric. & censit. lib. 11. Alex. in l. si fideiussor. §. fin. num. 18. ff. qui satisd. cogaatur*. Tu autem vide *Lancellott. de attentat. 2. par. q. 19. lit. penden. remissiue n. 9. & Alex. in d. l. si fideiussor.*
168 Sunt etiam multi, † qui tenuerunt, sequestrum non durare vltra triennium, quia finitur lite finita, & quia triennio finiatur peremptione instantiæ, vt *Ias. in l. si fideiussor. §. fin. n. 21. ff. qui satisd. cogantur*.
169 Et quod satisdatio ex causa sequestri †
finiatur triennio, dicit *Bart. in d. l. litibus num. 7. C. de agric. & censit. lib. 11.* & quod
fideiussor datus pro sequestratis fructibus
170 restituendis, † obligetur tantum pro fru-
ctibus triennij, dicit idem *Bart. in d. l. litibus num. 18. & Alex. in d. l. si fideiussor. §. fin.*
num. 9. ff. qui satisd. cog. & quod sequestra-
171 tio † possit finiri, etiam in minori tempore, quam triennio, si instantia esset abbreuiata per statutum, dicit *d. Ias. in d. l. si fideiussor. d. §. fin. num. 21. in fin.* contrarium tamen dicit *Imol. in l. Imperatores §. fin.* quē allegat idem *Ias. in d. l. si fideiussor.*
172 Sed fallit conclusio. † Primo de iure
canonico: quia sicur instantia propter il-
173 lud † est perpetua, ita & sequestrum, &
ista satisdatio, *Iason. in dicta l. si fideiussor. §. fin. n. 21.* Secundo fallit si esset ap-
174 pellatum, quia per † appellationem perpetuatur satisdatio, *Ias. in d. §. fin. num. 21.*
175 *ante med.* Tertio fallit in sequestro, † quod
fit causa litis, quia iura loquuntur de sequestro facto ex causa crediti, non liti-
176 giosi; causa enim litigiosa † facit perpetuare satisdationem, donec lis suum sortiatur effectum, *Ias. in d. l. si fideiussor. §. fin. num. 21. circa med.* & quod duret etiam in
177 causa appellationis, † & non expiret per sententiam latam, dicit *Bald. in l. si fideiussor. d. §. fin. & idem Bald. in addit. ad speculat. tit. de sequestr. vers. 1. & idem Specul. in d. tit. vers. sed pone* & latè *Angel. in l. Imperatores §. fin.* quos refert, & sequitur *Ias. in d. §. fin. num. 23. per totum*.
Ideo ad euitanda incōmoda, & facilitā-
178 dum vsum rerū † inuenta est cautio, & ista
cautio si datur pro sequestro concesso ex
179 causa litis, succedit in locū fideiussionis,
iudicatum solui, & iudicio sisti *Ias. in d. l.*
180 *si fideiuss. d. §. fin. n. 23.* & † dicitur medicina sequestri, *l. Senatus ff. de off. præs. d. l. si fideiussor. §. fin. ff. qui satisd. cog. Abb. in d. c. dilectus num. 19. Achil. de Graff. decis. 3. de fideius-*
181 *sor.* & tunc succedit loco sequestri, *Achil. d. decis. 2. & not. in d. l. si fideiussor. d. §. fin. & Bart. in d. l. litibus num. 5. de recu.*
Limita tamen, quia non semper fideiussio est medicina sequestri; non enim
182 militat in creditore hypothecario, † qui si facit rem sequestrare, non admittitur fideiussio, *Alex. in l. de pupillo §. is autem, ff. de oper. nou. nunciat. Paris. cons. 107. num. 78. lib. 3. Caroc. de loçat. tit. sine temp. num. 123. fol. 65.*
183 Limita vlterius, † quando fit sequestrum ob executionem obtentam, *Card. in l. si fideiussor. & adden. ad Papien. verb. sequestrum Glos. 1. lit. prohibita*.
Tene etiam menti, quod pro reuoca-
184 tione sequestri, vt dixi supra, † requiritur citatio, hocque firmat *Paris. cons. 107. num. 103. lib. 3.* vt dicit *D. Gratiosus de modo, & ratione citandi par. 3. formul. 5. verbo citetur*.
185 Sicuti requiritur etiam † citatio in illius concessione, quia vt inquit *d. D. Gra-*
186 *tiosus loco cit.* Sequestrum † est actus præiudicialis, quod idem firmatur *ab eodem in tract. de citat. tom. 1. c. 3. n. 5. vsque ad* 55. excepto casu, in quo periculum esset in mo-
187 ra, † quia tunc omitteretur citatio, ne interim bona occultarentur, vel dilapidarentur, & iudicium eluderetur, *l. Imperatores §. fin. ff. de appell.*

Quomodo procedatur in beneficialibus.

Artic. XI.

188 *Citatio obtinendi sequestri in beneficialibus qualiter formetur.*
189 *Citatio ob obtinendum sequestrum personaliter præsentatur.*
190 *Decretum super impetratione sequestri qualiter fiat.*
191 *Intimatio decreti super impetratione sequestri personaliter præsentatur.*
192 *Sequestratarius quando per Iudicem eligatur ex officio, & quomodo.* 151.
193 *Sequestratarius à Rota deputatus nihil potest prætendere pro sua mercede.*
194 *Sequestrum quomodo, & quando sit concedendum, plura remissiue.*
195 *Sequestrum necessarium, & voluntarium, in quo differant.*
196 *Sequestrum qualiter etiam reuocetur, remissiue ad Gratiosum.*

Cita-

197 *Citatio super reuocatione sequestri qualiter formetur.*
198 *Decretum super reuocatione sequestri qualiter fiat.*
199 *Citatio supradicta, quando ita formari debeat.*

R. P. D. ALBERGATO

Tarraconen. Beneficij:

188 Citetur D. Petrus Antonius Densa ex aduerso Procurator R. D. Ioannis Escanis ex aduerso Principalis ad videndum decerni sequestrum super fructibus beneficij, de quo agitur, concordandum de sequestratario, & dandum listam confidentium, & diffidentium, aliàs videndum per D. eligi, & deputari ex officio, ad p. d. Instante R.D. Braulio Sonier Vicario Capitulari Cathedralis Eccl.Tarraconen. principali, siue &c.

Franciscomus Notarius.

189 Ista citatio de more † exequitur personaliter, & executa reproducitur, & obtinetur decretum per hæc verba.
190 Relatione facta † comparuit D.Ioann. Cocchus Procurator, & petijt, & obtinuit, vt supra, nisi ad p. d. cum Intimatione omni &c.
191 Intimatio pariter † est facienda personaliter, & executa etiam reproducitur: & si pars non comparet ad concordan-
192 dum, vel comparet, & non concordat; † tunc D.eligit ex officio sequestratarios,& expeditur instrumentũ talis deputationis: sed aduerte, quod sequestratarius à Rota
193 deputatus † nihil potest prætendere pro tali deputatione pro sua mercede, & habetur ac si fuisset à partibus deputatus, *Rot. in vna Lunen.Sarzanen.Iurispatronatus 18. Maij 1625. coram b.m. Remboldo in fol.*
194 Plura etiam,quomodo, & quando † sit concedendum sequestrum, quę requiran-
195 tur, quęnam sit differentia † sequestri, necessarij,& voluntarij,& eorum effectus, dicit *D.Gratiosus de modo, & ratione citandi, par.3.de citat.ordinatorus formul.4.per totum, & Ludouis.decis.90.& Cassador.decis.3. de rest. spoliat.*
Si verò desideratur alia formula super
196 reuocatione sequestri, † illa datur à *Domino Gratioso sub infrascripta forma*, videl

R. P. D. CELSO.

Recanaten. Beneficij.

197 Citetur D. Alexander Saracinellus ex aduerso Procurator D. Petri Confalonerij ex adu.Princip.ad viden. reuocari sequestrũ ex aduerso nulliter, & indebitè extortũ super fructibus beneficij Iurispatronatus, de quo agitur, per D. appositum, & fructus perceptos, & sequestratos videndum mandari cõsignari infrascripto Domino instanti, & mandatum de consignando, & aliud quodcunque de super necessarium, & opportunum decerni, & relaxari, ad p. d. Instante R. D. Antonio Condulmerio principali, siue &c.

Petrus Cotuennius Notarius.

Decretum, quod obtinetur erit huiusmodi.Relatione facta † comparuit D.Iulianus Saluatorius Procurator, & petijt, & obtinuit, vt supra, nisi infra tres cum Intimatione.
198
199 Suprascripta citatio † datur, quando prçuia disputatione cognitum est actorem habere bonum ius, & eidem fructus esse consignandos, & finita lite, vel successerit res iudicata, vel fuerit à Signatura responsum cum clausula, sine præiudicio.

Quomodo procedatur in profanis.

Artic. XII.

200 *Debitor volens reuocare sequestrum in profanis pro assecuratione Iudicis factum, quomodo citet.*
201 *Citatio qualiter formetur super reuocatione sequestri facti pro assecuratione iudicij.*
202 *Decretum quodnam sit super reuocatione sequestri facti pro assecuratione iudicij.*
203 *Cautio præcedit aliquando citationem in reuocatione sequestri.*
204 *Iudex mandans recipi talem pro cautione,facit causam propriam.*
205 *Clausula,attenta cautione in actis data,differt à cautione,arbitrio Domini.*
206 *Notarius tenetur pro cautione, si Iudex non mandet recipi certam personam.*
207 *Notarius non tenetur,nisi discusso fideiussore.*
208 *Iudices, & Notarij quid facere soleant, antequam fideiussores accipiant.*
209 *Iudicum,& Notariorum quinam passi fuerint lites propter fideiussiones receptas.*

Fide-

210 *Fideiussor qualiter cautè possit recipi à Notario, vel Iudice.*

QVando verò fuit obtentum sequestrum in profanis, pro assecuratione
200 iudicij, † & debitor desiderat illius reuocationem mediante cautione, quæ solet nuncupari, vt dixi superius, medicina sequestri, tunc solet vti huiusmodi citatione.

ILLVSTRISS. D. VECCHIARELLO

A.C.M.

201 CItetur D. Angelus Picchettus ex aduerso Procurator D. Philippi Ramponi ex aduerso Principalis ad vidēdum reuocari sequestrum ad eiusdem D. Philippi instantiam factum, & executum in bonis, siue pecunijs existentibus penès D.Ioannem Pellegrinum, data per Instantem cautione arbitrio Domini de stando Iuri, & iudicatum soluendo, quicquid per eundem D. suo tempore fuerit iudicatum, ad p.d. Instante D. Carolo principali, siue &c.

Trottus Notarius.

In vim istius citationis Iudex interlo-
202 quitur per hæc verba. † Relatione facta comparuit D.Ioann.Thomas Burius Procurator, & petijt, vt supra. Ex tunc Illustrissimus, & Reuerendissimus Dominus data in actis idonea cautione de stando iuri, & iudicatum soluendo pro summa scutorum quingentorum, sequestrum, vt supra reuocauit, nisi ad p.d. cum Intimatione, omni &c.

Aduertendum etiam est, quod quan-
203 doque talis † cautio præcedit citationem, quia cum currat risico Notarij, nec Iudex sit necesse, quod debeat esse curiosus de qualitate fideiussoris; (si enim ipse mandaret, quod reciperetur certa perso-
204 na, † ipse faceret causam propriam, & teneretur in subsidium de proprio, quia approbaret fideiussorem) in citatione loco illorum verborum, data per Instantem
205 cautione arbitrio Domini, apponuntur hæc verba, attenta cautione in actis prestita.

Dixi, quod currit risico Iudicis, si mandat, quod recipiatur certa persona,
206 secus si vt supra, quia tunc currit risico Notarij, si illam recipit: quod declara procedere, postquam fuit discussus fide-
207 iussor, *vt in l.1. §. sciendum, ff. de magistratibus conuenien.* & latè dixi *tit. de Not. & fid. Instrum.* Ideo tam Iudices, quàm Nota-
208 rij, † solent antequam talem fideiussorem recipiant, benè inquirere, & se informare de illius identitate, quia secus expertum est, quod tam Notarius, vt potest esse testis defunctus Dominicus Fonthia, vir in suo exercitio notariatus insignis, qui requiescat in pace; quàm Iudices, vt potest testari Dominus Virgilius Crispoldus, olim P. Collateraris Curiæ Capitolinæ, & hodie Aduocatus egregius,
209 quorum vterque passi sunt † lites acerrimas, ex eo quod alter recepit, & alter mandauit recipi, quosdam fideiussores, qui postea detecti fuerant non soluendo.

Ideoq; vt cautus sit Notarius, & Iudex, si non constat notoriè, quod fideiussor est
210 diues, & habilis, † non recipere aliquem, nisi habita sufficienti, & sagaci informatione idoneitatis, vel nisi per testes ser.ser. examinatos, fuerit illa probata, vt de his habentur optimæ cautelæ, & monitiones à *Domino Gratioso loco superius citato fol.* 123.

Quomodo petiatur idoneitas fideiussoris.

Artic. XIII.

211 *Idoneitas fideiussoris qualiter probari possit.*
212 *Idoneitas prædicta probatur cum negatiua coarctata, & qua.*
213 *Idoneitas prædicta probatur etiam omni alia possibilitate.*
214 *Idoneitas fideiussoris factis probationibus remittitur discussioni Iudicis.*
215 *Cautio idonea qualis sit in iudicio, cautum non reperitur.*
216 *Fideiussor censetur idoneus, si talis fuit à Iudice pronunciatus.*
217 *Appellatio an detur à pronunciatione idonei fideiussoris.*
218 *Termini quatuor ad docendum de appellatione seruantur post appellationem ab idoneitate fideiussoris.*
219 *Fideiussores post rem iudicatam super idoneitate illorum possunt dari.*
220 *Idoneitatis fideiussorum materies, à quibus pertractetur remissiuè.*
221 *Fideiussor quando, & quomodo dicatur idoneus, si sit grauatus ære alieno.*

ILle autem, qui desiderat, vt sæpius euenire solet, modum probandi ido-
211 neitatem talis fideiussoris, † erunt cum cautela formandi articuli, quoniam debent in illis exprimi, nedum corpora stabilia, quæ ille possidet, verum etiam,

quod

212 quod illa sunt libera ab omni† onere cum
coarctatione negatiuę, quod si super illis
adesset aliquod onus, non posset esse minus,
quin testis sciret propter optimam
informarionem, quam de eis habet, &
213 addere rationes certas, & concludentes,†
aliàs enim omnis possibilitas sufficeret
pro tali indoneitate excludenda.

214 Factis autem probationibus, remittitur
illarum discussio arbitrio Iudicis,
215 quia alias in iure† non reperitur cautum,
qualis sit idonea cautio, vt inquit *Carpan. ad statut. Mediol. c.44. n.52. Menoch. de arbitr. Iud. conf. 142. & in rem. adipiscen. remed.2. num.93.*

Iudex autem in casu, quo pronunciat
216 fideiussorem idoneum, † tunc censetur
idoneus: sed vt aduertit *Tuscus concl.331. num. 10. & 21. litt.F.* à tali sententria datur
appellatio, & ego sic pluribus vicibus
practicaui, vnde fui coactus post dictam
218 pronunciam seruare † quatuor terminos
ad docendum de appellatione, & post
rem iudicatam pro meis principalibus
219 obtentam † dare fideiussores.

220 Et ad mateliam † videri poterit etiam
Suarez tit.de Sos.amplitud.& Ias.in l. si constante n.134.& l.fideiussor.n.2.& 5.ff.qui satisd.cog.Castrens.in l.fideiussor. n.3. Farinac. q.33.n.79.& 80.& Carpan.ad statut.Mediol. c.44. num.43.

Et quando, & quomodo dicatur ido-
221 neus, † si reperitur grauatus ære alieno,
videndus est *Rimin.in d.l. fideiuss.n.1. vers. sed dubitatur.*

De arresto, & modo eum obtinendi.

Artic. XIV.

222 *Sequestrum, & arrestum sunt affines.*
223 *Arrestum quid, contra quos, & ad quem effectum concedatur.*
224 *Declara, quod contrarium afferat Tuschus.*
225 *Arrestum Rota non concedit.*
226 *Arrestum quando est concedendum, quomodo detur.*
227 *Custos carcerum debe, & in quo libro arresta adnotare.*
228 *Citatio pro consignatione pecuniarum sequestratarum qualiter formetur.*
229 *Citatio prædicta exequitur, & reproducitur de more.*
230 *Decretum quod-nam fiat in citatione super consignatione pecuniarum sequestratarum.*

222 QVoniam autem sequestrum, † & arrestum
videntur affines, non displicet annuere,
quod arrestum secundum
aliquos contra carceratum pro vna
223 causa, & ad instantiam alicuius, potest
concedi ad instantiam alterius pro alia
causa, vt *Bart.in l.sed eximendi n.3.ff.ne quis eum, & in l.2.n.3.ff.de custod.reor.Pet.Duen. regul.15.n.1.par.2.& de Comm.Pet.Ziricin. de iure sisten.c.33.n.2. & seqq. vbi multi cumulantur.*

224 Et licet contrarium † afferat *Tuschus conclus.187.litt.A.& conclus.83.litt,C. Dec. cons.75.& Rot.in Venetiarum pecuniaria 17. Iuny 1605. coram Penia;* est aduertendum,
quod loquuntur de debitore suspecto capto,
non autem carcerato arrestato.

225 Rota tamen huiusmodi arresta † non
concedit nec seruat stylum Curiæ, & A.C.
vt videtur in eadem decisione.

Quando verò est concedendum, illud
226 datur hoc modo: † puta, accipitur mandatum
obtentum contra debitorem serset.
illudque producitur per illa acta,
per quę fuit expeditum mandatum, cuius
vigore secuta est carceratio, & conceditur
absque alia citatione, & obtentum
defertur ad Custodem carcerum, in qui-
227 bus manet carceratus, † & talis Custos
illud adnotare debet in libro solito retineri
in partita eiusdem carcerati.

Qui verò desiderat magis specificè, etiã
citationem pro consignatione pecuniarum
sequestratarum necessariam, licet illa
videri possit *apud d. D.Gratiosum*, quia
tamen facilior via aperitur, si eandem
Iuniori tradidero, erit infrascripta.

A.C. siue R.P.D. TASSIO Iudice Deputato.

228 CItetur *D.* Ioseph Vipera ex aduerso
Procurator *D.* Franci ci, &c. ex aduerso
Principalis, nec non *D.* Carolus
Florauantes ex aduerso Procurator *Domini*
Felicis Girau mercatoris Galli sequestratari
ad consignandum, & videndum
respectiuè Instanti mandari consignari
pecunias, res, & bona sequestrata,
& mandatum de consignando desuper
necessarium, & opportunum decerni, &
rela ari, ad p. d. Instante *D.*Nicolao Casanoua
principali, siue &c.

Pasquettus Notarius.

229 Ista citatio de more executa † reproducitur,
& in illius calce notatur decretũ
per hæc verba.

230 Relatione facta † comparuit *D.*Adrianus
Pelleus Procurator, & petijt, & obtinuit,
vt supra, nisi ad p. d. cum Intimatione:
Intimationem non pono, quia
fuit superius tradita, & ob eandem rationem
omitto alias formulas in facti contingentia
consuetas.

PRA-

PRAXIS IVDICIARIAE CAMILLI CAPVCII I. C. AESINI

Et in ROMANA Curia Causarum Patroni

PARS TERTIA

De Appellationibus.

Cap. I.

Quid sit appellatio; & ad quid prosit.

Artic. I.

1 *Appellatio est remedium contra iniustitiam sententiæ in prima, & secunda instantia.*
2 *Appellatio vocatur ab aliquibus etiam defensio.*
3 *Appellans constituitur sub protectione Iudicis appellationis.*
4 *Appellans liberatur à iurisdictione Iudicis à quo.*
5 *Appellatio semper habetur pro concessa, nisi sit expresse prohibita. vide 332. & 369.*
6 *Appellationi, vel sententiæ an magis faueat præsumptio in principio.*
7 *Appellationi, & sententiæ in medio vtrique fauetur.*
8 *Sententiæ, vel appellationi an magis faueat præsumptio.*
9 *Appellationem sustineri, prout fieri potest, semper interpretatur.*



1 LATA sententia in prima & secunda instantia, fuit cõcessum remedium † appellationis pro tutela innocentię, contra iniustitiam iudicantis, *l.3.§.falsus, ff.rem rat.hab. l.1.in princ. ff. de appell. c.cum speciali §.porro,ext.de appell.*

2 Alij vocarunt eam † defensionem, vt inquit *Alex. cons.113. vol.5.* vnde etiam appellans virtute appellationis interpositæ, quo ad articulum appellationis, †
3 constituitur sub protectione Iudicis appellationis, & liberatur † à iurisdictione
4 Iudicis a quo, *c. ad audientiam.c. proposuit c.pastoralis,§.verum quia, vbi Franc.& c.directæ, vbi idem Franc.n.9.ext.de appell.*

Ideo dicitur multum fauorabilis, &
5 censetur semper concessa, † nisi expressè prohibita reperiatur, *Glos.& DD.in l.qui restituere, in verb. restituatur in fin. ff. de rei vend.Præpos.in rubr.ext.de appell. num.12.*

6 Et præsumitur in principio † magis pro appellatione, quam pro sententia, *Franc. ibidem num.* 18. In medio fauetur † æque vtrique, scilicet tam appellationi, quàm sen-

sententiæ : in fine autem magis præsumi-
8 tur † pro sententia, quàm pro appellatio-
ne, & illi magis fauet. *Franc. in e. de priore, ext. de appell.*

Fit etiam semper interpretatio in quã-
9 tum fieri potest, vt † appellatio sustinea-
tur, vt latius infra patebit *in artic. in quibus casibus non liceat appellare, in princ.*

Itaque ante omnia videndum est. Primo, quis possit appellare. Secundo, ad quem appellandum sit. Tertio, quomodo appellandum sit. Quarto, infra quæ tempora appellari, & causa appellationis committi debeat. Quinto, in quibus casibus non liceat appellare. Sexto, quomodo Iudex cẽseatur appellationi deferre. Septimo, quid operetur, & quibus prosit appellatio. Et octauo, quomodo, & quando renuncietur appellationi.

Quis possit appellare.

Artic. II.

10 *Appellare potest quilibet non expressè prohibitus.*

11 *Appellatio non denegatur, etiam neque diabolo.*

Appellatio neque excommunicato denegari potest. ibid.

12 *Excommunicatus potest appellare tam iudicialiter, quam extraiudicialiter.*

13 *Excommunicatus appellare nequit, nisi grauamen inferatur.*

14 *Excõmunicatus ex causa voluntaria veniens ad Iudicem, non auditur.*

15 *Excommuni[illegible]us an restitui possit ad appellandum*

16 *Excommunicatus an, & quando possit restitui ad appellandum, remissiue.*

Declarantur predicta in excommunicato simpliciter procedere. eodem num.

17 *Excommunicatus cum denegatione audientiæ num possit appellare?*

18 *Procurator generalis, vel ad causas, appellationem prosequi nequit; nisi habeat in mãdato.*

19 *Procurator prædictus posset tantum appellare*

20 *Procurator falsus admittitur ad appellandum*

21 *Commissio per falsum Procuratorem impetrata super appellatione tribuit iurisdictionem*

22 *Appellatio interposita à non procuratore an valeat.*

23 *Procurator falsus potest appellationem prosequi, si Procurator constituatur inf a X. dies cum clausula &c.*

24 *Procurator vigore mandati potest prosequi appe[illegible]ationem.*

25 *Procurator inuitus cogitur prosequi appellationem, licet contrariũ fuerit protestatus.*

26 *Actor ad omnes causas an possit appellare, & appellationem prosequi.*

27 *Filiusfam. nomine Patris an possit appellare, & appellationem prosequi.*

Dominus nomine Subditi an possit appellare, & appellationem prosequi. eod. num.

28 *Episcopus pro Ciuitate, vel subdito, potest appellare sine mandato.*

29 *Appellatio in ciuilibus nomine alieno facta debet per dominum ratificari, & intra quod tempus.*

30 *Tertius appellare potest etiam à sententia lata contra tertium pro suo interesse.*

31 *Tertius potest appellationem ab alio interpositam prosequi, licet i[illegible]le non prosequatur*

32 *Tertius pro suo interesse semper potest appellationem prosequi, ex aliq. DD.*

33 *Tertius tenetur exprimere causam in appellatione. V. etiam num. 108.*

34 *Victoria tertij an prosit etiam victo*

35 *Appellare in criminalibus pro reo potest quilibet de Populo.*

36 *Clericus potest pro Reo appellare in criminalib.*

37 *Appellare pro Reo licet, etiam ipso inuito, & si appellationi renunciasset.*

38 *Clericus potest prosequi appellationem pro reo etiãsi agatur de morte, vel abscissione mẽbri.*

39 *Limitatur quãdo reus renũci[illegible]sset def[illegible]ionibus.*

40 *Appellatio vnius prodest cæteris complicibus eiusdem delicti.*

41 *Appellatio qualiter committatur quando est imponenda pœna corporis afflictiua.*

42 *Fideiussor contractus tenetur appellare si scit exceptionem principali debitori cõpetentẽ.*

43 *Fideussor prædictus excusatur, si sit pauper*

44 *Fideiussor quoq; prædictus excusatur si nesciat actionem competere.*

45 *Fideiussor contractus non potest affici sententia contra principalem lata, sed si [illegible] [illegible]et nouus processus.*

46 *Fideiussor de repræs. de stan. i[illegible] [illegible]udic. sol. potest affici sine nouo proc[illegible]ssu.*

47 *Emptor quid facere teneatur, vt regressum habeat c[illegible]a principalem motæ litis.*

QVo ad primum, quilibet, qui non
10 est [illegible]xp[illegible]sse † prohibitus, potest ap-
11 pe[illegible] r[illegible] adeo vt, etiam diabolo, & †
excommunicato, qui aliàs repellitur à
limi[illegible] Iudicij, non sit denegandum re-
medi[illegible]m appellationis *c. cum inter. ext. de
except. Rot. decis. 16. de dol. & cont. in nou.* si-
ue excommunicatus appellet in iudicio,
12 siue † extraiudicialiter; dũmodo ex actu
13 à quo appellatur, † illi grauamen infera-
tur; secus si esset simplex prouocatio ad
14 causã, per quã excõmunicatus voluntarie
ad Iudicem veniret, *Gemin. in c. 1. §. si quis
1. de except. in 6.*

Et conceditur ei aliquando etiam resti-
15 tutio † ad appellandum i de quo, an, &
16 quando competat, † & possit restitui, est videnda *Rot.decis.7.de except.in nou.*

Hęc de plano procedunt in excommunicato simpliciter: sed si erit excommu-
17 nicatus cum denegatione audientiæ † ab habente authoritatem id faciendi, numquid possit appellare, est videndus *Felin.in c.significarunt.ext.de except.*

Eadem ratione quamvis Procurator generalis, vel constitutus ad defendendas causas motas, & mouendas, etiam cum
18 libera &c. non possit † appellationem prosequi, nisi sit expressum in mandato,
19 † potest tamen appellare, *Rot. decis. 2. de procur in nou. Put.decis.3.de appell.*
20 Quinimo non solum † falsus Procurator admittitur ad appellandum, & com-
21 missio per eum impetrata † tribuit iurisdictionem, vt per *Rot. decis.60.& 61. de appell.in nou.* sed quilibet alius; etiam non
22 Procurator, † tenetq; appellatio per eum interposita infra decimum diem, dūmodò
23 infra idem tempus constituatur † Procurator cum ratificatione gestorum illucusque, *Rot.decis.56.de appell. in antiq.*
24 Sicuti procurator † vigore mandati, potest prosequi apppellationē, si appellat; potest etiam cogi inuitus ad prosequen-
25 dum, † licet protestatus fuerit se nolle appellationem prosequi, non obstante *c.in nostra ext.de Procur.Rot.decis.9. de Procur.in nou.Vestr.lib.4.c.de Procur.fol. 97.*

Actor ad omnes causas constitutus, etiam ante confectionem inuentarij potest
26 non solum appellare, † sed etiam prose-
27 qui appellationem, *Put.decis.1.de Procur.* † idem de filio familias nomine Patris;
28 dominus nomine subditi sui,† Episcopus pro Ciuitate, vel subdito possunt appellare sine mandato.

Est aduertendum tamen, quod quando in Ciuilibus appellatur nomine alieno,
29 † debet appellatio interposita per dominum ratificari, infra tempus, infra quod li cuisset appellare, alias enim dicitur deserta, *Guidopap.decis.13.*
30 Tertius potest appellare † pro suo interesse, etiam à sententia lata contra tertium; quamuis ille non appellauit *c.super eo vbi DD.ext.de off.de leg.* & potest prose-
31 qui † appellationem interpositā ab alio, quamuis ille non prosequatur infra tempus, infra quod potuisset appellare: suur tamen aliqui DD. qui voluerunt, quod
32 dummodo † agatur de suo interesse, semper possit prosequi, *Felin. in c. veniens ext. de testib.& in c.cum super ext.de sent.& re indic.*

Et hic tertius tenetur in appellatione
33 exprimere † causam; ad quod non astringitur principalis, vt *Felin.* idem, & victo-
34 ria tertij prodest etiam victo, † præterquam in quibusdam casibus relatis *ibid. per Felin.*

In criminalibus, in causis in quibus
35 Reus condemnatus potest appellare, † potest etiam appellare pro eo quilibet de
36 Populo, *l.non tantum ff.de appell.*& potest † hoc facere etiam Clericus, *Glos. in l. ad dictos in ver.quib.C.de Episcopis aud.* & po-
37 test appellare † etiam Reo inuito, etiamsi renunciasset appellationi; potestque etiā
38 prosequi † appellationem, siue agatur de morte naturali, siue ciuili; aut de abscissio-
39 ne membri, dumodo Reus non † renunciauerit defensionibus, *Felin.in c.cum venissent de testib.*

Et si sint plures Complices vnius deli-
40 cti, † appellatio vnius prodest cęteris, *Clar.q.94.vers.quæro nunquid, & seq.*

In casibus in quibus venit imponenda
41 pœna corporis afflictiua, non committitur causa appellationis, nisi cum clausula, in carceribus constituto; si non est carceratus: si vero est carceratus, Reo firmo remanente in carceribus, ne iudicium reddatur elusorium, *Stafil.c. 17.fol. 324. num.6. & ad hoc vide const.7. Iulij II. fol.359.to.1.& const.52.Pij IV.& 22.Pij V. fol. 151.tom.2.in bull.nouo.*

Fideiussor contractus, condemnatus ad instantiam creditoris, si scit aliquam exceptionem competere principali debi-
42 tori, † non solum potest, sed tenetur
43 appellare, & prosequi, nisi habeat † excusationem paupertatis, *l. si Procuratore §.si ignorantes, vbi Bart. & alij ff. mandat* sin autem nesciat exceptionem compete-
44 re, † non tenetur appellare, *Glos. in d. §. si ignorantes.Bart.in l.Nescénius §.Cato ff. de euict.*
45 Requiriturque nouus † processus contra ipsum, quamuis sententia lata contra principalem transiuerit in iudicatum
46 *Bart.in l.à sententia ff.de appell.* † licet secus sit in fideiussore de repræsētando, de stando iuri, & iudicatum soluendo, *Bart. in l. 1. ff. Iud. sol.* & dicam infra *in c. de re iudic.*

Quod diximus in fideiussore, idem erit dicendum in omnibus, & per om-
47 nia † de emptore, cui fuit mota lis, ad hoc vt possit habere regressum contra principalem, *l.si pro ea vbi Bald.C.mand.Afflict. decis. 49.* & ad materiam pręsentis articuli dicam *in c. de nullit. in artic. quis possit dicere de null.*

Ad quem sit appellandum.

Artic. III.

48 *Appellatio diffinitur esse prouocationem de minori Iudice ad maiorem.*

49 *Appellatio fit ad superiorem, non ad parem, vel minorem, etiam ex consuetudine.*

50 *Limitatur tamen, si tunc ex consuetudine minor, vel æqualis fieret maior.*

51 *Reductio à laudo peti debet coram Iudice superiore instar appellationis.*

52 *Iudex dicitur bonus vir in casu, quo petatur reductio ad arbitrium boni viri.*

53 *Iudex superior in appellatione quis dicatur.*

54 *Reductio à laudo lato à Clericis, & Laicis simul, peti debet coram superiore Ecclesiastico.*

55 *Appellatio an detur à sententia Principis non recognoscentis superiorem.*

56 *Appellatio ab Officiali Episcopi ad ipsũ Episcopum non datur, & quare.*

57 *Appellatio neque datur à Delegato Vicarij ad ipsum Episcopum.*

58 *Vicarius potest cognoscere causas nominatim ad Episcopum interpositas.*

59 *Vicarius potest restituere in integrum aduersus sententiam Episcopi.*

60 *Appellatio ab officiali foraneo ad Episcopum dari debet.*

61 *Processus appell. à Vic. ad Episcopum factus an sustineatur.*

62 *Vicarij non omnes æquiparantur cum superiore prout Vic. generalis cum Episcopo.*

63 *Appellatio probibita à sententia Principis, non probibetur à sententia Vicarij.*

64 *Appellatio ad ipsum Iudicem grauantem interponi nequit.*

65 *Appellatio ab Archiepiscopo an possit fieri ad ipsum Archiepiscopum vti Legatum.*

66 *Appellatio ab Archiepiscopo grauante, tanquam vno de Capitulo, potest fieri ad ipsum tanquam Episcopum.*

67 *Episcopus grauans appellantem tanquam Canonicus, potest recusari vt suspectus.*

68 *Appellatio ad Principem secularem fieri nequit in causis ad Ecclesiasticum spectantibus.*

69 *Causa feudalis Ecclesiæ an cognosci possit per Dominum directum secularem.*

70 *Appellatio a Iudic. Ecclesiastico ad secularem fit ex consuetudine, aut priuilegio.*

71 *Appellare a Principibus secularibus ad Papam, quibus casibus liceat.*

72 *Restitutio ad appell. via ordinaria, coram quo peti debeat.*

73 *Appellatio ad quos Iudices fieri debeat ex priuilegio in Curia.*

74 *A.C. est Iudex ordinarius omnium appellationum, & quarum. vide 558. 559.*

75 *A.C. quomodo hodie admittat appellationes, & quas. vide 558. 559.*

76 *Appellatio an debeat fieri cum expressione nominis Iudicis, vel tribunalis superioris. vide etiam num. 162. & 163. cum sequ.*

77 *Causa recusationis officialis Episcopi potest per Episcopum cognosci.*

78 *Causa recusationis vnius Iudicis potest cognosci ab alijs coniudicibus.*

79 *Appellatio, & recusatio in quibus differant.*

80 *Appellatio de iure fit gradatim, non omisso medio.*

81 *Appellatio ad Papam, Legatum, & Patriarcham fit omisso medio.*

82 *Appellatio omisso medio fit etiam ex priuilegio, & alijs causis, remissiue.*

83 *Appellatio facta omisso medio valet, si non excipiatur.*

84 *Appellatio a subdelegato, omisso delegato, an, & quando possit fieri ad Papam.*

85 *Appellatio alternatiua ad Papam, vel Archiepiscopum, toleratur.*

86 *Appellatio alternatiua quando possit sustineri remissiue. vide 166.*

87 *Appellatio in Gallia semper fit ad proximum Iudicem superiorem.*

88 *Appellatio qualiter interponatur per immediate subditos Sedi Apostolicæ in Gallia.*

89 *Cognitio metus, & denegatæ iustitiæ qualiter, & quomodo committatur in partibus Galliæ.*

Circa secundum Caput, ad quem scilicet appellandum sit, cum sit appel-
48 landum de minori ad maiorem, & † eius
diffinitio sit prouocatio de minori Iudice
ad maiorem, vt dicunt Summistæ *in tit. de appell.*

Ideo semper ad superiorem appellabi-
49 mus, nec posset † per consuetudinem in-
duci, quòd ad parem, vel minorem appel-
laretur, nisi etiam eadem consuetudine
50 induceretur, † quod efficeretur maior,
Fran. in rubr. ext. de appell. num. 15. & ibidem Felin.

Et idem erit, si petatur reductio ad ar-
bitrium boni viri à laudo lato per arbi-
51 trum; † debet enim peti coram Iudice
superiore ad instar appellationis, *Franc. in d. rubr. num. 44.*

Dicitur enim in hoc casu Iudex bonus
52 vir, & satisfit legi iubenti † reductionem
debere peti ad arbitrium boni viri, *l. continuus, §. cum ita ff. de verb. oblig. Card, in cap. 1. num. 7. de appell.*

Iudex superior non intelligitur de iu-
53 dice superiore Actori, vel Reo, † sed ipsi
Iudici, vel Arbitro, qui pronunciauit,

l. præ-

l.praecipimus, vbi Bald. C. de arbitr. Afflict. decis.51.

Et si sint plures Iudices, vel arbitri, quorum aliqui Clerici sint, aliqui verò
54 Laici, debet appellari, vel peti reductio coram Iudice Ecclesiastico, ratione Clericorum, qui hoc casu, tanquam digniores trahunt ad se Laicos, Rom. cons.265. Stafil.c.11.fol.302.num.2.& hinc est,quod à sententia Principis, non recognoscen-
55 tis superiorem, † non datur appellatio, quia est ad superiorem prouocatio, Fran. in d.rubr.num.9.& dicam Deo dante infra in artic. in quibus casibus non datur appellatio.
56 Neque appellatur† ab officiali Episcopi ad ipsum Episcopum, non obstante quacunque consuetudine c.2. de consuetudine. in 6.quia vnum est consistorium, & idem
57 tribunal, in tantum, vt † à delegato Vicarij ad Episcopum, non possit appellari, d.c.2.& c. Romana de appell.in 6.
58 Potest Vicarius † cognoscere causas nominatim ad Episcopum interpositas,
59 ac etiam restituere † in integrum aduersus sententiam Episcopi, Fran.in c.dilecto. num. 32. & seqq. & num. 45. ext. de appell.
60 Nisi esset † officialis foraneus, à quo potest ad Episcopum appellari,c.1.de off.ord. in 6. c. Romana de appell. eodem lib. Franc. in d.c.dilecto num.35.

Quod si ab officiali generali ad Episcopum appellaretur, causaque appellatio-
61 nis committeretur,†an processus valeat dicit Gemin.in d.c.Romana in princ.circa fin. & in Glos. fin. & in c. non putamus in verbo official: de consuetud. in 6.

Sed huiusmodi æquiparatio est specia-
62 lis in Episcopo, & eius Vicario generali alij † enim Vicarij non æquiparantur in omnibus,illis, quorum sunt Vicarij, ideo si prohibetur appellatio à sententia Prin-
63 cipis, vel alterius, non prohibebitur † tamen appellatio à sententia Vicarij ipsius l.à prouincialibus vbi Bart.& Bald.C.de appell. Franc.in d.c. dilecto num.4.
64 Eadem ratione ad Iudicem† grauātem non potest appellari, quia à se ipso, ad se ipsum non datur appellatio, etiam quod mutetur qualitas personæ: exemplū erit in Archiepiscopo,qui sit etiāLegatus, vt euenire solet in Archiepiscopo Auenio-
65 nis, non †poterit enim ab ipso vti Archiepiscopo,ad ipsum vti Legatum,appellari, Gemin. in. c. à collatione in fin. de appell. in 6.

Si Episcopus tamquam Canonicus, nō tamquam Prælatus, vna cum Capitulo
66 grauasset, †potest ad ipsum tamquam Episcopum appellari, licet etiam tunc
67 possit recusari † tamquam suspectus, d.c. à collatione,vbi glos.fin.& Gem.

In casibus spectantibus ad forum Ec-
68 clesiasticum non poterit ad † Principem secularem appellari, quia tunc non est superior, exceptis quibusdam casibus; vt puta, si natura Rei id requirat, vt si litigetur super feudo concesso Ecclesiæ à
69 Principe seculari, † quia tunc causa cognosci debet per Dominum directum talis feudi, dummodo distinctio personalis
70 facienda non sit,vel si ex priuilegio,† aut consuetudine liceat appellare à Iudice Ecclesiastico ad secularem,c.Romana §.debet,vbi Glos.& Gemin.de appell.in 6.idem.Gemin.in c.1.§.& cum ext.de cler. coniug. in 6. & cap.verum ext de foro compet.

Secus est dicendum e conuerso, quia à Principibus secularibus,nō recognoscē-
71 tibus Superiorem, potest † in aliquibus appellari ad Papam, de qua re est videndus Felin.in c.si duobus ext.de appell. Abb. in c. ex litteris ext. de probat. Guidopap. decis.436.

Quando lapsum est tempus ad appel-
72 landum, coram quo † debeat peti restitutio ad appellandum, via ordinaria, docet Rot.decis.2.circa finem de dol.& contum. in nou.

In Curia sunt aliqui Iudices, ad quos
73 ex priuilegio solet † appellari, vel recursus haberi, vt à Iudice Cur. de Sabellis, ad Gubernatorem; à Iudice Burgi ad A. C. à Iudicibus Capitolinis, ad Capitaneum,& à Capitaneo ad Senatorem, de quo adest extrauag.Iulij 2.super reformatione Tribun.Vrb.nec non constit.Pij.IV.super reformatione Tribunalium.
74 Extra Curiam vero, † A. C. est Iudex ordinarius omnium appellationum à sententijs in statu Ecclesiastico latis, per quoscumque Iudice ordinarios interpositarum, & olim admittebat omnes ap-
75 pellationes; hodie † vero secus; quia illas non sic de plano admittit, neque inhibet, nisi appelletur à diffinitiua, vel habente vim diffinitiuæ, & causa non ascendat ad valorem scutorum quinquaginta,vt cauetur in dictis reformationibus, & in eius facultatibus impressis post Salust.Tiber.& in bull. nou.tom.3. in const. 28.Pauli V.

Sed notādū est circa præmissa,quod suf-
76 ficit † appellare ad Tribunal Iudicis superioris, etiam non expresso nomine Iudicis, sed solius Tribunalis: tunc enim officialis generalis talis tribunalis cognoscit causam,prout fit quotidie in statu Ecclesiastico, quando appellatur ad A.C.Gemin. per illum textum in c. Romana §. cum autem, & §. cum vero de appell.

in

in 6. &dicemus infra in *art. sequenti quomo.appell.* & vbi agemus de expressione nominis Iudicis.

Quæ diximus de appellatione non procedunt in recusatione, nam si recusatur
77 officialis Episcopi, † potest recusationis causa cognosci per Episcopum; si etiam dentur tres Iudices, cum clausula, quod si omnes &c.& vnus recusetur, cau-
78 sa talis recusationis † poterit cognosci per alios duos, & differunt in hoc appel-
79 latio, & recusatio,† licet in reliquis ambulent pari passu, *glos.& Gemin. in d. c. non putamus de consuetud. in 6.& in c.si contra vbi late D.D. de off.deleg.eodem lib.*
80 Sed debet appellari de iure gradatim† ad superiores,non omisso medio *l. Imperator es ff. de appell. c.dilect. ext. eodem. tit.* Conclusio tamen fallit
81 Primo,si appelletur ad Papam, Legatum de latere, vel Patriarcham, ad quos potest appellari omisso medio.
82 Secundo, ratione priuilegij,† consuetudinis, præscriptionis, & alijs quibusdam casibus relatis per *glos. & Gemin. in c.Romana* §.1.*de appell.in 6.Franc. in d. c. dilecti num.*14.*vbi late declarat*, quomodo huiusmodi conclusio intelligatur.

Hæc hautem procedunt, dummodo
83 per † partem excipiatur, alias si non exciperetur, valeret semper appellatio, etiã omisso medio *Glos.& D.D. & præcipue Franc.in d.c.dilecti num.*12.

Quando delegatus à Principe, subdelegat causam in totum, vel in partem
84 & appellatur à subdelegato, † an & quãdo possit omisso delegato appellari ad Papam, videndum est *c.si duo*, & *c. si delegatus, & c.si is,cui, & c.si à subdelegato de off.deleg.in 6.late Franc.in d.c.dilecti num.* 25.*& seqq.*

Potest aliquando alternatiue appella-
85 ri, vt puta, ad Papam, † vel Archiepiscopum, toleraturque huiusmodi appellatio, etiam in Cur.ad fugiendam desertionem *Glos.fin.& Gemin.in.c.si iscui de off. deleg.in 6.Rot.decis.*33.*de appell.in nnu.*

De quo quando appellatio alternati-
86 ua † possit sustineri, dicit *Felin in c. inter cetera ext de appell.*

In Regno Franciæ nullo modo potest
87 omitti medium, sed † debet semper ad proximum Iudicem superiorem appellari: & quamuis exempti, & Sedi Apostolicæ
88 immediate subiecti, possint ad Papam † appellare, debet tamen causa in partibus committi, & terminati, nisi allegetur iustus metus, & denegata iustitia; quo ca-
89 su cognitio debet † committi in partibus viciniori bus, cum expressione causæ, quæ legitime, & aliter quã per iuramentũ coram Iudicibus appellationis probanda est, vt in *extranagan. Leonis X.de priuileg. & Pragm.Regni Galiæ const.*20.*tom.*1.

Quomodo sit appellandum.

Artic. IV.

90 *Appellatio aliquando fit facto, aliquando verbo.*
91 *Appellatio facto qualiter fiat.*
92 *Appellans facto debet exprimere grauamen coram testibus.*
93 *Appellatio facto facta an teneat non expresso grauamine coram testibus.*
94 *Appellatio verbo diuersimodè fit, & principaliter exemplificetur.*
95 *Appellans verbis, vel scriptis, quibus verbis vti possit. vide etiam num.*122.
96 *Appellans in appellatione debet exprimenda exprimere.*
97 *Appellatio non solum semel, sed bis fieri potest incontinenti.*
98 *Appellatio geminata in continenti habetur pro vna.*
99 *Appellare quis potest viua voce à diffinitiua, iudice adhuc pro trib.sedente.*
100 *Appellatio viua voce dicitur deserta, nisi cedula appellationis fuerit data.*
101 *Ampliatur,&si appellanti fuerint dati Apostoli reuerentiales*
102 *Notario asserenti cedulam appellationis, quæ non reperitur, fuisse datam, creditur.*
103 *Appellans à diffinitiua post interuallum debet in scriptis appellare.*
104 *Appellatio quomodocunque fiat non habet necessitatem expressionis causæ*
105 *Fallit in quinque casibus.*
106 *Appellationis causa debet exprimi quando à definitiua est de iure prohibita appellatio.*
107 *Secundo, quando concessa cum clausula, appellatione remota.*
108 *Tertio,quando tertius appellat pro suo interesse.*
109 *Tertius debet semiplene probare causam factæ appellationis pro suo interesse*
110 *Tertius sciens motã litem, & sententiam latam,qualiter appellare debeat. Vide* 246.
111 *Quarto, appellationis causa debet exprimi quando appellatur à correctione.*
112 *Quinto, quando appellalur ab executione.*
113 *Causæ expressio vbi requiritur, an sit de forma appellationis.*
114 *Causæ expressio requiritur vt Iudex teneatur appellationi deferre.*
115 *Appellans ab interlocutoria tenetur in scriptis appellare.*
116 *Appellans ab interlocutoria tenetur cedulam ap-*

Ap-

in cedula ; vel habere terminum pro seruato & 320

217 *Appellatio cōditionalis quatenus cōtra permittitur, & habet locum lata sententia condēnatoria 215..*

218 *Appellatio conditionalis quatenus contra, nihil prodest appellato.*

219 *Appellatio Iudicialis multa requirrit, quæ non requirruntur in extraiudiciali.*

220 *Appellatio extraiudicialis interponitur causa adhuc non cœpta.*

221 *Appellatio extraiudicialis in multis difert à iudiciali v.224.233.*

Appellatio extraiudicialis debet fieri per publicam scripturam.eod.num.

222 *Appellatio extraiudicialis à futuro grauamine an fieri possit.*

223 *Appellatio extraiudicialis non inducit litis pendentiam.*

224 *Appellatio extraiudicialis, & iudicialis in multis diferunt.v.221.233.*

225 *Appellans extraiudicialiter quibus modis vti debeat.*

226 *Appellans extraiudicialiter an possit alias causas, quam expressas prosequi.*

227 Appellanti *extraiudicialiter, si iurat nouas causas nouisse, creditur.*

228 *Appellatio generalis, & à futuro grauamine an valeat v.128.209.269.&533.*

229 *Appellans præsumitur iuste appellasse, si subsequatur grauamen.*

230 *Appellatio generalis reducitur ad specialem subsecuto grauamine.*

231 *Appellatio generalis vel à futuro grauamine debet fieri coram appellato.*

Declaratur etiam posse intimari per Procuratorem intra mensem. eod.num.

232 *Appellatio extraiudicialis quando interponi, & intimari debeat, & quid operetur.*

Attentata per appellationem extraiudicialem quando reuocentur.

233 Appellatio *extraiudicialis in quibus differat à iudiciali, quomodo deseratur &c. remis. v.221.224.233.*

234 *Appellatio semper est interponenda antequam causa committatur.*

235 *Commissio causæ appellationis interponendæ nō admittitur.*

236 *Rescriptum ad lites futuras trahi nequit.*

237 *Commissio appell. est nulla, si probetur interpositam esse post commissionem.*

238 *Appellatio persumitur percessisse commissioni ead.die, & hora factæ.*

239 *Actus præsumitur prius factus, qui prius fieri debuit.*

240 *Probandi onus circa merita causæ appell. cui regulariter incumbat.*

241 *Appellans à sententia nulla succumbit non iustificata appellatione, & probata nullitate.*

90 Circa tertium, † quomodò sit appellandum. Aliquando pars grauata appellat facto, & aliquando verbo. Facto
91 accipiendo iter, vel mittendo nuncium ad Sedem Apostolicam, *cap.dilecti, & cap. meminimus extra de appellat.* Et tunc appel
92 lans † debet exprimere grauamen, pro quo iter accipit, vel nuncium mittit, co
93 ram testibus : quod si non exprimat, † an teneat appellatio, videndus est *Franc. in d. cap. debitus, num. 32. extra de appellationibus.*

Verbo diuersimode appellatur, prout
94 suadet qualitas grauaminis. † Exemplum est, quando appellatur extraiudicialiter à diffinitiua, vel ab interlocutoria, & sic in alijs casibus, prout infra clarius dicemus.

Appellans igitur verbo, vel in scriptis,
95 potest non solum vti verbo, † appello, sed etiam omnibus alijs verbis æquipollentibus, vt puta prouoco, submitto me iurisdictioni Superioris, & alijs huiusmodi
96 dumodo exprimantur † alia, quæ requiruntur in appellatione.*c.ad audientiam, vbi Franc.nu.2.ext.de appell.*
97 Et potest non solum appellari † semel, sed etiam bis in continenti : nec per secundā appellationem intelligitur recessū
98 à prima, quia hoc casu geminata † appellatio in continenti interposita, habetur pro vna *c.bonæ ex. de appel.glos.& Frāc. in c. tua nobis num.* 16. *vsque in fin.* vbi tradit multas conclusiones in hac materia *ext.eod.tit.*

Si appellatur à diffinitiua, appellans in continenti, Iudice ad huc sedente pro Tri
99 bunali, † potest appellare viua voce ; sed est aduertendū, quod debet infra termi
100 num de iure debitum † dare Cedulam appellationis, alias dicitur deserta appel
101 latio, etiam quod appellanti fuerint † dati apostoli peuerentiales : & si talis
102 cedula non reperietur, sufficit † quod Notarius asserat sibi fuisse traditam, ad hoc vt illa non dicatur deserta, *Put. decis. 5. de appell. & decis.17.de fid Instrum.*

Appellans à diffinitiua post interuallum
103 † debet in scriptis appellare *l.2.ff.de appell. l.litigatoribus vbi Glos. C. de appell. Glos. & Gemin.& alij in c. cordi.in verbo interlocutoria de appell.in 6.*
104 Quomodocumque autem appelletur † non est necesse exprimere causam in appellatione *l.1.ff. de appell. c. 1. vbi Glos. in verbo statuit de appell.in 6.* declara tamen
105 † quod talis expressio est necessaria in quinque casibus.
106 Primo, quando à diffinitiua de Iure † prohibetur appellatio *Glos. & DD.in d. c.*

cordi . in c. cum appellationibus . in c. non ſolum de appell. in 6. in c. prouenit ext. eodem tit.

Secundo, quando cauſa eſt commiſſa
107 cum clauſula, appellatione remota, † tūc
enim exprimenda eſt cauſa permiſſa à Iure *c. Romana* §. *ſi autem ubi Gloſ. in verſ. mandatur de appell. in 6. Franc. in c. paſtora-*
108 *lis in princ. num. 9. ext. de appell.*

Tertio, quando tertius † appellat pro ſuo intereſſe, quia tunc quomodocumq; appellet, non ſolum tenetur exprimere
109 legitimam cauſam, † ſed etiam eam ſemiplene probare, antequam audiatur, *Franc. in c. vt debitus num. 25. ext. de appell. Felin in c. quod ad conſultationem. num. 2. ext. de re iudic.* & ſi ſciuerit litem motam, &
110 ſententiam latam, † debet in cęteris appellare, eo modo, quo potuiſſet condemnatus, *Felin, in c. ſuper extra de ſenten. & re Iud.*

111 Quarto quando † appellatur à correctio-
112 ne, & quando appellatur † ab executione *Franc. in d. c. vt debitus num.* 25. & latius dicam infra.

In ſupraſcriptis quinque caſibus requi-
113 ritur expreſſio † cauſæ, non ex eo quod expreſſio cauſæ in illis ſit de forma appellationis à diffinitiua, ſed ad hoc, vt
114 Iudex, qui pronunciauit † teneatur appellationi deferre. *Franc. in cap. cum ſpeciale* §. *porro ext. eodem tit.*

Qui appellat ab interlocutoria, cum iſta appellatio ſit odioſa, vt dicam infra
115 debet etiam de Iure Ciuili appellare in ſcriptis, ſiue appellet in continenti, ſiue ex interuallo, & tenetur tradere cedulam
116 appellationis *d. c. cordi de apppell. in. 6.*

Neque ſufficeret quod Notarius ſcri-
117 bat appellationem, † ſed requiritur traditio libelli appellationis in ſcriptis, a-
118 lias non haberetur in conſideratione, † diceretur que deſerta *Guidopap. deciſ.* 212. & 220. & *Franc. vbi ſupra.*

Immo ſi pluries appellaretur, ſemper
119 eſt tradenda † cedula appellationis, neque ſufficeret appellare a grauamine, pro-
120 ut in cedula, alias tradita, † eam repetendo, *Rot. deciſ. 30. de appell. in antiq.*

Quia eſt ſpeciale in tertio adherente
121 appellationi interpoſitæ, † vt poſſit repetere cedulam alias datam, *Egid. concluſ. 19. de appell. Veſtr. lib. 7. c. de appell. fol.* 208.

Et ſ[illegible]fficit qu[illegible] liber ſcriptura, etiam
122 priuata † & abſque illis ve[illegible], in ſcriptis
123 appe[illegible]at poſſ[illegible]tque probari per † teſtes, ſi perderetur *Franc. in c. v[illegible] d[illegible]bitus, num.* 12.
124 Sed ſi eſſet probanda per † ſcripturam, requiritur ſcriptura publica *Gemin. in d. c. cordi in princ.* nec quoad validitatem ne-
125 ceſſe eſt, † quod coram Iudice legatur dumodo ei porrigatur, *c. appellatio cum ibi not. de appell. in 6.*

Appellatio tamen ab interlocutoria
126 interpoſita viua voce † deuolueret in pręiudicium appellantis, altera parte conſentiente, etiamſi Iudex ei non deferat *Rot. deciſ. 51. de appell. in antiq.*

Aduertendum eſt etiam, quod debet ex-
127 primi cauſa rationabilis † coram Iudice à quo, quæ ſi eſſet vere probata, haberetur pro legitima, *c. vt debitus ext. de appell. Clem. appellanti de appell.*

128 Neque ſufficit, quod exprimatur † generaliter, ſicut etiam appellatio generalis non committeretur, *cap. 1. & 2. ex. de lib. obla. Franc. in d. c. vt debitus num. 17.*

Prout neque ſufficit cauſam exprimere
129 per relationem ad acta, † ſed venit exprimenda nominatim, cum non poſſit iuſtificari in alia cauſa, quàm expreſſa, *Franc. in c. conſuluit num. 2. ex. eod.*

Quinimò, etiamſi grauamen eſſet no-
130 torium; adhuc eſſet † ſpecificandum, niſi appareat ex verbis ipſius ſētētię, *Frāc. in d.*
131 *c. vt debitus, num.* 20. quia † appellatio ante diffinitiuam, dicitur manifeſtè friuola, quando non exprimitur grauamen, vel cauſa, aut exprimitur falſa, & non legitima, aut pronunciatum fuit eam eſſe illegitimā, ſi ab huiuſmodi pronuncia non appelletur, *gloſ. in C[illegible]em. 1. in verbo manifeſtè de dol. & cont.*

Si tamen grauamen ex ſola Iuris allegatione, abſque alia facti probatione oſten-
132 di poſſint, † ſufficit illud exprimere per relationem ad acta, tamquam reſultans ex tenore ſententiæ, *Gemin. in c. 1. in princ. extra de offic. deleg.*

Si app[illegible]letur à certo grauamine, quod
133 ex actis col[illegible]gi poſſit, † nulla alia requiritur ex[illegible]ſſio, *Rot. deciſ. 1. vt l[illegible]t. pend. in nou.* & eſt videndus etiam *Veſtr. lib. 3. ca. de appellat. ab interlocut. fol. 72.*

Sed [illegible] ad deregendam iniquitatem ſen-
134 te[illegible] r[illegible]q[illegible]ritur probatio facti, † debet exprim[illegible] cauſa iniuſtitiæ, vt dictum eſt, in quo [illegible]ariter videndus eſt *Caſſad. deciſ. fin. d[illegible] ſequeſtr. poſſ.* & ſi tunc non exprimitur,
135 † [illegible]fficit, [illegible]uod exprimatur infra decem
136 d[illegible]s: & ſi plures cauſæ exprimantur, † ſufficit q[illegible]od vna probetur. *Franc. in d. c. vt debi[illegible]s, num. 26. & ſeq.*

[illegible]arrētur plura grauamina, Signatu-
137 ra re[illegible]cribere ſolet † ſuper vno tantum, q[illegible]od appellans eligere voluit.

Et Iudex delegatus non poterit cogno-
138 ſcere alia grauamina, † quam expreſſa, vt

vo-

voluit *Rota decis. 2. de appell. in nou.*

Similiter non poterit cognoscere ne-
139 gocium principale, nisi ei committatur,
licet secus sit in Iudice ordinario, *cap. vt debitus extra de appell.*

Et si esset talis, qui non posset adiri, nisi
140 per viam appellationis, † non posset, etiã
de consensu partium, cognoscere negociũ
principale, non priùs cognito de viribus
appellationis, *glos. & Gemin. in c. 1. de for. comp. in 6.*

141 Nec prior Iudex interim desinit esse Iudex, *Clem. appellanti de appell.*

Quinimò si committatur causa grauaminis, vna cum toto negocio principali,
142 non † potest cognosci negocium principale, nisi in tribus casibus.

Primo, si iustificetur grauamen, illo
143 enim non iustificato, † negocium principale redit ad primum Iudicem, *d. c. vt debitus ex. de appell. Egid. conclus. 419.*

Secundo, si accedat consensus partium:
144 & † tertio si sententia habeat vim diffinitiuæ, & afferat grauamen irreparabile, *Rot. decis. 12. de appell. in nou. Vant. d. c. de nullit. ex. eod. num. 62.*

Negocium principale censetur com-
145 missum per illa verba, † vna cum suis incidentibus, dependentibus &c. etiam quod
non adsint verba vna cum toto negocio
principali, dummodo tamen sit eiusdem
naturæ, *Egid. conclus. 619. Cassad. decis. 1. de caus. possess. & propriet.* Et hæc procedunt
quando sententia est merè interlocutoria;
secùs dicendum, si habebit vim diffiniti-
146 uæ, † quia tunc quoad appellationem regulatur in omnibus, & per omnia prout
in vere diffinitiua, *Franc. in d. c. vt debitus num. 16. & 25.*

Et ratio differentiæ inter appellationem ab interlocutoria, & a diffinitiua, di-
147 citur † esse, quia interlocutoria est odiosa, cum per eam derogetur iurisdictioni
ordinariæ, *d. Clemen. appellanti de appellat.*

Et hinc est etiam, quod si datur certa
forma à Iure, vel à statuto appellare vo-
148 lenti, † intelligitur de appellatione ab interlocutoria, non autem à diffinitiua *glos. & Gemin. in c. quamuis in verb. probabili de elect. in 6.*

Ideo olim non licebat appellare ante
149 diffinitiuam, † nisi cum consilio Aduocati, de quo debebat constare Iudici, quia
si appellatio detegebatur friuola, Aduo-
150 catus, & Procurator, † vel Procurator
solus, si processerat sine Aduocato, condemnabantur in expensis, neque poterat
151 impetrari † commissio super articulo grauaminis, nisi habitis apostolis à Iudice
à quo, vt cauetur in *Extrauag. Gregorij XI. de ord. Aduocat. in bullar. diuers.* Quæ tamen
non fuit impressa in nouo bullario.

Hodie ista indagatio est inutilis, quia
nunquam committitur causa appellatio-
152 nis ab interlocutoria, † nisi habeat vim
diffinitiuæ, & semper committitur vna
cum toto negocio principali, ne continentiæ causarum diuidatur *l. nulla C. de Iud. Stafil. cap. 12. fol. 307. num. 8. & c. 18. fol. 327.* & mandat *Vrban. VIII. const. 6. regul. Cancell. 37. fol. 19. tom. 4. in bull. nouo*, & idẽ
disponitur *in reg. 37. Cancel. edita per Inno-*
153 *cent. X.* & de stilo Curiæ, causa † remanet
semper coram Iudice appellationis, etiam
non iustificato grauamine, *Rot. decis. 2. de appell. in nou. Stafil. d. c. 1. 18. fol. 127.* & dicit
Vestr. lib. 3. c. de causar. deuol. fol. 62.

Et si ex aliqua iusta causa peteretur
Commissio ad Iudicem appellationis,
vt omisso grauaminis articulo, procede-
154 ret in negocio principali, † rescribitur cũ
clausula, constito de assertis, & refectis expensis.

155 Auditores tamẽ † Rotæ ex vi Bullæ Innocentij, possunt voto Coauditorum
procedere in negocio principali.

Et ea, quæ diximus supra de exprimendo grauamen in appellatione ab interlo-
156 cutoria, † procedũt etiam in appellatione ab excessu in exequendo, à quo datur
appellatio, vt infra videbimus: & tunc appellans ratione excessus, debet exprimere
talem excessum in appellatione, & in
commissione.

Quia verò non præsumitur excessus,
157 nisi de eo doceatur, † ideò necesse est,
quod exprimatur, & ratio est, quia in materia, in qua appellatio prohibetur, nisi
exprimatur causa grauaminis, appella-
158 tio † non debet admitti; nec minus committi causa appellationis, nec inhiberi,
vt dicunt *Abb. & Felin. in c. quoad consultationem ex. de senten. & re iud. Rot. dec. 45. de appell. in nou.*

Expressio tamen excessus non est neces-
159 se quod fiat in specie, sed sufficit si exprimatur in genere, & tunc ratione incerti-
160 tudinis, suspenditur † executio in totum;
sed si exprimeretur in specie, suspendere-
161 tur tantum, quantum caperet † excessus
ab appellante expressus, *Abb. in d. cap. quod ad consultationem.*

Igitur à quacumque sententia interponatur appellatio in scriptis, siue sit interlocutoria, siuè diffinitiua, est exprimendũ
162 nomen † Iudicis à quo, Iudicis ad quem,
& appellantis, & appellati, & adhuc est
exprimenda res super qua fuit pronunciatum, *l. 1. §. fin. ff. de appell.*

163 Nomen Iudicis ad quem † debet esse certum, *cap. ad hoc extra de rescript. c. propter, & c.ab eo, §.forma 2. q.6.* Ideo si quis appellet simpliciter, vel appellet ad Iudicem competentem, vel ad maiorem Iudicem, vel alternatiuè ad plures Iudices, li-
164 cet † de Iure ciuili forsan talis appellatio sustineatur, quia cum non possit appellari omisso medio, præsumitur appellatum
165 ad immediatum Superiorem, iuxta *tex.in l.Imperatores ff.de appell.* Tamen de Iure Canonico cum possit appellari non solum ad Papam, sed ad Legatum, & Pa-
166 triarcham, ratione incertitudinis, † videtur non posse sustineri, præcipuè, si infra tempus concessum ad appellandum non declaretur nomen Iudicis ad quem, vel nisi concurrat aliqua probabilis dubitatio Iuris, vel facti, ad quem esset appellandum, de quo videndus est *Franc.in d.c. dilecti num.16.& seq.de appell.* & quod dixi *in artic.ad quem appellan. sit*. In rescripto verò super commissione appellatio-
167 nis † non requiritur, quod exprimatur nomen Iudicis à quo, *c.oblatæ, vbi Franc.*
168 *extra de appell.* Et generaliter † quid continere debeat cedula appellationis, vidēdus est idem *Franc.extra de appell.num.3.*

Debet quoq; appellatio de Iure inter-
169 poni coram Iudice, à quo fuit lata sententia pro tribunali sedente, secundum *L.omnem. C. quando prouocar.non est necess.* Dummodo possit haberi illius copia, & nisi iustus metus excuset *cap.biduum 2.q.6. c.vt debitus c.penult.extra de appell. Imol.in Clem.causam.num.25. de elect.*

Nihilominus propter fauorem appellationis, si interponatur extra Tribunal,
170 in domo † Iudicis, absque citatione partis, valet, etsi Iudex à quo absentat se à loco Iudicij, vel eius copia non possit ha-
171 beri, potest appellari † coram Iudice ad quem, vel coram honesta persona, aut coram Notario à quo petuntur apostoli, cū protestatione, absentiæ Iudicis. Si adsit
172 iustus metus Iudicis, † potest appellari coram Notario, vel honestis personis, cū protestatione metus, *c.si iustus metus extr. de appell.Guidopap.decis.436.q.56.*
173 Et hic metus sufficit † vndecumque causetur, facto Iudicis, siue aduersarij, siue culpa propria, aut ratione statuti id prohibeatur, dummodo sit iustus, & probabilis, *Franc. in d. cap. si iustus metus, in princ.vsque ad nu.13.* vbi docet quo-
174 modo dicatur iste metus, & † quomodo appellatio super eo debeat interponi, &
175 latissimè *n.17.*an, & quādo appellatio interposita in absentia Iudicis sustineatur.

Imò in omnibus causis prædictis de sty-
176 lo Curiæ, † potest appellans prosequi appellationem, *Rot.decis.50.de appell. in nou.*
177 Neque † tenetur probare absentiam, vel impedimentum Iudicis. *Cassad.decis.3.4. & 8.de appell.Vestr.d.c.de appell.fol.28.*

Si fiat diligentia de reperiendo Iudicē in domo sua, licet non appelletur coram Notario, dummodo ei detur cedula ap-
178 pellationis, † non dicetur appellatio deserta *Put.dec.16.de appell.*

Sed aduertendum est, quod licet appellatio interposita modo supradicto va-
179 leat, non suspenditur tamen iurisdictio Iudicis à quo, nisi appellatio ei intimetur: sicut etiā si plures Iudices, vel arbitri
180 pronunciauerīt, † valet appellatio interposita coram maiori parte ipsorum, sed
181 non reuocarentur attentata, nisi appellatio, dilatio, & termini præfixio Iudicum intimata fuisset parti, vel eius Procuratori, aut aliunde sciuissent, *Clem.1.vbi Card. in princ.& num.19.de appell.*
182 Similiter appellans, † debet etiam ab interlocutoria, & grauamine, sæpè, sæpius, congruis tamen loco, & tempore, petere apostolos, *cap.ab eo, & d.cap.cordi, vbi glos.in verbo interlocutoria de appell.in 6.Clemen.quamuis cod.tit.* licet aliàs fuerit du-
183 bitatum, † an appellans à diffinitiua teneatur reddire pro apostolis, vt per *Gemin.in d.c.ab eo in fin.Rot.decis.50.de appell. in nou.*
184 Sufficit tamen de stylo, † prout etiam de Iure, semel eos petere, dummodo in cedula adsit clausula 1.2.& 3. *d.Clem.quamuis, & Vestr.lib.7.c.de appell.fol.208.*

Si simpliciter appellatur, & Iudex dat
185 Apostolos, tenet appellatio secundùm aliquorum opinionem. Si etiam Rusticus appellabit, & qui nesciret petere apo-
186 stolos, parcendum † est eius ignorantiæ, & valebit appellatio, *Guidopap.dec.s.436.nu.*
187 *23.*& latè † de huiusmodi materia, quādo noceat apostolos non petere, est videndus *Cassad.de appell.*

Et si appellans semel redierit, & Iudicem non inuenerit, non tenetur amplius redire, & potest sic vt supra diximus de appellatione, eos petere coram egregia
188 persona, † neque tenetur probare impedimentum Iudicis, *Cassad.d.decis.8.*

Sicut si ob iustum metum, timeat redi-
189 re pro apostolis, † sufficit intra tempus redeundi protestari eodem modo, quo sufficeret, etiam appellare volenti, *cap. si iustus metus extra de appell.l.2. ff. de his quæ vi, vel met.caus.Gemin.in d.c.ab eo, §.illud in princ.*

Si ante petitionem apostolorum adea-
190 tur Iudex ad quem, † an processus factus

per

per eum teneat, videndus *ibidem d. Gemin.*
191 Et quia diuersimodè † respondet Iudex
192 de apostolis, vt dicam infra, † datque
aliquando terminum Iuris loco Apostolorum, si post datum dictum terminum, quando pars in termino redit pro Apo-
193 stolis, dat alium terminum Iuris, † pars
non tenetur amplius redire, quia de stilo
Curiæ censetur detulisse appellationi, po-
194 testque † appellans illam prosequi, & causam committere, vt dicemus pariter infra.

Signatura, quando post appellationem à diffinitiua fuit datus terminus Iuris, seu quæuis alia responsio, loco Apostolorum absq; eo quod redeatur pro Apostolis,
195 † solet committere causam, addita clausula, attento quod à diffinitiua; quia tunc, etsi Iudex non deferat, ius ipsum defert, nisi ex lectura commissionis appareat, causam non esse appellabilem, si credendum est *Vestrio d. fol.* 208.

De tempore petendi Apostolos, & reliquis ad huiusmodi materiam pertinen-
196 tibus, † videbimus inferius.
197 Appellatio † potest etiam interponi die feriato, *l. 1. vbi glos. & DD. Cod. de fer. glos. in c. appellatio de appell. in 6. Felin. in ca. significauerunt ex. de Iudic.*

Hæc autem procedunt in Curia; quia
198 in partibus Reus † appellans in criminalibus ab Episcopo, vel alio Iudice, debet ex decretis *Conc. Trident.* acta primæ in-
199 stantiæ petere, & † Iudex à quo intra mensem exhibere, & deinde coram Iudice ap-
200 pellationis producere. Iudex † enim iste non visis actis, dummodo Iudex à quo illa tradere non recusauerit, causam terminare non potest, vt cauetur apud *d. Concil. Trid sess. 13. c. 3. de reform.*

Appellatio in ciuilibus interposita in partibus, si non interponatur in præsentia
201 appellati, † non deuoluit causam, nisi ei intimetur, *Clem. 1. de Iud. Cassad. decis. 1. de*
202 *appell.* Quo casu intimatio habet vim citationis, *Rot. decis. 1. de elect. in nou.* Sufficit-
203 que † intimare, si causa sit beneficialis, in Cathedrali, & beneficio litigioso, dummodo personalem residentiam requirat, *Rot. decis. 7. de appell. in nou.* & potest per
204 quemcumque etiam non Procuratorem fieri huiusmodi intimatio, *Rot. dec. 18. eod. tit.*
205 Si intimatio minus legitimè fiat † datur quandoque commissio sanatoria cum clausula, dummodo deuenerit ad appellantis notitiam, *Vestr. lib. 3. c. de caus. deuol.*
206 *fol. 62. & seq.* † vbi quæ sint seruanda, vt intimatio rectè fiat, & causa deuoluatur,
207 quia non † deuoluitur à quacumque sententia appellabili, nisi seruetur forma supra tradita, *Rota decis. 54. de appell. in nou.* vel appellationi deferatur, vt dicam inferius. Vltra dicta ibi in *d. Clem. cam.* videndus est *Cassad. decis. 1. de appell. & Vant. de nullit. cap. de nullit. ex defect. iurisd. ordin. num.* 88.

Quando appellans, & appellatus vigo-
208 re appellationis interpositę, possit contra absentem procedere per contradictas, pręter ea quæ dixi titulo de contradictis, & alibi, videndus est *Vant. loco cit.*
209 Quomodocumque appelletur, † debet appellari à grauamine illato, non infe-
210 rendo; nullo enim casu potest recedi † à Iudicio, antequam interuenerit grauamen *c. vt debitus, vbi Franc. num. 9. ex. de appell. Rot. decis. 32. de appell. in antiq.*
211 Et hoc procederet, si appellaretur conditionaliter, si scilicet Iudex illum grauabit, quia huiusmodi appellatio conditionalis est prohibita per *c. dilecto, vbi Innoc. & Abb. in princ. extra de appellat.* exceptis quatuor infrascriptis casibus, videlicet.
212 Primo, quando grauamen † esset irreparabile per appellationem subsequētem, vt si appelletur à tortura.
213 Secundo, quando grauamen † futurum trahit originem à grauamine iam illato, dummodo exprimatur tale quid, ex quo insurgat grauamen de præsenti.
214 Tertio, quando grauamen † esset iam comminatum. His enim tribus casibus licet appellare à grauamine de futuro, *Franc. d. num. 9. in fine.*

Quarto limitandum est illud quod di-
215 xi de appellatione conditionali, † vt non
procedat de stilo Curię: quia cum Iudices
hìc soleant quasi semper pronunciare
216 prout in cedula, vel habere † terminum pro seruato, labanturque multoties decē dies, & pronuncietur in vltimo momento decimi, antequam aperiatur cedula, vel declaretur terminus; & quia publicantur sub illa die, qua fuit pronunciatum prout in cedula, vel habitus terminus pro seruato; receptum vsu fuit, quod partes
217 possint conditionaliter appellare cum clausula, quatenus contra: & isto casu nō censetur appellatum, nisi feratur senten-
218 tia condemnatoria, † neque ista appellatio prodest appellato, *Abb. & Franc. in ca. si duobus extra de appell. Vestr. lib. 7. c. de appell. fol. 208. & c. de temp. & fatal. appell. fol.* 233.

Prædicta omnia procedunt in appella-
219 tione † iudiciali, non autem quando āppellatur extraiudicialiter: de quo dixi su-
220 pra, & hæc extraiudicialis † interponitur

cau-

causa adhuc non cepta, vt à spoliatione priuatorum,& similibus:& differt in mul-
221 tis † ab appellatione iudiciali: & scriptura istius appellationis debet esse publica, *c.vt circa,vbi Gemin.de elect.in 6.* Quod secus est in iudiciali, vt dixi, quia sufficit priuata.

222 Potest extraiudicialiter appellari† à futuro grauamine,non nominatis personis, *c.bonæ,c.cum nobis vbi DD.extra de appell. Rot.decis.32.de appell. in antiq.* Secus in iudiciali, vt pariter diximus.

223 Item huiusmodi appellatio † non inducit litis pendentiam, prout facit iudicialis, *Rot.decis.69.de appell.in antiq.Cassad. decis. 1. eodem tit. & dicam infra cap. de attent.*

224 Differunt etiam in alijs, vt latè dicunt *DD.in c.Romana,& ca. bonæ,extra de appell. in c.dilecto extra de except.in c.cum I & A, ex.de sent.& re indic.Vestr. lib.3. c.de appell. extraiud.fol.66.*

Debet autem appellans extraiudiciali-
225 ter vti modis,†quibus vtitur appellans in iudicio ab Interlocutoria, & exprimere omnes causas in appellatione, & iurare se credere eas esse veras, neq; potest alias
226 † præter expressas prosequi, nisi de nouo emergant, vel de nouo ad eius notitiam
227 deueniant: † de quo tamen statur eius iuramento, *ca.vt circa §.1.vbi Gemin.de elec. in 6.*dicit tamen *Franc.in c.bonæ,num.4.ex. de appell.* Quod si appellatio fiat ex iusta, vel saltem ex probabili causa,valet etiam
228 si sit generalis, & appelletur à futuro grauamine; dummodo subsequatur; quia eo
229 subsecuto † præsumitur appellantem habuisse iustam causam appellandi, & illa
230 generalitas tunc † reducitur ad speciem: & debet etiam interponi ad præsentiam
231 appellati, vel intra mensem ei saltem intimari facere per Procuratorem, *Rot.decis. 3.de appell.in antiq. Cassad. decis.fin. eod.tit.* licet secus eueniat in iudiciali.

De huiusmodi appellatione quãdo in-
232 terponi, & intimari debeat, quos effectus operetur, quando reuocentur attentata
233 post eam, in quibus differat † à iudiciali, quomodo deseratur, & reliqua spectantia ad huiusmodi materia, post *Imol. & Card. in Clem. causam de elect.* docebit *Franc. in d.c.bonæ,num.17.vsque ad fin.*

Qualiscumque igitur sit causa grauaminis, ad illud semper est aduertendum, quod semper prius est appellandum ante-
234 quam causa cõmittatur: quia nunquam committitur causa appellationis inter-
235 ponendæ. † sed tantum interpositæ, quia
236 rescriptum non trahitur † ad futuras lites *c.fin.ex.de rescript.*

Et si probaretur tempore impetrationis Commissionis non fuisse interpositam
237 appellationem, † Commissio de Iure esset nulla: si tamen eadem die, & hora reperiatur interposita appellatio,& commissa causa appellationis, dummodo vtrumq; factum fuerit, sustinetur, & in Curia po-
238 stea appellatio præsumitur precessisse, quia præsumitur priùs actus appellatio-
239 nis † factus, ex eo quia prius fieri debuit, *Alex.cons.81.vol.3.cons.112.vol.5.*secus tamen dicitur extra Cur.*Rot.dec.2.de except. in nou.Stafil.c.19.fol.335.num.8.& 9. Gomes.in d.Compend.signat.fol.161.col.2. Vant. in tract.de nullit.c.1.num.26.fol.6.*

Cui autem in causa appellationis regu-
240 lariter incũbat onus † probandi, tũ circa merita causæ,quam quod appellatio fuerit rectè interposita, videndus est *Guidopap.dec.436.*

In quo semper notandum est,quod appellans à sententia nulla,quamuis probet
241 notoriam nullitatem, † tamen succumbet in causa appellationis, nisi iustificet appellationem, probando eam fuisse legitime interpositam, *Franc.in c.dilecto num.4. ex.de appell.*

Infra quæ tempora sit appellandum.

Artic. V.

242 *Appellatio infra duos dies antiquitus fieri debebat.*

243 *Appellatio hodie fieri potest infra decem dies.*

244 *Ampliatur siue iudicialiter,siue extraiudicialiter appelletur, dummodo adsit scientia grauaminis.*

245 *Appellationem prosequi debet actor infra decem dies.*

246 *Tertius sciens litem,& sententiam,infra quod tempus appellare debeat pro suo interesse. & num. 110.*

247 *Tertius ignorans litem, & sententiam quando appellare potest pro suo interesse.*

248 *Reductio Laudi ad arbitrium boni viri potest peti vsque ad 30. annos.*

249 *Terminus decem dierum ad appell.an computetur à die latæ sententiæ,*

250 *Appellatio à censuris an detur etiam post decem dies.*

251 *Terminus ad appell.computatur à die sententiæ datæ contra Procuratorem, vel verum contumacem.*

252 *Terminus ad appell.ficto contumaci quando currere incipiat.*

253 *Contumax verus, vel fictus quis dicatur, & quando illi currat tempus ad appell. & nu. 251. & 252.*

Con-

sionem impetrare cum clausula, ita quod &c.

310 *Commissio* [illegible] *impetrari possit pendente termino* [illegible] *stolorum.*

311 *Apostoli refutatorii quinam dicantur.*

312 *Iudex dati* [illegible] *futatorys procedit non obstante appellatione.*

313 *Apostoli testimoniales quinam dicantur.*

314 *Appellans cum testimonialibus habet annum ad committendam causam.*

315 *Apostoli conuentionales quinam dicantur.*

316 *Appellatio conuentionalis quid, & quos effectus operetur.*

317 *Appellationi an tacitè possit deferri, & quomodo.*

318 *Appellatur etiamsi Procurator non acceptet nisi* [illegible] *atenus sit deuoluta.*

319 *Terminus iuris quid sit, & ad quid detur*

320 *Iudices in Curia solent pronunciare prout in cedula.* [illegible] *216.*

321 *Appellans si habeat terminum iuris debet redire pro apostolis intra triginta dies. & nu. 290.*

322 *Appellans pendente termino redeundi pro apostolis* [illegible] *il potest innonare. & 294.*

323 *Appellans non potest redire pro apostolis nisi vltima die termini. & 291.*

324 *Limitatur* [illegible] *in termino detur clausula & interim qu*[illegible]*documque. & 290.*

325 *Appellans si post terminum iuris habet alium similem nõ tenetur redire pro apostolis & 193.*

326 *Iudex a* [illegible] *dum terminum iuris, cen setur app*[illegible]*tioni detulisse. & 192.*

327 *Appe*[illegible] *et probare non solum appellationem, sed etiam esse in tempore factam.*

3[illegible] *Appellantis iuramento s*[illegible] *per tempore appellationis non est standum.*

329 *Appellantis iuramento statur super prosecutione appellationis.*

330 *Terminus ad prosequendam appellationem qui*[illegible] *an possit abbreuiari, & prorogari.*

3[illegible]1 *Appellatus an* [illegible] *& quando possit praeuenire annum dat*[illegible] *m appellanti, causam committ*[illegible]*do z*

QVo[illegible] q[illegible] a [illegible] tempora sit app[illegible]llandum & [illegible]mmi[illegible]d[illegible] causa app[illegible]ion[illegible] m est, quod an-

242 tiquitus † debebat appellari infra duos dies à di[illegible] latae sententiae, *l.eos §. si n autem C.de appell.*

24[illegible] Hodie vero sufficit [illegible] ra decem dies *Auth.hodie C.de appell.* [illegible]

244 *ff.q*[illegible]*an.a. pe*[illegible] vt [illegible] d cio [illegible] actibu[illegible] e [illegible] r g[illegible] [illegible] dummodo ap[illegible] rit s[illegible] uatum *c.c*[illegible] *Gemin. verb. s*[illegible]*a, p*[illegible]

Et si [illegible] ad[illegible]

245 interpo[illegible] † debet intra decem die id facere. *Rot. decis. 51. in fin. de appell. in antiq. Fran*[illegible] *in cap. cum sit Romana, extra eodem tit.*

Si tertius vult appellare pro suo interesse, si sciuit litem motam, & fuisse latam

246 sententiam, debet appellare infra tempus, quo partes appellare potuissent; si vero

247 ignorauit † potest quandocumque appellare, dummodo appellatio ipsi prosit ad plenam victoriam alias secus. *Felin. in c.cum super e*[illegible] *de sent. & re iud.*

Reductio laudi ad arbitrium boni viri

248 potest † peti vique ad 30. annos, *Bartol. in l.si societatem §.arbitrorum ff. pro soc.* [illegible] *in cap. Quintaualli extra de iur. iur. Affl*[illegible] *decis. 132.*

Isti decem di[illegible] concessi ad appellan-

249 dum, computantur † à die latae sententiae, etiam si sit conditionalis, non tamen conditionis existentis etiam contra Dominum, quamuis sententia sit lata contra Procuratorem *l. 1. §. biduum ff. quando appell. sit & cap. biduum 2. q. 6.* & vtrobique *glos. & DD. & Franc. in c. Nicolao num.* [illegible]*9. de appell.*

Hoc non procedit in sententia excommunicationis, & aliarum censurarum à qua est permissa appellatio, etiam post

250 decem dies à die latae sententiae, du[illegible]do appelletur ante aduentum cõditionis, *c.preterea 2. vbi Fran. ex. de appell.* [illegible] *demon. 146. & latè Vestr. lib. 7. c. de appell. fol. fol. 217. vers sed maius dubium.*

Et hoc militat quando sententia fert[illegible] contra Procuratorem, vel vere co[illegible]a-

251 cem, † qual[illegible] ita[illegible] sonaliter, *Bart. in l.* [illegible] *C. de relat.*

Si feratur contra [illegible] contuma[illegible]

252 qualis est ille, qui fuit citatus [illegible] v[illegible] per edictum, iux. *Clem. pri*[illegible]*um de* [illegible] *& contum.* S[illegible] pradicti decem [illegible] tur a die [illegible] notitiae, [illegible] ac *biduum R*[illegible] *6. de dol.* [illegible] *non. F*[illegible] *ad consultationem, ex. de*

253 *sent.* [illegible] *iud.* [illegible] latè declarat, quis in pro[illegible]catur verus, vel [illegible] na[illegible]

[illegible] per edictum procura[illegible] non [illegible] citari, & expressè con tar[illegible]

254 i[illegible] s[illegible]tia, [illegible] contemptu, fortasse † n[illegible] a[illegible]ctur, ni[illegible] infra decem dies a d[illegible] la[illegible] [illegible] *in c.quoniam fr*[illegible]*que*[illegible]*te* [illegible] *l.*

2[illegible]5 [illegible] non [illegible] abit[illegible] hoc [illegible] habi[illegible] de haereditate [illegible] [illegible] termino ad delibera[illegible]

25[illegible] [illegible] procedit siue in app[illegible] [illegible] endo appellationem a [illegible]nto interpositam, *l. fin. Cod. si pend. appell.*

257 *appell.* quia requiritur † aditio hæreditatis, ad hoc, vt tempus currat, *Franc. in c. ex ratione nu.*43.*ex. de appell.*

In vtroque autem casu supradicta notitia non solum debet esse de sententia lata,
258 † sed etiam, quod fuerit lata contra se, nisi fuisset intimata parti, etiam domi,
[illegible] quia † tunc currunt decem dies a die intimationis. *Felin. in d. cap. quoniam frequenter.*

Et ideo quando petitur committi causam appellationis à die habitæ notitiæ, commissio debet signari cum clausula [illegible] & ratio est, quia si prolarg[illegible]tur notitia anterior, non liceret appellare.

S[illegible]tia, v[illegible] grauamen habent c[illegible]am [illegible]siuam & permanentem ac etiã
260 [illegible]o[illegible]at[illegible]m durante grauamine † dd. [illegible] dies numquam currunt, & semper [illegible] appellari, *Franc. in c. super eo ex. de* [illegible] *in Clem. causam num.*51.*de elect.* [illegible] *d. c. quod ad consultationem. Vestr.* [illegible] *de appell. fol.*108.

Et ideo cum à tortura, vel captura de[illegible] † appellatio, vt infra dicemus in articulo In quibus casibus non licet appellare; [illegible] habeant causam continuam, & tractum successiuum; poterit semper durante grauamine ab eis appellari, † non obstante [illegible] decem dierum, vt *Bald. in l. si Clericus, C. de Episc. audien. Franc. in d. c. super eo, num.*4. Et si non comparuit, neque apposuit, aut excepit de loco, aut tempore:
264 Attamen † si denuò citetur, potest opponere, & appellare, quia tot dicuntur inferri grauamina, quot sunt citationes, [illegible] *ex parte tua.* vbi notat *Franc. num.*5. *ex. de appell.*

[illegible] de persona, vt puta si [illegible] duos, vel tres actus [illegible] excommunicato, & non [illegible] † semper excipere, quia [illegible]nominatur bannitus, vel excommunicatus toties succedit grauamen ap[illegible]potissimum ratione, quia [illegible] causa grauaminis habet causam [illegible] non consummatur neq; finitur [illegible] excipiendi per actus præteritos, [illegible] per litem contestatatam; † sed po[illegible]semper excipi ad impediendos actus [illegible]ros, quasi ex nouo grauamine, & ista [illegible]e potest semper appellari, vt per *Franc. ibidem num.*78.

Idem euenit, quando petitur à Iudice, vt aliquid faciat, quod facere debet, & ille tardat, vel negligit in faciendo, & pec-
267 cat in omittendo, † quia datur appellatio ab huiusmodi omissione. [illegible] in eo, qui petit, quod te[illegible]gentur secundum formam interrogatoriorũ, & Iudex omittit, vel recusat id facere:
268 tunc † datur appellatio, neque currunt decem dies ad appellandum; sed semper potest appellare. *Franc. in c. cum cessante n.*31.*extra de appell.*

Aduerti tamen debet, quod appellatio
269 esse † debet a grauamine de præsenti, non de præterito, vt si appelletur à carceratio-
270 ne, vel præcepto de carcerando, † debet appellari a præsenti carceratione, & præcepto, alias obstarent decem dies dati ad appellandum.

Procedunt etiam præmissa, dummodo Iudex non pronunciauerit grauamen nõ adesse, vt puta locum tutum, tempus idoneum, bene carcerarum, rectè, ritè exa-
271 minatum, & similia, † quia tunc debet appellari intra decem dies à die latæ sententiæ, articulus transit in Iudicatum, & prohibetur appellatio, *Franc. in d. c. ex parte, & in d. c. cum cessante num.*33.

Si pari modo feratur sententia contra
272 Procuratorem non appellantem, † quamuis Dominus non possit appellare post decem dies à die latæ sententiæ, si Procurator [illegible] fictu[illegible] ad con-
273 *sultationem*, [illegible] tamen ipse Dominus restitui ad appellandum, si id petat intra decem dies à die habitæ [illegible], per ipsum, *glos. fin. in l.*1.*ff. quando appell. sit, in l.*
274 *eleganter* §. *si dolo, ff. de dol. mal.* quia alias contra Ius negligentia Procuratoris obesset Domino, *Felin. in c.*1.*ex. vt lit. non contest. Alex. cons.*95.*lib.*2.*Rot. decis.*35.*de appell. in nou. Stafil. c.*13.*fol.*310.*d num.*10. Dummodo Procurator non sit soluendo,
275 quia si est † soluẽdo, nulla competit restitutio, cum possit agere contra Procuratorem, *d.* §. *si dolo, Franc. in c. ex ratione ex. de appell.*

In Curia Romana seruatur cõtrarium,
276 neque † datur restitutio, etiamsi Procurator non sit soluendo, quia cum causæ vt plurimum tractẽtur per Procuratores, per hanc viam passim executiones impedirentur, *Cassad. decis.*5.*de appell. Vestr. lib.*7.*c. de appell. fol.*108.

Currit tamen de iure hoc tempus de-
277 cem dierum † de momento ad momentũ, *l.*1.§.*dies, iuncta glos. in verb. subtraxisse, ff. quando appell. sit, d.* §. *biduum c. biduum, & c. quod ad consultationem, Imol. post glos. in Clemen. causam de elect.*

278 Et est speciale in appellatione, † quia alias dies termini non computatur in termino, *glos. in c.*1 *in princ. in verb. proponitur de re iud. in* 6.

Ratio contrarij in appellatione dicitur

279 esse, quia † dies termini non computatur
in termino, quando terminus statuitur à
die; secus vero quando statuitur ab actu,
vt in casu nostro a prolatione sententiæ,
Gemin.in d.c.1.
280 Idcirco appellans decima die debet apponere
horam, alias non probatur cum appellasse in tempore, *Felin.in d.c.quod ad consultationem*.
De stilo nostræ Curiæ, etiam elapso mo-
281 mento † potest appellari, dummodo in die
momenti appelletur, & Rota admittit huiusmodi appellationem tamquam validã
vigore Innocentianæ, *Vestr. d. c. de appell. fol.108.*
282 Neque isti decem dies † possunt à Iudice, & de consensu partium, vel per ipsas
partes prorogari, *glos. & DD. in Clemen. quandiu, de appell.glos.& DD. in cap.cum sit extra eodem tit. Franc. in c.ex ratione nu.20.*
283 *extra eodem tit.* nisi ex aliqua vrgentissima
causa, vt puta publicæ vtilitatis, aut scandali vitandi, *Felin.in c.cum sit Romana, ex. de appell.*
284 Neque etiam suspenduntur † per compromissum, quamuis regulariter impediat cursum fatalium, *Card.in Clem.quamdiu, de appell. Rot.decis.2.de dilat. Guidopap. dec.115.*
Et quia supra dixi, quod non sufficit
appellare, sed debent etiam peti apostoli,
285 ideo † illi sunt petendi infra triginta dies,
computandi à die sententiæ, secundum
Card.in Clem.quamuis de appell.
286 Alij dixerunt computari debere; † aliquando à die scientiæ, aliquando à die
sententiæ, vt per *glos.& Gemin in c.cum ab*
287 *eo de appell.in 6.* Alij † tenuerunt indistinctè computari debere à die sententiæ, *Guidopap.decis.436.q.26.alias nu.34.*
288 In Curia computantur † à die appellationis interpositæ, *Rot. decis. 80. de appell.*
289 *in antiq. decis.5.eodem tit.in nou.* † curruntque similiter de momẽto ad momentum,
Guidopap.d.decis.q.27.in decis.436.
Idem obseruatur quando Iudex pro
apostolis dat terminum iuris, & interim
290 quandocumque, † quia appellans debet
redire intra triginta dies pro apostolis,
d. cap. ab eo, & l. à Iudicibus, Cod. de appellat.
Si fuisset dictum, quod compareat in
291 termino Iuris, † debet vltima die in fine
comparere, *Felin.in c. [illegible] extra de appell.* † Aliàs enim vtroque casu [illegible]
292 renunciatum appellationi. Et [illegible] de huiusmodi materia, † quando noceat apo-
293 stolos non petere, dicit *Cassad. decis.8. de appell.*
Pendente termino ad respondendum
294 de apostolis, † nihil potest innouari, &
licèt impetretur Commissio appellatio-
295 nis, eius tamen vigore procedi † non potest, nisi elapso termino *Rot.decis.52. de rescript. in nou. & dicam infra in cap. de attent.*
Redeunte igitur parte pro apostolis,
296 † tenetur Iudex congruis loco, & tempore requisitus eos tradere, alias proceden-
297 do in causa † processus est nullus, nisi intra tempus tradendi apostolos reuocauit
grauamen, quo casu etiam non traditis
298 apostolis † potest in causa procedere *cap. vt super.cum ibi notatis per Gemin.de appel. in 6.* super quo tamen diuersæ sunt opiniones: & quicquid sit de Iure,
299 Rota Romana seruat, quod † processus
factus pendente huiusmodi termino, valeat, *Paut.c.de nullit. ex defect. Iuris. ordin. num.159.*
Et prædicta procedunt etiamsi appel-
300 latio, alias esset frustratoria, † dummodo
debita forma in ea seruata fuerit *Rot. dec. 8.de appell.in nou.*
Censeturque in tantum Iudex deferre,
301 vt † etiam non possit postea taxare expensas, quarum taxationem sibi reseruauit, *Rot.decis.42.de re iud.in antiq.*
302 Hæc autem de plano procedũt, † dummodo appelletur à diffinitiua, tempore
303 debito, & per legitimam personam, † aliàs
etiam dando reuerentiales Iudex nõ censetur deferre, *Cassador. decis.7. & 8. de appell. Vestr.lib.7.c.de temp. & fatal.fol.233.*
& dicam infra.
304 Et tũc debet appellatio committi † intra decem dies, aliàs causa dicitur deserta, *Cassador.decis.4.de appell.*
305 Si tamen vltima die, † appellans [illegible]
aliquam diligentiam, prout est [illegible]
tat Cõmissionem Cursoribus, vel [illegible]
prout quotidie fit, cum appositione diei
prę́sentationis; aut si [illegible] Vrbem, & arripiat iter ad [illegible], excusatur appellans a desertione, *Cassad. d.dec.4. Vestr.d.fol.233.*
306 Sed illa diligentia † debet plenè probari, nec satis esset producere librum reuisoris, de quo *Put.decis.16.de appell.* quia
non probat, idem *Put.decis.12.de fide instr.*
& de hac prę́sẽtata loquitur *Rot.dec. [illegible] de appell. in antiq.* alias enim appellatio fuit habita pro deserta, quia per [illegible]
dies Commissio non fuerat redempta a
Cursoribus licet fuisset in tempore apposita die præsentationis per Regentem
[illegible] de appell. Quod diximus de præsentata recipit declarationem per Rotam
[illegible] quod tunc tantum suffraga-
307 tur, † quando fuerunt dati reuerentiales,
quia

quia si vellemus ea vti, quando fuit datus
308 terminus Iuris, † non possemus: hoc enim
casu, nec præsentata, nec diligentiæ, nec
impedimenta attenduntur, quia appel-
lans, vel tali tempore debet redire pro
309 apostolis, vel impetrare commissionem,
cum clausula, ita quod pro apostolis non
teneatur redire, vt in *Perus. de Vbaldis 17.*
Iuny 1576. coram clar. mem. Card. Pamphi-
lio, & nuper in *Bononien. fideicom. seu domus*
30. Aprilis 1646. coram R.P.D. Bichio, & in
eadem 10. Decemb. eod. anno in fol. Dixi cum
clausula, ita quod pro apostolis non te-
310 neatur redire † quia Rota aliàs vt dicam,
resoluit quod dicto termino pendente
commissio obtineri non potest.
311 Refutatorij dicuntur, † quando Iudex
non defert appellationi, *c. cum appellatio-*
312 *nibus, de appell. in 6.* & † tunc proceditur
non obstante appellatione.
313 *Testimoniales*, † quibus fit fides de appel-
latione interposita coram egregia perso-
314 na. *Cassad. d. decis. 8.* † habetque tunc ap-
pellans annum ad committendum cau-
sam, *Put. decis. 4. de appell.*
315 Conuentionales, † quando appellatio-
ni ex cōuentione partium defertur: quod
potest fieri etiam inuito Iudice, & appel-
316 latio operatur tunc omnes suos effectus,
c. 1. de for. comp. in 6. sufficitque quod pars
317 † etiam tacitè deferat, vt puta constituen-
do Procuratorem ad causam absque pro-
testatione quatenus, deuoluta sit, etiam
318 † quod Procurator nō acceptet nisi qua-
tenus sit deuoluta, *Rot. decis. 21. de appell.*
in antiq.
Quia tamen Iudex non semper est cer-
tus de quibus apostolis debeat responde-
319 re, & Ius indulget triginta dies, † qui ap-
pellatur terminus Iuris ad deliberandum,
de quibus apostolis velit respondere, præ-
cipuè in Curia, vbi vt plurimum Iudices
320 pronunciant, prout in cedula, antequam
sint certi, quænam pars foueat causam
magis iustam; ideo quando loco aposto-
321 lorum datur terminus Iuris, † debet ap-
pellans intra hos triginta dies redire pro
322 apostolis, interimque † nihil innoua-
re, vt supra dictum fuit: & licèt non possit
323 redire pro apostolis † nisi vltima die, *glos.*
in Clement. quamuis, in verb. interdi-
ctum de appellationibus. Felin. in cap. per-
sonas ext. de appellat. Cassad. d. decis. 8. Nisi
Iudex addat clausulam, & interim quan-
324 documque; † potest etiam redire infra tri-
ginta dies, *Felin. in d. c. personas ex. de ap-*
pell. Cassad. d. dec. 8.
Si redeunti Iudex loco apostolorum
325 det, vt dixi, alium terminum Iuris, † non
tenetur appellans ad illum amplius redi-
re, & causam potest committere, quia de
326 stilo Curiæ † Iudex censetur detulisse ap-
pellationi, *glos. in Clem. quamuis in verb. vi-*
detur de appell. Rot. decis. 57. de appell. in nou.
Vestr. lib. 7. c. de appell. fol. 208.
Estque aduertendum circa ea, quæ dicta
327 sunt, quod appellans † non solum debet
probare se appellasse, & reliqua necessaria
fecisse, sed etiam ea fecisse in tempore:
328 neque † super hoc staretur Iuramento ip-
329 sius, licet tali Iuramento † stetur super
prosecutione appellationis, *Felin. in cap.*
quod ad consultationem ex. de re iud.
Ad prosequendum autèm appellatio-
330 nem regulariter datur † annus, & ex cau-
sa biennium, quod etiam potest quando-
que abreuiari, & prorogari. De hac ma-
teria dicemus infra in *cap. de fatalibus*. Et
331 quando † annus, qui conceditur appella-
to ad prosequendam causam, possit per
appellatum præueniri causam, committen-
do iuxta terminos *c. oblatæ, ext. de appell.*
declarabo infra in *artic. quibus prosit appel-*
latio.

Quibus casibus liceat appellare, vel non.

Artic. VI.

332 *Appellatio est fauorabilis, & semper habetur*
pro concessa, nisi expressè prohibita. V. 5.
& 369.
333 *Appellationi semper in dubio fauet Rota.*
334 *Appellatio non potest tolli à diffinitiua, nisi*
per Principem, & non alium, etiam de La-
tere Legatum.
335 *Clausula appellatione remota quomodo intelli*
gatur, & de qua appellatione.
336 *Appellare an possit qui sententia iudicis stare*
iurauit.
337 *Iuramentum semper restringitur ad causam*
verisimiliter cognitam.
338 *Appellationi nunquam intelligitur renuncia-*
tum, nisi expressè, & specificè.
339 *Appellatio an prohibeatur promittenti stare*
iuri, & iudicatum soluere.
340 *Appellatio an detur à sententia lata de consi-*
lio concordati sapientis.
341 *Sententia de consilio concordati sapientis lata*
an possit transire in iudicatum.
342 *Appellatio admittitur à tota sententia, quando*
appellatur ab vno capitulo appellabili.
343 *Ampliatur, etsi regulariter liceret ab ea appel-*
lare.
344 Appellatio *super vno capitulo deuoluit etiam*
quoad alia.
345 *Appellatio ab vno capitulo nō deuoluit quoad*
alia, si sint inter se diuisa.
346 *Appellatio datur solum à capitulo appellabili,*

quia quot capitula tot sententiæ.

347 Sententia transit in iudicatum quoad capitula non appellabilia.

348 Appellatio simpliciter facta cuncta sententiæ capitula complectitur.

349 Appellatio simpliciter absque expressione certi capituli fieri potest.

350 Clausula appell. in parte, & partibus, quid operetur, & quando addi debeat.

351 Appellare à comminatione an liceat.

352 Appellatio ab omissione Iudicis etiam est licita. Vide 267.

353 Appellare ab omissione condemnationis expensarum etiam non petit. potest victor.

354 Declaratur si victus non appellauerit, vel appell. in parte, & partibus &c.

355 Limitatur si appellauit, quia debet adherere appell. per aduersarium interposita. Vide 381.

356 Appellatio à negligentia, & tardantia iudicis non denegatur.

357 Appellari potest si iudex recuset testes examinare secundum interrogatoria.

358 Appellatio à recusatione, vel omissione iudicis datur, donec ipse interloquatur.

359 Terminus appellandi currit post decem dies ab interlocutoria.

360 Appellari potest si iudex exceptionem admittendam reiciat.

361 Appellari etiam potest si quid faciat iudex, quod facere non debet.

362 Appellari item potest si iudex breuem terminum det, nec velit prorogare ad concludendum in causa.

363 Appellatio à breuitate termini quotidie fit. Vide 366.

364 Appellatio à breuit. term. quomodo committitur causa iactationis sæpè fit.

365 Terminus quinam, & ad quid detur diffamanti.

366 Appellatio à præfixione breuis termini ad agendum datur. V. 363.

367 Appellatio quoque datur ab impositione perpetui silentij.

368 Appellatio ab interlocutoria tacita datur ac si ab expressa.

369 Appellatio semper datur vbi non est expressè prohibita. V. 5. & 332.

370 Appellare post tres conformes principaliter nõ est concessum.

371 Appellatio à tertia sententia à Principibus, & Papa, an possit concedi per viam rescripti.

372 Appellatio prædicta potest concedi per viam priuilegij, & de plenitudine potestatis.

373 Appellatio prædicta conceditur cum expressione non obstante tertia &c.

374 Sententia lata super tertia appellatione est ipso iure nulla.

375 Sententia prædicta quando posset sustineri.

376 Sententia prædicta posset etiam sustineri non excepto, aut non probato de tribus sententiis.

377 Appellatio à tribus, quæ non transierunt in iudicatum an detur.

378 Appellari post decem dies non potest etiam à sententijs, quæ non transeunt in iudicatum.

379 Sententiæ quæ de sui natura non transeunt in iudicatum, in nullo differunt ab alijs.

380 Limitatur quando ab vna & eadem persona super eodem articulo appellatur.

381 Reus potest adherere appellationi per aduersarium interpositæ. V. 355.

382 Appellatio à tertia sententia fit ex nouo grauamine, vt condemnatione expensarum.

383 Tertius an, & quando possit appellare à tribus conformibus.

384 Appellatio prohibita intelligitur tantum inter principales nominatos in rescripto.

385 Appellatio prohibita à statuto intelligitur inter principales, & non tertios.

386 Appellare ab vnica sententia quando quis non possit.

387 Appellatio de iure canonico datur à quacumque interlocut. & grauamine ante diffinitiuam.

388 Statutum per Episcopum, & Capitulum factum, quòd ab interloc. appell. non liceat, non valet.

389 Appellatio ab interlocutoria non datur, nisi habeat vim diffinitiuæ de stilo, & per reg. Cancel.

390 Sententia interlocutoria quando dicatur habere vim diffinitiuæ.

391 Sententia interloc. vim def. habentis, dicitur medium inter vtramque.

392 Sententia interlocutoria, & diffinitiua quomodo differant, & cognoscantur ad effectum appel.

393 Sententia interloc. habens vim diffinitiuæ regulatur vt diffinitiua.

394 Appellari potest à pronuncia, appellationem esse desertam. V. 396.

395 Sententia super desertione appell. à mera interlocutoria, dicitur & ipsa mera interlocutoria.

396 Appellatio à sententia super desertione appel. lata quando semper sit licita. V. 394.

397 Sententia attentatum, vel non attentatum fuisse, habet vim diffinitiuæ.

398 Sententia Iudicem competentem, vel non competentem esse habet vim diffinitiuæ.

399 Sententia exceptionem admitten. vel non admitten. esse habet vim diffinitiuæ.

Sententia personam comparentem in iudicio esse legitimam, vel non habet vim diffinitiuæ. ibid.

400 Sententia in causis success. hæreditatis, siue principaliter, siue incidenter pronunciata, habet vim diffinitiuæ.

Sen-

401 *Sententia super exceptione peremptoria habet vim diffinitiua.*
Sententia interloc. habens vim deffinitiuæ, dicitur etiam præceptum Iud. de soluendo. ibid.
402 *Appellatio à grauamine, & interloc. vim diffinitiuæ, habente quomodo intelligatur admittenda.*
403 *Appellatio à tacita relectione excep. à legitimatione person. eompar. in iudicio, vel iud. datur.*
404 *Appellatio vt subsistat debet verificari causa coram Iudice ad quem.*
405 *Iudex à quo non dicitur grauare quando constat de veritate.*
406 *Causa grauam. & excep. non est iustificanda, si fuit eblata probatio, & reiecta. & num. 413.*
407 *Causa prædicta non est iustificanda quando fuerunt denegatæ dilationes.*
408 *Causa prædicta neque quando apparet ex solis allegationibus iuris, est iustificanda.*
Item quando habet præsumptiones iuris contra se. ibid.
409 *Item quando intentio excipientis esset fundata de iure communi.*
Aut ex iuris dispositione constaret appellationem esse legitimam. ib.
410 *Item si iudex verisimiliter esset informatus de veritate.*
Aut de ea constaret per confessionem. ibid.
411 *Vltimò tandem nisi essemus in his quæ sunt grauis præiudiiy.*
412 *Appellatio in benef. statim deuoluitur, & si non constet de veritate appell.*
413 *Appellatio satis iustificatur per eblationem probationis, sed multipliciter limitatur. Vide 406.*
414 *Processus an, & quando sit nullus si procedatur appellatione interposita.*
415 *Appellatio in Curia semper exprimitur à diffinitiua, vel vim diffinitiuæ habente.*
416 *Sententijs tribus conformibus vndique proceditur, præterquam in Gallia.*
417 *Appellatio in Gallia semel tantum conceditur.*
Sententiæ duæ diffinitiuæ in Gallia habent vim trium. ib.
418 *Appellatio olim remittebatur ad Papam à quocumque grauamine causarum extra Curiam.*
419 *Appellatio hodie à causis extra Curiam ad Papam datur tantum à diffinitiua, vel vim diffinitiuæ habente.*
420 *Appellatio in criminalibus causis penden. corã Ordinarijs non datur nisi ab habente vim diffinitiuæ.*
421 *Inhibitio in causis criminalibus coram Ordinarijs pendentibus, an, & quando concedi possit.*
422 *Iudex semper potest procedere non obstante inhibitione, vel appellatione illegitimè facta.*
423 *Appellatio ab interlocutoria quibus casibus liceat de iure ciuili, remissiuè.*
424 *Appellatio à diffinitiua aliquando denegatur ratione paruæ sententiæ.*
425 *Appellatio hodie à diffinitiua non admittitur nisi in summa excedente viginti scuta monetæ.*
426 *Appellatio de iure canonico fieri potest in quacumque minima causa.*
427 *Appellatio conceditur ratione iniustitiæ.*
428 *Reductio ad arbitrium boni viri est species appellationis.*
429 *Reductio prædicta non datur nisi ex enormi læsione.*
430 *Reductio, & appellatio in quo differant inter se.*
431 *Quantitas parua, vel magna quænam dicatur ad effectum reductionis, &c.*
432 *Appellatio ab executione, vel executore, non datur.*
433 *Declaratur tamen, dummodo non excedatur modus in exequendo.*
434 *Appellatio prætextu iniquitatis executionis licet, & si non liceat prætextu iniquitatis sententiæ.*
435 *Exequendi modus potest sex modis exceedi.*
436 *Appellatio ab excessiua taxatione expensarum non denegatur.*
Appellatio quoque ab excessiua fructuum liquidatione non denegatur. ibid.
437 *Appellatio à non admissione excep. imped. executionem datur.*
438 *Appellationem ab excessu in exeq. de iure licet semel tantum fieri.*
439 *Appellatio in casu prædicto semel tantum practicatur in Rota, quidquid fieret antiquitus.*
440 *Excessus in exequendo non præsumitur, nisi de eo doceatur.*
441 *Appellatio, & commissio debent continere excessum. V. 257.*
442 *Procurator, qui potest appellare à quacumque sententia, an possit ab executione sine speciali mandato.*
443 *Contumax verus an appellare possit.*
444 *Contumax prædictus rediens ad Iudicem, à quo si denuò grauetur potest appellare.*
445 *Appellare intra tempus debitum potest, qui fuit citatus, & noluit comparere.*
446 *Contumax potest appellare tempore del. co, aliàs nunquam restituitur in profanis.*
447 *Contumax in benef. post primam sententiam restituitur refectis expensis.*
448 *Contumax fictus an audiatur, si appellet contra tertiam intra decem dies habitæ notitiæ.*
449 *Contumax verus, vel fictus quis dicatur.*
450 *Commissio appell. cum clausula, prout de iure quan-*

quando sequetur.

451 *Contumax an restituatur probata notitia ante decem dies.*

452 *Contumax prædictus si restituitur, quomodo, & quid hoc casu obseruetur.*

453 *Appellatio à correctione, siue disciplina ecclesiastica superioris, denegatur.*

454 *Limitatur, si modus in corrigendo excederetur.*

455 *Appellatio à præcepto residendi in Ecclesia an & quando detur.*

456 *Appellatio, vel recusatio an detur, si correctio fiat extraiudicialiter.*

457 *Appellatio an, & quando detur in materia correctionis.*

458 *Appellatio an, & quando in notorijs prohibeatur.*

459 *Executio statim est facienda quando appellatio prohibetur in notorijs.*

460 *Appellatio in delictis notorijs specialiter non admittitur.*

461 *Appellatio in notorijs admittitur quando notorium ex causa aliquo modo offuscatur.*

462 *Sententia lata per iracundiam differtur.*

Sententia lata contra mulierem prægnantem differtur ad tempus partus. ibid.

463 *Sententia lata contra seruum differtur donec Domino suo rationem reddiderit.*

464 *Confessus de crimine debet expectari an velit perseuerare in confessione.*

465 *Notorium quid sit, & quomodo inducatur.*

466 *Et in notorio an requiratur declaratoria & huiusmodi.*

467 *Notorium inducitur ex confessione iudiciali facta coram iudice in forma iudicij.*

468 *Appellatio in notorijs quare non detur, remissiuè.*

469 *Appellatio etiam in notorijs admittitur de stilo Curiæ.*

470 *Appellatio si non datur à notorijs, dari debet à declaratoria notorij.*

471 *Appellatio à sententia data iudici secundum suam conscientiam iudicanda, denegatur.*

472 *Declaratur tamen, ad effectum vt iudex non teneatur deferre.*

473 *Appellationis commissio semper peti potest à superiore per grauatum.*

474 *Commissio causæ arbitrio iudicis, vel secundum conscientiam iudicand. in quo differat.*

Appellatio datur quando iudex male arbitratur. ibid.

475 *Reductio saltem ad arb. boni viri datur à sententia arbitratoris. V. 501.*

476 *Appellatio datur etiam in notorijs quando pæna est commissa arbitrio iud.*

477 *Appellatio non datur quando causa est libero iudicis arbitrio commissa, vel iudex est aditus vt bonus vir.*

478 *Appellare an possit, qui fuit ore proprio confessus.*

479 *Appellatio datur quando confessio est excusabilis, aut facta per Procuratorem, aut Defunctum.*

480 *Appellare an possit ille, qui fuit conuictus.*

481 *Hæres an, & quando possit appellare non obstante confessione defuncti.*

482 *Appellans non auditur confessus, & conuictus in criminalibus.*

483 *Declaratur tamen confessionem esse debere spontaneam, & non metu extortam.*

484 *Declaratur etiam probationes esse debere claras, & non dubias.*

485 *Declaratur etiam esse debere confessum, & conuictum verè, & non fictè.*

486 *Appellare potest confessus, & conuictus fictè ex iusta causa.*

487 *Appellare etiam potest conuictus per testes simpliciter aut alias probationes.*

488 *Limitatur si probatio, & conuictio induceret notorium.*

489 *Iudex à quo non tenetur deferre in notorio, nisi notorium ex causa offuscetur.*

490 *Appellare potest confessus, & non conuictus.*

491 *Confessus potest confessionem ante sententiam reuocare, ita etiam in causa appellationis.*

492 *Iudex à quo non tenetur deferre, nisi inhibeatur, vel exprimatur iusta causa.*

493 *Causa legitima, vt Iudex deferat, est expressio causæ, erroris confessionis.*

494 *Confessio sponte facta sine tormentorum metu sufficit ad sententiam capitalem.*

495 *Confessus tantum appellans non auditur, nisi prius reuocet confessionem.*

496 *Confessio metu tormentorum indiget perseuerantia, vt sufficiat ad sententiam.*

497 *Confessus quando possit appellare, & suam confessionem reuocare, remissiuè.*

498 *Appellatio post litis cessionem tam per Dominum, quam per Procuratorē, an fieri possit.*

499 *Appellatio à laudo pariter non datur.*

500 *Appellatio tamen datur ab arbitris iuris, vel iure, aut statuto cogente electis.*

501 *Reductio ad arb. boni viri datur à quocumq; arbitro, & nullo pacto, aut cautela tolli potest. V. 475.*

502 *Reductioni ad arbitrium boni viri renunciari nequit, etiam cum iuramento.*

503 *Reductio suspendit executionem laudi non obstante obligatione camerali, vel promissione de non reclamando.*

504 *Fiscus à sententijs absolutorijs de iure nō prohibetur appellare.*

505 *Fiscus anno 1651. appellauit in quadam causa absolutoria.*

506 *Declaratur tamen hanc appellationem fuisse admissam in Signatura à Sanctissimo.*

507 *Declaratur etiam hoc fieri de raro à Signat. Gratiæ, reo citato, & cōsid. qualitatib. causæ.*

508 *A.C. an possit admittere appellationem in causis*

sis Tribunalium inferiorum Vrbis.
A. C. admittit appellationem causarum extra curiam. ibid. V. 74. & 75.
[illegible] Appellatio ad A. C. à Trib. inf. [illegible]rb. an, & quo modo prosequi possit ab instigatore.
[illegible]atio à quibus sententiis per Cam[illegible] vel Mag[illegible]stros viarum Vrbis [illegible]
[illegible]u viarum quando detur a [illegible] m [illegible] Vrbis. ibid.
[illegible] um interponitur ad [illegible] 15.
[illegible] 15.
[illegible]
[illegible] A[illegible] pendent[illegible] [illegible]tum.
[illegible] a d[illegible] am [illegible] id.
5[illegible] [illegible]tutum a d[illegible] [illegible] ab interl[illegible]di [illegible]
[illegible] A[illegible]o [illegible] in p[illegible]ssessorio a[illegible] [illegible] [illegible]icita.
[illegible] non datur vigore E[illegible] [illegible]is p[illegible].
[illegible] A[illegible] a [illegible]ntia Principis non recogno[illegible] [illegible]m denegatur.
[illegible] dari Principi pro noua an[illegible] [illegible]ntentia ab ipso lata.
[illegible] [illegible]men prædicta non impedit ex[illegible] [illegible]ntiæ. V. 593.
53[illegible] [illegible] ad Papam potest interponi à quo[illegible] [illegible] Pr[illegible]ce in manifesta iniustitia.
[illegible] P[illegible] pe[illegible] est iudex competens, & [illegible]s.
[illegible] [illegible]is vel statuti non conce[illegible] [illegible]laratoria pœna.
[illegible] [illegible]rsus excom. da[illegible] [illegible]cat. & 572.
[illegible] [illegible] a n[illegible] datur [illegible]ed da[illegible]
5[illegible] A[illegible]re appell. potest nul[illegible]atis ca[illegible] [illegible]
[illegible]7 Appe[illegible] a[illegible]ntia sortis, seu fortunæ [illegible] [illegible] quare.
[illegible] Rest[illegible] a sent[illegible]tia sort[illegible], seu f[illegible]tunæ negatur.
[illegible] [illegible]ppella[illegible]io a Pronuncia Iud. Princ[illegible]pem e[illegible] consulendum, an detur.
[illegible] [illegible]ellatio à mala informatione, v[illegible]l m[illegible] formatione puncti pro ea habenda, datur.
531 Appellatio à responsione Principis [illegible] tione non datur.
532 Appellatio à sententia Iud. lata secundum [illegible] [illegible]cipis res[illegible]sionem tamen datur.
533 Appellari à futuro grauamine nõ potest etiam sub conditione. & 209. 228. 269.
534 Appellare nequit familiaris Iud. condemnatus ab eodem ob delictum in officio.
535 Appellatio à mandato de euacuando an detur, [illegible]l non.
536 Appellatio quandoque tollitur, quia committitur a[illegible]pell. remota.
537 Clausula app[illegible]latione remota per Principem a[illegible]osita quid operetur.
538 Clausula [illegible]ione remota quando auferat omnem appellationem.
539 Appell[illegible] [illegible]mus, et[illegible] iusta & probabilis an remoueatur per clausulam appellat. remota.
540 Et quid si causa appellationis sit in iure expressa.
541 Clausula appell. remota non impedit appel[illegible]ntem quin possit appellationem prosequi.
542 Claus[illegible]a præd[illegible]a efficit iudicem non ten[illegible] persedere in executione [illegible] nisi detulerit [illegible]pel[illegible].
543 Appe[illegible]latio de iure non tenet nisi in c[illegible] [illegible]e[illegible]pressis.
[illegible] [illegible]tio ex quibus caus[illegible] a iure [illegible] remissinè.
[illegible] Appellatio in vno articulo prohibita, etiam in al[illegible] rescript. commis[illegible]s [illegible]ro[illegible]ib[illegible] abetur.
546 R[illegible] re [illegible] aduc [illegible], qui [illegible]iam [illegible]
547 C[illegible]us[illegible] [illegible]d o[illegible] et[illegible]
548 Stat[illegible] [illegible]sint, & quare.
549 Stat[illegible] p[illegible]adicta de [illegible] se [illegible] & valent, & de quacumque appellat. intell[illegible]g.
550 Clausula appellatione remota, limitatur tol[illegible]re omnem appel[illegible]io[illegible]em.
551 Primo solum quoad pe[illegible]sonas pri[illegible]ipal[illegible] re[illegible] [illegible]o nomina[illegible]
552 Tertio pro suo inte[illegible] po[illegible] [illegible] st[illegible]nt[illegible] [illegible]usula appel[illegible] remota.
553 Secundo appellatio per clau[illegible]ulam appe[illegible] rem. solum d[illegible]n tiua ce[illegible]setur sublata.
554 Appellatio sublata a leg[illegible], Principe, vel statuto, de qua appel[illegible] [illegible]atur.
555 Appellatio detur à grauamine per iudicẽ illato ante d[illegible]finitiuam non obstante clausula a[illegible] remota.
556 Appellatio nulla datur quando prohibetur à Iud[illegible] a[illegible]p[illegible]re.
557 A[illegible]pellatio [illegible] censeatur prohibita, [illegible] er a[illegible]atio prohibita.
558 Terti[illegible] lim[illegible]tat[illegible]r vis clau[illegible]læ appell. remota, vt strict[illegible], & procedat in casu, de quo l[illegible]
559 Quarto Cl[illegible]usu[illegible]pe[illegible] remota non t[illegible] appell. si adest notoria iniustitia.
560 Causa cum clausula appellatione remota, quando per Papam possit committi.
561 Clausula appell. remota per Principem, vel in-

inferiorem postea quid operetur.

562 Appellatio quoque per pactum tolli potest.

563 Appellatio an censeatur sublata quando causa manu regia terminanda committitur.

564 Appellatio à diffinitiua alijs casibus prohibetur, remissiuè.

565 Appellatio non datur in 21. casibus, remissiue.

566 Appellatio aliquando conceditur quoad deuolutiuum, & non suspensiuum.

567 Signatura quomodo rescribat in deuolutiuo tantum.

568 Clausula, sine praeiudicio exeent. datur in commissione appell. in censuris per executorem datis.

569 Ampliatur etsi appellans non fuerit requisitus, & monitus &c.

570 Declaratoria in incurs. censur. quando sit licita, & an regulariter suspendatur.

571 Executio pro mercede in Trib. Gub. [illegible] ad quam summani non possit suspen[illegible]

572 Appellatio suspensiua datur a dec[illegible]ria incursus sententia excommunic[illegible] 524.

573 Appellatio a publicatoria excommunicationis non datur suspensiua.

574 Sententia post appellationem lat[illegible] est nulla.

575 Appellatio an, & quando suspendat sententiã excommunicationis.

576 Appellatio suspensiua in causis alimentorum negatur, & quare.

577 Limitari potest in alimentis de praeterito, ubi videtur posse dari.

578 Alimentorum materia semper est executiua, & si sint de praeterito, & orator diues.

579 Exec[illegible] pro alimentis praeteritis an, & quan[illegible]atur per Signaturam.

580 [illegible] pro aliment's praeteritis non trans[illegible]tur contra litis debitis pro victu.

581 Alimenta praeterita aliquando dicuntur futura, & eod. modo in ijs iudicat Signatura.

582 Appellatio cum clausula facto deposito poenae in quibus causis committatur.

583 Appellatio ab executione est prohibita.

584 Appellatio ab executione de stilo conceditur, sed quomodo, & quibus clausulis.

585 Appellatio à decreto de exequendo sententiam dari nequit.

586 Declaratur, si tamen exequendum contra quẽ fuit lata sententia.

587 Declaratur, etiamsi exequendum super re, super qua fuit lata sententia.

588 Declaratur insuper, dummodo decretum sinè sentent a contineat illud grauamen, quod prima continebat.

589 Declaratur denuo, si decretum de exequen. fiat dum adhuc posset à prima sententia appell.

590 Declaratur vltimò intellig. de decreto exequẽdi sententiam latam, secus &c.

591 Appellatio suspensiua à decreto de exeq. in quinque casibus admittitur.

592 Appellatio suspensiua quibus casibus non detur in decretis iudicum.

593 Supplicatio data Principi an, & quando impediat executionem. Vide 520.

594 Com[illegible] cum clausula, praestita cautione, quando signetur in supplicatione Principi porrecta.

595 Appellatio confessi deuoluit, sed non [illegible] dit.

596 Confessio hab et executionem paratam.

597 Appellatio [illegible] datur a corr[illegible] refor. Episcoporum tanquam Sedis Ape[illegible] licæ delegat.

598 Appellatio susp[illegible] datur si Ep[illegible]pus Rectores paroch[illegible] semel in hebdom. praedicare.

Ampliatur et[illegible] si [illegible] faciat in E[illegible] monasterus sub[illegible]

599 [illegible]

600 Appellatio suspen. ab [illegible]opo [illegible] benef. incompat. o[illegible] appellationem, an detur.

601 Appellatio suspensiua negatur quando E[illegible]pus cogit beneficiatos ad [illegible] deput. [illegible] fru[illegible] assignationem.

602 Appellatio suspen. negatur ab Episcopo Ecc[illegible] exemp. visit. nemínemque non exan[illegible] institucnte.

603 Appellatio suspensiua non datur ab E[illegible] partẽ praebendae in distrib. [illegible]

604 Appellatio praedicta negatur [illegible] Coadiutores insufficientibus [illegible]

605 Appellatio praedicta negatu[illegible] ab E[illegible] corrigibiles beneficus [illegible]

606 Appellatio item praed[illegible] beneficia de vna ad a[illegible] ferente.

607 Appellatio suspensiua non da[illegible]r ab E[illegible] Ecclesias Parochiales, & iuris[illegible] iubente.

608 Appellatio praed[illegible] nega[illegible] E[illegible]scoporum [illegible] loco um ex[illegible] illorum [illegible]one

609 Episco[illegible] tare loca exim[illegible] regu[illegible] Superi[illegible]s moniti non visitauerint.

610 Appe[illegible]pensiua negatur à precep o Ep[illegible] per canonum obseruatione in victu [illegible]

611 A[illegible]io suspensiua negatur ab Episcopo ex[illegible] ff. Notariatus exercenti interdice[illegible]

612 Appellatio praedicta negatur ab Episcopo Pa[illegible]chos ad residendum cogente.

613 Ampliatur etiamsi sint Curia[illegible], non obsta[illegible] Lugeniana.

Appellatio item suspensiua non datur ab Episcopo cogente beneficiatos ad soluen[illegible]am taxam

taxam seminarijs ? ibidem .

614 *Appellatio ab Episcopo exemptos visitante,& corrigente,suspensiuè negatur .*

615 *Appellatio prædicta negatur ab Episcopo præcedentiam in Processionibus,& funeralibus dirrimente .*

616 *Appellatio prædicta negatur ab Episcopo Clericos ad concub. recidiu. benef.priuante .*

617 *Commissio causæ appell.cum clausula sinè præiudicio,quibus casibus signetur .*

618 *Clausula si quid exequendum,habet vim clausulæ,sine præiudicio .*

Circa quintum,scilicet,in quibus casibus non liceat appellare , aduertendum est , vt dixi in principio huius capi-
332 tuli, † quod remedium appellationis est valdè fauorabile, & censetur semper concessum, nisi reperiatur expresse denegatū,
333 & quod in dubio semper Rota † inclinat pro appellatione, *Cassador.decis.4.de appel. & dicam infra in c. de fatalibus* ; præcipuè
334 quando appellatur à diffinitiua,quæ † per solum Principem tolli potest , & non per alium , etiam si esset Legatus de latere , *Franc.in c.pastoralis num.15.ex.de appel.*

Et hinc est , quod quamuis committatur causa cum clausula appellatione remota , etiam si addatur verbum , qua-
335 cumque, † intelligitur de appellatione friuola, & prohibita , & quæ non sit de iure expressè concessa , vel ex causa probabili non interposita , *Milis. in suo repertorio in verbo Appellatio, Franc.in c.pastoralis in princ.ex.de appell.* nisi qualitas iudicij contrarium suaderet, & in certis alijs casibus, de quibus infra .

Promittens similiter habere ratam sententiam, vel stare mandato Iudicis,& eius sententiæ obedire , etiam cum iuramen-
336 to, † nihilominus poterit appellare, *c. ad hæc, 2.de appell.* quia Iuramentum intelli-
337 gitur, † si fuerit æquè,& iustè iudicatum, & restringitur ad causam verisimiliter cogitatam *l.fin.ff.qui satisd.coga.c.cum inter p. cum ibi notatis ex.de renunc.*

Et ideo ad hoc vt quis dicatur renun-
338 ciasse appellationi, † requiritur expressa, & specifica illius renunciatio ; alias enim numquam intelligitur illi renunciatum . *l.fin.in fin. C.de temp.appell. Bart. in l.si conuenerit ff.de re iud.Franc.in d.c.ad hæc n.3.& 4.& in c.interposita,§.ille deniquenu.3. ex.de appell.*

Eadem ratione, qui promisit stare iuri,
339 & soluere iudicatum , non † prohibetur appellare, *l. cum apud Sempronium , ff.Iud. sol.*

Similiter licet partes concordent quod sententia feratur secundum consilium sa-
340 pientis. † poterunt tamen à sententia lata cum huiusmodi consilio appellare , *Bart.in l.1. §.quæsitum, ff.de appell. Franc.in c.intimasti num.5. in fin.ex.de appell.*

Imo sunt aliqui , qui voluerunt huius-
341 modi † sententias numquam transire in iudicatum: vt videtur apud *Franc. in d. c. intimasti in fin.*

Si sententia contineat plura capitula connexa,vel aliàs sit indiuisibilis , & pars grauetur in vno capitulo , à quo est per-
342 missa appellatio, † tunc admittitur appel
343 latio à tota sententia , † quamuis regulariter non liceret ab ea appellare ; & si ap-
344 pelletur super vno, † deuoluit etiam quoad alia, *Franc. in c. si duobus, num.4. ext.de appel.Put dec.7. de Egidia.*

Sed secus dicendum est, si capitula sint separata, & diuisibilia, quia tunc cum vi-
345 deantur esse tot † sententiæ,quot sunt capitula , potest ab illo solo capitulo appel-
346 lari , † à quo datur appellatio : & quoad ea , quæ non admittunt appellationem ,
347 sententia † transibit in iudicatum, *c.Rainaldus ex.de testib. & Franc. ibid. num.6.* & dicam infra cum opinione modernæ Rotæ *tit.de Iudic.reintegrandæ* .

Si tamen appellatur simpliciter, cense-
348 tur † appellatum à tota, & tota suspenditur,vt dicit *Franc. loco proxime cit.* potest
349 enim appellari simpliciter † absque expressione certi capituli; sed debet addi limitatio, & appellari in parte, & partibus
350 facientibus † contra se , & tunc stante separatione capitulorum deuoluit appellationem à solo capitulo grauante , *Franc. vbi sup.num.4.*

Est etiam licitum appellare, non solum
351 à grauamine; † sed etiam à comminatione, de qua *Franc. in c. cum cessante num. 6. ex.de appell.*

352 Ab omissione eius † quod debuit Iudex facere , datur appellatio . Ideo ab omis-
353 sione condemnationis expensarum,† etiā si non fuerint petitæ , potest victor appellare,*Rot.dec.47.de appell.in nou.* dummodo victus non appellauerit , vel appellauerit
354 † solum in parte , & partibus fauorabilibus contra eam ; si enim simpliciter appellasset , debet victor non appellare ab omissione condemnationis expensarum ,
355 † sed adherere appellationi per Aduersarium interpositæ, *Franc.in c.sæpè nu.65.ex. de appell.*

Pariter si Iudex est tardus , vel negligens in faciendo , vel non facit id , quod iuste petitur , aut illud male facit , datur
356 † appellatio; exemplum est,si termini male seruentur, vel omittantur, *Egid. conclus. 27.Vestr.lib.5.annota.com .cir. term. obseru. fol.182.*

Vel si quis petat, quod testis interrogetur secundum formam interrogatorij, &
357 Iudex omittat, vel recuset, datur appellatio, neque tunc habetur ratio dierū con-
358 cessorum ad appellandum, † sed semper potest appellari, nisi Iudex interloquatur,
359 quia tunc curreret tempus appellandi infra decem dies, à die interlocutoriæ, *Franc. multa congerens, in c. cum cessante num. 33. ex. de appell.*

Eadem ratione, si Iudex reijcit aliquā
360 exceptionem de iure † admittendam, datur appellatio, *DD. & post alios Franc. in c. ex parte num. 2. 4. & vsque ad num. 8. ex. de appell.*

361 Pariter si quid † facit alio modo, quam facere debet, potest appellari, & si præfigat
362 minus breuem terminum, † vel deneget illum prorogare præfixum ad concludendum in causa *Rot. decis. 9. de Iud. in antiq.*

363 Ideo quotidie partes † appellant à bre-
364 uitate termini, & quando † committitur causa iactationis, iuxta *l. diffamari C. de ingen. & manum.* quo casu solet præfigi ter-
365 minus † diffamanti ad agen. in quo termino, si nihil docet, imponitur ei perpetuum silentium, & si huiusmodi terminus
366 esset nimis breuis, † daretur appellatio à præfixione talis termini, sicut etiam da-
367 tur appellatio † ab impositione perpetui silentij, *Cagnol. in d. l. diffamari num. 6. & 22.*

Et in omnibus casibus in quibus ab expressa interlocutoria, vel grauamine da-
368 tur appellatio, † datur etiam à tacita, per processum ad vlteriora, vt tacitè reijciendo exceptionem, vel mandando recipi probationes non obstante protestatione partis, vel procedendo cum persona non legitima, & similibus, *Bart. in l. eius qui in princ. ff. de appell. recip. Franc. in d. c. ex parte num. 2. & num. 5.* Firmatur ergo regula
369 vt diximus semper † esse licitum appellare, vbi non reperitur expressè prohibitū: ideo est videndum in quibus casibus non licet regulariter appellare.

370 Non † licet ergo appellare principaliter post tres conformes, *tot. tit. C. ne in vna, & ead. caus. lic. ter prou.* quæ conclusio ampliatur.

Primo vt Principes, & Papa per viam
371 rescripti † tertiam appellationem non possit concedere, *cap. sua nobis ex. de appell.*
372 Declara tamen, quod posset † per viam priuilegij, & de plenitudine potestatis eam concedere, quo casu est necessaria
373 expressio † non obstante tertia sententia, vel tertia appellatione, *Bald. Imol. & Franc. in d. c. sua nobis num. 13. & seqq.*

Ampliatur secundo, quod senteutia la-
374 ta super tertia appellatione † esset ipso Iure nulla, tamquam lata contra sententias, quæ transiuerunt in iudicatum, *l. 1. quando prouoc. non est necess.* Si tamen fuisset reuocatum in dubium de ipsa appellatione, & Iudex pronunciasset se Iudicem competentem, & partes litigassent coram eo,
375 † tunc fortè sustineretur sententia, *Imol. in d. c. sua nobis, Franc. in d. c. directè num. 9. & seq. de appell.*

Si etiam non fuisset exceptum, vel pro-
376 batum de tribus sentētijs, † tunc forte sustineretur, vt per *Franc. in d. cap. sua nobis num. 12.*

377 Ampliatur tertio, vt procedat † etiam in sententijs, quæ non transierunt in Iudicatum, vt in matrimonialibus, & similibus, licet in eis possit de nouo agi, *glos. in c. fraternitatis in ver. fornicatio ex. de frig. & malefic. & in c. Lotarius 31. q. 2.* sicut
378 etiam † non potest ab illis appellari post decem dies *glos. in c. ad reprimen. ex. de off. ord.*

Et per hæc potest fieri regula, quod
379 † huiusmodi sententiæ quoad appellationem, & transitum in Iudicatum, in nullo differunt ab alijs, vt per *Franc. in d. c. directæ, num. 8. & d. c. sua nobis num. 10. ex. eodem tit.*

380 Limita primo, quando † ab vna & eadem persona, ac super eodem articulo appellatur.

381 Secnndo, quod condemnatus † possit adherere appellationi per Aduersarium interpositæ. *l. ampliorem in princ. C. de appell. Franc. in d. c. directæ num. 7.*

Tertio, nisi per tertiam sententiam inferretur nonum grauamen, puta si in duobus prioribus sententijs non fuisset in expensis condemnatus, in vltima verò condemnuretur in expensis omnium in stan-
382 tiarum, tunc enim ratione expensar um daretur aepellatio, *Franc. post alios in d. c. directæ num. 5.*

Limitatur qnarto quoad principales, nam tertius si ignorauit litem motam, &
383 sententias latas, † potest appellare non obstantibus tribus conformibus, & auditur, ac si esset in prima instantia, dummodo appellatio ipsi profit ad plenam victoriam, alias non auditur, nisi eo modo, quo audirentur partes, *Felin. in c. cum super, ex.*
384 *de sent. & re iud.* nam prohibita † appellatione in aliqua causa, intelligitur prohibita solum inter principales nominatos in rescripto.

Pari modo si sit prohibita à statuto in executione Instrumentorum, & sententia-
385 rum, intelligitur † quoad principales in ipsis sententijs, & instrumētis nominatos.

non

non autem quoad tertios comparentes, & appellantes pro eorum Interesse, *Franc. in c. pastoralis num. 26. ex. de appell.*

386 Sunt etiam multi casus † in quibus ab vnica sententia non appellatur, quos refert *Speculat. in tit. de appell. §. super quibus.*

Frequentiores autem, vt sciamus, est aduertendum, quod quamuis de Iure Canonico, quod est seruandum in terris Ecclesiæ, *iux. glos. in c. 1. de arbitr. in 6.* à quacum-
387 que interlocutoria, & grauamine Iudiciali, etiam ante diffinitiuam detur appellatio, *c. 1. de appell. in 6. c. de appellationibus, & c. super, vbi glos. ex. eodem tit.* neque valeat statutum factum per Episcopum,
388 etiam de consensu Capituli, † quod non liceat appellare ab interlocutoria. *Gemin. in c. fin. de appell. in 6.*

Propter dictas regulas Cancellariæ, ac
389 inueteratum stilum Curiæ † seruatur in hoc dispositio Iuris Ciuilis, neque datur appellatio à tali interlocutoria, nisi illa habeat vim diffinitiuæ, *l. ante sententiam, C. de temp. appell. l. 2. ff. de appell. recip. DD. in l. quod iussit, ff. de re ind.*

390 Habet autem vim diffinitiuæ, † quando non totam causam, sed vnam tantum partem substantialem diffiniuit, neque aliam sententiam expectat post se, & affert præiudicium irreparabile, quod non potest mederi per diffinitiuam, sic dicit *Abb. in c. peruenit 2. ex. de appell.* vbi dicit
391 hanc interlocutoriam esse, † quoddam medium inter puram interlocutoriam, & diffinitiuam. *Guidopap. decis. 12. Felin. in rubr. ex. de sent. & re iud.* vbi declarat quo-
392 modo † differant, & cognoscantur ad effectum vt admitti debeat appellatio.

Estque communis opinio, quod ista in-
393 terlocutoria habens vim diffinitiuæ, † reguletur vt diffinitiua, de quo latissime *Felin. in c. qualiter, & quando ex. de accus.*

Ideo à pronuncia appellationem esse
394 desertam † dabitur appellatio, *Rot. decis. 12. de appell. in nou.* dummodò appellatio sit à diffinitiua. Quia lata super desertione appellationis ab interlocutoria mera,
395 † etiam ipsa interlocutoria dicitur mera, *Franc. in c. ex ratione num. 80. & seqq. ex. de appell.*

Et firma hic etiam aliam regulã, quod
396 semper † licebit appellare à sententia lata super desertione appellationis, quando appellatio, quæ prætenditur deserta, fuit legitime interposita. *Guidopap. dec. 11. & 220.*

397 Vim etiam diffinitiuæ habet † attentatum, vel non attentatum fuisse, *c. non so-*
398 *lum de appell. in 6.* † Iudicem competentẽ, vel non competentem, *glos. in auth. habita*

C. ne fil. pro patr. Bart. in d. l. quod iussit. Gui-
399 *dopap. decis. 10.* † Exceptionem admittendam, vel non admittendam, & personam comparentem in iudicio esse legitimam, *Bart. in l. eius qui in princ. ff. de appell. recip. Franc. in c. cum ex parte, num. 4. vsq. ad num. 8. ex. de appell.*

400 Vel in causis successionis † hæreditatis, siue principaliter, siue incidenter pronuncietur, *Put. decis. 49. & 50. de Iud.*

401 Similiter super † exceptione peremptoria, *Card. cons. 73.* Præceptum etiam Iudicis de soluendo dicitur interlocutoria habens vim diffinitiuæ, *Guidopap. decis. 12.*

Et quãdo dicitur admitti debere appellationem à grauamine, & interlocutoria
402 vim diffinitiuæ habentibus, † intellige si inferatur, & pronuncietur, non solum expressè, sed etiam tacitè, & tam in committendo, quàm si in omittendo, vt diximus supra in principio huius articuli.

403 Ideo dabitur † appellatio à tacita reiectione exceptionis, à legitimatione personæ comparentis in iudicio, vel personæ Iudicis per processum ad vlteriora, & similibus. *Bart. in d. l. eius qui. Franc. in d. c. cum ex parte.*

Aduertendum tamen est, quod ad hoc vt appellatio subsistat in prædictis, vel si-
404 milibus casibus, † debet iustificari coram Iudice ad quem, idest exceptionem esse
405 veram, vel grauamen verum, † quia Iudex à quo non dicitur grauare, quando constat de veritate ipsius; *cap. interposita, vbi Franc. latè in princ. ex. de appell.* prętetquam in infrascriptis casibus, scilicet.

406 Primo si fuit oblata † probatio exceptionis, vel grauaminis coram Iudice, & reiecta, quia tunc censetur iustificata.

407 Secundo nisi grauamen sit † probatum, vt si sint denegatæ dilationes.

408 Tertio si appareret † ex solis allegationibus Iuris, vel habeat præsumptionem Iuris contra se, puta si pronuncietur aliquẽ torquendum, vel carcerandum, aut similia.

409 Quarto si intentio excipientis † esset fundata de Iure communi, aut ex Iuris dispositione constaret appellationem esse legitimam.

410 Quinto nisi Iudex † esset verisimiliter informatus de veritate, aut de ea constaret per confessionem partis.

411 Sexto nisi essemus in his, † quæ sunt grauis præiudicij, vt dicit de his *Franc. in d. c. interposita.*

412 Declara omnia præmissa, † vt non procedant in beneficialibus, in quibus statim deuoluitur causa appellationis; etiam quod non constet de veritate causæ ap-

pellationis, *Franc.ibid.num.*3.

Quoad illud quod dixi per oblationẽ
probationis factam Iudici à quo, satis iu-
413 stificari appellationem,† debebunt obser-
uari quindecim limitationes, quas refert
*Franc.in d.c.interposita num.*4.

Appellatione igitur interposita in his
414 casibus si procedatur, de iure † processus
est nullus, licèt secus seruetur in Curia.
*Gallesf.de oblig.Cam.q.*20.*fol.*127.

Et propterea solet in Curia semper in
415 Commissionibus appellationum† exprimi
quod appellatur à diffinitiua, vel à decre-
to vim habente diffinitiuę, *Vestr.d.c.de ap-
pell. fol.* 208. *& regul. Cancell. de quibus su-
pra*.

Et in supradictis casibus proceditur
per tres conformes in omnibus Curijs Im
416 perio † Romano subiectis, prӕterquam in
Gallia, ex forma concordatorum, vbi se-
417 mel tantum † licet appellare, & duӕ ha-
bent vim trium, vt in *Extrauag. Leonis X.
super concordia, Bull. diuers.*

Olim etiam in causis pendentibus ex-
tra Curiam si appellabatur ad Papam, &
pars petebat causam in Curia committi,
418 committebatur appellatio à quocumque
grauamine absque difficultate.

Hodie in causis pendentibus extra Cu-
419 riam non † admittitur appellatio, nisi ab
interlocutoria habente vim diffinitiuӕ,
ex decretis *Concil.Trident. & regul.Cancell.*
prӕcipuè in causis visitationis, correctio-
nis, habilitatis, vel inhabilitatis persona-
rum, in criminalibus pendentibus coram
420 Iudicibus ordinarijs, in quibus † non po-
test admitti, vel committi causa appella-
421 tionis ab interlocutoria, † vel inhiberi,
nisi habeat vim diffinitiuӕ, vel afferat gra
uamen irreparabile per diffinitiuam, & si
forte appelletur, non solum non tenetur
422 Iudex deferre appellationi, sed † appella-
tione, & quacumque inhibitione non ob-
stante potest ad vlteriora procedere, *Con-
cil.Trident.sess.*13.*c.*1.*sess.*24. *c.*20. *de refor-
mat.*

423 Alij casus, † in quibus de Iure Ciuili li-
ceat appellare ab interlocutoria, viden-
tur apud *Guidopap.decis.*75.

A diffinitiua quoque non semper da-
tur appellatio, ratione enim paruӕ sum-
424 mӕ † aliquando denegatur, nam pro sum
ma non excedente decem scuta aliàs in
Curia numquam solebat admitti.

Hodie verò de stilo Signaturӕ, excepto
in Curia Capitolina, in qua sufficiunt scu-
425 ta decem, non admittitur † nisi pro sum-
ma excedente scuta viginti monetӕ, &
alias sufficiebat summa scut.sexdecim au-
ri propter decretum Pij V,

Super hoc tamen regulare est, quod ap-
426 pellari potest † in quacumque minima
causa, & summa de Iure Canonico, licet
secus sit de Iure Ciuili, *l.fin.& auth.nisi bre
uiores, C.de sent. ex breu. recit.* ea ratione,
427 quia appellatio conceditur ratione iniu-
stitiӕ, quӕ ita consideratur in paruis, sicut
in magnis, *c.de appellationibus, vbi glos. &
Franc.ex.de appell.*

Et quamuis reductio ad arbitrium bo-
428 ni viri † sit species appellationis. *l.non di-
stinguamus, §. cum quidam, ff.de arbitr.vbi*
429 *DD.* quӕ reductio † non datur, nisi ex
enormi lesione, *l.vnde & si Nerua, ff.pro soc.*
Et idem est etiam de Iure Canonico, *cap.
Quintaualllis ex.de iur.iur.*

430 Ratio differentiӕ in hoc casu † inter
reductionem, & appellationẽ, ea est, quia
arbitrium procedit ex conuentione par-
tium, quӕ dant facultatem auferendi vni,
& dandi alteri, *Franc.in d. c.de appellatio-
nibus num.*2.

431 Quӕ dicatur in prӕmissis † parua, vel
magna quantitas, dicit *ib.Franc.* qui in ef
fectu concludit, quod in casibus determi-
natis à Iure, illi standum est, alias relin-
quitur arbitrio Iudicis.

432 Neque † appellatur ab executione, *l.ab
executore ff.de appell.l.ab executione, C. quo-
rum appell. non recip. & in vtroq.glos. Fe-
lin. in c.quod ad consultationem ex.de sent. &
re iud.*

433 Declara procedere, † nisi excedatur
modus in exequendo, *d.l.ab executore, & l.
ab executione c.nouit.vbi Franc.eodem tit.&
Felin.in d.c quod ad consultationem, extra de
sent. & re iud.*

Et quod licet non possit appellari ab
executione prӕtextu iniquitatis sentẽtiӕ,
434 † potest tamen appellari prӕtextu iniqui-
tatis executionis, *Capic.dec.*1.*nu.*17.

435 Modus in exequendo † potest sex mo-
dis excedi, vt per *Petr. Iacob. in tit. de act.
in fact. relatum per Guidopap.dec.*574.*nu.*20.

436 Hinc est, quod † datur appellatio ab
excessiua taxatione expensarum, *Franc.in
c. sæpè, num.* 5. *de appell.* & à liquidatione
fructuum, iuxta notata in *d.l. ab executore.
& in l.terminato, C.de fruct.& lit.expens.*

437 Erit pariter excessus appellabilis † non
admittere exceptiones impedientes exe-
cutionem: vt puta si opponatur quod sit
ante tempus, vel pro maiori quantitate,
aut in re super qua non debet fieri execu-
tio, vt dicit *Bart.& Bald.in d.l. ab executo-
re, & l.ab executione.*

438 Et licet de Iure † liceret in huiusmodi
causis semel tantum appellare, iuxta do-
ctrinam *Felin. post alios in d.c. quod ad con-
sultationem.*

De ſtilo tamen Curiæ antiquitus pro-
439 cedebatur per tres conformes,† ſed hodie
in Rota, & extra, licet ſemel tantum ap-
pellare, vt ex reform.ſuperius allegata ex
*Conſtut. Py IV. & Pauli V. tit, de Signa-
tura*.

440 Exceſſus tamen non præſumitur, niſi de
eo doceatur, *c. nouit, extra de Iud.* Ideo
441 in † appellatione, & Commiſſione debet
exprimi exceſſus modo, quo dixi ſupra.

A decreto de exequendo quomodo de-
tur appellatio, dicam paulo inferius.

Notandum eſt etiam, quod quando ap
pellandum eſt in caſibus præmiſſis, Pro-
442 curator † ad lites etiam cum facultate
appellandi à quacumque ſententia diffi-
nitiua, & interlocutoria; non poteſt ap-
pellare ab executione, niſi ad hoc habeat
ſpeciale mandatum. *Felin.in d.c. quod ad
conſultationem*.

Contumax merus, qui citatus reſpon-
443 dit ſe nolle venire, non poteſt† appellare,
*l.ex conſenſu, §.fin. ff.de appell. l. & poſt edi-
ctum, §.fin.ff.de Iud.& Franc.in cap.Nicolao
num.18. cum ſequen. extra de appellat. Baer.
dec. 206.*

Iſte tamen redeundo ad Iudicem à quo
dicitur ſuam cõtumaciam purgare, adeò
444 quod, ſi denuò grauetur, † poterit appel-
lare non obſtante prima contumacia,
c.directè vbi Franc.in princ. de appell.

Citatus perſonaliter, qui nihil reſpon-
445 dit, & noluit comparere, † poreſt appella-
re intra tempus debitum, ſed ſi non ap-
446 pellat, numquam reſtituitur in profanis,
*l.& poſt edictum, §.fin.ff.de Iud.d.l.ex conſen
ſu, §.fin. & DD.in l.properandum, C.de Iud.
Boer.deciſ.206.*

In beneficialibus; quoniam Papa eſt
abſolutus beneficiorum Dominus, poſt
447 primam ſententiam † reſtituitur refectis
expenſis, *argum.tex. in c.exceptionum extra
de except.*

Sed Contumax fictus, qui fuit citatus
domi, vel per edictum, licèt de rigore iu-
ris non eſſet audiendus contra tertiam
448 ſententiam, ſi appellat † intra decem dies
à die habitæ notitiæ, auditur *Rot. deciſ. 2.
& 16.de dol.& contum.in non.*

Quis autem dicatur ad noſtrum propo
449 ſitum † verus contumax, vel fictus, viden-
da eſt *Rot.d. dec. 2. & 16.* & tunc ſignatur
450 Commiſſio appellationis † cum clauſula
prout de iure, quia ſi probaretur anterior
451 notitia, † non reſtitueretur, vel ſaltem ad-
deretur clauſula, parito iudicato.

452 Et generaliter obſeruamus † prout in
cauſis nullitatum, & reſtitutionis in inte-
grum, de quibus dicam infra in eorum ca
pitibus, & dicit *Veſtr.lib.4.c.de dol. & con-
tum.fol.87.*

A correctione, ſiue diſciplina Eccleſia-
ſtica Superioris, vt puta Epiſcopi, vel Præ-
453 lati, † non datur appellatio, *c. licet irrepa-
rabile, iuncti. gloſ.in verbo vel appellari, extra
de off.ordin.c.reprehenſibilis. vbi Franc.num.
9.& c.cum ſpeciali, extra de appell.*

454 Niſi excedatur modus† in corrigendo,
ſicut diximus de executione, *c. de priore,
vbi gloſ.& Franc.extra eod.* quo caſu debet
etiam exprimi exceſſus in appellatione, &
commiſſione, *Felin.& Franc. in c. ad no-
ſtram extra de appell.*

Ideo ſi Prælatus præcipiat alicui, vt re-
ſideat in Eccleſia ab huiuſmodi præcepto
455 de reſidendo † dabitur appellatio, quan-
do allegatur rationabilis cauſa non reſi-
dendi, *c.ad ſupplicationes ex.de renunciat.&
c.relatum cum ibi not.ex.de Cler. non reſiden.
Fran.in c.peruenit, num.5.extra de appell.*

Si autem correctio fiat extraiudiciali-
456 ter, in forma pœnitentiæ, nullo † modo
datur appellatio, vel recuſatio, *gloſ.fin. in
c.ad noſtram, ex.eod.tit.*

Et in huiuſmodi materia correctionis,
457 quomodo, & quando † detur appellatio,
latiùs dicemus infra.

In notorijs quoque non Iuris, ſed ex fa-
458 cti euidentia, de iure † prohibetur appel-
latio, *c.peruenit.c.conſuluit, ex.de appell.*

459 Debetque ſtatim † fieri executio, *cap.
cum ſpeciali §.porro, vbi Abb.ex.de appell. c.
cum ſit Romana in fin.cap.ad noſtram, & cap.
propoſuit, ex.eodem tit.c.Romana eodem in 6.*

460 Et ſpecialiter† in delictis notorijs non
admittitur appellatio, quia criminoſus
manifeſtus non appellat. *Clar.in ſua pra-
xi crim.q.74. Anan.in c.quod pernicioſum ex.
de vſur.*

Quod militat, dummodo conſtet de
notorio; Ideo ſi appellans à diffinitiua in
notorijs exprimit in appellatione cauſam
ex qua notorium aliquo modo offuſcetur
461 † admittenda eſt appellatio. *Franc.in d.c.
conſuluit num.3.*

Regula tamen non procedit in ſenten-
tia lata per iracundiam, vel contra mu-
462 lierem prægnantem, † quia differtur ad
463 tempus partus: vel contra ſeruum, † quia
expectatur quando Domino rationem
reddiderit: vel contra confeſſum de crimi-
464 ne, † quia expectatur an velit perſeuera-
re in confeſſione: & in his caſibus non ob-
ſtante notorio differtur executio, vt refert
gloſ.in c.cum apud 11.q.3.

465 Quid vero † ſit notorium, quomodo
per ſententiam, aut per teſtes, & facti eui-
dentiam inducatur, videndi ſunt *DD. in
d.§.porro, & in c.fin.ex.de cohab.cler.& mul.
Gemin.in cap.1. §. conſeruatores de off. deleg.
in 6.*

Et

466 Et de prædictis,ac etiam an requiratur declaratoria, & his similibus videndus est *Clar.in d.sua praxi q. 9.*

Duo tamen in specie sunt notanda.

467 Primum, quod notorium inducitur ex confessione iudiciali, facta coram Iudice in forma Iudicij, *c.fin.ex.de cohab. Clericorum,* nisi huiusmodi confessio probabiliter excusetur, *c.cum dilectus ext.de accusat. Franc.in d.§.porrò in princ.*

Et quomodo hoc procedat, quod in
468 notorijs non detur † appellatio,videndus est *Gemin.post glos.in d.c.Romana, §.si autem de appell.in 6.*

Quicquid sit de Iure, de stilo tamen no
469 stræ Curiæ,etiam in notorijs † appellatio admittitur,secundum *Vestr.d.c.fol* 208.

Estque aduertendum quod quamuis in
470 notorijs non daretur appellatio, † datur tamen à declaratoria notorij, *Felin. in ca. cum non ab homine, ex. de Iud.* & dicemus infra in materia pœnæ legis, vel statuti.

A sententia Iudicis, cui committitur causa decidenda secũdum conscientiam,
471 non datur appellatio, *glos.& Gemin. in c. statutum,§.assessorem, in verb. relinquatur de rescript.in 6.*

Quod intelligendum est ad effectum,vt
472 Iudex † teneatur deferre,quia non prohi-
473 betur grauatus adire † Superiorem,ad effectum vt causa appellationis committatur, vel reuideatur, & sententia retractetur. *Franc.in rub.ex.de accus.*

Differtque in hoc à Commissione cau-
474 sæ arbitrio Iudicis, † quia tunc si Iudex male arbitraretur, datur appellatio, *glos. in d.c.Romana,§.quod si,de appel.in 6.Gemin. in c.in appellationis, num.9.de iur.cal.in 6.& in c.1.de confess.in 6.*

475 Vel saltem † reductio ad arbitrium boni viri, *Gem.in c.Episcoporum,num.7.de priuil.in 6.* licet contrarium tenuerit *Rot.decis.47.de appell.in nou.*

476 Proceditq; huiusmodi conclusio † etiã in notorijs quando pœna est commissa arbitrio Iudicis, *Felin. in c. super his ex. de accus.*

Si causa fuisset commissa cum libero arbitrio, vel Iudex fuisset aditus, tamquã bonus vir, & in certis alijs casibus, non
477 † daretur appellatio, vt per *Felin.in d.c.super his;* ad quem semper recurrendum est.

Similiter, qui est ore proprio confessus
478 non † appellat, *l. 1. ff.de confess.*nisi confessio sit excusabilis,vel fuerit facta per Procuratorem, aut agatur contra hæredem ex confessione defuncti,quia †tunc datur
479 appellatio, *Abb.in d.c.cum speciali,§.porro, & ibi Franc.num.24.Felin.in c. 1. ex.vt lit. non contest.Vestr.allegato fol.*208.

480 Multo magis si sit etiam † conuictus, nisi alleget iustam causam offuscantem probationem, vel confessionem, *Franc.in d.§.porro num.7.*

481 Quod dicitur de hærede † an,& quando procedat, est videndus *Franc. in d. §. porro num.10.& Vestr.ubi supra, fol.*208.

In criminalibus,ac in omnibus delictis
482 † confessus, & conuictus non auditur si appellat. *l. 2. C. quorum appell. non recip. glos.in l.creditor, §.iussus ff.de appell. Bart.& alij in d.l.2.& in l.qui vltimo,in fin.ff.de pœn. Dec.in d.§.porro nu.4.* In hoc tamen hodie obseruatur dispositio *Constit.Pij V.in bull. nou.tom.2.fol.152.& const.60.fol.171.* & debet infra sex menses terminari, *idem Pius const.138.fol.261.* Sed duo debent concur-
483 rere. † Primo, quod confessio sit spontanea, non autem metu tormentorum. Se-
484 cundo, quod probationes sint claræ, & non dubiæ, alias potest appellare,allegando præcipuè in appellatione causam probabilem, *glos.in d.§.iussus, Bald.& Salicet. in d.l.2.*

485 Intellige præmissa,† in confesso,& conuicto verè,non autem ficte, vt puta vigore statuti, quia tunc multi voluerũt,quod
486 possit appellare, dummodo † exprimat in appellatione aliquam iustam causam excusantem contumaciam, *Franc. post alios in d.§.porro num.8.*

Conuictus simpliciter per testes, vel
487 alias probationes, sine dubio de iure potest appellare, *l.non tantum vbi glos.ff.de appell.* nisi probatio, & conuictio esset ta-
488 lis, quæ † induceret notorium;tunc enim nisi in appellatione adduceretur talis cau
489 sa, quæ offuscaret notorium, † Iudex a quo non teneretur deferre, *glos.& Bald.in l.addictos, C.quorum appell.non recip.*

490 Confessus non conuictus, † licet possit appellare,quia sicuti potest confessionem
491 ante sententiam reuocare,ita etiam † potest in causa appellationis, *glos.in d.§.iussus & in d.l.2.& in d.§.porro.*

Attamen nisi in appellatione exprimatur alia iusta causa, quæ si probaretur esset legitima, vel nisi inhibeatur Iudex à
492 † quo, non tenetur deferre, *c. Romana, §. sin autem, vbi Archid.de appell.in 6.*

493 Erit legitima causa † expressio causæ erroris confessionis, vt latè *Franc. in d. §. porro,num.5.*

Et adde,quod sola confessio spontanea
494 facta sine metu tormentorum, † sufficit ad sententiam capitalem, *glos.in auth.de mand. Princ.§.fin. sed Clarus in sua praxi crimin. quæst. 94.* testatur de obseruantia
495 † quod confessus tantum, & non conuictus, si non reuocat confessionem, si ap-

pel-

lat non audiatur, iuxta id, quod dicit *glos.*
in d. §. fin autem, in verb. vel de quo, & Bald.
in l. 1 num. 2. C. ne ex delict. defunct.
At si confessio fiat metu tormentorum
496 † requiritur perseuerantia in confessione,
l. 2. C. de custo. & exhibit. reor. vbi DD. &
Franc. in d. §. porro num. 6. vers. quando au-
tem.
497 Et quando confessus possit † appellare,
& suam confessionem reuocare, dicit etiã
Gemin. in d. §. fin autem, & dicam etiam in-
fra, quomodo intelligatur.
Etiam post cessionem litis factam per
Dominum, neque ipse, neque Procurator,
498 dummodo causam sciuerit, † potest ap-
pellare, *Cassad. decis. 2. de appell. Put. dec. 59.*
eod. tit.
499 A laudo pariter † non datur appella-
tio *l. 1. ff. & C. de Arbitr.* Declara nisi sint
Arbitri iuris, vel alias, iure, vel statuto
500 cogente electi, à quibus datur appellatio,
c. ab arbitris, vbi glos. Felin. & Gemin. de off.
deleg. in 6.
501 Datur † reductio ad arbitrium boni
viri, à sententia cuiuscumque Arbitri,
quæ nullo pacto, vel cautela tollitur, ne-
502 que † ei renunciari potest, etiam cum iu-
ramento, *DD. in c. Quintauallis ex. de iur.*
iur. Felin. in c. si diligenti ex. de for. comp. Dec.
conf. 11. & 39. & 60. Cassad. decis. 5. de empt.
& vend. Vital. de clausul. tit. an reduc. renunc.
poss.
503 Suspenditq; executionem † laudi, etiã
si compromissum vallatum sit obligatio-
ne Camerali, cum promissione de non re-
clamando, vt per DD. in locis allegatis,
& habetur inferius.
Procurator fiscalis, licet de Iure à sen-
504 tentijs absolutorijs † appellare non pro-
hibeatur, vt vidimus nostris temporibus
505 anno 1651. in quadam causa, in qua † Fi-
506 scus appellauit, & fuit admissa † in Signa
tura à tunc Sanctissimo Innocentio X. hoc
tamen contingit de rarò, quia admittitur
507 tantum mediante iudicio eius Signaturæ,
citato Reo absoluto, consideratisq; qua-
litatibus causæ, & personarum, neq; A. C.
potest admittere appellationem in crimi-
508 nalibus, vt antea, † in causis Tribunalium
inferiorum Vrbis, quiequid sit in causis
extra Curiam, in quibus illam admittit
Reo in carcere constituto, cum hoc spe-
ctet ad solam d. Signaturam, & si fortè ad-
509 mittitur, & adsit instigator, † non potest
instigator eam prosequi, nisi data cautio-
ne de reficiendo expensas primæ, & vlte-
rioris instantiæ, vt cauetur in supracitatã
Pij IV. reformat. Tribun. Aud. Cam.
A sententijs latis per Camerarium, vel
Magistros viarum super liberatione cen-
suum, siue responsionum domorum de-
moliendarum ad ornatum Vrbis, non da-
510 tur † appellatio, sed recursus ad Præsidem
511 viarum, & inde ad Cameram, & † causa
debet infra 15. dies expediri, licet con-
trarium seruetur, cum dictæ causæ hodie
maneant immortales coram Clerico via-
512 rum Præside, cum aliàs illis elapsis † sen-
tentia mandari debeat executioni, secun-
dum *extrauagantem 19. Leonis X. in bul. nou.*
tom. 1. in extens. §. 2. fol. 423.
513 Ratione quoque criminis † denegatur
appellatio, vt in sententiis latis in crimi-
ne hæresis, *c. vt inquisitionis de hæret. in 6.*
dummodo sint diffinitiuæ, quia ab Inter-
514 locutoria præcedente diffinitiuam † licet
appellare, vt à tortura, & captura, à qui-
bus datur appellatio etiam de Iure Ciuili,
quia sunt grauamina irreparabilia per
diffinitiuam, *l. 2. ff. de appell. recip. Franc. in*
c. super eo num. 2. ex. de appell.
Ratio est, quia licèt lex, vel statutum
prohibeat appellationem à diffinitiua,
515 non † propterea censetur sublata appella-
tio ab interlocutoria præcedente diffiniti-
uam. *Bald. in l. 1. num. 6. C. de bon. possess.*
sec. tabul. Franc. in c. porrectis, num. 13. de ap-
pellat. & de hoc etiam plura dixi *de petit.*
apost.
A sententia lata in possessorio, quomo-
516 do, & quando † liceat appellare, dixi
quando egi de petitione apostolorum,
Illud tamen est certum, quod vigore Egi-
517 dianæ in profanis, † nõ datur appellatio,
nec causa deuoluit, & ita quotidie vide-
tur seruari, prout dicam infra *c. de possess.*
adipiscen. & etiam alibi.
518 Denegatur etiam † appellatio à senten
tia Principis non recognoscẽtis Superio-
519 rem, sed tantum datur † supplicatio, *cap.*
cuncta 9. q. 10. l. 1. ff. à quib. appell. non lic. ne-
520 que huiusmodi supplicatio † impedit exe-
cutionem, vt dicam etiam infra.
Si tamen constaret de manifesta iniu-
521 stitia, † potest appellari ad Papam, etiam
si agatur de sententia Imperatoris, quia
522 tunc ratione peccati, † Papa est Superior,
Franc. in rubric. de appell. num. 4.
Neque potest appellari à pœna legis,
523 vel statuti, sed conceditur † appellatio à
declaratoria pœnæ incursæ, *Felin. in cap.*
cum non ab homine, ex. de Iud.
Et ideo licet non appelletur à sententia
excommunicationis inflictæ à canone, da-
524 tur † tamen appellatio à declaratoria in-
cursus excommunicationis, *Felin. in c. Pa-*
rochianos, ex. de sent. excom. sicut dixi in noto-
rijs.
525 A sententia nulla, neque dabitur † ap-
pellatio, & tamen si appellatur tenet, &
po-

526 potest appellans in vim illius † prosequi causam nullitatis, *Rot.decis.98.de appellat. in nou.*

A sententia sortis, seu fortunæ, sicut, quando fit diuisio inter fratres, & com-
527 mittitur sorti, † non datur appellatio, quia sors non recognoscit Superiorem,
528 † imo neq; minori datur restitutio, *Franc. ibid.num.10.& 11.*

A pronuncia Iudicis, quod sit facienda relatio Principi, vel habenda consulta
529 tio, non datur appellatio, nisi constaret de malitia Iudicis, id facientis ad effectũ euitandi onus iudicandi, *Bald.in l.fin.C.de rela.Abb.& alij in c.intimasti ex.de appell.*

A mala relatione, vel mala formatione
539 puncti, pro habenda informatione † datur appellatio, *glos.in l.1.C.de appell.& in l.1.§.quæsitum, ff.de appell.& relatio.*

A responsione Principis super relatio-
531 ne, non datur † appellatio, quia facit ius inter partes, nisi Princeps sit circumuentus in narratione Facti, *Bald.in d.l.fin.C.de relat.*

Sed omni casu à sententia lata per Iudicem, etiam secundum responsionem ip-
532 sius Principis, † datur appellatio *d.§.quæsitum.*

533 A futuro grauamine appellari non potest, etiamsi appelletur sub conditione, vt puta si me grauaueris, vel si hoc fiat, *c.dilecto vbi Franc.in princ.& in 3.not.ex.de appell.*

Quando Iudex condemnat aliquem de sua familia, qui in officio deliquit, con-
534 demnatus † non potest appellare, quia nemo præsumitur ferre iniquam sententiam contra suos, *l.nulli, C.quorum appell. non recip. Boss.in sua praxi tit. de for. compet. num.6.*

A mandato de euacuando domum nõ
535 datur † appellatio, quando fuit decretũ ad fauorem locatoris, vel alterius priuilegiatæ personæ, iuxta *l.si quis conductoris, C. locati, Gram.decis.58.nu.15.*

536 Tollitur etiam multis vicibus † appellatio, quia committuntur causæ cum clau
537 sula appellatione remota, quæ † quidem clausula apposita per Principem de Iure Ciuili tollit omnem appellationem, *l.1.in princ.vbi glos.ff.à quibus appell.nõ lic.Franc. in c.pastoralis num.13.ex.de appell.*

Et quamuis de Iure Canonico regulariter intelligatur de appellatione friuola, vt supra dixi in principio huius articuli; si tamen qualitas Iudicis, cui causa committitur propter sublimitatẽ dignitatis, vt puta Cardinalis, contrarium suadeat,
538 censetur † sublata omnis appellatio, *Mil.in suo Repert. in verb. appellatio*, ad quod est *Gomes.in compend.signaturæ fol.160.* videndus etiam *Franc.in d.c.pastoralis in princip.* qui vult per huiusmodi clausulam appo-
539 sitã in rescripto remoueri omnem † appellationem, etiam iustam, & probabilem; nisi causa propter quam appellatur, sit in
540 Iure expressa, † quod ob eam liceat ap-
541 pellare, *d.c.pastoralis*, † Non impedit quidem appellantem, quin possit appellationem prosequi, sed Iudex à quo, etiam post
542 diffinitiuam † non tenetur supersedere in executione, nisi detulerit appellationi,
543 † neque tenet de Iure, nisi in casibus expressis à Iure. *Fran.in d.c.pastoralis in princ. vsque ad num.5.*

Causas expressas à Iure, propter quas li-
544 cet appellare, † recenset *Specul.in tit.de appell. §.2. vers.sed quam dices, Franc.ibidem num.28.*

Et nota, quod quando per vnum rescriptum committuntur plures articuli, si in
545 vno prohibetur † appellatio, censetur prohibita etiam in omnibus alijs, *c.2.requiris*
546 *ex. de appell.* Neque potest impetrans rescriptum cum tali clausula, inuito aduersario, dictæ clausulæ renunciare, *Franc. in d.c.pastoralis num.11.*

Si huiusmodi clausula apponatur per partes, vel à lege, aut à materia de iure non appellabili, vt in possessorio, tollit
547 omnem appellationem, etiam in casibus specialiter prohibitis, nisi propter dolum Iudicis, aut partis, aliud mandaretur, *Felin.in c.pastoralis, §.cum autem ex.de offic. deleg.in c.significauerunt, num.22. extra de except.Franc.in d.cap.pastoralis num.11.vsq; ad num.18.*

Et quando per statutum tollitur appellatio, & nullitas in criminalibus, licet de
548 iure forsan talia statuta † non valeant, cum videantur tollere defensionem, quæ cum sit Iuris naturalis, à statuto tolli non potest: tamen de consuetudine valent, &
549 seruantur, intelliguntur que de omni appellatione. *Alberic.in 4.p.statut.q.53.num. 4. Clarus in sua praxi quæst.49. vers. cæterum.*

Limita prædictas conclusiones; quod
550 per dictam clausulam reuocetur † omnis appellatio, vt procedant, Primo solum
551 quoad personas † principaliter nominatas in rescripto; tertius enim volens age-
552 re pro suo interesse, † poterit non obstante dicta clausula, *Bart.in l.1.§.interdum, in vers.quæro, ff.quibus appell.non licet.*

Limita adhuc secundo, vt intelligatur,
553 & dicatur † dempta, & sublata appellatio solum à sententia, seu decreto diffinitiuo, quando enim à lege, aut à Principe, aut à statuto, siue à sanctione, vel alio

quouis

quouis modo tollitur appellatio, intelli-
554 gitur à diffinitiua, † non autem ab inter-
locutoria precedente diffinitiuam, vt de simili dicimus in possessorio, in crimine hæresis, & alijs. Ideo si in huiusmodi causis Iudex recipit testes inhabiles, vel recusat recipere habiles, aut infert aliud grauamen irreparabile per diffinitiuam, da-
555 bitur appellatio, *Innoc. in c. fin. ex. de nou. op. nunc. Gem. in c. vt inquisitionis, de hæret. in 6. DD. In l. 1. C. si de moment. possess. vt diximus supra in c. de petit. & poss.* & in hoc eod. Artic. nisi prohibeatur appellari à Iu-
556 dice, † tunc enim à nulla eius sententia etiam interlocutoria dabitur appellatio, *Franc. in d. c. pastoralis, num. 22.*

Si prohibeatur appellari simpliciter, aliqui voluerunt, quod tollatur omnis
557 † appellatio, tam ab interlocutoria, quàm à diffinitiua, vt per *Bald. in d. c. pastoralis, §. fin. ex. de off. deleg. & in l. 1. in princ. ff. de off. prefect. præt.* quem refert *Fran. in c. interposita, §. ille denique, num. 6. ex. de appell.*

558 Limita tertio, vt strictè † intelligatur, & procedat in casibus, in quibus loquuntur, non in alijs etiam similibus, *Franc. in d. §. ille denique num. 7.*

Limita quarto, quando adesset notoria
559 iniustitia: tunc † enim d. clausula appellatione remota, nō tolleret appellationem, *Felin. in cap. causam quæ, extra de sent. & re iud.*

560 Quando causa † possit committi per Papam cum clausula appellatione remo-
561 ta, & quid operetur dicta clausula apposita per Principem, vel inferiorem, videndi sunt latè *Felin. in d. c. pastoralis, ex. de except. Franc. in d. c. pastoralis, in princip. ex. de appell.*

562 Per pactum † quoq; tollitur appellatio; de quo videndus est *Gemin. post glos. in c. Romana, §. si autem de appell. in 6.*

Non sic est quando committitur causa
563 terminanda manu regia, † quia non propterea censetur sublata appellatio, & intelligitur dicta clausula circa modum procedendi, *Cagnol. in l. 2. num. 10. ff. de orig. iur.*

Alios casus, in quibus prohibetur ap-
564 pellatio à diffinitiua, † refert *glos. in c. non solum in verb. casibus de appell. in 6.* & de ca-
565 sibus viginti vno † in quibus non datur apellatio, est videndum apud *Nicellum in tract. de concord. glos. nu. 15.*

Aliquādo vero eligitur media via, quia
566 conceditur apellatio ad effectum deuolutiuum, sed non suspensiuum, & hoc casu
567 Signatura rescribit cum † clausula, sine pręiudicio legitimæ executionis, quod euenit in obligatione Camerali, de qua infra, & regulariter in omnibus materijs executiuis, de quibus infra *cap. de Iud. executiuo*, & refert *Galles. in suo tract. de oblig. Cam. q. 5. & 37. vbi add. fol. 43. & 211.*

568 Ideo d. clausula poneretur † si peteretur committi causa appellationis in censuris datis per executorem deputatum in litteris Apostolicis ob earum non paritionē, vel à decreto litterarum, vel à declaratoria incursus censurarum ob non paritio-
569 nem executorialium, etiamsi appellans non fuerit requisitus; dummodo fuerit monitus ad dimittendam possessionem, & sit comprehēsus in executorialibus, alias secus. *Formul. commiss. cap. 6. de commiss. appell. nu. 10. 18. & 41. fol. 68.*

570 *De* huiusmodi declaratoria, † quando sit licita, & an regulariter suspendatur, est videndus *Felin. in c. Rodulphus, extra de rescript.* & plura dixi etiam *tit. de declaratoria.*

In causis mercedum, præcipuè à sententijs latis per Gubernatorem Vrbis vigore *constit. 34. Pij IV. in bull. nou. tom. 2. fol. 38. &*
571 *cōst. 71. Pauli V.* † nisi summa mercedis excederet centum, præcipuè si à principio non esset constituta certa merces, datur appellatio suspensiua, *Rot. in Anconitana mercedis 20. Decembris 1602. coram Sacrato.* eoque casu posset commissio signari simpliciter, vel saltem transferri executio cū clausula si quid exequendum, quod passim practicatur in Signatura, vt pluries vidi.

Licet à declaratoria incursus sententiæ
572 excōmunicationis detur † appellatio suspensiua, vt diximus; à publicatoria tamen, vel denūciatoria excommunicatio-
573 nis, † non datur ad effectum suspensiuum, cum earum effectus non suspendatur etiā per appellationem à sententia excommunicationis; statim enim ligatur, *c. is cui de sent. excom. c. pastoralis §. fin. vbi DD. ex. de*
574 *appell.* Licet † sententia lata post appellationem sit nulla, *c. ad hæc quoniam, vbi Franc. in princ. de appell. Idem Franc. in c. sæpè num. 30. eodem tit.* de quo an, & quando
575 appellatio † suspendat sententiam excommunicationis, & excommunicatus possit denunciari, videndus est idem *Franc. in d. c. pastoralis §. verum quia.*

576 *In causis alimentorum † negatur appellatio, quia venter non patitur dilationem, *l. fin. C. de alim. pup. præstan. l. fin. ff. de appell. recipien. l. de alimentis, C. de transact. l. Mela. vbi Bald. ff. de alim. & ciba. Afflict. decis. 152. Cassad. decis. 1. de mut. peti.* nisi sint
577 † alimenta de pręterito, in quibus cum nō militet eadem ratio, & tantus fauor, *d. l. de alimentis*, & est casus *in Romana excessus*

16. *Nouembris* 1615. *coram b.m. Buratto*. possiet dari appellatio suspensiua. Videndus est nihilominus *Aretin.cons.97.* vbi vult
578 materiam alimentorum† esse executiuam etiam si sint de præterito, si orator sit diues, quia tunc diues solutionem differre non potest, *Rota in Romana prætensæ absolutionis* 18. *Iunij* 1646. *coram R.P.D. Meltio in folio*.

Signatura tamen aliquando executio-
579 nem solet ex causa transferre, † si agitur de alimentis præteritis, cum declaratione, quod si petens ex se,& de proprio alimenta habuerit, si enim contraxisset de-
580 bita ad effectum se alendi:†licet enim hoc casu videantur præterita, dicuntur tamen futura,quia necesse est æs alienum soluere, & creditori satisfacere, & sic pluries tam Signatura plena, quàm Eminentissimus Dominus meus Card. Iulius Sacchet-
581 tus in publicis audientijs † declarauit iuxta sensum *Rota apud Pen. decis.* 400. *tom.* 1.

In causis criminalibus,& mistis, seu Fiscum, & Cameram, quomodolibet con-
582 cernentibus, non committitur † causa appellationis, nisi cum clausula facto de. posi o pœnæ, vel quantitatis in qua Reus fuit condemnatus, sic iubente *Extrauag.* 24. *Pauli III. de facien. depos. in caus. appell. in bull. nou. tom.* 1. *fol.* 538. *necnon d. const.* 52. *Pij IV. in bull. nou. tom.* 2. *fol.* 54.
583 Ab executione quoque prohibetur appellatio, vt dixi supra, quia tamen multoties conceditur, & de stilo Fori non so-
584 let negari, † ideo cum non concedatur tunc ad effectum suspensiuum, sed tantum deuolutiuum, semper in Commissionibus apponitur supradicta clausula, sine præindicio. *Franc. in c. dilecto in vlt. notabil. ex. de appell.& Galles. vbi supra*.
585 Ideni obseruatur à decreto de exequen do sententiam: quod tameu intelligendũ primo, quando pronunciatur exequen-
586 dum contra illum, contra quem fuit lata; secus si contra alium. Secundo, quando
587 pronunciatur † sententiam exequi debere super re, super qua fuit lata. Tertio, dum-
588 modo illud decretum siue sententia†contineat illud solum grauamen, quod continebat prima, secus si contineat vnum grauamen, puta taxationem excessiuam, &
589 quarto nisi decretum de exequendo † fiat intra tempus, intra quod poterat a prima sententia appellari. Vltimo intellige de
590 decreto † exequendi sententiam latam, secùs si pronunciaretur aliquod instrumentum esse exequendum. In his enim
561 quinque casibus † admitteretur appellatio, etiam suspensiua, *Capic. dec.* 1. *num.* 17. *Felin. in c. quod ad consultationem ex. de sent. & re iud.*

Alia decreta Iudicũ in quibus casibus
592 non suspendantur per appellationem, videndus est *Afflict. dec.* 261.

Quia etiam diximus supra. quod à sententia Principis non datur appellatio, sed supplicatur dumtaxat; addimus quod ista
593 supplicatio data infra decem, † impedit executionem, nisi victor præstet cantionẽ de restituendo in casu, quo dicta sententia retractetur. *Auth. quæ supplicatio, C. de precib. Imper. glos. in c. in litteris ex. de restit. in integr. Card. in Clem. vnic. de sequestr. possess.*
594 *& fruct.* & † Commissio hoc casu signatur cum dicta clausula, præstita cautione.
595 Idem dicendum in confesso, cuius † appellatio deuoluit, sed non suspendit, quia
596 confessio habet executionem paratam, *l. perinde notan. ff. ad l. Aquil. l.* 1. *Cod. de confess. l.* 1. *si debitoris, & l. postremo, ff. de re iudic.*

Ex decreto Concilij Tridentini, ab ordinationibus Episcoporum, circa correctionem, & reformationem, præcipue si procedant tamquam Sedis Apostolicæ
597 Delegati, † non datur appellatio suspensiua; ideo si compellant Rectores Ecclesia-
598 tum Parochialium † ad prædicationem semel in hebdomada, etiam in Ecclesijs
599 subiectis monasterijs, si Regulares † sint negligentes, vt *Conc. Trid. sess.* 5. *c.* 2. *de reform.* vel si cogant obtinentes beneficia
600 incompatibilia † ad ostendendum dispensationem, prouideantque per deputationem Vicariorum, & fructuum assignatio-
601 nem, † ne Curia n[illegible]gatur, vt *sess.* 7. *c.* 5.
602 Si visitant Ecclesias exemptas, † neminemque præsentatum ad beneficium, præterquã ab V[illegible]ersitatibus, siuè Co[illegible]legiis, nisi prem[illegible]o e[illegible]mine institũ[illegible]; *ead. sess.* 7. *c.* 8. *de reform.* [illegible] *& vlterius*.

Si [illegible] sunt distributiones sufficien-
603 tes quoti[illegible]næ, † partem præbẽdarum in di[illegible]tiones conuertant, vt *sess.* 21. *c.* 3. *de reform.*
604 [illegible] dant Coadiutores † Rectoribus insufficientibus, & scandalosos incorrigib-
605 les, beneficijs † priuent, beneficia ex iusta
606 causa † de vna Ecclesia ad aliam transferant, Parochiales collapsas, & iurispatro-
607 natus refici curent, illisque non sufficientibus Patronoi, & in illorum deffectum Parrochianos ad refectionem cogant, Abbatissas, Prioratus, Præposituras, in quibus regularis obseruãtia nõ viget, omniaq; alia beneficia sæcularia, & regularia, cõmẽdata,
608 & exẽpta † visitẽt, curẽtq; etiã per fructuũ sequestrationẽ, vt quod indiget refectione, reficiatur; vbi vero Regularis obseruantia viget,

viget, si Superiores moniti, eos non visi-
609 tauerint, † ipsi visitent, *eadem sess.7.c.6.7. de reform.*

610 Si curent † vt Clerici in victu, & vestitu
Canones obseruent, interdicant notarijs
611 exercitium notariarus, eosque suspendant
propter delictum, vel insufficientiam, vt *sess.22.c.10.de reform.*

612 Si cogant Rectores † Parochialium ad
residendum, & si citati etiam per edictum
non compareant, in contumaciam eos
priuant, etiamsi sint Curiales, non ob-
613 stante Eugeniana, cogant beneficiatos ad
soluendum taxam seminarii, vt *sess.23. c. 1.& 18.*

614 Si visitent exemptos, eosque corrigant, vt *sess.24.cap.10.de reformat.*

615 Si controuersias de præcedentia in pro-
cessionibus, vel funeralibus dirimant, Cle-
616 ricos incorrigibiles, † qui cum Concubi-
nis ad vomitum redeūt, beneficijs priuēt, vt *sess.25.c.13.& 14.*

In prædictis enim casibus appellatio nō
suspendit executionem, *vt sess. 12. c. 1.&*
617 *sess.24. c.10.* † neque committitur causa
appellationis, nisi cum d. clausula sine præ
iudicio.

In quocunque tamen casu, si causa
committererur, posset loco dictæ clausu-
618 læ † poni alia clausula, si quid exequen-
dum, tamquam non lædens viam executiuam.

Quomodo Iudex censeatur appellationi deferre.

Artic. VII.

655 *Apell. per aduersarium interposit. prosequi potest appellans non admissus, quia aduersario non detulit.*

Circa sextum, quomodo Iudex censeatur appellationi deferre, sciendū est, quod appellationi in casibus à Iure permissis, modo, & tempore debitis interpositæ, præcipuè à sententia diffinitiua,
619 † Iudex semper debet deferre, *c. cum appellationibus, & c. non solum de appell. in 6. c. ve-*
620 *nientes ex. de iur. iur.* † quia etiam ipso non
621 deferente, ius defert; † neque propterea propria prohibetur appellans causam prosequi, *c. sæpè ex. de appell. Gemin. d. c. cum appellationibus.*
622 Imò processus † factus per Iudicem à quo post appellationem, est nullus, *c. licet de sent. excommun. in 6. c. interposita eodem. c. non solum de appell. in 6. Rot. decis. 63. de appell. in nou.* & si appelletur ad Papā, quamuis dubitetur de validitate appellationis,
623 † Iudex nisi deferat, debet transmitti ad Curiam puniendus, *c. de priore ex. eod. tit. Rom. cons. 501. Stafil. c. 12. fol. 306. num. 3. Cassad. dec. 8. de appell.*
624 Et regulariter, qua pœna puniatur Iudex non deferens appellationi iustæ, videndus est *Franc. in d. c. de priore.*

Si appellatio ab interlocutoria esset manifeste friuola, vel appellaret à diffini-
625 tiua in casu prohibito, † Iudex malefaceret ei deferendo, *c. consuluit, c. cum appellationibus, & not. in d. c. non solum, & in c. peruenit, ex. eodem tit.*

Si in appellatione, quæ videretur friuola, allegaretur aliqua causa specialis, quæ
626 si verificaretur esset legitima, † est deferendum, & supersedendum in dubio, quia est deferendum, *Franc. in d. c. consuluit, & in d. c. de priore.*

Licet vero appellationi friuolæ non debeat Iudex deferre, sed ad vlteriora
627 procedere, † non tamen potest super eo pronunciare, videlicet appellationem esse friuolam, *Franc. in c. constitutus, num. 18. ex. de appell.*

At si Delegatus deferat, etiamsi nulli-
628 ter appellatum fuisset, deuoluitur † causa, & abdicat à se omnem Iurisdictionem, *c. cum appellationibus de appell. in 6.* Ita vt etiam de consensu partium in causa non
629 † possit se intromittere, *Rot. dec. 49. de appell. in nou.* Processusque per eum post dila-
630 tionem factus † esset nullus, *Rot. decis. 7. de caus. possess. & propriet. in nou. dec. 8. & 54. de appell. in nou.*

Imò licet Iudex delegatus reponens appellantem ab interlocutoria, vel reuocans
631 grauamen, † possit non obstante appellatione, & inhibitione, illius vigore subsecuta ad vlteriora procedere, *c. cum cessante, & c. cum teneamur, ex. de appell. c. si à Iudice, eod. tit. in 6.*
632 Si tamen detulit, † non potest ad vlteriora procedere, quamuis reponat appellantem, & reuocet grauamen, per supradicta.
633 Et hæc procedunt † quando Superior, ad quem appellatur, appellationem, & delationem admittit, & si Superior non
634 admittat, remanet Iudex, non obstante delatione, *glos. & DD. in c. cum appellationibus. de appell. in 6. Car. in Clem. 1. de dol. & contum.*

Si etiam appellatur ab interlocutoria, & appellans non prosequatur appellatio-
635 nem, † potest Iudex lapso termino cognoscere negocium principale, *glos. & Gemin. in d. c. cum appellationibus, §. si vero.* Et si
636 inter plures Iudices † vnus deferat appellationi, alij vero non; numquid negociū deuoluatur, & deferens preiudicet non deferentibus? variæ inueniuntur opiniones: aliqui enim tenuerunt affirmatiuam, vt *Rot. decis. 20. de appell. in antiq.* alij negatiuam, quod non sit abdicata iurisdictio ab omnibus per delationem vnius; quod-
637 que † ille possit pœnitere, dicit *Card. in Clem. 1. num. 14. de appell.* videturque esse communis opinio, vt per *DD. in c. cum omnes num. 6. verb. sexto limitatur ex. de constit.*
638 *& Gemin. in d. §. si vero.* † Et ex duobus delegatis, quando vnus defert, & alter respondet, quod pendet delatio, vel repudiatio ab admissione Iudicis, ad quem, *Card. in d. Clem. num. 22.*

Iudex ordinarius, qui etiam per viam
639 simplicis querelæ posset adiri, † posset quoque non obstante delatione de consensu partium in causa se intromittere, cum partes ad eum redire possint. *Rot. decis. 49 in fin. de appell. in nou. Gemin. in d. §. si vero* tamquam, quod res habeat ortum de nouo, *Abb. & Franc. in c. cum teneamur ex. de appell. Vestr. lib. 8. c. vt lit. pend. fol. 271.*

Potest etiam Superior, quando appellatum fuit à diffinitiua, & appellationi de-
640 latum, † causam Iudici à quo remittere, non obstante delatione, sed tunc Iudex
641 † procedit non ex priori iurisdictione, sed ex noua demandata, cum huiusmodi remissio censeatur noua commissio, nisi constaret de contraria voluntate Superioris; *Rot. d. decis. 49. de appell. in nou. glos. & Gemin. in d. §. si vero.*

Et potest Iudex non solum expressè, sed
642 † etiam tacitè appellationi deferre, vt quando in petitione apostolorum dat reuerentiales, vel dat acta pro reuerentialibus

bus, *Rot.decis. 8. de appell.in nou.* aut si dat duplicem terminum iuris *Vestr.lib.7. c. de appell. fol.*208. de quo etiam dixi supra in *artic.intra quæ tempora debeat appellari*; vbi etiam declaraui, quādo Iudex deferat per dationem reuerentialium, & aliorum apostolorum.

Per præfixionem termini appellanti ad
643 prosequendam appellationem, † non censetur Iudex deferre, *c.1.& glos. in d. c. cum appellationibus, in verbo remittenda de appel. in 6. Franc.in c.oblatæ in 2. not.& in c.personas, num. 11.ex.eodem tit.*

Et quamuis aliqui voluerint, hoc procedere in appellatione non legitima,
644 † quodque appellanti legitimè non possit pręfigi terminus ad prosequendum, quin etiam appellationi deferatur; quinimo,
645 † quod simplex pręfixio termini habeat vim delationis, vt post alios ait *Card. in Clem.1.num.25.de appell. Rot.dec.16.& 21. in antiq.Felin.in cap.cum causam, extra de sent.& re iudic.*

Contraria tamen opinio videtur esse verior, quod iudex, etiam non deferens
646 appellationi † possit terminum appellan-
647 ti præfigere, ad prosequen.neque † simplex præfixio importet delationem, vt per eundem *Felin.in c.cum Bertoldus, ex.de sent. & re iud.in c.personas, ex.de appell.Gemin.in d, §.si verò, & in c.cord.§.post hæc de appell. in 6.* quem sequitur *Card.in Clem.1.num.8. de dol.& cont.& in Clemen. 1. in princip. de appell.*

Vestrius tamen priorem opinionem sequitur, videturque attestari eam seruari in Curia, vt *lib.7. c. de tempor.appellat.fol.* 233.

648 Quomodocumque Iudex deferat, † potest non solum in continenti, sed etiam per tres dies postquam detulit appellationi, præfigere terminum ad prosequendum, *Rot.dec.40.de appell.in nou.*

649 Licet Vestrius voluerit, † solummodo in continenti posse præfigi, vt per *eumdem fol.*233.

650 Potest etiam terminum pręfixum † prorogare. *Bisignet.dec.35.de appell. Gemin.in d.§.si vero, Franc.in d.c. personas, Card.in d. Clem.1.num.25.de appell.Vestr.d.fol.*233. de quo etiam dixi in *artic. infra quæ temp. debeat appell.*

651 Similiter quando appellatur, & Iudex admittit appellationem cum clausula, si & in quantum, si appellatio est legi-
652 tima, videtur detulisse; † secus verò est, si ex quocumque capite non sit legitima, *Franc. in cap. sæpè, num. 5. extra eodem tit. Felin. in cap. cum contingat, extra de offic. deleg.*

Notandum postremo est in materia,
653 quod † si pars non detulit appellationi per aduersarium legitimè interpositæ, & deinde appellet, non debet pariter eius
654 appellatio deferri, quia non est seruandus à lege ille, qui eam spreuit, *cap. an sit, ext. de appell.*

Posset tamen appellationem per aduer-
655 sarium interpositam † prosequi, sed non suam, *Franc.in d.c.sæpe num.1.*

Quid operetur, quibusue prosit appellatio.

Artic. VIII.

contra se prosequi.

675 *Declaratur tamen, nisi appellans esset excommunicatus.*

676 *Causæ extra Curiam committendæ non derogatur, nisi, & quando.*

677 *Declaratur tunc dispensationem c. oblatæ per DD. limitari.*

678 *Processus causæ extra Curiam commissæ absq; derog.c.oblatæ est nullus, si super excep.d.c. non pronuncietur.*

679 *Appellans non potest iuuari appellationi conditionali, quatenus contra interposita ab appellante.*

680 *Ampliatur quod etiam non possit vti commissione, & prosecutione appellantis.*

Circa septimum, quid operetur, quibusue prosit appellatio, est sciendũ,
656 quod † prodest si est legitimè interposita non solum appellanti, sed etiam cuicumcumq; habeat interesse in causa, poteritq;
657 quilibet ei adhærere, & eam prosequi, si appellans dolosè eam non prosequatur, *l.ab executore,§.alio,ff.de appell.glos.& Gem. in c. 1.in ver.apposuit de elect.in 6.*& interposita à correo prodest socio, *vt in Taruisina feudi 15.Ianuarij 1624.coram b.m. Remboldo:*quod tamen declarandum est, quatenus correus separatum procuratorem non habeat, quia appellatio procuratoris vnius correi alium correum habentem separatum Procuratorem non suffragatur, quia alium Procuratorem constituens videtur prohibere Procuratori sui correi, ne pro sua parte aliquid faciat; hoc dicitur *in d. Taruisina.*

658 Dummodo † intra decem dies appellationem expressè ratificet, & declaret se velle adhærere, *glos. in c. vt circa, in verbo adhærentes, de elect.in 6.Gemin.in c.concertatione de appell.eodem tit,*vt latè dixi de tertio appellante, vel appellationem prosequi volente.

In causis criminalibus in casibus, in quibus Reus condemnatus potest appellare si sint plures complices vnius delicti,
659 † appellatio vnius prodest alijs, *Arimin.in in addit.ad Angel. de malef. in verbo præsente Caio, num.7.Clar.q.94.vers.quæro numquid cum seqq.*

Declara tamen, quod appellatio vnius ex pluribus condemnatis in causa appel-
660 lationis, † prodest etiam socijs, qui se iuuare possint, dummodo omnes sint condemnati in eadem sententia, & sit idem negocium, & subsit eadem causa defensionis, non approbauerint expressè sententiam, & scierint contrarium appellasse, *c.vna sententia, vbi Franc.num.10. ex.de ap-*
661 *pell.*In tantum, vt si elapsis decem diebus, appellans componat se cum Aduersario, non per hoc præiudicatur socijs, quin possint prosequi appellationem interpositam, *Franc.ibid.num.3.*

Prodest etiam appellato, eiq; commu-
662 nis efficitur, † ita vt prosequi possit causam, tam ad effectum confirmandi priorem sententiam, quam etiam in casu supplendi in omissis, *l.ampliorem, vbi DD.C. de appell.Rot.dec.69. eod.tit. in nou.* nisi erit in casu d.Taruisinæ.

Et si appellans nõ commisisset causam in tempore, & reperiatur per appellatum
663 commissa, † diligentia ipsius proderit etiã appellanti, neque appellatio erit deserta,
664 etiamsi appellans † citatus ad dicendum contra commissionem, dicat generalia contra, dummodo in eis non persistat;
665 † poteritque appellans vti illa commissione, cum efficiatur communis. *Rot. decis. 47. de appellat. in antiq. & decis. 7. eodem in nou.*

Si quoad appellantem causa esset deserta, quatenus causa non fuisset commissa
666 per appellatum, † potest appellatus visa desertione desistere à prosequutione, ac protestari de desertione, & quod in causa nihil aliud fiat. *Felin. in c. personas de appell.*

667 Et quamuis appellatus † non possit præuenire appellantem intra annum, qui ei indulgetur ad committendum causam, quando Iudex à quo nullum præfixit terminum, *c.oblatæ ex.de appell.*
668 Si fuerit præfixus terminus, † poterit illum præuenire, *d.c.oblatæ,*& de stilo Curiæ potest indistinctè præuenire appellantem,
669 † quando committitur causa in Curia, non obstante *d.c.oblatæ,* cui semper derogatur. *Stafil.c.24.fol.353.num.7.*rationem quare dicit *Rota dec.16.de appell.* & potest
670 † appellatus quandocumque compareat in Curia appellationem per aduersarium interpositam, etiamsi sibi intimata non fuerit, prosequi, dummodo de ea constet, *Rot.dec.81.eodem tit.in antiq.& dec.6.eodem tit.in nou.*

Et si appellationis causa fuit commissa
671 † poterit cõtra appellantem procedi per
672 contradictas absque alia citatione, † quia appellatio tunc habet vim citationis, *Rot. dec.7.de rest.spoliat.in antiq.*

673 Si appellatio esset deserta, requiritur noua citatio, *Rot.decis.17. de appell. Vestr, lib.3.de caus.deuol.fol.62.*

Similiter si appellatus committat in Curia causam, & causas cum clausula quam, & quas mouere intendit cõtra appellantem, vel appellans contra ipsum,
674 † poterit vigore huius commissionis prose-

sequi appellationem per aduersarium interpositam, *Rot.decis.fin.de rescript. in non. & dec.11.de off.deleg.eodem tit.*

675 Declara, nisi appellans † esset excommunicatus, *Gemin.in c.1.§.si quis 1.de excep. in 6.*

Si causa sit committenda extra Curiam
676 † non derogatur *d.c.oblatæ*, nisi saltem lapsi sint nouem, vel decem menses, *Stafil. c.25.fol.353.num.7.& in trac.de lit. in form. breu.c.3.fol.366. d num.* 7. vel nisi vtraque pars appellasset, ne continentiæ causarum
677 diuidantur. Imò volunt *DD. in d.c.* eius dispositionem tunc non procedere, vt testatur *Stafil.d.fol.353.num.7.*

Et si causa committeretur extra Curiã, absque derogatione *c.oblatæ*, & pars exci-
678 peret de *d.c.* † debet super huiusmodi exceptione pronunciare, aliàs processus ad vlteriora est nullus, *Put. decis.* 5. *de except. Vestr.lib.7.c.de appell.fol.208. & c.de temp. & fatal.appell.fol.233.*

Similiter quando pronunciatur prout in cedula, & pars appellat conditionaliter, vt puta cum clausula, quatenus con-
679 tra, vt supra dixi de stilo Curiæ; † tunc quia non censetur appellatum, nisi sequatur contraria sententia, appellatus non potest inuare se huiusmodi appellatione, *Abb.& Franc.in c.si duobus,ex.de appell.*& si
680 causa reperitur commissa, † non poterit vti commissione, & prosecutione appellantis, *Put.dec.13.de appell.Vestr.d.fol.208. & fol.233.*

Quomodo, & quando renuncietur appellationi.

Artic. IX.

681 *Appellationi interpositæ tacitè, & expressè renunciari potest.*

682 Appellationi expressè quomodo, & quando renuncietur.

683 Appellationi tacitè quomodo, & quando renuncietur.

684 *Iudex grauans non potest grauaminis causam cognoscere.*

685 *Grauamen in causa appell. est à iudice ad quẽ cognoscendum.*

686 *Appellans an teneatur grauamen coram Iudice à quo iustificare.*

687 *Appellans si compareat ad iustif. vt supra videtur appell.renunciare.*

688 *Appellans per actum contrarium appell.nõ renunciat inuitus.*

689 *Appellans prædictus neque renunciat per actũ coram Iudice ad effectum impediendi executionem.*

Neque si ad effectum colorandi appellationem. ibidem.

690 *Appellantem in casibus prædictis renunciare quinam teneuerint.*

691 Appellationi nunquam renunciatum habetur *per actũ appellationi fauorabilẽ, & declar. iurisd.Iud.à quo.*

692 *Appellans ante diffinitiuam potest deinde etiã ab ipsa diffinitiua appellare.*

693 *Appellans à diffinitiua nõ videtur appellationi ab interlocutoria interpositæ renunciare.*

694 *Iudex illegitimæ appellationi ab interlocutoria interpositæ non deferens, potest contra appellationem ad diffinitiuam procedere.*

695 *Appellans illegitimè ab interlocutoria non potest vt contumax à diffinitiua appell.sed benè à non delatione.*

696 Appellans non censetur renunciare per actum *probatum à Iudice, & à parte.*

697 *Appellans neque renunciat, quando iudex detulit appellationi.*

698 *Appellans neque renunciat, si dolo à Iudice inducatur ad actum contrarium faciendum.*

699 Appellans *neque renunciat per actum ab amico, vel filio factum sine mandato.*

700 *Appellans neque renunciat comparens coram Iudice, quo vicem gerente ind.ad quem.*

701 *Appellans neque renunciat adeundo iudicem tamquam virum bonum, non vt iudicem.*

702 *Appellans neq; renunciat per solemnitatem appell.concernentem.*

703 *Appellans neque renunciat per actum vi metus extortum, prævia tamen protestatione.*

704 *Appellans neque renunciat si actus est per viã agendi.*

705 Appellans *quando renunciare censetur per patientiam, & taciturnitatem.*

706 *Appellans neq; renunciat si coram iudice petat attentata reuocari.*

707 *Appellans neq; renũciat per actum quando protestatur quod appellatio sibi salua remaneat.*

Declaratur, dummodo pars, vel Iudex non contradicant. ibid.

708 *Excommunicatus appell.renunciat petẽdo absolutionem à iudice, nisi contrarium protestetur.*

709 Appellationi *suæ renunciat qui non defert suæ appellationi, sed attentat, & innouat.*

710 Appellationi *interponendæ, an renunciari possit, & quomodo.*

711 *Appell.renunciatio vnius partis tantum, an noceat, & cui.*

712 *Appell. renunciatio quomodo fieri debeat vt nocere possit.*

713 Amplian*tur prædicta etiam in pacto respectu vnius tantum, etsi adsit iuramentum.*

Appell.renunc.potest non solum respectu motæ litis, sed etiam futuræ, & incertæ. ib.

714 *Appell. renunciatio expressa per partem in qui-*

quibus casibus non teneat.

715 *Appell. tacitè renunciat faciens actum executiue venientem ad implementum sententiæ.*

716 *Ampliatur, etiamsi actus concernat sententiam interlocutoriam, & quomodo.*

717 *Limitatur, si actus esset declinatorius iurisdictionis, vel saltem indifferens.*

718 *Appell. interponendæ renunciatio per quem actum induci possit.*

719 *Appellans quando non possit interposita appel. renunciare, nisi quatenus ad suum fauorem.*

720 *Appellans cum clausula, quatenus contra, potest quomodocumque appellationi renunciare.*

721 *Appellatio cum clausula quatenus contra in quibus partibus deuoluat.*

722 *Appellans simpliciter an possit re integra, inuito appellato renunciare.*

723 *Appellans prædictus intra decem dies potest renunciare.*

724 *Appellare potest aduersarius grauatus, altero appellante appellationi renunciante.*

725 *Appellans simpliciter quare appell. post decē dies renunciare nequeat.*

726 *Appellans ab interlocutoria an, & quando possit quandocumque appellationi renunciare.*

727 *Appellans an possit renunciare, si approbauit appellationem, vel iudex assignauit terminum.*

728 *Causæ appellationis in beneficialibus statim deuoluuntur ad Papam.*

729 *Appellans inuito appell. in benef. non potest etiam re integra appellationi renunciare.*

730 *Appellatio quomodo dicatur facta communis, vt alter altero inuito, ei nō possit renūciare.*

731 *Appellans quando possit renunciare appellationi contra se iam factæ, & petere procedi in negocio principali.*

732 *Appellationi simpliciter renuncians quibus intelligatur renunciare.*

733 *Appell. renuncians an intellig. renunciare solum instantiæ, vel etiam iuri.*

734 *Appell. renuncians, an, & quando teneatur expensas appellato reficere.*

735 *Procurator absque speciali mandato appellationi renunciare nequit.*

736 *Ampliatur, etsi ipsa appellatio fuisset per ipsum interposita.*

OCtauo, & vltimo loco appellationi
681 interpositæ † renunciari potest, ex-
presse, & tacitè. Expressè quidem, quā-
do per instrumentum, vel penes acta
682 † fit renunciatio, iuxta norata in *c. ei, qui,*
§. si quis, libellus 2. d. 6. & in l. si quis, C. de
appellat. Tacitè verò, quando appellans
683 † comparet continuando iudicium corā
Iudice grauante, & facit actum contrariū
appellationi, qui non potest expediri, nisi
per habentem iurisdictionem, *c. grauatum*
ex. de off. deleg. c. cum venisset ex. de testibus,
& vtrobique *DD. & c. sollicitudinis, ex. de*
appell. l. ad solutionem C. de re iud.
684 Ideo cum Iudex grauans † non possit
685 cognoscere causam grauaminis, † sed hu-
iusmodi cognitio spectet ad Iudicem ad
686 quem, † neque teneatur appellans coram
Iudice à quo comparere ad iustificandum
grauamen; si citatus compareat ad illud
687 iustificandum, videtur appellationi re-
nunciare, *Gemin. in c. si à Iudice de appell.*
in 6.

Hæc conclusio, quod appellans faciens actum contrarium appellationi videatur illi renunciare,
688 Limitatur † primo vt non procedat in
actu, qui fiat ab appellante inuito, quia
debet illum sponte facere, ad hoc, vt cen-
seatur appellationi renuntiare.
689 Secundo in actu, qui fit coram Iudice,
ad effectum impediendi executionem
sententiæ, vel colorandi appellationem,
vt si ad hunc effectum petat recipi te-
stes affuturos, vel valetudinarios, aut a-
ctus respiciat grauamen sibi illatum, vel
attentata, vel in summa aliquid aliud,
quod respiciat faciliorem expeditionem
appellationis; hæc enim confirmant po-
tius declinationem iurisdictionis, quam
eam tradant: dummodò non petatur per
Iudicem pronunciari, vel citetur pars ad
dicendum contra Iura, *Franc. in c. cum te-*
neamur num. 10. eod. tit. Rot. decis. 2. & 63. de
appell. in nou. Bisignet. decis. 5. & 16. eodem tit.
licet *glos. & Gemin. in d. c. si à Iudice in ver.*
690 *non teneris,* † contrarium annuere videan-
tur, licetque etiam, *multi tenuerint*
indistinctè, per quemlibet actum tendentē
in fauorem appellantis, & ad declinandā
691 iurisdictionem Iudicis à quo, † non cen-
seatur appellationi renunciatum, vt *Abb.*
& Imol. in cap. sollicitudinem, ex. de appell. in
quo etiam videndus est Franc. in d. c. cum te-
neamur.

Ideo clarum est, quod appellans ante
692 diffinitiuam, † potest deinde etiam ab ip-
sa diffinitiua appellare, neq; propterea vi-
detur priori appellationi interpositæ ab
693 interlocutoria † renunciare, *Clem. 1. iunct.*
glos. in verb. appellare, de dol. & contum.

Si Iudex non detulit huiusmodi appel-
lationi ab interlocutoria, ex eo quod nō
694 sit legitimè interposita, † potest cōtra ap-
pellantem etiam non citatum, vel absen-
tem, ad diffinitiuam procedere, *d. Clem. 1.*
695 Imo tanquam verus contumax, non pos-
set postea à diffinitiua appellare, nisi ap-
pellauerit à non delatione, *Card. in Clem.*
1. num. 9.

696 Limitatur tertio, † in actu reprobato à Iudice, & à parte, cum non possint fundare se in actu impugnato, *glos. & DD. in d.c.cum venissent.*

697 Limitatur quarto, quando Iudex † detulit appellationi, quia tunc per actum factum à parte reuiuiscere non potest, *Rot.dec.49.de appell. in nou. Franc.in c.dilectis,num.10.ex.de appell.*

698 Limitatur quinto, quando † appellans fuisset dolo inductus à Iudice ad illum actum faciendum.

699 Sexto in actu † facto à filio, vel amico appellantis, sine illius mandato, vel ratihabitione.

Septimo, quando Iudex, coram quo
700 † comparet appellans, gerit vices Iudicis ad quem: vt puta, si sit Legatus in partibus, qui habcet potestatem cognoscendi de appellationibus interpositis ad Papam.

701 Octauo, quando † Iudex adeatur tamquam bonus vir, non autem in forma iudicij.

702 Nono, si actus † concernit solemnitatẽ appellationis, vt sit petendo apostolos.

703 Decimo, si actus, & continuatio † fiat per metum, pręuia d.metus protestatione; vt latè de his per *Felin. in d.c.gratum, & in d.c.cum venisset.*

Vndecimo, quando actus appellantis
704 est † per viam agendi, non autem si sit simplex patientia, *Innocent.& alij in c.olim, 3.ex.de rest. spoliat. Bartol.in l.1. C.de relat. Franc.in c.intimasti num.5. ex.de appell.*

705 In quo tamen † quando per patientiã, & taciturnitatem videatur renunciatum, vide *Felin.in c.cum in iure,num.9. ex. de off. deleg.*

Limitatur duodecimo, si post appella-
706 tionem † attentetur, quia licet appellans petat coram Iudice à quo attentata reuocari, non propterea censetur renunciasse appellationi, *Franc.& Dec.in c. cum teneamur extra de appell.Vestr.lib.8. c.vt lit.pend. fol.271.*

Limitatur decimotertio, quando ap-
707 pellans † comparcudo protestetur, quod appellatio sibi salua remaneat; si Iudex, vel pars non cnntradicat, nullum fit præiudicium appellationi, *DD.in c.fin. de appell.in 6. in c.significauerunt, ex. de testib.* & ad pręmissa est videndus *Franc.in d.c.sollicitudinem,num.10.cum seqq.vsq; ad num.17. ex.de appell.Guidopap.dec.364.*

Excommunicatus etiam petens absolu-
708 tionem à Indice à quo, censetur appellationi interpositæ renunciare, nisi de contrario protestetur, *d. c. sollicitudinem, vbi Franc.num.17.*

Similiter appellans, qui non defert suæ appellationi, sed attentat, & innouat,
709 † censetur suæ appellationi renunciare, *glos.in c.ex parte,extra de rescript.* quam opinionem communiter sequuntur *DD.* vt per *Franc. in cap. an sit num. 5. extra de appell.*

Et pręmissa procedunt in appellatione interposita, appellationi autem interpo-
710 nendæ † potest etiam expressè per pactum, & consensum vtriusq; partis, cum scriptura, vel sine scriptura, in iudicio, vel extra renunciari, *l.fin.vbi Bald.C.de temp.appell. l.postquam, C. de pact. glos.in c. ex multiplici ex.de decim. Rot.dec.2.de renunc.in nou.*

711 Si vna pars tantum renunciat, † non nocet renunciato nisi fiat in iudicio; vel si
712 fiat extra iudicium, requirit † saltem præsentiam alterius partis, vt per *Franç. in c. interposita, §. ille denique num. 2. ex. de appell.*

713 Et premissa procedunt, † etiam in pacto respectu vnius tãtum, siue sit iuratum, siue non, & non solum respectu certæ litis motæ, sed etiam futuræ, & incertæ, vt latè *Franc. in §. ille denique num. 16. cum sequentibus.*

Ista conclusio fallit in causis matrimonialibus, criminalibus, & in causa statns, *l.non tantum,ff.de appell.l.2.& 3.ff.de lib.caus.*
714 † in quibus expressa renunciatio per partem non tenet, quamuis possit non appellare, *Bald.& Salic in l.fin. §.fin. C. de temp. appell.Franc.in d. §.ille denique in fin. & in d.c.interposita.*

Tacite, quando coram Iudice grauan-
715 te † fit per grauatum aliquis actus, qui veniat consecutiuè ad implementum sententiæ latæ: vt puta, si petat terminum ad soluendum id, in quo fuit condemnatus, *l.ad solutionem,C.de re iud. DD. in c. significauerunt, extra de test. in cap.fin. de appellat. in 6.*

716 Vel si sententia fuit interlocutoria † actus, concernatque ipsam, adeò quod videatur illi acquieuisse: vt putà si producat testes in causa principali, pręcipuè
717 absque protestatione. † Secus si actus, qui fit, sit declinatorius iurisdictionis, vel saltem indifferens, *Franc.in d.c.sollicitudinem num.14.& 17.Felin.in cap. gratum, extra de offic.deleg.in c.cum venissent, ex. de test. & in c.quod ad consultationem ex.de sent.& re iud.* & late *Dec.in d.c.gratum*, qui conclusionẽ declarat pluribus modis. *Rot. d. decis. 63. & d.decis.2.& dec.49.de appell. Papazzon.in addit.ad decis.2.de renunc.in nou.*

Et ad declarationem, qualis debeat esse iste actus, per quem inducatur renunciatio appellationi interponendæ, potest

718 † addi aliqua ex limitationibus supradi-
ctis, circa appellationem interpositam,
quia conueniunt etiam interponendæ, vt
per *Dec.in d.c.gratum*.

Notandum est igitur, quod post appel-
lationem interpositam, appellans, si inul-
to appellato ipse recipit appellationem,
vel aliàs sua intersit ne appellatio desera-
719 tur, † non potest renunciare appellationi,
nisi quatenùs tendat ad sui fauorem, *Fe-
lin.in c.ex parte, num. 5. ex. de rescript.* vbi
remissiuè tradit, quando possit appellans
renunciare appellationi.

Ideò qui appellat à diffinitiua, si ap-
pellat quatenus contra, prout fieri solet
720 in Curia, † tunc potest quandocumque
appellationi renunciare, etiam inuito ap-
pellato, quia appellatio non deuoluitur,
721 nisi in partibus facientibus contra appel-
lantem, *Franc.in d. cap. §. ille denique num.
13.*

722 Appellans simpliciter, † an possit re in-
tegra inuito appellato renunciare, variæ
fuerunt opiniones, vt per *Franc. ibid. nu.
12.& 14.* qui tamen in hoc videtur persi-
723 stere, † quod si renũciatio fiat intra decem
dies, teneat etiam inuito aduersario; quia
724 † potest etiam ipse, si sentiat se grauatum
appellare; elapsis verò decem diebus, se-
cus, quia cum appellatio efficiatur com-
725 munis, fortè non appellauit, † volens
adhęrere appellationi ex aduerso interpo-
sitæ, neque conueniens est, vt decipia-
tur.

726 Appellans ab interlocutoria † potest
re integra, videlicet ante citationem par-
tis, vel etiam re non integra, si appella-
tus impugnauit appellationem, eo inuito
appellationi renunciare, *Franc. ibid. num.
10.& 15.*

727 Quando † appellans approbauit appel
lationem, aut Iudex assignauit terminum
vel detulit appellationi, videndus est *idem
ibid.d.num.15.*

Limitantur tamen omnia supradicta,
728 vt † non procedant in beneficialibus, &
causis maioribus, quia statim deuoluunt
ad Papam; ideo inuito appellato, non
729 potest appellans, etiam re integra † ap-
pellationi renunciare, vt dicit *Franc. ibid.
num. 16.*

Notandum est adhuc in praxi, quod li-
cet supra dictum sit, quod postquam ap-
pellatio est facta communis, non potest
inuito appellato appellationi renunciari,
730 quod † id procedit, quando sit facta com
munis ex eo, quia fuit adita plena Signa-
tura, & ab ea commissa causa appellatio-
nis, talis enim commissio tunc dicitur ex
hoc communis vtriq; parti, & vnaquæq;
pars potest vti tali commissione, illamq;
incapsare: nihilominus huic commissioni
731 sic vt supra communi † potest appellans
renunciare, & ea non obstante petere ab
Eminentissimo Præfecto, quod proceda-
tur coram Iudice grauante, quod solet e-
uenire, si actor, qui appellauit ab aliquo
incidenti, omisso tali incidenti, & renun-
ciato appellationi ab eo, petet ab Eminen
tia sua, vt mandet procedi in negocio
principali coram Iudice à quo, ne illud
vlterius differatur: & ita pluries obtinui
aliquando ab Eminentissimo D. Cardina
li meo Iulio Sacchetto, & aliquando ab
eius DD. Auditoribus Illustrissimo, & Re-
uerendissimo D. Iulio de Oddis, & Illu-
strissimo, & Reuerendissimo D. Io.Bapti-
sta Altouito.

Est notandum vlterius, quod renun-
cians appellationi simpliciter, intelligi-
732 tur † renunciare appellationi, tam à diffi-
nitiua, quàm ab interlocutoria, *Bald. &
Salicet.in l.fin.C.de temp.appell. Franc. in d.
§.ille denique nu.6.*

733 An autem in dubio † intelligatur re-
nunciare solummodo instantiæ, vel etiam
iuri, sunt consulendi *Anchar. & Gemin. in
c.quamuis, de elect.in 6.Innoc.in cap. veniens.
ex.de renunc.& not.in l.postquam liti, C. de
pact.*

Qui renunciat appellationi interpositę,
734 etiam re integra † tenetur ad expensas fa
ctas per appellatum, occasione prosecu-
tionis appellationis, nisi appellans habuis
set iustam causam appellandi, *c.interposi-
ta, d.§.ille denique, vbi Franc.in princ.*

Nec est ignorandum, pro tituli huius
735 complemento; † quod Procurator absque
speciali mandato appellationi renunciare
non potest, *Abb.in c.cum olim ex.de off. de-
736 leg. Cassad.dec.3. de rescript.* † quod proce-
dit, etiamsi talis appellatio fuisset inter-
posita per ipsum Procuratorem, *Angel.in
l.bonorum, ff.rem rat.hab.& in l.1.§.1.ff.qui-
bus appell.non lic. Mohedan.dec.91.de appel.
seu de offic.delegat. Franc.in d. §. ille denique
num. 9.*

Plura alia de appellationibus strictè
circa stilum Curiæ Capitolinæ dixi infra:
hęc autem, quæ supra dixi, sunt practica-
biliora in quocumque foro tam in Curia,
quàm extra eam.

De Signatura.

Cap. II.

De potestate Signaturæ Iustitiæ.

Artic. II.

1 *Signatura Sanctissimi videt materias concernentes meram, & supremam auctoritatem.*
2 *Commissio reiecta in Signatura iustitiæ proponi nequit in Signatura Sanctissimi.*
3 *Cardinalis Præfecti Signaturæ attenditur.*
4 *Cardinali Præfecto dicenti, Placet SS. D. N. creditur.*
5 *Rota non solet controuertere rescriptum Signaturæ iustitiæ, sed sequitur libenter.*
6 *Innouare nihil possunt partes post suspensiuam resolutionem Signaturæ iustitiæ.*
Declara si resolutio fuit facta causa ab ipsa cognita. ib.
Amplia etiamsi commissio fuit sub bancha obtenta, quia omnino requiritur reformatoria. ibid.
7 *Signaturam offendens committẽdo aliquid contra recursum ad illam, quod periculum incurrat.*
8 *Commissio Signaturæ iustitiæ non suffragatur, quando Papa manum apposuit, & adest commissio manu illius signata.*
9 *Declaratur tamen quando suffragetur, & possit illa rescribere.*
10 *Signatura iustitiæ quoad Tribunalia priuilegiata non rescribit cõmittendo, neque contra priuilegia.*
11 *Declara rescribere iudicando prout de iure.*
12 *Cardinalis Præfectus inter priuilegiatos potest manu regia differentias terminare.*
13 *Rescriptum, quod obtinetur, retrotrahitur ad diem decreti.*
14 *Declara aliàs Rotam dixisse retrotrahi ad diem appellationis.*
15 *Commissio si petatur cum facultatibus Gubernatoris in Rota, quid? remissiuè.*
16 *Fructus an possint prætendi per rescriptum cũ clausula, parito Breui.*
17 *Commissionis subreptio in Curia non potest opponi, & quare.*
18 *Signatura Tribunal à quo, vel à quibus regatur.*
19 *Signatura quibus diebus soleat congregari de stilo.*

QVæ dicemus de tanto Tribunali erũt duntaxat ad hoc, vt mihi satisfaciam circa difficultates, quas praticando inueni.

De origine enim illius habuimus plures, qui materiam propalarunt, prout *Gomes, Vestr. & alios*, & cito habebimus alios.

1 Ego vero didici, quod materiæ concernentes meram, & supremam authoritatẽ, spectant ad Signaturam Sanctissimi, vt puta tollere leges, statuta, & priuilegia clausa in corpore iuris; & de his est author *Staphil. de litteris gratiæ, cap.5. quomodo derogetur statutis, fol. mihi 197. & de litteris iustitiæ, cap.1. in fin. fol.269. Marches. de commiss. auoc. cap.1, num.15. & p.1. cap. 27. num.98. fol.243.*

2 Vlterius, quod reiecta commissio in Signatura iustitiæ, proponi non potest in Signatura Sanctissimi, non solum ob *Bullam Pij IV.* super reformatione, sed etiã ob *Bullam s. m. Pauli V. const.72. in bullario nou. tom.3. pag.393.* vbi etiam videtur quod in causis Cameræ Apostolicæ Signatura iustitiæ non rescribit. Et ad hoc est videnda etiam *constit.65. Clem. VIII. pag.678 in d. bull. nou. tom.3.*

3 Quoad materias iustitiæ, attenditur Signatura Eminentissimi Cardinalis Præfecti, non extensio Regentis, *Cassad. dec.7. de rescript.*

4 Et creditur ei Cardinali dicenti, Placet Sanctissimo Domino Nostro Papæ. *Seraphin. decis.393, num. 6. & decis. 857. num. 13.*

5 Et Rota non solet controuertere, nec in dubium reducere, rescripta Signaturæ iustitiæ, sed illa libenter sequi. *Seraph. d. decis.957. num.12.*

6 Et post resolutionem suspensiuam illius nihil potest à partibus innouari, si resolutio fuit facta causa ab ipsa cognita. Quod etiam procedit, si commissio sub bancha fuit obtenta, quia debet in omnem euentum obtineri reformatoria, *Marches. de commiss. d. p.2. tit. de auocat. caus. cap.1. num. 57. in fine, fol.468.*

7 Quando fit aliquid contra recursum ad tantum Tribunal, quid possit euenire, dicam *tit. de attentat.*

8 Sed est aduertendum quod commissio Signaturæ iustitiæ, non suffragatur quando Papa manum apposuit, & adest commissio illius manu signata, *Seraphin. decis. 1276. num.3.*

9 Et quando suffragetur, & in quo casu possit illa rescribere, dicit *Seraphin. decis. 857. & Marches. tit. de commiss. tit. de Signatura gratiæ, par. 1. cap. 1. num. 36. post medium.*

10 Quoad † Tribunalia priuilegiata, Signatura iustitiæ non rescribit committen-
11 do, & neque contra priuilegia; sed bene rescribit perpendendo, prout de iure, an

talia priuilegia intrent, & extendantur de vno ad alium casum, & de vna ad aliã personam? quia hoc est munus iustitiæ. Et ratio videtur clara, quia talis Signatura repræsentat ipsum Pontificem, qui prout de iure interpretatur vtendo terminis iustitiæ, & non gratiæ, argumento *tex. in l.falso, C.de diuers.rescrip.*

12 Inter Priuilegiatos Cardinalis Præfectus potest manu regia differentias terminare, & in hoc habetur *Reform. S.m. Pauli V.tit.de Signat.iustitia,d.const.71.in d. bull.tom.3.*

Qui vult autem scire plura, adibit *Staphil.*de litteris iustitiæ,& *Marches.*qui plura etiam de eodem Tribunali congessit.

13 Quando obtinetur rescriptum, illud retrotrahitur ad diem decreti, *Rota in Bononien.bonorũ 17.Martij, 1649. coram R.P.D.*
14 *Bichio in fol.* † Aliàs etiam Rota dixit, quod retrotrahitur ad diem appellationis; vt est casus in *Calaguritana beneficij 17.Februarij 1648:coram eodem in fol.* Aliàs ad diem grauaminis, vt in *Auenionen. attentatorum 10.Iunij 1648.coram R.P.D.Celso pariter in fol.*

15 Nec omittendus est casus, qui fortasse euenire potest in praxi: si quis scilicet peteret commissionem in Rota cum facultatibus Gubernatoris; quia hoc reperitur factum in *causa Auximana fideicomm. 25. Iunij 1632.coram b.m.Card. Hieronymo Verospio penes Post.de subhastat. decis.93.*

16 Si quis obtineat rescriptum cum clausula, Parito Breui, non potest ex ea prætendere fructus, nisi de eis in commissione fuerit facta mentio specialis: Est casus in *decis.Aretina Plebania 3. Ianuarij 1623. coram.b.m.Remboldo in fol.*

17 Et si vnquam euenerit casus, quod aliquis det de subreptione commissionis? Tunc est dicendum, quod in Curia non datur, vt dixi *cap.de mand.art.13.*quia aditus ad Principem facillimè communicatur, Rota in *Camerinen.expensarum 9.Iunij 1625.coram d.b.m.Remboldo.in fol.*

18 Hoc Sacrum Tribunal hodie regitur summa cum vigilantia, & integritate ab Emiuentissimo D. meo Card. Iulio Sacchetto eiusdem Signaturæ à felicis recordationis Vrbano VIII. Præfecto; deinde ab Innocentio X. & postmodum à Sanctissimo, Pijssimoque D. N. fœlicissimè regnante Maximo Alexandro VII. confirmato.

19 Stilus illam congregandi, solet esse in Ioue, de octo diebus, & stante aliquo impedimento differtur ad quindecim dies, seruantur in illa, quæ sunt disposita in supradicta *Constit. 71. Pauli V. super reform. Tribunal.Vrbis edita,in bull.nou.tom.3.*

Pro bono regimine Tribunalis emanarunt ab eodem Eminentissimo, & à plena Signatura plura decreta, quæ quotidie inuiolabiliter obseruantur, & inter cætera.

A quo, & quomodo reguletur Signatura, & de eius legibus.

Artic. II.

20 *Referendarij quot causas possint proponere in Signatura pro qualibet vice.*
21 *Procurator qualiter debeat consignare commissionem Referendario, vel Reuisori.*
22 *Signatura non potest informari, nisi appositum fuerit, Proponam, manu Referendarij Ponentis.*
23 *Procuratores ipsi ponunt, Proponam, in informationibus Signaturæ votantibus dandis. Causa nec videtur à Votantibus, nec proponitur in Signatura, si desit, Proponam. ib.*
24 *Procurator ponens ex se, Proponam, in causa Signaturæ, qualiter puniatur, & quando.*
25 *Referendarij Ponentes non possunt proponere in Signatura vltra duas causas.*
26 *Prælati Votantes non tenentur videre causas vltra numerum destinatum.*
27 *Referendarij non possunt acceptare commissiones, quas non intendunt Proponere. Neque possunt facere fidem ad effectum obtinendi alicui parti supersessoriam. ibid. Referendarij non possunt recusari tanquam suspecti, nisi causa approbata ab Eminentiss. Præfecto. ibidem.*
28 *Citatus, & intimatus legitimè non informans Signaturam, non auditur postea, nisi, & qualiter.*
29 *Signatura an concedat nouam audientiam, & qualiter.*
30 *Signatura concedit supersessoriam, sed cui, quando, & qualiter.*
31 *Supersessoriæ Signaturæ contraueniens qualiter puniatur ab Eminentissimo Præfecto.*
32 *Signatura an soleat concedere Nihil transeat, vel Retineatur, contra Commissiones.*
33 *Commissio si incapsetur non obstante Nihil transeat Signatura, quid indè sequatur.*
34 *Commissio obtenta sub Bancha, obtenta prius supersessoria, laceratur.*
35 *Citatio coram Eminentissimo Præfecto non arctat ad comparendum, si sit sine die, & hora certis.*
36 *Citationes coram Eminentissimo Præfecto, stante impedimento, leguntur coram suo Auditore.*
37 *Citatio debet renouari, si dies audientiæ effluxerit.*

Signa-

Signatura informatur die martis ex consuetudine.

38 *Limita in Aduocato, Procuratore, & Substituto fiscali.*

39 *Causa dilata in Signatura, intelligitur ad primam, cum superseßoria.*

40 *Citatus non comparente citante, quando poßit sine incursu attentatorum procedere ad vlteriora.*

41 *Et quid si adeßet superseßoria, vel inhibitio subscripta ab Eminentiß. Signaturæ Præfecto, vel suo Auditore?*

42 *Signatura an, & qualiter committat A.C. vt causas primæ instantiæ remittat ad Ordinarium.*

20 QVod, quando Signatura fit de octo in octo diebus, illius Reuerendissimi Patres Referendarij, non possunt proponere vltra duas commissiones, connumeratis dilatis in præteritis Signaturis; quando verò fiat post octo dies, tūc licet cuique Referendario proponere vsq; ad tres commissiones.

21 Seruatur etiam, quod nullus Procurator potest consignare commissionem aliquam, nec Referendario, nec Reuisori, nisi illa ante omnia fuerit signata nomine, & manu ipsius Procuratoris à tergo ipsius commissionis.

22 Minusue qui porrigit commissionem, potest distribuere Informationes pro Signatura, nisi sub designatione partium fuerit appositum, Proponam, manu Referendarij Ponentis describendum.

23 Hoc tamen practicatur, quod illud apponitur duntaxat in informatione danda Eminentissimo Præfecto, & in reliquis, quod rescribantur eadem verba originalia Prælati in dorso aliarum informationum, per hæc verba, Proponam die Iouis, quæ erit dies talis, mensis talis, anni talis, in primo Turno, vel secundo, aut tertio, prout placebit D. Ponenti, qui deinde debet se subscribere, vt putà *A. Roccius*, & si non aderit tale Proponam, causa nec videtur à Votantibus, nec proponitur in Signatura.

24 Si autem fortè aliquis Procurator ausus fuerit, illud ex se describere, & postea commissio non proponatur, tunc talis Procurator condemnatur arbitrio Eminentissimi Præfecti ad refectionem expensarum alteri parti; præter alias pœnas eiusdem arbitrio infligendas.

25 Adest etiam aliud decretum, quod si plures Commissiones vltra numerum destinatum aliquis Prælatus proponere audebit, nullatenus DD. Votantes eas videre tenentur, nisi adsit licentia D. Præfecti met proponendi extra numerum, alias nulla de eis ratio habeatur, & reijciuntur, ac si ad Signaturam non fuissent delatæ.

26 Si plures causæ signatæ à D. Ponente sub eodem turno indicentur, tunc etiam si ille non excessit in numero, nulla ex eis videtur à DD. Votantibus.

27 Cauent etiam DD. Referendatij acceptare commissiones, quas non intendunt proponere, & tali casu cauent etiam in faciendo aliquam fidem ad effectum obtinendi alicui parti supersessoriam, neque dd. Referendatij possunt recusari tamquā suspecti, nisi causa fuerit expressa, & approbata ab Eminentissimo Præfecto.

28 Si pars legitime citata fuerit die Iouis ante Signaturam, & fuit intimata die Sabati, si non informat die Martis, non solet obtinere nouam audientiam, nisi solutis scutis quatuor pro expensis parti reficiendis: & idem solet seruari si informauit, & succubuit, & petit, & obtinet nouam audientiam.

29 Est aduertendum, quod ista noua audientia conceditur tantum ex legitima causa, præuia citatione partis, ab ipso Eminentissimo, vel D. eius Auditore approbanda: & citatio solet esse huiusmodi Ad videndum concedi licentiam redeundi ad Signaturam, & sibi inhiberi ad statim, seu ad primam diem, & interim quandocumque, ne audeat aliquid innouare, sub pœnis attentatorum, & alijs arbitrio Domini, & vigore istius citationis solet obtineri decretum: Facto deposito scutorum quatuor, & reproposita causa per eundem Prælatum, imparititus fuit licentiam redeundi ad Signaturam, cum intimatione, omni &c.

30 Vlterius Signatura concedit supersessoriam ipsam adeunti, ab origine diei Martis, vsque, & per horam post meridiē

31 diei Iouis sequentis: † & si quis ausus est vnquam contrauenire, Eminentissimus Præfectus acriter inuectus est cōtra attentantem, cum reuocatione gestorum, & mediantibus alijs pœnis arbitrio eius inflictis.

32 Minus consueuit concedi aliquod Nihil transeat, vel Retineatur, pro impediendis commissionibus, sine expressa causa: & si commissio eo concesso, & non ob-

33 stante † dicto Nihil transeat, fortè fuerit incapsata, tunc mandatur carcerati irremissibiliter Magistrū Cursorum, qui incapsauit; cui additur etiam incapsans, si constet de eo notitiam habuisse.

34 Idem consueuit euenire illis, qui obtinuerunt ab Eminentia sua aliquam supersessoriam, & deinde sub banca obtinent com-

commissionem: quia Eminentissimus D. tali casu semper commissiones lacerari mandat, cum non sit æquum; quod sub fide dictæ supersessoriæ pars decipiatur.

35 In Citationibus, quæ dietim fiunt pro aliquo negocio coram D. Eminentissimo met, vigore eiusdem decreti non arctatur citatus ad comparendum, nisi adsit ex-

36 pressa hora, & dies pro qua citatur: & est etiam alius stilus, quod stante impedimento eiusdem Eminentissimi, citationes omnes, etiam coram ipso factæ, leguntur co-

37 ram *D.* eius Auditore; Et si effluxerit dies audientiæ, tunc denuo citari debet. Ordo autem informandi die martis reperitur approbatus à laudabili consuetudine, quod scilicet, ille prius informet, qui prior posuit pedes ad solium primæ ianuæ domus Domini informandi.

38 Hanc regulam tamen non seruant DD. Aduocatus, Procurator, & Substituti fiscales, qui informant pro fisco, & in hoc hodie non est controuersia.

39 Et quando fuit proposita causa, & dilata eius resolutio, intelligitur ad primā cum supersessoria, licet Eminentissimus *D.* propter impedimenta Prælatorum soleat humanè agendo alias supersessorias impertiri.

40 Et quia reperti fuerant aliqui malitiosi litigantes, qui partes vexabant continuis citationibus coram *D.* Præfecto, & in termino non comparebant, vt nouas inducerent vexationes: de ordine eiusdē Eminentissimi inoleuit alter stilus, quód citatus duabus vicibus, si citans non compareat, talis citatus, etiam quod tertiæ vice reiteretur citatio cum inhibitione ad statim, non tenetur seruare d. inhibitionem, sed potest procedere ad vlteriora sine incursu attentatorum.

41 Hoc tamen limitatur, quando talis supersessoria, vel inhibitio fuit subscripta ab Eminentissimo, vel Domino eius Auditore.

42 Tribunal huiusmodi est tantæ authoritatis, vt si A.C. se ingerat in causa primæ instantiæ, soleat illi mandare, vt præuia reuocatione, & repositione à quocunque decreto, eam remittat ad suum Ordinarium; sic fecit multoties, & in specie in causa Portnen. proponente R.P.*D.* Criscomio 3. Iulij 1648. vt videri potest in libro Signaturæ, qui retinetur à d. Eminentiss. *D.* meo Card. Sacchetto.

De ordine seruando circa causarum decisionem.

Artic. III.

43 *Signatura non decidit causas, sed instar supremi Principis rescribit.*

44 *Procuratores practici strictè enarrant factum in informationibus.*

45 *Commissio reijcitur quando actio est clara, & exceptio turbida.*

46 *Et quid si actio est clara, exceptio clara, & replicatio turbida?*

47 *Quidque si actio clara, exceptio clara, replicatio clara, & duplicatio turbida?*

48 *Rescripta innumerabilia conceduntur à Signatura, & quo stilo.*

49 *Signatura habet causam pro appellabili, si simpliciter rescribit pro appellatione.*

Et quid si rescribit cum clausulis suspensionis? ib.

Executio facta, vel facienda an, & quid patiatur per rescriptum Signaturæ suspensiuum. ibid.

50 *Clausula, ad vlteriorem executionem, qualiter intelligatur.*

51 *Signatura rescribens cum clausula, constito de Egidiana, quid dicatur facere.*

52 *Signatura in beneficialibus signat commissionem cum clausula, sine præiudicio litterarum apostolicarum.*

53 *Recursus simplex ad Signaturam SS. quando causet attentata.*

43 ET in eo non deciduntur causæ, sed ad instar supremi Principis rescripta sunt in materijs iustitiæ; illaque, vt dixi, semper intelliguntur prout de Iure.

44 Et practici, & versati Procuratores, quando causæ ibi proponuntur, in faciendis eorum informationibus, non proponunt rem ab ouo, sed strictè narrant factum, de quo agitur: & deinde si sunt rei, exceptionem claram quoad possunt.

45 Quando actio est clara, & exceptio turbida, reijcitur commissio, & petitio Porrigentis.

46 Si actio est clara, & exceptio clara, replicatio turbida, signatur commissio, & rescribitur pro porrigente.

47 Si verò actio clara, exceptio clara, replicatio clara, & duplicatio turbida, reijcitur commissio.

48 Et cum huiusmodi stilo quotidie innumerabilia rescripta conceduntur, & reijciuntur, iuxta innatam Eminentissimi

mi D. Præfecti. & DD. Votātium prudentiam, & integritatem.

49 Si ibi rescribitur pro apellatione simpliciter, signum est, quod absque dubio habet causam pro appellabili; si vero cū clausulis suspensiuis, puta cum facultate manutenendi quem de Iure, cum clausula, Si quid exequendum, & similib. dicitur suspicasse de validitate executionis, & impeditur facienda, non autem facta retractatur, aut reuocatur, prout de prima clausula dixit *Rot. in Aucnionen. attentatorū 10. Iunij 1648. coram R. P. D. Cerro in folio.*

50 Clausula, ad vlteriorem executionem, intelligitur ex eisdem, non autem ex nouis, nisi reus aliquid producendo det occasionem actori etiam producendi, vt in *Romana dotis 1. Iulij coram R.P.D. Ghisilerio dec. 241. p. 7. recen.*

51 Quando rescribit cum clausula, constito, vt puta de Egidiana, vel aliter, tunc dicitur inferre conditionem, & ideo requiritur, quod illa concludēter probetur, vt in *Toletana matrimonij 1. Feb. 1649. coram Eminentiss. Card. Corrado in fol.*

52 In beneficialibus non signat commissiones regulariter, aliter quam cum clausula, Sine præiudicio litterarum apostolicarum, etiamsi super iactationibus, vt in *Firmana Cappellæ 28. Aprilis 1651. coram R.P.D. Bichio in fol.*

53 Vnumque aduerte pro Signatura Sanctissimi, quod simplex recursus ad eam nō causabat antea attentata, vt in *d. Auenionen. attentatorū*; hodie tamen caueat, si fuit transmissa commissio vsque ad primam Sanctitatis Suæ signaturam: & sic practitur, vt vidi tam in Dataria, quam apud Iudices ordinarios.

De Commissionibus.

Cap. III.

De Commissionum differentia.

Artic. I.

1 *Commissiones vel tribuunt, vel excitant iurisdictionem.*

2 *Commissiones, quæ tribuunt iurisdictionem, aliæ sunt pro prima, vel secunda, vel tertia instantia.*

3 *Iudex procedens vigore commissionis iurisdictionem tribuenti, semper dicitur delegatus.*

4 *Commissiones iurisdictionem excitātes possunt quandocumque superuenire.*

5 *Iudex ordinarius per commissionem iurisdictionem excitantem, non dicitur delegatus.*

6 *Commissiones aliquæ dantur, vt delegatus procedat ad vlteriora post diffinitiuam.*

7 *Iudex post diffinitiuam non potest amplius se ingerere.*

8 *Auditores Rotæ non indigent commissionē, vt possint procedere post diffinitiuam.*

9 *Iudices debent regulari à rescriptis, & clausulis in commissionibis positis.*

10 *Iurisdictio deficit iudici, quando limitationes excedit.*

11 *Commissiones, quæ loco libelli, & monitorij sunt, in quocumque iudicio deseruiunt pro prima instantia.*

12 *Iudicium executiuum mediante commissione quandoque in Rota intentatur.*

13 *Commissiones appellationum deseruiunt pro secunda, & tertia instantia.*

14 *Commissiones aliæ sunt, quæ pro executione sententiarum necessariè obsignantur.*

15 *Commissiones excitatoriæ quandonam adhibeantur.*

16 *Commissiones aliæ sunt necessariæ in sanandis nullitatibus processus.*

17 *Nullitas citationis, iurisdictionis, & mandati an sanetur etiam per Papam.*

18 *Nullitas ex defectu insinuationis, vel archiuij potest tolli per commissionem.*

19 *Commissio quandoque est necessaria inter acta iudiciorum.*

20 *Commissio pro prima instantia denegatur, & quare.*

21 *Limitatur, quando aliter Signatura iudicaret, & quando.*

22 *Exempti à iurisdictione Ordinarij possunt commissionem impetrare pro prima instantia.*

23 *Commissio pro prima instantia potest obtineri, si agitur de interpretatione litterarum Apostolicarum.*

24 *Ampliatur sufficere, si narretur, licet non iustificetur.*

25 *Nullitas rescripti in Curia non datur coram Iudice commissario.*

26 *Nullitas sententiæ coram iudice appellationis non datur in Curia.*

28 *Iurisdictio delegata dignitati transit ad successorem.*

29 *Commissionem impetrans, an possit pœnitere, & quando.*

30 *Commissione quando non possit vti aduersarius inuito impetrante.*

31 *Commissionem nouam obtinere debet qui veteri vti desiderat ab aduersario obtenta.*

32 *Commissio appellantis an, & quando eo inuito prosequi possit ab appellato.*

33 *Appellans vti vollens commissione appellantis, quid facere debeat.*

34 *Signatura mandante commissionem esse communu-*

munem partes acquiescere debent.
35 *Citatio ad dicendum contra commissionem qualis esse debeat.*
36 *Citatio praedicta, si nihil de nouo productum fuit, qualis esse debeat.*
37 *Commissio oretenus a Papa data non impedit processum coram iudice suo.*
38 *Citatio ad dicendum contra commissionem an necessaria, & quare.*
39 *Citatio praedicta quid etiam operari soleat.*
40 *Petita in commissione an omnia dicantur concessa.*
41 *Rescriptum, Placet de secunda parte, quid significet in Signatura.*
42 *Error in commissione super re de qua agitur, est omninò euitandus.*
43 *Commissio errata, an tribuat iurisdictionem.*
44 *Error in nomine, licet non in cognomine, quid retur in commissione.*
45 *Rescripta, quæ fieri solent à Signatura, remissiue.*
46 *Signatura gratiæ quidnam sit rèmissiue.*
Referendarii, & eorum munus, & officium, remissiue. ibid.
47 *Iudicium non semper cum libellis, & monitoriis incipitur.*
48 *Causæ aliquando per commissiones incipiuntur, & terminantur.*

1 Commissiones aliæ tribuunt, † aliæ vero excitant iurisdictionem.
2 Illæ quę tribuunt iurisdictionem, † aliæ deseruiunt pro prima, aliæ pro secunda, & vlterio. i. tertia instantia: & Iudices, qui
3 procedunt illarum vigore, semper dicuntur Iudices delegati.
4 Quæ excitant iurisdictionem, † possunt in quacunque instantia superuenire, & Iudices de cætero ordinarij non dicuntur
5 delegati, sed semper remanent ordinarij, vt in *Const. 113. Pij V. & const. 71. Pauli V. de reform. Trib. Vrb. tit. de* A.C. §. *in causis quæ ordinaria.*
6 Est alia species Commissionum, † quibus vtimur coram delegatis. pro processu ad vlteriora. post diffinitiuam, cum post
7 functum officium in nihilo † possit se ingerere, dum iam per dictam diffinitiuam omnis iurisdictio expirauerit.
Quod procedit in omnibus commissarijs, exceptis Auditoribus Rotæ † in qui-
8 bus vnica commissio sufficit, vt fusè dixi *tit. de Iudice,* quando sum locutus *de Sacra Rota.*
9 Omnes Iudices† regulantur à rescriptis & restrictiuis in dd. Commissionibus appo-
10 sitis, quæ si excederentur, † deficeret iurisdictio.
11 Deseruiunt pro prima instantia, † illæ, quæ succedunt loco libelli, seu monitorij in quocunque genere iudiciorum, siue fimus in ordinario, siue summario, siue exe-
12 cutiuo; quoniam, & hic vltimus † quandoque mediante Commissione, intentatur in Rota, vt puta cum facultatious A.C. vel Gubernatoris, vel Vicarij, in quibus ipsi solent procedere executiue.
13 Deseruiunt † pro secunda, & tertia Commissiones appellationum, & postea succe-
14 dunt illæ, quæ obsignantur pro executione sententiarum necessariæ.
15 Excitatoriæ adhibentur, † quando dubitatur de iurisdictione Iudicis ordinarij ad tollendum scrupula, & disputationes, quæ non alterant iurisdictionem.
Quandoque etiam sunt necessariæ aliæ
16 Commissiones † in medendis, & sanandis nullitatibus alicuius processus: in quo tamen est aduertendum, quod nullitates citationis, iurisdictionis, & mandati nunquam neque † ab ipso Papa sanantur, nisi
17 vel fuerit adimpletum per æquipollens, vel alia subsit vrgentissima causa: quod sanè nunquam audiui practicatum.
Et quia quandoque proceditur vigore alicuius instrumenti, vel non insinuati, vel non archiuiati, vel vigore alicuius Apocę
18 non archiuiatæ, & † sic vt tollatur nullitas, tunc quoque dicitur necessaria Commissio sanatoria.
Prout etiam inter acta iudiciorum,
19 quandoque est necessaria † aut vnio, vel auocatio causarum, vel subrogatoria, aut similis, de his quoque differemus.
Ne autem pauperes debitores propter rigorem Creditorum impulsi carceris misericordia, *de dilationibus moratoriis* [illegible] *Odoardus, & septuagenaria* [illegible] *mus.*
Sed aduertendum est, quod qui vel et incipete iudicium per Commissionem in prima instantia nullum subest priuile-
20 gium, illum † non obtineret obstante Concil. cap. si sæ omnes: limitaretur tamen, quando ex iusta causa, id esse facien[illegible]
21 † Signatura iudicasset, parte audita vel saltem citata, & intimata.
Absolute hoc fallit quando eam pete-
22 ret † exemptus à iurisdictione ordinaria & S. Sedi Apostolicæ immediate subiectus vt sunt plures regulares, sub patrocinio S. Sedis in priuilegijs suscepti, inter quos sunt in specie Cistercienses, de quibus testatur *Rota in Gandauen. exe[c]utionis 10. Maij 1647. coram R.P.D. Cels apud Dianam par. 9. fol. 390. & in Ferraien. Abbatiæ 1. Iulij eiusdem anni, coram eodem in fol.*
Idem eueniret, & obtinebitur, etiam
23 in prima instantia, † vbi agitur de interpretatione litterarum Apostolicarum, vel illa-

illatum [illegible] it quo [illegible]
24 tetur. † [illegible]
pt [illegible]
[illegible]
25 p [illegible]
26 [illegible]
[illegible]
27 a [illegible] Prim [illegible] † debet tal [illegible]
p [illegible] cere in Signatura, vt dixit
*Rot. in Cæsaraugustana iur. [illegible] tris [illegible]
[illegible] Iulij 162. [illegible] baldo in fo*
lio.
[illegible] iurisdi-
28 ctio [illegible] transit a [illegible] quo-
niam Abb. [illegible] & dixit Rot. in Bo-
nonien. de Sa[illegible] Mart. [illegible] coram
Millino.
29 Impetrans Commissionem [illegible] pœ-
nitere ante citati [illegible] ad dicendum con-
tra ipsam, & ea non vti, nec aduersarius
30 potest † illa vti inuito impetrante, *Rot. in*
Romana pecuniaria [illegible] 19. No-
uemb. 1610. [illegible] b. m. Pi[illegible] decis. 31 [illegible]
p. 2. recent. & [illegible] 72. & qui
31 vult vti, debet obtinere † a[illegible] Commis-
sionem, quam videbis infra, post primam
Commissionem appellati[illegible], cum qua
faciet primam communem, & præuenire
cum citatione ad dicendum contra Com-
32 missionem † tunc enim, etiam inuito
appellante prosequi poterit, & non
alias: tuncque docebit de sua intentione
33 commissionem communem facere velle,
vt quotidie practicatur in Curia; quia
34 tunc præualet auctoritas Signaturæ, † &
ipsa mandante, partes acquiescunt.
Citatio ad dicendum contra Commis-
35 sionem debet esse specifica, nec sufficit ap-
p[illegible] in terminis [illegible] abus. Sed dic.
36 [illegible] sufficit ista † qu[illegible] nihil de nouo
[illegible] prout [illegible] scripsit *D.*
[illegible] bert. de citat. ordinat. par. 3. formul. 1. fol.
56.
Commissio à Papa oretenùs data non
37 impedit processum coram Iudice suo,
Seraf. dec. 1155.
38 Et talis citatio † est omnino necessaria
ad firmandam iurisdictionem, *Cassad. dec.*
[illegible] pell. Cæsar de Gra[illegible] decis. 1. de restit.
[illegible]
39 Sanatur tamen ex ea quæ seruatur in
terminis substantialibus. *Tiber. Salust. lib.*
[illegible] 28 [illegible] ex Rota coram Sacrato in Bracaren.
de G[illegible] 15. Nouemb. 160[illegible]
40 Et omnia petita in Commissione † di-
cuntur [illegible] cancel a-
ta, vel re[illegible], *Stef[illegible] c. hist. [illegible] cap. 2. fol.*
270. R[illegible] dec. 9.
de rescr[illegible] Signatura dice-
41 ret Placet de[illegible] illa secunda
Praxis Ca[illegible]

p[illegible] com[illegible] *Abbas [illegible] num. 2.*
c[illegible]
[illegible] summopere non errare
42 [illegible] dicere, & super
[illegible] Parochia[illegible] si illa est simplex be-
43 [illegible] non tribuit iu-
risdictionem *arg. cap. P. & G. de offic. deleg.*
sed [illegible] *taphil. de*
modo, & form. proced. [illegible] tat. absque fructu
num. 2. fol. 93.
Idemque euenit [illegible] errabitur in
44 nomine, & non fuerit erratum [illegible] cogno-
mine, *Stafil. vbi supra [illegible] 44. nu. 4. Rot. dec.*
16. de rescript. in nou.
Quæ sufficiant pro aliquali instructio-
ne, & ordine scribendi, quia opus addi-
45 rendi de rescriptis, † relinquo Excellenti
D. Aduocato Scipioni [illegible]antronchetto no-
bili Aueniononensi amicissimo meo, a quo
etiam maiora sperari poterũt, ob ingenij
præstantiam, & laborum assiduitatem.
Sicuti neque est meum hodie agere de
[illegible]rissimis Referendarijs, qui Commis-
siones proponunt, quoniam de ipsis egit
46 *Mar[illegible] vsq. 1. ca[illegible] 1.* † Nec minus in spe-
cie de Signatura gratiæ, quia idem de ea
egi [illegible]
A[illegible] aliquas Commissiones
necessarias ver[illegible] in foro, quia non
47 semper [illegible]
rijs incipiuntur sed sæpe euenire [illegible] vt
48 causæ a Commissionibus † [illegible] pro
sequantur, & terminentur.

De formulis Commissionum.

Artic. II.

Et quia processi cum distinctione Iudicum, prosequendo ab inuenti[illegible] pone[illegible] primo commissionem, quæ contingere potest, quando reus ad cui[illegible] vi[illegible] ex[illegible], cum aliqua inuen[illegible]
49 † fecit committere causam in Rota, ad præiudicandum creditori, tunc en[illegible] creditor adeundo Signaturam, siue agatur de obligatione Camerali, ad sui fauorem, siue de alio processu executiuo spe-
50 ctante ad A. C. procurabit committi R.P.D.A[illegible], vt procedat cum facultatibus d. A. C. & Commissio poterit esse huiusmodi

Romana.

51 BEATISSIME PATER, Antonius Rustrus in præinserta pro Oratore nominatus debitor Octauiæ Bedeschæ Sanctitatis vestræ Oratricis, in notabili pecuniarum summa excedente scuta quingenta, partim occasione legati sibi facti à quodam Titio in vltimo testamento cum quo decessit, & partim vigore obligationis cameralis, ad præiudicandum Oratori, extorsit committi causam [illegible] & iactationum R.P.D. Ve[illegible] tij Vestri Auditori, [illegible] Inhibitionem, [illegible] Oratrix impeditur proce[illegible] ram A.C. pro consecutione [illegible] quia Pater Sancte, eidem Or[illegible] interest [illegible] perue[illegible] exec[illegible] præiudicari non [illegible] supplicat Sancita[illegible] d.R.P.D. Verospio co[illegible] mandare dignetur, vt [illegible] ca[illegible] p[illegible] dicis procedat, per[illegible] præinserta signata fuisset cum [illegible] Auditoris Cameræ, & proce[illegible] clausula, quam, & quas, p[illegible] præmissis, necnon constitutio[illegible] b[illegible], & ordinationibus Apostolicis, [illegible] & Curiæ, c[illegible] contrarijs [illegible] non obstantibus [illegible] &c. [illegible] plene & sufficienter [illegible] c.

[illegible] vero no[illegible] commissa c[illegible] præ[illegible] [illegible]

re-

requirant disputationem, & desideras, quod omnia ... dis-putatione terminen
52 tur; † poteris in prima instantia obtinere commissionem in Rota, cum eisdem clausulis: sed tunc debes aduertere apponere
53 ista verba. † Dignetur igitur causam, & causas consecutionis, & solutionis dictarum pecuniarum ac quam, & quas &c. ac relaxationis mandati, & mandatorum desuper necessarij, & opportuni, vnà cum omnibus, & singulis emergen. dependen. annexis, & connexis, cum facultatibus Auditoris Cameræ alicui Sac. Palatij vestri Auditori, seu Locumtenenti committere, & mandare, audien. cognoscen. & executiue deciden. ac fine debito terminan. cum potestate citandi, & inhibendi, quos, quibus, & quoties opus fuerit, mandata executiua decernendi, & relaxandi, aliaq; omnia, & singula faciendi, dicendi, & gerendi, & exercendi in præmissis, & circa ea quomodolibet necessaria, & opportuna: præmissis &c.

Commissionem in iudicio ordinario registrabimus infra ec tunc afferemus necessarias in summaria altercatione.

De Commissione in iudicio adipiscendæ.

54 IN hoc iudicio si velis ius tuum consequi in Rota, † est tibi necessaria commissio similis infrascriptæ.

Æsina.

55 BEATISSIME PATER. Io. Baptista senior de Castellis in vltimo testamento, cum quo decessit, hæredes sibi vniuersales instituit Petrum, & Iosephum eius filios, illisque cum arctissima prohibitione alienationis bonorum, substituit filios masculos eiusdem Petri per fideicommissum perpetuum fauore agnationis perpetuandum. Post obitum testatoris mortui sunt etiam dictus Ioseph, & ... tus, dictumque fideicommissum purificatum reperitur in fauorem Io. Baptistæ Castelli iunioris Sanctitatis Vestræ Oratoris, filij d. Petri. Et quia plura bona d. fideicommisso suppo...a reperiuntur occupata partim a Titio, & partim à Sempronio & Oratori valde interest via iuris ad eorumdem bonorum immissionem deuenire, & tale beneficium breuioribus disputationibus consequi: Ideo humiliter supplicat Sanctitati Vestræ, quatenus causam, & causas immissionis, & immissionum vigore legis finalis, C. de Edicto Diui Adriani tollendo, ac quam, & quas &c. contra prædictos Titium, & Sempronium, ac alios quoscumque illicitos detentores, & occupatores habet, & mouer, habereque, & mouere vult, & intendit, vnà cum omnibus, & singulis dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, alicui Sac. Palatij vestri Auditori, vel Locumtenenti; attento quod bona, de quibus agitur, excedunt valorem scutorum mille monetæ Romanæ; committere, & mandare dignetur, cum potestate citandi, & inhibendi, in Curia, & extra, quos, quibus, & quoties opus fuerit, aliaq; omnia, & singula faciendi, dicendi, gerendi, & exercendi, in præmissis, & circa ea, quomodolibet necessaria, & opportuna; præmissis, necnon constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, stilo Palatij, & Curiæ, cæterisque contrarijs quibuscunq; non obstantibus, statum &c. pro plene haben. &c.

56 Ex ista commissione † poteris habere formulam ad omnia alia iudicia Adipiscendæ.

De Commissione in possessorio Retinendæ.

57 BEATISSIME PATER. Virginia Colotia Sanctitatis Vestræ Oratrix reperitur in pacifica, & quieta possessione tutelæ, & curæ Annæ Mariæ Amatoriæ natæ ex se, & quondã Attilio Amatorio eius marito. Et quia molestatur in dicto exercitio tutelæ, & curæ à Carolo Amatorio eius Cognato, & Oratrici valde interest via iuris manutentionem dictæ tutelæ, & curæ, & eius exercitij celerrime consequi, ob innumeras expensas, quas ex causa d. litis indebitè suffert: ideo humiliter supplicat Sãctitati Vestræ, quatenus causam, & causas, manutentionis, & manutentionum, ac quam, & quas, &c. vna cum omnibus, & singulis incidentibus, dependentibus, annexis, & connexis, alicui Sac. Palatij vestri Auditori, cognoscendi, decidendi, fineque debito simpliciter, & summariè terminandi committere, & mandare dignetur, cum potestate citandi, & inhibendi, in Curia, & extra, quos, quibus, & quoties opus fuerit, aliaque omnia, & singula, faciendi, dicendi, gerendi, & exercendi in præmissis, & circa ea, quomodolibet necessaria, vel opportuna, præmissis &c.

De Commissione in iudicio recuperandæ.

58 BEATISSIME PATER, Canonicus Alexander, & Nicolaus de Colinis de Æsio, Sanctitatis vestræ Oratores, fuerunt spoliati à Virginia Colina de prędio sito in pertinentijs Æsij prope molendinum &c. iuxta &c. Et quia amicabiliter requisita, à dicto spolio non curat recedere, & Oratoribus valde interest ad reintegrationem eorum prædij excedentis valorem scutorum quingentorum monetæ Romanæ deuenire: Ideò humiliter supplicant Sanctitati Vestræ quatenus causam, & causas, reintegrationis, & reintegrationum dicti prædij, ac quā, & quas &c. Oratores habent, & mouent, habereque, & mouere volunt, & intendunt contra præfatam Virginiam, & omnes alios spoliatores, vna cum omnibus, & singulis dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, alicui Sac. Palatij vestri Auditori, audien. cognoscen. deciden. fineque debito terminan. committere, & mandare, cum potestate citandi, & inhibendi in Cur. & extra, quos, quibus, & quoties opus fuerit, aliaque omnia, & singula faciendi, dicendi, gerendi, & exercendi, in præmissis, & circa ea, quæ quomodolibet necessaria fuerint, vel opportuna, præmissis nec non constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, stilo Palatij, & Curiæ, cæterisque contrarijs quibuscunque non obstantibus, statum &c. pro plene haben. &c.

De Commissione in iudicio Ordinario.

Maceraten.

59 BEATISSIME PATER, Io. Maria N[illegible]us Aduocatus Macer[illegible], Sanctitatis Vestræ Orator, [illegible] mutuauit scuta mille auri in auro stampatur[illegible] Capitupo sub p[illegible] & conuenti[illegible]ibus, de qu[illegible] instrumento inter partes solemniter celebrato. Verum quia [illegible] debitor [illegible] amicabiliter r[illegible], differt ad [illegible] deuenire; [illegible] humiliter supplicat Sanctitati Vestræ quatenus causam, & causas dicti mutui, ac d[illegible] restitutionis, ac quam, & [illegible] vna cum omnibus, & singulis suis incidentibus, dependentibus, annexis, connexis, totoq; negocio principali, alicui Sac. Palatij vestri Auditori, audien. cognoscen. fineque debito, prout iuris fuerit terminan. committere, & mandare dignetur cum potestate citandi, & inhibendi, quos, quibus, & quoties opus fuerit, &c. aliaque omnia, &c.

Et sequere alias clausulas supra in aliis Commissionibus registratas.

De Commissione in Saluiano.

Senogallien.

60 BEATISSIME PATER, Camillus Spaccafossus de Corinaldo, Sanctitatis Vestræ Orator, Creditor Francisci occasione fructuum annui census scutorum quinquaginta impositi super vna domo, sita in eodem loco Corinaldi iuxta &c. detenta, & occupata à Siluerio, ex quo ob fructus sibi debitos à dicto suo debitore, cogitur experiri iudicium Saluiani contra dictum Siluerium dictæ domus occupatorem. Et quia fortasse ob prætēsiones aduersarij, coram Iudice ordinario, lis in longum protraheretur, & Oratori valde interest ad immissionem q[illegible] citiùs deuenire. Propterea humiliter supplicat Sanctitati Vestræ, quatenus causam, & causas, immissionis, & immissionum ad dictam domum, in iudicio Saluiani interdicti ad [illegible], donec, & quousque Oratori [illegible] factum de fructibus [illegible] cu[illegible] d. census, & de alijs suis loco & tempore decurrendis, ac quam, & qu[illegible] Orator contra di[illegible]um, & omnes alio[illegible] habet, & mouet, & [illegible], & intendit, vna cum omnibus, & singulis incidentibus, e[illegible]s, annexis, & connexis, attento [illegible] agitur de anno redditu scutorum [illegible] monetæ ex ca[illegible]sa census scutorum o[illegible]gētorum in sorte pri[illegible] alicui Sac. Palatij vestri Auditori, vel Locumtenenti, audien. cognoscen. deciden. fineque debito summarie, simpliciter, & prout in beneficialibus terminan. committere, & mandare dignetur, cum potestate prædictum, & alios occupatores citandi, & eisdem inhibendi, toties, quoties opus fuerit, in Curia, & extra, aliaque omnia, & singula faciendi, dicendi, [illegible], & exercendi, in præmissis, & circa ea, quomodolibet necessaria, & oppor-

portuna, premissis necnon &c.

In hoc iudicio sæpius euenire consueuit, quod ille qui obtinuit immissionem, sit creditor tantæ summæ, vt etiam si possideat per decem annos, sit difficile, quod possit consequi integram satisfactionem.

Hoc casu, quia immissus propria au-
61 thoritate, non † potest vendere pignus, quod retinet ad sui satisfactionem, debet
62 † adire Signaturam Sanctissimi, & ab ea obtinere facultatem alienandi, *Rota in Romana Dotis 10. Decembris 1632. coram b.m. Pirouano decis. 161. p. 6. recen.*

Commissio solita, qua vti consueue-
63 runt, † est infra post commissiones primę instantiæ.

De Commissione super iactationibus.

HÆc Commissio est vsitatissima, & quotidie volitat per forum: ideo, licet fortasse sit nota, nihilominus dabo tibi formulam ex Marchesano.

Æsina.

64 BEATISSIME PATER, licet Hector Colotius Sanctitatis Vestræ Orator, à multis annis fuerit, & sit in pacifica possessione vnius vineæ cum domo picturis egregijs famosorum pictorum Ioannis Equitis Lanfranchi, & Andreæ Pellegrini de Sacchis depicta, sita in pertinentijs Æsij in loco nuncupato Lo stauiano, iuxta &c. & super ea à nemine debuisset, vel deberet molestari, perturbari, aut inquietari: quia nihilominus quidam Michael Angelus Massuccius ipsum Hectorē Oratorem nolle sinere possidere se iactat, & vociferat, contra omne debitum iuris, & valde interest Oratori, quanto citius via iuris se à premissis iactationibus, & vociferationibus eximere, & liberare. Ideo humiliter supplicat Sanctitati Vestræ, quatenus causam, & causas molestationis, & molestationum, iactationis, & iactationum, vociferationis, & vociferationum, alicui Sac. Palatij vestri Auditori, vel Locumtenenti, audiendas, cognoscendas, & decidendas, fineque debito terminandas committere, & mandare dignetur, cum potestate citandi, & inhibendi, quos, quibus, et quoties opus fuerit, aliaque omnia etc. vt supra, necnon aduersarijs præfatis, perpetuum silentium imponendi, prout de iure; premissis.

Est aduertendum, quod in ista Com-
65 missione non ponuntur verba † molestare, vel perturbare se iactat, quia ista concer-
66 nerent petitorium: † ponantur tamen, quando, etiam super petitorio causa desideratur committi.
67 Idem est cogitandum † de clausula, vna cum toto negocio principali.

Reliqua circa istam commissionem,
68 possunt † videri apud *Marches. de commiss. iactation. p. 3. §. 2. fol. 352.*

Commissio cum clausula, appellatione remota.

Romana.

69 BEATISSIME PATER, decessit anno præterito Titius Balleonus absque aliquo testamento, relictis in eius hæreditate pluribus stabilibus, mobilibus, et semouentibus. Et quia Sempronius, Titius, et alii eius creditores, vel proximiores in gradu etc. agunt coram diuersis Iudicibus Romanæ Curię pro consequendis eorum creditis, vel cum sint sanguine coniuncti, lites inter eos dirimendæ veniant quanto citius, ne odia nutriantur etc. et laboribus, et expensis, quæ in diminutione bonorum, et creditorum damnum, ac maximum illorum detrimentū, vel hæreditatis tendunt, ex quibus postea non aderit congrua satisfactio pro creditoribus: ideo humiliter supplicant Sanctitati Vestræ, quatenus causam, et causas, ac quam, et quas etc. cum suis omnibus, et singulis incidentibus etc. vel quatenus etc. præuia auocatione causæ, et causarum huiusmodi à quouis Romanæ Curiæ Iudice, quacumque authoritate, etiam delegata fungente, eas alicui Sac. Palatij vestri Apostolici Auditori, vel Locumtenenti, aut A. C. cum voto duorum Locumtenentium, aut etiam alicui S. V. bene viso cum voto Rotæ committere, et mandare dignetur summariè, simpliciter, et de plano, sola facti veritate inspecta, ac omni, et quacunque appellatione, reclamatione, recusatione, et restitutione in integrum remotis, cum potestate citandi, et inhibendi etc.

Com-

Commissio restitutionis in integrum, quæ licet detur post sententias, tamen primam in instantiam videtur inspicere.

Romana.

70 BEATISSIME PATER. Vertente lite coram A.C. in prima instantia inter Sanctitatis Vestræ oratorem Io. Baptistam Ciolium absentem à Curia, & Io. Baptistã Borellam Aduersarium præsentem de, & super &c. Placuit dicto A. C. Sanctitatis Vestræ Oratorem condemnare ad soluendum d. Aduersario scuta centum, & Procurator Oratoris neglexit infra legitima tempora appellare. Dignetur itaq; S. V. causam, & causas appellationis, & appellationum, tempore quo Oratori permissũ fuit, interpositæ, & interpositarum, necnon nullitatis, & nullitatum, ex tribus iniquitatis, & notoriæ iniustitiæ, ac gratiosæ restitutionis in integrum, attento quod negligentia Procuratoris principali obesse non debet, ac quam, & quas &c. vna cum omnibus & singulis inciden. annexis, connexis, totoque negocio principali, alicui Sac. Palatij Vestri Auditori, summariè prout in beneficialibus, committere, & mandare dignetur, & ipsum Oratorem ad appellandum, prouocandũ, & dicendum de nullitate, admittat, perinde ac si duraret tempus legitimum ad appellandum, aliaque omnia, & singula faciat, gerat, & exequatur, in præmissis, & circa ea, quomodolibet necessaria, vel opportuna, cum potestate citandi, & inhibendi &c. contradictores, & rebelles &c. ac Oratorem ante omnia ex clausula saltẽ generali, si qua mihi &c. cęteraque omnia &c. Aduersus præiudicialia in primis, & ante omnia restituendi, plenarie reponendi, & reintegrandi, cæteraque omnia faciendi &c.

Ex ista commissione mutatis mutandis
71 poterit haberi formula aduersus aditio-
72 nem hæreditatis damnosæ, † aduersus
73 lapsum fatalium, † aduersus venditiones
iniustas, et in alijs casibus. potest enim fa
ciliter compen[illegible]ari factulum in princi-
74 pio commissionis, † [illegible]e peti, vt Papa
c[illegible] a[illegible] re[illegible]utionis, et [illegible]n-
de à [illegible] clausulæ, quas superius [illegible]
[illegible]s
[illegible]re Re[illegible]
75 [illegible] e.iam [illegible] vt[illegible]ur pro executione
s[illegible] re[illegible], q[illegible]a[illegible]do [illegible] f[illegible] c-

torta dolosè, quæ tan[illegible] a, nunc enim datur

Alia Commissio Vnionis causarum.

Romana.

76 BEATISSIME PATER. Annis præteritis defunctus est Ludouicus Gri[illegible]a nus librorum Impressor, suo vltimo co[illegible]diio testamento, in quo hæredem sibi i[illegible]tuit vniuersalem Claudiam eius germanã sororem; et quia insurrexerũt multi i[illegible] asserti creditores, quidam coram A.[illegible] alij coram Vrbis Gubernatore, ali[illegible] T[r]ibunali Creaturæ Vestrę Cardinalis Vicarij, alij vero in Curia Capitolina, et alij [illegible] in alijs Tribunalibus, in maximum creditorum, et hæreditatis detrimentum: adeo vt Oratrix hęres [illegible]ius cum beneficio legis, et inuentarij, tot in Tribunalibus vocata non possit tot sumptus sustinere, iura tueri, et hæreditatem defendere; stante præcipuè numero scripturarum, quæ in forma probanti coram vnoquoque Iudice sunt producendæ. Quia verò valdè eidem interest non vexari coram to[t] d[i]uersis Iudicibus pro eadem re, et causa; ideo supplicat humiliter S. V. quatenus præuia auocatione causæ, et causarum huiusmodi, occasione dictæ hæreditatis coram quibusuis Romanæ Curiæ Iudicibus pendentium, in statu, et terminis, in quibus vnaquæque illarum reperitur, omnes ad se auocare, illasque sic auocatas, et insimul vnitas, alicui R[illegible] Iudici ordinario, co[illegible]re dignetur, audien. cognoscen. decid[en]. fineque debito termin[an]. summarie, omni et quacumque appellatione re[mo]ta, cum suis incid[illegible] pen[illegible], et connexis, totoque negocio principali, ac quam, et quas etc. cum potestate citandi etc. Priuilegijs, [illegible]tis prefatis Tribunalibus, vel vnicuique personæ, vel loco concessis, etiam in corpore iuris clausis, legibus quoque, statutis Vrbis, etiam iuramento vallatis, cæterisque contrarijs, necnon constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, stilo Palatij, et Curiæ, cęterisque contrarijs quibuscunque non obstan. [illegible]tarum etc. pro plene, et sufficienter expressis haben.

Si venerit casus alicuius discussionis [illegible] poterimus vti eadem commissio[illegible] [illegible]o, et a[illegible]s [s]ecundum contingentiam.

Commissio [illegible]
[illegible]

Spoletana.

78 BEATISSIME PATER. Cum [illegible] se [illegible] [illegible] non tam [illegible] vel [illegible] hære[illegible] [illegible] & [illegible] minus [illegible]. Verum quia ex [illegible] & vigore leg[illegible] Oratores trahunt, & non trah[illegible] ob aduersarij potentiam [illegible] partibus litigare perhor[illegible] tamen tum non sperant [illegible] qui, prout iurare parati [illegible], & quatenus opus sit, etiam iurant: Ideo supplicat humiliter S. V. quatenus præuia auocatione &c. causam, & causas prædictas ad A.C. remittere, & quatenus opus sit committere, & mandare dignetur, audiendas e[illegible] cum potesta te etc. vt supra etc.

Commissio absolutionis ad effectum agendi.

Æsina.

79 BEATISSIME PATER. Dominicus [illegible] sub die etc. [illegible] Notarij publici [illegible] permutauit prædium rubrorum etc. situm [illegible] etc. cum Lelio etc. qui [illegible] dedit aliud prædium rubrorū etc. [illegible] etc. iuxta etc. prout ex [illegible] mento rogato d. die etc. cui S. V. [illegible] haberi pleuerat, cum omnibus suis [illegible], perinde ac si præsentibus [illegible] verbum [illegible] tur. Sed quia [illegible] valde læsum in d. permuta[illegible] cum multo maioris valo[illegible] ab Oratore traditum, nec [illegible] quod cum tan[illegible] Aduersarius locu[illegible] iuris ad re[illegible] deuenire. Sed [illegible] Orator iurauit nullam petere [illegible] relaxationem a [illegible] tis ex quauis causa, et [illegible], vel non [illegible] cum nisi [illegible] omnia in [illegible], vt ex eo appare[illegible] ant Oratori dicta [illegible] vinculum [illegible], nec [illegible] ne sua [illegible] d. Orator iure [illegible] aliquo ex Iudicibus Rom. Curiæ: ideo supplicat S. V. quatenus ipsum specialibus fauoribus, et gratijs prosequendo dignetur rescribere alicui Iudici ordinario Vestræ Rom. Cur. quatenus eundem Oratorem in primis, et ante omnia absoluat à iuramento desuper ab ipso præstito, etiam de non petenda absolutione, et deinde sic ab illo eodem absoluto ad effectum agēdi, et excipiendi relaxet omnia supradicta iuramenta prænarrata, ac in d. instrumento apposita directe vel indirectè, et virtualiter, et intellectualiter, vel extensiue, adeoquod illis non obstantibus iure medio, ab[illegible] periurij reatu agere possit, cum potestate citandi etc. contradictores, et reb[illegible] quoscumque, seruata forma S. Conci[illegible] Tridentini, grauandi, et re[illegible], inuocato [illegible] auxilio brachij sæcularis, cum clausula, et [illegible] quam, et quas etc. ac cum toto negocio principali, et omnibus suis incidentibus etc. et cum facultate vlterius cōtractum prædictum, cum omnibus secutis annullandi, et reuocandi, cæteraque omnia etc. præmissis, necnon constitutionibus etc. statim etc.

80 Et hac formula commissionis possunt vti petentes absolutionem huiusmodi ab Ordinarijs, quia est ampla, et necessaria,

81 et præcipue Romæ, † vbi Notarij Tribunalis Eminentiss. D. Vicarij nimis siccè illas extendunt.

Commissio aperitionis oris.

Romana.

82 BEATISSIME PATER. Cum Consules, et Camerarius Vniuer[illegible] Cæmentariorum Vrbis pretenderent vigore cap. 23. eorum statuti, et additionis illius cogere omnes, et singulos Caputmagistros, Magistros, et Famulos d. artis ad plura [illegible] hominum ascendentes, ad se [illegible] examini, et se matriculandum, et pro d. matricula soluendum certā pecuniarum summam, fuit [illegible] per pet

vni-

vniuersi [illegible] n [illegible] [illegible] per-[illegible] [illegible] pena in-[illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] ca [illegible] puptabat. [illegible] Lonle [illegible], et [illegible] eabitter iu-[illegible] [illegible] ipsis concessam a præ [illegible] e S. V. commissariorum statutorum, [illegible]quam vsu receptum, alle-gantes [illegible] ad vlteriora, [illegible] ta per [illegible] procedi non posse, nec [illegible] quam [illegible] pro [illegible] in d. statuto, & additione posse iustificari. [illegible] per [illegible] Senatorem considerat [illegible] d. Oratores pro [illegible] oris ad S.V aduenis [illegible], & [illegible] las, & earum [illegible] in [illegible] c [illegible] tentas remisit. Quia vero P.S. in hac parte dictum statutum, & asserta additio, nunquam fuerunt in vsu, & [illegible] ius dispositioni [illegible] concordia inter partes [illegible] ita, & per [illegible] Clementem, & Vrbanum VIII. Prædec[illegible] S.V. in forma specifica confirmata, & obstat etiam statutum Vrbis cap. 4 [illegible] casanius lib. 3. et quod si p[illegible] in vsu, aufertur multis centenarijs pauperum occasio alendi se, et pauperes eorum familias. Propterea omnes dicti non matriculati humiliter supplicant S.V c[illegible] eorum optima iusta via iuris experiri, et ab onetibus, quæ ipsis cōminantur, quanto citius se [illegible], et liberare, quatenus præuia [illegible] aduersus dd. [illegible], ac [illegible] su-pra inserti Breui, ad [illegible] iuris, [illegible] Breue, et [illegible] cidem D. Senatori [illegible] dare dignetur, [illegible] huiusmodi iustitia [illegible] ad vlteriora procedat, [illegible] la [illegible] Breue concessum fo-ret cum clausula, Prout de iure cæteraq. omnia, et singula [illegible] de, et super præmissis necessaria quomodolibet, et opportuna, faciat, gerat, et exequatur iuxta suas ordinarias facultates, cum potestate citandi, et inhibendi [illegible] quos, quibus, et quoties opus fuerit. [illegible] præmissis, necnon constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque non obstantibus, statum etc. pro plene haben. etc.

Ista commissio fuit proposita coram Sᵐᵒ D. [illegible] X. [illegible] mensem Martij [illegible] a [illegible] et [illegible] P.
83 [illegible] R [illegible] us autem [illegible] [illegible] [illegible] D. [illegible] [illegible] et rep[illegible] [illegible] Io-[illegible]

A [illegible] s, qua um

[illegible] in [illegible] [illegible] [illegible]
84 [illegible] s, [illegible] pro [illegible] [illegible]

De Commissione appellationis in Curia.

Æsina.

85 BEATISSIME PATER. [illegible] S.V. ca[illegible] a [illegible] as ap[illegible] e[illegible] [illegible] in fra [illegible] tem-pora [illegible] pl[illegible]æ, [illegible] e [illegible] [illegible], e[illegible] ex [illegible], [illegible] a quadam [illegible] sententia [illegible] de [illegible] [illegible] A [illegible] la-[illegible], e [illegible] ad [illegible] C[illegible] næ [illegible] a S.V. [illegible] a-[illegible] causa. et occasione certæ pecuniarum summæ scuta [illegible] exceden. rebusque alijs in actis causæ, et causarum huiusmodi latius deductis, attentatorum, et innouatorum quorumcunque; necnon restitutionis in integrum, ex clausula saltem generali si qua mihi tacita causa etc. ac quam, et quas etc. contra prædictam, omnesque alios in executione nominandos, et cognominandos, vna cum omnibus, et singulis suis incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, connexis, [illegible] negocio principali, alicui Rom. Cur. Prælato, vel alteri [illegible] Palatij vero Auditori, siue Locumtenenti, summarie [illegible] ater, et [illegible] [illegible], audiend. [illegible] d. [illegible] fineque debito ter[illegible] re, et mandare, c[illegible] in-hibendi in Roma [illegible] etiam sub censuris [illegible] etc. quos, qui [illegible] etiā per edi[illegible] extra-iudicia[illegible] contra-dictores [illegible] es [illegible] nas [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ta [illegible] c. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] d[illegible] gere [illegible] in [illegible] præmissis, et circa ea [illegible] op[illegible], ac [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quod a [illegible] ria

tina, cæterisque contrarijs quibuscunque non obstantibus, statum &c pro plene ha. ben, &c.
86 Ista Commissio incapsatur † apud pri-
mum Reuisorem natione Theutonicum:
sed prius est aduertendum, quod Procu-
87 rator † debet illam nomine proprio atter-
gare iuxta, recitatum sensum Signaturæ,
ad obuiandum fraudibus, quæ possent
88 committi ab aliquo malitioso: † & post-
modum referdndariatur ab aliquo ex Re-
ferendarijs Signaturæ iustitiæ; & sic con-
signata capsulæ d. D.Reuisoris ab illo le-
gitur, & nisi aliquo defectu laboret expe-
89 ditur ab eodem, & signarur in quodam li-
berculo cum hoc titulo, *Expeditæ per*
Placet. Et sic signata, & reuisa ab eodem
90 † defertur ad Eminentissimum D. Cardi-
nalem Sacchettum Præfectum Signaturæ,
qui in eius calce apponit hæc verba: Pla-
cet Sanctissimo D.N.Papæ. I. Cardinalis
Sacchettus. *Deinde* d. *D.* Reuisor illam
92 † consignat alteri officiali, qui est hodie
*D.*Petrus Thedescus, qui illam accipit, &
93 † defert ad Illustrissimum *D.* Regentem
Cancellariæ, cuius officio hodie fungitur
Illustrissimus & Reuerendissimus *D.*Iulia-
nus Amadeus, vitæ, ac morum honestate
conspicuus, qui *D.*Regens supra Signatu-
ram Eminentissimi Præfecti, & statim post
94 terminatam commissionem † ponit hæc
verba. *De* mandato Sanctissimi *D.*N.Pa-
95 pæ audiar Magister (& hìc ponir † nomen
vnius ex Prælatis præsentibus Romanæ
Curiæ, vel Auditoris Sac. Palatij) citet,
inhibeat, procedat, vt petitur, & iustitiā
faciat.

De modo incapsandi Commissionet, & alijs formulis.

Artic. III.

96 *Commissio post Signaturam Regentis cui reconsignetur:*

97 *Commissio quando, & per quem perueniat ad Magistrum cursorum.*

98 *Magister cursorum facit quietantiam de receptione commissionis.*

99 *Commissio directa Prælato extra Rotam diuersimodè expeditur, ac si esset intra Rotam.*

100 *Commissio directa Auditori Rotæ debet, & quando, tradi generali Mensario.*

101 *Mensarius Rotæ debet cauere in commissione, an sit noua causa, vel dependens.*

102 *Amplia etiam, an beneficialis, vel profana, & à quo tribunali proueniat.*

103 *Mensarius Rotæ adnotat in libro commissionē, deinde illam reddit, & cui.*

104 *Sollicitator quid facere debeat circa commissionem, ne sententia transeat in iudicatum.*

105 *Sollicitator si videt expeditam commissionem, quid facere debeat:*

106 *Sollicitator quando banchum Magistri Cursorum adire debeat pro commissione.*

107 *Magister Cursorum quinam sic, & fiat, & quāto tempore duret.*

108 *Commissio quando incapsari possit, & qua mercede soluta.*

109 *Dies præsentationis, & incapsationis, per quem notetur à tergo commissionis.*

110 *Auditores Rotæ habent duodecim capsas in officio Magistri Cursorum.*

111 *Auditoris nomen habet vnaquaque ex capsulis.*

112 *Capsæ commissionum S. Rotæ Auditorum habent quatuor claues pro vnaquaque.*

113 *Notarij A.C. habent capsam commissionum in officio Magistri cursorum.*

Curia Capitolina habet capsam commissionū in officio Magistri cursorum. ibid.

114 *Capsa pro causis commissarias omnibus reperitur in officio Magistri cursorum.*

115 *Notarij solent habere librum, in quo commissiones adnotant cum Notario causæ.*

116 *Citatio debet dari expedita commissione.*

117 *Citatio ad dicendum contra commissionem qualiter formari soleat. & 160.*

118 *Citatio ad dicendum contra commissionem debet personaliter exequi.*

119 *Decretum citationis ad dicendum contra commissionem quando habeatur. & num. 161.*

120 *Pars aliquando obtenta commissione non citat ad dicendum contra illam.*

121 *Pars aliquando citationem ad dicendum contra commissionem non reproducit.*

122 *Commissio partis aduersæ fit vtrique communis per aliam commissionem. & 124.*

123 *Commissiones, quæ signantur sub bancha non sunt vtrique parti communes.*

124 *Commissiones prædictæ quomodo fiant communes, & 122.*

125 *Commissiones signatæ in plena Signatura sunt vtrique parti communes.*

126 *Commissio communis potest incapsari à qualibet parte.*

Citatio ad dicendum contra commissionem communem fieri potest à qualibet partium. ib.

127 *Formula commissionis, quæ facit commissionem aduersarij communem.*

128 *Commissio, quæ facit aliam communem quomodo dirigatur.*

129 *Commissio tunc fit communis, quando fit citatio ad dicendum contra commissionem.*

130 *Causa potest expediri per commissionem vtrique parti communem.*

131 *Formula commissionis appellationis extra Curiam.*

132 *Commissio appellationis extra Curiam nomine Procuratoris à tergo obsignatur.*

133 *Commissio prædicta referendariatur per concessum, & cui tradatur expedienda.*

134 *Commissio prædicta fertur ad Datariam, & quando, & ad quid.*

135 *Commissio prædicta in Dataria debet peruenire ad regestrum,*

136 *Commissio prædicta potest attergari nomine alicuius registratoris,*

137 *Commissio prædicta sic attergata facilius inuenitur in libro apud Distributores.*

138 *Commissio prædicta est à registratore in libris Dataria registranda.*

139 *Merces pro regestro commissionis in Dataria quaenam sit,*

140 *Commissio prædicta in Dataria registrata cui officiali sic tradatur,*

141 *Commissio prædicta expeditur per Breue, à quo, & quomodo, & qua mercede soluta. & nu. 164.*

142 *Commissio per Breue expedita, quibus pecunijs quaue quantitate soluatur.*

143 *Expensa commissionis, & sollicitationis non computantur in scuto aureo &c.*

144 *Formula commissionis appellationis ab executione Breuis, & litterarum apostolicarum.*

145 *Commissio appellationis ab executione Breuis, & litterarum Apostolicarum, quando reformetur.*

146 *Formula reformatoria, si relicta fuit clausula, sine præiuditio litterarum apostolicarum.*

147 *Formula commissionis appellationum in causis pensionum.*

148 *Pensio si non est nulla, sed reducibilis, quomodo exprimenda in commissione.*

149 *Formula reformatoria commissionis appellationum in causis Decimarum.*

150 *Formula commissionis appellationis in causis Decimarum.*

151 *Formula reformatoria commissionis appellationis in causis Decimarum.*

152 *Formula commissionis appellationis in Saluiano.*

153 *Formula reformatoriæ commissionis appellationis in Saluiano, remissiuè.*

154 *Formula commissionis appellationis à mandato de euacuando.*

155 *Formula commissionis appellationis à laudo peritorum,*

Formula commissionis appellationis à condemnatione in causis alimentorum. ib.

156 *Formula commissionis appellationis à condemnatione in causis mercedum.*

157 *Formula commissionis appellationis ab interlocutoria.*

158 *Formula commissionis per Saluianum ad effectum obtinendi subhastationem à Papa.*

159 *Commissio præsentatur eidem Prælato, cui dirigitur in Curia.*

160 *Citatio ad dicendum contra commissionem qualiter formetur in Curia. & 117.*

161 *Decretum quodnam obtineatur, & quando super citatione ad dicendum contra commissionem. & 119.*

162 *Citatio ad videndum præfigi terminum iuxta formam commissionis quandonam fiat.*

163 *Terminus in commissione præfigitur arbitrio iudicis.*

Terminus prædictus potest præfigi etiam sub citatione ad dicendum cōtra commissionem. ibidem.

164 *Commissio iudici de partibus expeditur per Breue. & 141*

165 *Commissio per Breue expedita habet clausulas eandem expeditionem indicantes.*

166 *Commissio aliquando signatur à Papa cum clausula, constito de assertis.*

167 *Clausula, constito de assertis, quid operetur in commissione.*

168 *Subhastatio non habet locum nisi adimpleto rescripto commissionis.*

169 *Formula executorialis, seu reformatoria aduersus restitutionem in integrum.*

170 *Formula commissionis admissionis ad bonorum cessionem.*

171 *Formula commissionis pro non delatione Bireti viridis.*

172 *Formula commissionis pro septuagenario.*

173 *Commissio pro septuagenario qua signatura signari soleat.*

174 *Commissio prædicta peruenta ad banchum Cursorum quomodo attergetur.*

175 *Formula commissionis super renocatione attentatorum.*

176 *Declara, quando causa est commissa in Rota, quæ clausula sit ponenda.*

177 *Formula commissionis super alienatione rei litigiosæ.*

178 *Commissio super alienatione rei litigiosa non admodum practicatur, & quare.*

179 *Lis in actione personali an possit ad vlteriora trahi sine commissione,*

180 *Lis in actione reali potest trahi ad vlteriora sine commissione.*

181 *Declara tamen, præuia quadam citatione, & contra quos.*

182 *Formula commissionis propter suspicionem.*

183 *Commissio propter suspicionem non conceditur causa instructa, vel si fuit consensum in iurisdictionem.*

184 *Commissio propter suspicionem non conceditur causa instructa, vel si fuit consensum in iurisdictionem.*

Commissio propter suspicionem quibus clausulis soleat concedi. ibid.

185 *Formula commissionis propter absentiam subrogatoria,*

Com-

186 *Commissio sanatoria nullitatum hodie infertur propter frequentes nullitates.*
187 *Commissio prædicta debet continere factum nullitatis.*
188 *Commissio prædicta debet continere supplicationem pro sanatoria, & alias clausulas.*
189 *Formula commissionis sanatoriæ nullitatum.*
190 *Formula commissionis sanatoriæ apochæ.*
191 *Formula commissionis derogationis feriarum.*
192 *Formula comissionis prorogationis fatalium.*
193 *Formula prædicta pro Curia Capitolina.*
194 *Formula commissionum prorogandi fatalia in qualibet causa, remissiuè.*
195 *Formula commissionis vigore capituli oblatæ.*
Formula commissionis subrogatoriæ.

EAdem commissio sic duplici signatura signata † reconsignatur eidem
96 D. Petro Thedesco, & ipse postquam eandem notauit in alio liberculo per ipsum
97 retento, † consignat Magistro Cursorum retinenti officium prope Cancellariam Apostolicam, qui eidem D. Petro de eadem
98 † quietantiam facit subscribendo se in dicto liberculo D. Petri.
Sed aduerte quod hucusq; locutus sum
99 de commissione † directa Prælato extra Rotam, quia si committitur alicui Auditori illius, antequam expediatur e mani-
100 bus dicti D. Petri, † consignatur generali Mensario S. Rotæ ad effectum videndi, an
101 sit † causa noua; vel dependens ab alia,
102 an sit profana, vel beneficialis, † & à quo tribunali proueniat, & adnotata in quo-
103 dam libro † Mensarij, oblongo restituitur d. D. Thedesco, qui postea eam in omnibus expeditam consignat bancho Cursorum, vt supra diximus.
Diligens Sollicitator, qui timet, quod sententia non transeat in iudicatum, post datam commissionem capsulæ D. primi
104 Reuisoris † quærit apud eundem Officialem liberculum publicè expositum ab hora vigesima, vsque ad vigesimam secundã ibique notat, an eius commissio sit inter expeditas, siue inter reiectas, vt rei sui Clientis prospicere possit; si verò videt ibi expeditam, & celeriter ambulare desi-
105 derat, † adibit dictum D. Petrum, qui natura humanissimus omnibus operã propriam, & diligentiam præbet: secus que
106 ista diligentia non debebit † obliuisci adire banchum D. Magistri Cursorum, cuius officium distribuitur regulariter quo-
107 libet mense inter Cursores, † ita vt vnus ad inuicem quolibet mense resideat, donec completo numero Cursorum æquè cum numero mensium reiteretur ex integro à primo vsque ad vltimum, & hic manè, & serò præsidet litigantibus seruiendo.
Si igitur reperiet Commissionem per-
108 uenisse ad d. banchum, † poterit illam incapsare soluendo pro noua commissione iulios quinque pro dependente duos, consuetam mercedem Collegio Cursorũ, pro quibus ipse Magister assistit, qui accipiens commissionem, à tergo illius notata
109 † die præsentationis, & die incapsationis, illam capsulę donat.
Sciendum autem est, quod in d. officio,
110 sunt plures capsæ, † duodecim enim deseruiunt pro duodecim S. Rotæ Auditoribus, & in vnaquaque legitur notatum
111 † nomen D. Auditoris, cui capsula dicata est, & in vnaquaque adsunt quatuor cla-
112 ues, & vnusquisque Notarius d. D. Auditoris retinet suam clauem, ne Collegio, & officijs fraus aliqua inferatur.
113 Adest etiam ibidem capsa Notariorum A.C. adest alia pro Curia Capitolina, &
114 alia vlterius pro causis † commissarijs, & commissis Prælatis extra Rotam, in quibus reponuntur commissiones vniuscuiusque Tribunalis proprijs Iudicibus consignandæ, quorum Notarij solent habere
115 libros † in quibus illas adnotant cum indicatione Notarij, ad quem spectat causa, & cui talis commisio consignatur.
116 Datur postmodum † citatio solita, vt infra.

R. P. D. BICHIO.

Romana.

117 CItetur D. Titius ex aduerso principalis ad † dicendum contra contra commissionem vltimo loco in actis præsentatam, & iuxta illius formam videndũ mandari, procedi, & inhiberi ad statim, seu ad primam diem. Instante D. Seio principali, siue &c.

Cotnennius Not.

118 Ista citatio † exequitur omnino personaliter, & nunquam domi dimissa copia,
119 & reproducitur, † & obtinetur decretum admissionis, & inhibitionis, iuxta formã commissionis.
Quia vero quandoque solet euenire, quod pars, quæ obtinuit Commissionem in causa appellabili, postquam talis commissio peruenit ad manus Notarij, vel
120 † non citat ad dicendum contra commissio-

121 sionem, vel si citat, † non reproducit citationem, ne pars vtatur beneficio celeritatis:

Tunc sic citatus, vel appellatus, si desi-
122 derat causam expedire, debet † ipse obtinere commissionem, cum qua possit facere communem commissionem parris
123 aduersæ, quia illæ, quæ signautur sub banca, non sunt communes, sed debent tales
124 fieri † cum alia commissione, ad id specialiter obtenta; quod secus est dicendum in signatis in plena Signatura; quia illæ
125 sunt communes vtrique parti, & vnaquæ-
126 que ipsarum † potest illam incapsare, & citare ad dicendum contra commissionẽ. Formula autem, cum qua fit communis commissio partis aduersæ, erit huiusmodi.

Romana.

127 BEATISSIME PATER. Lata sententia in fauorem N. Sanctitatis Vestræ Oratoris, appellauit B. Aduersarius, & causam appellationis committi obtinuit R. P. D. N. Verum quia neque curauit, nec curat commissionem dictę causæ communem facere cum citatione ad dicendũ contra, valdeque interest Oratori litem disbrigare, & ad causæ finem deuenire; ideo humiliter supplicat Sanctitati Vestrę quatenus dignetur committere, & mandare dicto R.P.D.N. cui dicta causa commissa reperitur, vt supradictam commissionem communem faciat ad instantiam Oratoris, perinde ac si illa ad ipsius fauorem signata reperiretur, cum potestate citandi, & inhibendi, ac procedendi iuxta clausulas, & facultates in primo dicta commissione contentas: Præmissis nec non constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, stilo Palatij, & Curiæ, cæterisque contrarijs quibuscunque non obstantibus, statum &c. pro plenè haben. &c.

128 Ista commissio † dirigitur per viam prioris supradictæ, donec peruenerit ad bancum Cursorum, vbi præsentata inca-
129 psatur, † & citatur ad dicendum contra commissionem, & cum ista citatione fit communis antedicta, & cum eadem pote-
130 rit † procedi, prout opus erit, ad causæ expeditionem: sed Deus liberet te à capilloso Aduersario, vel Procuratore.

De Commissione appellationis extra Curiam.

Anconitana.

131 BEATISSIME PATER. Pendentibus lite, & causa coram Episcopo Anconitanō, seu eius Vicario generali, occasione certæ pecuniarum summę scutorum quingentorum, in prima instautia inter deuotum Sanctitatis Vestræ Oratorem I.V.D. Carolum Panciragliam actorem ex vna, ac D. Dominicum Fatiolum Aduersarium reum conuentum, placuit eidem Iudici, non minns nulliter, quàm iniustè ad fauorem dicti Dominici, & contra Oratorem mediante sententia diffinitiua, vel decreto vim illius habente pronunciare; à qua Orator sentiens se læsum & grauatum, infra legitima tempora appellauit ad S.V. & de nullitate dixit, & iniustitia. Dignetur igitur S.V. causam, & causas appellationis, & appellationum, infra legitima tempora interpositæ, & interpositarum, nec non nullitatis, & nullitatum, ex tribus iniquitatis, & notoriæ iniustitiæ attentatorum, & innouatorum quorumcumque, ac quam, & quas & cū vna cum omnibus & singulis emergen. dependen. annexis, connexis, totoque negocio pricipali, summariè, simpliciter, & prout in beneficialibus, audien. cognoscen. deciden. fineque debito, prout iuris fuerit terminan. alicui ex ordinarijs vicinioribus, seu alicui probo viro illarum partium in dignitate Ecclesiastica constituto, in quem si partes consenserint, procedat; sin minus vocatis partibus, alterum deputet de consensu, & alias eo deficiente etiam ex officio cōmmittere, & mandare, cum potestate citandi, & inhibendi, quos, quibus, toties, & quotięs opus fuerit; quauis dignitate, etiamsi Episcopali, vel &c. muniti fuerint, etiam sub censuris, & pœnis Ecclesiasticis eius arbitrio imponen. applican. & moderan. contradictores, & rebelles in pœnas præfatas incidisse declaran. grauan. & reaggrauan. & interdicen. inuocato quatenus opus erit auxilio brachij sæcularis, seruata forma Concilij Tridentini, attentata, & innouata quæcumque in primis, & ante omnia reuocandi, fataliaque toties quoties opus fuerit, prorogandi, ac Oratorem in integrum aduersus eorum lapsum, vel alias, saltem ex clausula generali, si qua mihi iusta causa &c. prout iuris fuerit resti-

tuen-

tuendi, cæteraque omnia, & singula facien.dicen.geren. exereen.in præmissis, & circa ea quomodolibet necessaria, vel opportuna: præmissis, nec non constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis Bonifatij VIII. prædecessoris S.V. de vna, & Concilij generalis de duabus dietis, dummodo non vltra tres, cæterisque contrarijs quibuscumq, non obstantibus, statum &c. pro p ene haben. &c.

Et cum absolutione à censuris ad effectum &c.

Et per breue S.V. expediendum.

132 Ista commissio † obsignatur à tergo nomine, & cognomine Procuratoris, & referendariatur à D. Referendario per

133 Concessum, † & traditur capsulæ dicti primi D. Reuisoris, qui expedit illam per Signaturam d. Eminentissimi D. Cardinalis Sacchetti, pariter per Concessum: & sic

134 subsignata † fertur ad Datariam, & consignatur officijs eiusdem, per quæ transiens

135 † peruenit ad regestrum.

Ideò qui vult cautè, & diligenter procedere, vltra nomen Procuratoris, debet

136 etiam apponere à tergo † nomen alicuius ex Registratoribus, quia hac ratione facile

137 cile illam inueniet in libro, † qui retinetur apud distributores, scriptam sub nomine illius registratoris, quem notauerit in ea.

Reperta igitur commissione necesse est

138 quod † registretur in libris d. Datariæ, à dicto, vel alio Registratore, cui pro mer-

139 cede soluuntur † tres, aut quatuor Iulij:

140 & postquam fuerit registrata, † consignatur cuidam Officiali existenti penes Illustrissimum, & Reuerendissimum D. Emerix. infrascriptorum Breuium Secretariũ, à quo Officiale accepto scuto vno mone-

141 tæ, fit minuta Breuis, quod inscribitur in pergameno, & signatur annulo Piscatoris & dirigitur illi Iudici, cui causa commissa reperitur: & pro isto Breue vidi quod

142 † dantur scutum aureum in auro, septem iulij, & quarta pars Iulij, quæ monetæ soluuntur illi, qui tale Breue consignat, ad hoc, vt illo possit vti in partibus coram

143 Iudice delegato: † & in istis expensis non comprehenditur, quod debetur pro commissione, & sollicitatione.

Formula Commissionis appellationis ab executione Breuis, & Litterarum Apostolicarum.

Tarraconen.

144 BEATISSIME PATER. Vertente lite coram A.C. Baranzono inter nobilẽ Doctorem Frãciscum Frigolam S.V. Oratorem ex vna, ac R. Gregorium de Escobedo ex altera partibus, de, & super beneficio Sancti N. prout in processu, de quo in actis; idem D. A. C. Baranzonus non minus nulliter, quàm iniustè, mediante sententia diffinitiua, vel decreto vim illius habente, decreuit, immissionem eiusdem beneficijdandam esse ipsi Aduersario. Et quia causæ beneficiales de sui natura sunt Rotales, & Orator à d. grauamine infra legitima tempora appellauit ad Sanctitatem Vestram; Idcirco humiliter eidem supplicat, quatenus causam, & causas, appellationis, & appellationum, infra legitima tempora interpositæ, & interpositarum, necnon nullitatis, & nullitatum, ex tribus, iniquitatis, & notoriæ iniustitiæ, attentatorum, & innouatorum quorumcumque &c. Sequatur commissio in reliquis iuxta formam, quam habes supra.

Ista commissio si incapsatur sine clausula, sine præiudicio litterarum Apostoli-

145 carum † solet reformari, & reformatoria erit vt infra.

146 BEATISSIME PATER. Si nobilis Doctor Franciscus Frigola in præinserta pro Oratore nominatus S. V. narrasset, prout sine fraude tacuit, quod supradictus A. C. Baranzonus processit in fauorẽ Gregorij Escobedo, vigore Breuis de capienda possessione nomine Cameræ, seù pro executione litterarum Apostolicarũ, ac ser. ser. ver. ver. & Aduersario ad satisfactionem audito, & pronunciauit in fauorem litterarum Apostolicarum, ac declarauit ipsum aduersarium incurrisse censuras, & pœnas in eisdem litteris contentas, seu comminatas, ob non paritionem, seu ob non dimissionem possessionis dicti beneficij Sancti N. N.

Vel etiam quia ad earum debitam executionem subterfugiendam, vt se in intrusione confoueat &c. (adde verba secundum facti qualitatem) vtique præinsertã non extorsisset. Quia vero P. S. dolosus Ora-

Orator impetratis gaudere non debet, & ab executione litterarum Apostolicarum, & a censuris latis in Romana Curia, non datur appellatio suspensiua; Ideo d. Orator humiliter supplicat S. V. quatenus dignetur committere, & mandare eidem Auditori, cui preinserta directa reperitur, vt in causa, & causis prædictis procedat, perinde ac si dicta præinserta signata fuisset cum clausula, parito breui, vel, sine præiudicio executionis litterarum Apostolicarum, cum potestate citandi, & inhibendi &c. (& ponantur etiam istæ clausulæ) præinserta, & inhibitione illius vigore emanata, vel emananda, cætterisque contrariis quibuscunque non obstantibus statum pro plene haben. &c.

Formula commissionis appellationum in causis pensionum.

Terulen.

147 BEATISSIME PATER. Moto iudicio coram A.C. Melchiorio contra S.V. Oratorem Ioannem Ezchaniz super solutione pensionis annuæ ducatorum viginti quinque, vt prætenditur, reseruatæ super fructibus Ecclesiæ Parochialis loci N. per D. B. Aduersarium, placuit eidem A.C. Melchiorio nō minus nulliter quàm iniustè Oratorem ad solutionem d. pēsionis condemnare, & censuras, & pœnas in litteris contentas, incurrisse declarare. Verum quia dicta pensio est nulla, & quia reseruata fuit cum clausula, dummodo remaneant centum pro Rectore, seu dummodo medietatem fructuum non excedat, & suam intentionem, ac conditionē in litteris contentam aduersarius non iustificauit; ideo d. Orator S.V. sentiens se grauatum, ad eamdem S.V. infra legitima tempora appellauit, ac dixit de nullitate prædictæ pensionis. Dignetur itaque S.V. causam, & causas, appellationis, & appellationum, infra legitima tempora interpositæ, & interpositarum, nec non nullitatis, & nullitatum ex tribus, iniquitatis, ac notoriæ iniustitiæ, attentatorum, & innouatorum quorumcumque, ac quam, & quas &c. vna cum omnibus & singulis suis incidentibus, emergentibus, annexis, connexis, totoque negocio principali, alicui Sac. Palatij Vestri Auditori, vel Locumtenēti, audien. cognoscen. deciden. fineque debito prout iuris fuerit terminan. committere, & mandare, cum potestate d. Aduers. omnesq; alios &c. citan. & eisdem sub ecclesiasticis censuris, & pęnis inhiben. &c. contradictores, & rebelles pęnas prædictas incurrisse declarandi, grauandi, reaggrauandi, & interdicendi, inuocato, si opus sit, auxilio brachij sæcularis, seruata forma Sac. Concilij Tridentini, Oratoremque à censuris simpliciter vel ad cautelam absoluendi, cæteraque omnia, & singula facien. &c. in præmissis, & circa ea, quomodolibet necessaria, vel opportuna præmisis &c.

148 Aduerten. quod si pensio non est nulla, sed reducibilis † factum aptabitur iuxta subiectam materiam.

Formula Reformatoriæ prædictæ commissionis.

Terulen.

149 BEATISSIME PATER. Si Ioannes Ezchaniz Aduersarius, in pręinserta pro Oratore nominatus, exposuisset Sanctitati Vestræ, quod pro pensione prædicta actum fuit executiuè coram A.C. legitimo executore litterarum Apostolicarū in specie deputato, & quod dd. litteræ habent executionem paratam, nec admittunt appellationem suspensiuam, & quod Orator est in pacifica, & quieta possessione illam exigendi, tam ab ipso aduersario, quàm ab eius antecessoribus, & quod ab A. C. fuit legitimè excommunicatus ob non solutionem illius: vtique preinsertam non extorsisset. Quia vero, Pater Sancte, falsus Precator impetratis gaudere non debet: ideo humiliter supplicat S. V. quatenus dignetur committere, & mandare dicto A. cui preinserta commissa reperitur, vt in causa, & causis prædictis procedat, perinde ac si dicta pręinserta signata fuisset cum clausula, non retardata solutionę pensionis, nec executione litterarum Apostolicarum, & cum potestate citandi &c. Oratoremque in possessionem exigendi dictam pensiònem in primis, & ante omnia manutenendi, mandataque necessaria, & opportuna sub suo paruo sigillo, regula contraria non obstante, toties quoties opus fuerit, decernendi, relaxandi, exequendi, & exequi mandandi, cæteraque omnia, & singula faciendi &c.

For-

Formula Commissionis appellationis in causis Decimarum.

Æsina.

250 BEATISSIME PATER. Licet S.V. Oratores Incolæ Castri, seu loci N. Diocesis B. nunquam soluerint decimas Rectori Parochialis Ecclesiæ S. Ioannis, sempérque fuerint immunes, & exempti ab illarum solutione; quia nihilominus Vicarius generalis Episcopi Æsini, non minus nulliter, quàm iniustè, mediante diffinitiua, vel decreto vim illius habēte pronunciauit, Oratores teneri ad illarum solutionem in fauorem d. Rectoris aduersarij: Propterea ipsi sentientes se grauati appellarunt ad S.V. Dignetur igitur causam, & causas appellationis, & appellationum, infra legitima tempora interpositæ, & interpositarum, necnon nullitatis, & nullitatum, ex tribus iniquitatis, & notoriæ Iniustitiæ, attentatorum, & innouatorum quorumcunq; ac quam, & quas &c. vna cum omnibus, & singulis inciden. emergen. annexis, connexis, totoque negocio principali, alicui Sac. Palatij vestri Auditori, vel Locumtenenti, deciden. cognoscen. fineque debito summariè, & prout in beneficialibus terminandas, committere, & mandare cum potestate citandi &c.

Formula Reformatoria.

Æsina.

251 BEATISSIME PATER. Si Incolæ Castri Podij S. Marcelli aduersarij in preinserta pro Oratoribus nominati expressissent Sanctitati Vestræ, quod Rector S. Ioannis S.V. Orator fuit, & est in pacifica, & quieta possessione, vel quasi, exigendi decimas, de quibus agitur, & quod post longas lites dictus Vicarius generalis pronunciauit ad fauorem Ecclesiæ, condemnando Aduersarios ad illarum solutionem, vtique preinsertam subreptitiè, & obreptitiè, non extorsissent. Quia vero P.S. agitur de causa decimarum, in qua non datur appellatio suspensiua: ideo dictus Orator humiliter supplicat S.V. quatenus dignetur committere, & mandare eidem Auditori, vt in causa, & causis prædictis, procedat, perinde ac si, preinserta signata fuisset cum clausula, nō retardata solutione decimarum Oratori (& si esset cępta executio) cum clausula, sine retardatione vlterioris executionis, & solutionis decimarum (vel etiam si adesset res iudicata) posset fieri mentio de ea, vt puta: Et quia Ecclesia habet rem iudicatā quæ parum sibi prodesset, nisi debitæ executioni demādaretur; ideo supplicat S.V. quatenus dignetur iniungere eidem Iudici, vt procedat cum clausula, parito Iudicato: & si vis cautius agere, post clausulā cum potestate citandi &c. adde; ac Oratorem manutenendi in possessione, vel quasi decimas præfatas exigendi, mandataque desuper necessaria: & opportuna, etiam sub paruo sigillo decernendi, & relaxandi, regula contraria, & alijs quibuscumque non obstantibus &c.

Formula Commissionis appellationis in Saluiano, & alijs.

Asculana.

252 BEATISSIME PATER. Dignetur S.V. causam, & causas, appellationis, & appellationum, infra legitima tempora interpositæ, & interpositarum, à sententia diffinitiua, seu decreto vim illius habente, lata, seu facto per A.C. in prima instantia in assertum fauorem Alexandri de Turre, contra, & aduersus S.V. Oratorem Iosephum Millianum, de, & super immissione ad possessionem casalis nuncupati &c. positi in Territorio Anconitano in Contrada &c. occasione fructuum census aliàs impositi per Decium in fauorem ipsius aduersarij, ad retinendum donec, & quousque fuerit de fructibus dicti census decursis, & decurrendis satisfactus, rebusq; alijs &c. necnon nullitatis, & nullitatum ex tribus iniquitatis, & notoriæ iniustitię attentatorum, & innouatorum quorumcumque, ac quam, & quas &c. vna cum omnibus & singulis, inciden. &c. alicui Sac. Palatij vestri Auditori &c. audien. cognoscen. fineq; debito summariè, & prout in beneficialibus terminan. committere, & mandare &c.

Qui vult reformatoriā pro isto, & om-
153 ni alio casu, † potest sibi componere similem Superioribus, narrando circumstantias, propter quas appellatio suspensiua committi non debuit.

154 Ex superioribus † poterit quisque sibi formare commissionem appellationis à
155 mandato de euacuando, † à laudo peritorum, à cōdemnatione in causis alimento-

156 torum, † à condemnatione in causis mercedum,& sic poterit facere circa reformatoriam, † & idem dico de cõmissione ab
157 interlocutoria.

Sequitur formula Commissionis post Saluianum ad effectum obtinendi subhastationem à Papa.

Senogallien.

158 BEATISSIME PATER. Io.Baptista Beneamatus de Callio tamquam hæres Richardi Patris, creditor fructuum annui census scutorum decem, & octo, impositi per Bernardinum, & Andream de Sandrianis pro pretio scutorum tercẽtorum sub rogitu Ludouici Quintilij in iudicio vtilis Saluiani interdicti fuit immissus ser uatis seruandis in possessionem prædij debitoris siti in pertinentijs &c. detenti, & occupati per Thomam Magnum, ad retinendum donec, & quousque fuerit satisfactus de scutis quatringentis fructuum decursorum, & de alijs fructibus suis loco, & tempore decurrendis. Quia vero P.S.d.Ioannes Baptista Orator ex fructibus d. prædij non potest sibi de dicto crédito satisfacere per decennium, attento quod pars aduersa non appellauit, nec causa in deuolutiuo commissa reperitur, humiliter supplicat S.V. quatenus dignetur committere,& mandare R.P.D.Episc. N.Vicario, qui immissionem concessit, vt præfixo parti aduersæ aliquo breui,& peremptorio termino, ad satisfaciendum Oratori; illoque elapso, & solutione non sequuta, procedat ad subhastationem, & deliberationem eiusdem prædij, & de pretio inde redigendo Oratori satisfacere mandet, & faciat de dictis fructibus,& expensis, aliaque omnia, & singula dicat, mandet, faciat, & exequatur, in præmissis, & circa ea, quomodolibet necessaria, vel opportuna: præmissis, nec non constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque non. obstantibus, statum &c. pro plenè haben.&c.

Ista commissio si dirigitur Prælato in
159 Curia via consueta,† præsentatur d. Prælato, cui dirigitur, & citatur, vt infra, ad
160 † dicendum contra commissionem, vltimo loco in actis præsentatam, & iuxta illius formam videndum mandari procedi ad primam diem. Illaque aduenta repro-
161 ducitur citatio, & obtinetur solitum decretum admissionis, & deinde citatur ad
162 videndum sibi † præfigi terminum iuxta
163 formam commissionis. † Illudque præfigitur arbitrio Iudicis, licet talis præfixio possit etiam fieri sub eadem citatione.

Quando vero dirigitur Iudici de par-
164 tibus,† expeditur Breue à R.P.D. Emerix iuxta modum supra traditum, & tunc in
165 commissione apponuntur clausulæ, quæ indicent negocium esse per Breue expediendum.

Et insuper debet aduerti, quod Papa
166 signando commissionem, aliquando † solet adijcere clausulam, constito de assertis, & tunc non poterit obtineri, nisi an-
167 te † omnia iustificentur ea, quæ fuerunt narrata, & in quibus Papa fundauit rescriptum.

Postquam autem adimpleuerit, rescri-
168 ptum, tunc † poterit procedere ad subhastationem iuxta normã superius enunciatam.

Formula executorialis, seu reformatoria aduersus restitutionem in integrum.

Romana.

169 BEATISSIME PATER. Si B. in præinserta pro Oratore nominatus, narrasset S.V. (prout non sine fraude,& dolo tacuit) quod causa de qua agitur, fuit per plures instantias ventilata, & quod aduersarius Oratorem diu defatigauit, ipsumque malum ius fouere, vtique præinsertam minimè obtinuisset. Quia vero P.S. obuiandum est fraudibus litigantium, vt aliquando finis litibus imponatur, quia parum esset sententias, & rem iudicatam habere, nisi debitæ executioni demandarentur, ac ne falsus precator in præinserta, sua malitia gloriari contingat: Propterea d. Orator humiliter supplicat S.V. quatenus dignetur, eidem R.P.D.&c. cui præinserta directa est, committere,& mãdare, vt præfixo d. Aduersario, aliquo breui, & peremptorio termino, ad docendũ de legitima appellatione, eiusque legitima prosecutione, prætensis nullitatibus, ac causis restitutionis in integrum, per omne genus probationis; quo elapso, & nihil quod releuet docto; constito de re iudicata, vel quod aliàs executioni locus sit, ad illius executionem procedat, ac expensas in causa factas, & vsque ad finẽ faciendas, taxet, & moderetur, ac pro illis, & contentis in sententijs, quodcumq; mandatum, desuper necessarium, & opportunum, decernat,& relaxet, ac exequi mandet,& faciat, vsque ad totalem, tam sot-

fortis, quam expensarum satisfactionem sub suo paruo sigillo, regula contraria nõ obstante, & alia faciat, gerat, & exequatur, in præmissis & circa ea, quomodolibet necessaria, vel opportuna, cum potestate citandi &c.

Commissio admissionis ad bonorum cessionem.

Narnien.

170 BEATISSIME PATER. N.S.V. Orator ob diuersa infortunia, absque propria culpa, & propter diuersas fideiussiones factas, & solutas redactus est ad paupertatẽ extremam; & licet omnia sua bona creditoribus consignauerit, & ipse omnem diligentiam adhibuerit, cæteris satisfaciendi, vel illos concordandi; id tamẽ sibi fuit impossibile, propter dictam inopiam; Vnde dubitans vigore mandatorum, quæ sui creditores habẽt in manibus, carceribus mãcipari, ibiq. vitam miserrimè terminare, cum maximo suo, & familiæ dãno, & nulla cum creditorum vtilitate, quibus dare est impossibile, quod non habet: Ideo vt à præmissis se possit liberare, ad infelicem bonorum cessionem statuit deuenire. Supplicat propterea humiliter S. V. quatenus dignetur committere, & mandare D. Gubernatori Ciuitatis Narniæ, vt dictũ Oratorem ad dictum beneficium cessionis bonorum admittat, seruata forma motus proprii, & prout de iure, & non alias &c. admissum manuteneat &c. cum potestate citandi &c. In fine vero ponatur. Quoniam extra Curiam, & cum absolutione à censuris &c. & per Breue S.V.

Commissio pro non delatione bireti Viridis.

171 BEATISSIME PATER. N. S. V. Orator ob diuersa infortunia fuit admissus ad miserabile beneficium cessionis bonorum: sed quia id nõ sua culpa prouenit, & Orator est ex honesto genere natus, & onustus inutili familia, trium præcipue puellarum in nubili ætate constitutarum, quæ si ipse biretum viride deferre cogeretur, nuptui nunquam tradi possent: & si ab Vrbe ipsum abesse contingeret in sinistrũ forsan absq. Patre. & Matre, qui honoris causa earum curam gerit, laberentur: cũq. aliquando creditoribus satisfacere posse saltem in parte non desperet; humiliter supplicat S.V. quatenus ipsum specialibus fauoribus prosequendo. vt absque delatione Bireti viridis nõ obstante motu proprio, cessione bonorum sibi concessa vti, frui, & gaudere possit, modo, & forma sibi concessa, denuo indulgere, & concedere dignetur, eidemque carcerum Præsidi, qui illam sibi concessam, vt Oratorem sic admissum defendat, & manuteneat, perinde, ac si verè, & effectualiter dictum biretum asportasset, committere, & mandare dignetur; cum potestate citandi, & inhibendi &c. cæteraque &c.

Commissio pro Septuagenario.

Romana.

BEATISSIME PATER. Cum Sanctitatis Vestræ Orator Romanus ob temporum calami-
172 tates, aliosque sinistros euentus, reperiatur ære alieno, etiam sub vsuris, grauatus, cum diuersis personis, nempe A. B. C, D. E. F. etiam vigore obligationis Cameralis iuramento, & iuramentis in instrumentis contentis, & illorum vigore supradicti creditores mandata executiua contra ipsum, vel obtinuerunt, vel prætendunt, & prætendere possunt; vnde Orator ob suam grauem ætatem septuaginta annorum, si carcerari contingat, cogetur potius in carceribus mori, quam valeat dictis creditoribus satisfacere; Supplicat propterea S.V. quatenus Oratorem specialibus fauoribus & gratiis prosequendo dignetur committere, & mandare A.C. vt constito sibi legitime, quod dictus Orator septuagesimum annum aggit, inhibitionem, seu non grauetur perpetuum; ne à prædictis eius creditoribus, quoad personam tantum molestetur, concedat, concessumque seruari mandet, & iisdem etiam Inhibendi, in Romana Curia, & extra, toties quoties, opus fuerit, etiam sub censuris, &c. & procedendi iuxtã suas ordinarias facultates, singulis etiam diebus, & horis, præterquam in honorem Dei feriatis, & absque confectione regestri, seu extractus, & absque sportularum solutione, cæteraq. omnia, & singula, faciendi, gerendi, & exercendi, ac exequendi in præmissis, & circa ea quomodolibet necessaria, & opportuna præmissis: necnon constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, stilo Palatii, & Curiæ, Obligationibus Cameralibus, iuramento, seu iuramentis vallatis, mandatis illarum vigore relaxatis, seu relaxandis per quæcumque Tribunalia, cum quocumque exequatur apposito, vel apponendo, terminis susceptis ad soluendum, obligationibus de

de repræsentando, etiam cautionibus, & iuramentis firmatis, cæterisque contrariis quibuscumque non obstantibus, statū &c. pro plenè haben. &c.

Ista commissio signari solet cum infrascripta signatura.

173 De mandato † D.N.Papæ, A.C, constito de assertis, citet, inhibeat. Inferius autem. Placet. I.

Peruenta ad banchum Cursorum attergatur à Magistro, vt superius dixi, † videlicet.
174

Die prima iulij 1657. Carolus Naue Magister Cursorum.

Et subtus, die septima Iulii 1657. A.C. per Carolum.

Formula Commissionis super reuocatione Attentatorum.

175 BEATISSIME PATER. Lata sententia per A.C. Bulgarinum in causa, & causis pendentibus coram eo, inter deuotum S.V. Oratorem Gabrielē DupreMercatorē Gallū Actorē, & Ludouicū Corbellū aduersarium, in qua ipsum Oratorem cōdemnauit ad illi dandum, & soluendū scuta &c, licet nulliter, & iniustè, à tali sententia fuit infra legitima tempora appellatū, & causa à S.V. cōmissa Rener.P.D. Trotto, qui in forma Inhibuit. Verum quia dicta inhibitione nō obstāte dictus Ludouicus attentando processit ad executionē māda ti, & Oratori valde interest attentata reuocari; Supplicat humiliter S.V. quatenus causam, & causas attentatorum, & innouatorum; necnon in futurum attentandorum, acquam, & quas &c. eidem Reuer. P. D. Trotto, cuius maiestas læsa fuit, committere & mandare dignetur, cum potestate citandi &c. Contradictores, & rebelles &c. attentata, & innouata, ac attentanda, & innouanda in primis & ante omnia reuocādi cæteraque omnia &c. constitutionibus &c.

176 Aduertendum est, quod si causa fuisset commissa in Rota, † debet dici, quod Inhibitio Rotalis iusta, vel iniusta est timenda.

Commissio super alienatione rei litigiosæ.

Æsina.

177 BEATISSIME PATER. Pendente lite coram A. C. Ariosto inter Petrum Santem Capucium Sanctitatis Vestræ Oratorem, & B. aduersarium, super quadam domo sita &c. iuxta &c. in processu causę, & causarum, de quibus in actis, idem B. in spretum litis, incidit pœnam litigii, vendendo dictam domū cuidam Petro prout ex instrumento &c. Verum quia cecidit propterea ab omni suo iure, & Oratori valde interest, attentata & innouata reuocare: ideo supplicat humiliter Sanctitati Vestræ quatenus dignetur iniungere eidē A. C: Ariosto, vt causam, & causas dictorum attentatorum: innouatorum, & litigii, committere. & mandare, qui constito de præmissis summarie, & quantū sibi sufficere videbitur, ad illorum reuocationem in primis, & ante omnia procedat, procedique mandet, & faciat, cum potestate citandi &c.

178 Ista commissio nō adeo praticatur, quia quando litigium committitur in actione reali (quod tamen, vt multi voluerunt,
179 † nan intrat in personali) tunc proceditur
180 † ad vlteriora sine commissione, & citatur
181 † ille. in quem fuit facta alienatio pro suo prætenso iure, & interesse, & quatenus veniat citandus de notorio.

Alia similis propter suspicionem.

Maceraten.

182 BEATISSIME PATER. Vertente lite, & causa coram Episcopo Maceraten. vel eius Vicario generali inter S, V. Oratorem Hieronymum Carbonū Aduocatū, B. & DominicūPhilippucium Aduocatus C. aduersarii de & super &c. idem Iudex nimis animosè procedēs (narretur hic factū) se Oratori suspectū, & suspectissimum reddidit, prout ꝑ tali iurare paratus est, & quatenus opus sit, etiam iurat in manibus S.V: adeo quod coram eo iustitiæ complementum consequi non speret. Et quia durum est nimis coram Iudice suspecto litigare: Ideo dictus Orator humiliter supplicat S. V. quatenus præuia auocati one causæ. & causarū huiusmodi ab eodē Episcopo Macera-

ceraten. & eius Vicario alteri Episcopo, vel Ordinario viciniori, vel eius generali Vicario, committere, & mandare dignetur, audien &c. sequete deinde prout in alijs &c.

183 Sed si causa est instructa, vel fuit consensum in iurisdictione, tunc talis commissio non conceditur, & si datur; tales

184 † clausulæ solent semper apponi.

Alia similis propter absentiam.

Lauretana.

185 BEATISSIME PATER. Pendente in gradu appellationis causa coram R.P.D.Franciotto inter Antonium CondulmeriumS.V.Oratorem &IoannemRubertum, dictus R. P. D. Franciotrus non ita cito rediturus à Curia se absentauit, (vel si ita est pone, ad Episcopatum vel ad Cardinalatum fuit à Sanct.Vestr. promotus, vel eam ad Cancellariam remisit) Et quia dicto oratori valde interest Iudicem habere, coram quo citius possit ad suæ causæ expeditionem deuenire: Ideo humiliter supplicat S. V. qnatenus præuia quacunque auocatione causæ, & causarum huiusmodi, quatenus opus sit in locum d.R.P.D. Fràciotti absentis, alium Romanæ Curiæ Prælatum, illi benè visum, vel de consensu partium, in statu, & terminis, in quibus causa reperitur, ac iuxta formam aliarum commissionum in actis præsentatarum subrogare dignetur, cum facultatibus citandi, & inhibendi &c.ac alijs in dictis commissionibus contentis, & iuxta eas, & alijs necessarijs,& opportunis &c.

De Commissione sanatoria nullitatum.

COntingit quoque sæpiùs ex causa nullitatum, quæ quotidie commit-
186 tuntur, † quod egemus commissione sanatoria illarum;ideo quando illa forma-
187 ri † debet,narrandum est factum nullitatis, siue prouenerit ex non transportatione actorum, siue ex alia causa, & deinde
188 supplicandum pro sanatoria, & adijciendæ clausulæ. prout in alijs commissionibus, vt puta,

Romana.

189 BEATISSIME PATER. Litigarunt diu S.V.Orator Andreas Sacchus,& B. aduersarius de & super pertinentia iurispatronatus,& latis ad fauorem Oratoris duabus conformibus, dum tertiam expectabat, dictus aduersarius cœpit pretendere examen in quo descendentia Oratoris probata fuit, esse nullum,& inualidum, sub prætextu quod testes iurauerint extra tempus per Iudicem præfinitū. Verum quia P.S.illorum examen factum fuit cum interrogatorijs partis, & aduersarius istam prętensam nullitatem in alijs instantijs non deduxit; dictus Orator humiliter supplicat S.V.quatenùs ipsum specialibus fauoribus, & gratijs prosequendo, dignetur committere, & mandare R.P.D.Peutingerio, coram quo causa pendet in tertia instantia, vt præuia nullitatis, & nullitatum prætensarum sanatione,quatenus opus sit,in causa ad vlteriora procedat, prætensa nullitate,& alijs quibuscunque non obstantibus, statum &c. pro plene haben.

Commissio sanatoria Apocæ.

Sabinen.

190 BEATISSIME PATER. Lælius Aduersarius in forma Cameræ obligatus ad soluendum S. V. Oratori scuta centum monetæ, vigore apocæ ab ipso scriptæ, & subscriptæ, citatus ad soluendum allegauit dictæ Apocę nullitatem,ex quo non fuit archiuiata ad formam constitutionum Sixti V. Vrbani VIII.& aliorumS. V.Prædecessorum. Quia verò P.S. d.aduersarius est verè debitor Oratoris, & cum ipsius iactura locupletari non debet; humiliter d. Orator supplicat S.V. quatenus dignetur committere, & mandare vestræ Cameræ Archiuiorum Præfecto, seu Creaturæ vestræ Camerario, vt inhibitionem, si quam pars Aduersa obtinuit, moderetur,& refectis dicto aduersario expensis ante nullitatis acceptatione factis,sanatoriam aduersus quamcumque nullitatem ob dictam non archiuiationē concedat,dictamque Apocam archiuiare mandet, & faciat,causamque ad suum Iudicem successiue remittat iuxta eius ordinarias facultates terminandam, perinde ac si apoca legitimo tempore fuisset archiuiata, aliaque omnia, & singula, fa-

faceat, dicat, exerceat, & exequatur in præmissis, & circa ea quomodolibet necessaria, & opportuna, præmissis, nec non quacumque nullitatis acceptatione, nec non constitutionibus Sixti V. Vrbani VIII. & aliorum S.V. Prædecessorum; nec non alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque non obstantibus, statum &c. pro plenè haben. &c.

Commissio derogationis Feriarum.

Romana.

191 BEATISSIME PATER: Pendente lite inter D.S.V. Oratorem Ioseph Auersam, & L. Aduersarium coram R.P.D. Lomellino causa, & occasione &c. dum negocium erat in espeditione, superuenerunt feriæ nuper indictæ de mandato Sanctitatis Vestræ, & sic Orator non potuit procedere ad vlteriora. Verum quia agitur de causa fauorabili, iam ad finem redacta, Oratorique valde interest da eius expeditionem deuenire; ideo humiliter supplicat S.V. quatenus dignetur committere, & mandare eidem R.P.D. Lomellino, vt ad causæ, & causarum huiusmodi prosecutionem procedat, ferijs præfatis non obstantibus, iuxta formam, & facultates aliarum commissionum, cum potestate citandi, & inhibendi &c. præmissis, & alijs quibuscumque non obstantibus statum &c.

Hæc autem commissio, vt possit obsignari, necesse est quod Iudex apponat, videtur signanda.

Commissio prorogationis fatalium.

Theatina.

192 BEATISSIME PATER. Lite & causa coram R.P.D. Ariosto Iudice delegato inter Oratorem Horatium Lanutum ex vna, & C. ex altera dc, & super &c. pendente, quia dubitatur, ne interim fatalia labantur, ne bonum ius Oratoris pereat, recurrit ad Sanctitatem Vestram, humiliter supplicando, quatenus eidem R.P.D. Aristo committere, & mandare dignetur, vt fatalia in hac causa amplius non prorogata (vel semel, aut bis iuxta veritatem) quatenus durent, arbitrio suo proroget, quatenus vero lapsa sint, nonum terminum præfigat, & concedat, attento quod in prima, deinde causam, & causas huiusmodi prout iuris fuerit, expediat cum facultate citandi, & inhibendi &c. ac procedendi iuxta formam aliarum commissionum, de quibus in actis, aliaque faciendi &c. desuper necessaria, & opportuna; præmissis, &c. & contrarijs quibuscumque non obstantibus, statum &c.

Alia Commissio similis pro Curia Capitolina.

Romana.

193 BEATISSIME PATER. Pendente in Curia Capitolina lite, & causa coram secundo Collaterali, inter S.V. Oratorem Petrum Sanctem Parlam Pictorem ex vna, & Claudium Rotiam Gallum ex altera, causam, & occasione, de quibus in actis, ex quo instantia statutaria est nimis breuis, ne ob illius lapsum bonum ius Oratoris pereat. Ideo pro eius parte supplicatur Sanctitati Vestræ quatenus eidem D. secũdo Collaterali committere, & mandare dignetur, vt instantiam præfatam amplius non prorogatam (vel semel, aut bis) quatenus duret &c. vt supra &c.

194 Et ista commissione † poterimus etiam vti ad prorogationem fatalium, mutatis mutandis.

Commissio pro appellato quando Appellans est negligens in impetrando Iudicem.

195 BEATISSIME PATER: Lata sententia per A.C. Baranzonum in fauorem S.V. Oratoris Andreæ Sacchi causa, & occasione quarumdam picturarum celeberrimarum per ipsum depictarum, de quibus in actis contra N. dictus N. à tali sẽtentia appellauit, & in responsione habuit apostolos reuerentiales: verum quia more reorum fugiens; vt diutius se à solutione scutorum mille pro earum pretio liberetur, non curat causam appellationis committi facere: Quia vero Oratoris valdè interest quanto citius causam, & causas huiusmodi via Iuris decidere, & terminare,

re, ac quod suum est celerius consequi; Ideo humiliter supplicat S. V. quatenus causam: & causas appellationis, & appellationum interpositæ, & interpositarum per dictum Aduersarium assertæ nullitatis, & nullitatum, iniquitatis, ac notoriæ iniustitiæ, nec non quam', & quas &c. vna cum omnibus, & singulis suis dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, totoque negocio principali, alicui Sac. Palatij Vestri Auditori, vel Locum tenenti, audien, cognoscen, deciden, & summariè, prout in Beneficialibus terminan. committere & mandare dignetur cum potestate citandi; & inhibendi, in Curia, & extra &c.

Addamus nunc formulam Subrogatoriæ.

BEATISSIME PATER. Martha S. V. deuota Oratrix humiliter supplicat quatenus in causa, & causis verten. inter ipsam Oratricem ex vna, & Priorem &c. aduers. de, & super &c. coram R. P. D. Celso tunc Iudice &c. partibus ex altera, alium Romanæ Curiæ Prælatum in locum d. R. P. D. Celsi ad Sac. Rotæ Auditoratum assumpti, in statu, & terminis in quibus causa huiusmodi reperitur, ac cum facultatibus eidem concessis, & attributis subrogare dignetur, cum facultate citan. & inhiben. quos, quibus &c. aliaque facien. premissis &c. statum &c.

Ab istis formulis pro mei animi recreatione compositis infinitas formare quis poterit secundum facti contingentiam, & de his absolutis poterunt etiam infrascripti casus pro iuniorum vtilitate notari.

De varijs rescriptis Signaturæ, & earum virtute.

Artic. IV.

196 *Commissio in Curia obtinetur etiam sine mandato.*
197 *Rescriptum Signaturæ semper intelligitur pro vt de iure.*
Et secundum Ius commune. ibidem,
198 *Commissio Auocatoria habet vim inhibitionis.*
199 *Commissio directa Superiori Conuentus non potest exequi à Superiore Religionis.*
200 *Commissione qui vtitur sibi præiudicat.*
201 *Clausula omnesque alios, est vtilissima.*
202 *Commissio plena Signaturæ nō admittit excusationem saltem à nullitate.*
203 *Commissio Super iactationibus quando comprehendat petitorium, & possessorium.*
204 *Et per eius vsum censetur deductum vtrunque iudicium.*
Limita si se restrinxit ad certam speciem ibidem.
205 *Facit quod iactatus dicatur actor.*
206 *Cum tali commissione potest eis vti pro pluribus Iudicijs.*
Tam in petitorio, quam in possessorio ibidem.
207 *Commissio Super iactationibus interrumpit præscriptionem.*
Ex commissione Super iactationibus oritur fluctuatio animi obtinentis de iure suo, ibidem.
208 *Non impedit obligationem Cameralem.*
209 *Precipue si fuit addita clausula, dummodo non fuerit actum vigore obligationis Cameralis.*
210 *Qua cautela vtebatur Illustrissimus Meltius ob reuerentiam Signaturæ.*
211 *Litigantes A.C. obseruarunt cautelā Illustrissimi Meltij erga Signaturam.*
212 *Commissio semper debet publicari.*
213 *Citatio ad dicendum contra commissionem semper est necessaria.*
214 *Ante citationem ad dicendum contra comissionem possumus non vti commissione.*
Limita si fuit parti aduersæ quesitum Ius considerabile ibidem.
215 *Citatio ad dicendum contra commissionem demonstrat commissionem fieri communem.*
216 *Superueniens post captam possessionem in vim rei iudicatæ, non vitiat possessionem.*
Limita si possessio est capta intra decem dies ibidem.
217 *Signata simpliciter ante quatuor terminos retrotrahitur ad diem sententiæ.*
218 *In Curia non datur de subrectione commissionis.*
219 *Apostoli reuerentiales in forma postulant Commissionem infra decem Dies.*
220 *Commissio reformatoria circumducit reformatam.*
221 *Contenta in priori commissione censentur repetita in secunda, & alijs succesiuis.*
Limita quando adest reformatoria, ibidem.
222 *Regulæ de triennali præiudicat commisio super pratensionibus posidentis.*
223 *Limita si facit committere causam super iactationibus in vim legis Diffamari.*
224 *Iudicium legis Diffamari facit Reum voluntarium.*

196 IN Curia vt dixi, impetratur commissio etiam sine mandato, quia illud præsumitur ab impensa, *Auellina, seu nullius rescisionis vnionis* 28. *Aprilis* 1595. Gi-

Giptio. Et firmaui etiam alibi.

197 Signatura iustitiæ quando committit, semper intelligitur cum clausula, Prout de iure, *Amerina fideicommissi* 25. *Iunij* 1632. *coram b. m. Card. Verospio*, & eius verba semper intelliguntur secundum ius commune, *vt in Romana officij* 3. *Decembris* 1607. *coram b.m. Scotto*.

198 In huiusmodi materia adhuc est aduertendum, quod commissio auocatoria, habet vim inhibitionis, vt in *Anglonen. Territorij* 13. *Iunij* 1650. *coram R. P. D. meo Meltio inter volantes*.

199 Quando est directa Superiori conuentus, non potest exequi à Superiore Religionis, vt in *Ianuen. professionis* 28. *Iunij* 1645. *coram eodem, pariter inter volantes*.

200 Qui vtitur commissione, illi stare debet; si autem sibi præiudicat, sibi etiam debet imputare, vt in *Anconitana Censuum* 22. *Iunij* 1629. *coram b. m. Durano*.

201 In ipsa bonum est semper ponere clausulam, Omnesque alios &c. vt in *Conchen. pensionis* 16. *Ianuarij* 1630. *coram b. mem. Card. Verospio*.

202 In proposita in plena Signatura non potest allegari ignorantia, & quamuis allegaretur, & adesset iusta causa, excusaret à pęna, non autem à nullitate, vt in *Ianuen. attentatorum* 2. *Decembris* 1650. *coram Eminentiss. Card. Corrado*.

203 Super iactationibus cum clausula de; & super tali re, cum suis incidentibus, annexis, connexis, ac toto negocio principali, comprehendit tam petitoriũ, quàm possessorium, vt in *Papien. beneficij* 20. *Nouembris* 1645. *coram eodem*.

204 Et per huius productionem, censetur deductum vtrumque iudicium, quando eam producens, non se restrinxit ad certam speciem, & illa generaliter fuit vsus, eamque fecit communem cum citatione ad dicendum contra commissionem, ibidem.

205 Effectus autem d. cõmissionis est, quod iactatus dicatur actor in iudicio iactationis, & ideo dicimus quod ex eius persona, & iure dignoscitur qualitas iudicij. ibidem.

206 Et ex tali commissione, attenta clausula, quam, & quas, absque vlla taxatiua, & restrictiua, potest quis agere non solum ex remedio *l. Diffamari*, sed etiam pro associatione, & immissione, quia comprehendit omnem causam, omneq; iudiciũ, ac ius, tàm in petitorio, quam in possessorio, quomodolibet deductum, & deducendum, & non censetur, quod quis se restrinxerit ad certum caput, neque elegisse certam viam, vt in *Romana vineæ ad Aquam sanctam* 28. *Ianuarij* 1643. *coram eodem*.

207 Interrumpit etiam prescriptionem, si reus conuentus impetrat similem commissionem, ex ea enim elicitur fluctuatio animi, & dubietas tituli, hocque casu ille habetur pro iniusto, & conscientia dicitur vulnerata, & dicitur in mala fide, quę interrumpit præscriptionem., *Nucerina fideicomisi* 1 *Iulij* 1650. *coram eodem Meltio inter vagantes*.

208 Si vero fuisset impetrata contra creditorem habentem obligationem Cameralem, siue in prima, siue in gradu appellationis, & de tali obligatione non fuisset facta aliqua mentio, non impedit illius executionem, & potest A. C. ea non obstante procedere ad executionem, & ad vlteriora *Conchen. pensionis* 16. *Ianuarij* 1630. *coram d. b.m. Card. Verospio*.

209 Quod procedit præcipue quando in commissione per Referendarium apposita fuit clausula, quæ semper debet apponi, dummodo non fuerit actum vigore obligationis Cameralis, seu alterius processus executiui.

210 In hoc autem obseruaui proximè adinuentam cautelam ob reuerentiam, quã omnia Tribunalia debent Signaturę, quę habuit originem à sapientissimo, & prudentissimo D. meo Meltio Archiepiscopo Capuano, qui nobis tunc iunioribus iniungebat citare partem ad dicendum contra facultates Illustrissimo *D*. A. C. concessas, & in vim illarum, videndum mandari procedi ad vlteriora, prætensa commissione ex aduerso extorta non obstante.

211 Quod placebat summopere Signaturæ quæ hinc cognoscebat, quanti etiam magni fieret à tanto Prælato, quem sequuti sunt postea hac in re omnes successores, & litigantes, puta b.m. Caballettus, Illustriss. D. meus Melchiorius, b.m. Argelus, Illustrissimus *D*. meus Baranzonus, & tota Curia.

212 Quia vero vt commissio afficiat, semper debet publicari, *Romana officij* 11. *Martij* 1626. *coram b. m. Rembaldo*:

213 Ideo dicimus, quod seruit ad nihil, sine citatione ad dicendum contra commissionem, vt in *Vrbeuetana attentatorum* 16. *Februarij* 1629. *coram b. m. Verili*. Et qui

214 † illam obtinuit, ante dictam citationem potest non vti, nec potest eo inuito vti aduersarius: quod tamen limitatur quando per eam fuit quæsitum ius considerabile

bile alteri parti, vt in *Romana pecuniaria de Vicentinis 19. Nouembris 1610. coram bon. mem. Pirouano*.
215 nihilominus semper † est necessaria citatio, ex qua dignoscatur, vel se eam facere communem, quia secus nunquam tribuit iurisdictionem, & ideo Rota ibidem vult omnino, quod fiat communis, quia alias semper admittit pænitentiam, vt in d. decisione.

216 Si commissio appellationis superueniat, postquam vigore rei iudicatæ, & seruatis quatuor terminis ad docendum de appellatione, in contumaciam non docentis de ea, si fuit capta possessio, etiamsi fuerit simpliciter, non vitiat possessionem, quamuis de cætero si superuenisset antea retrotraheretur, & vitiaret, si possessio fuisset capta appellatione pendente, vt in *Bononien. rescissionis contractus 28. Iunij 1645. coram Eminentiss. D. meo Corrado*. Et hinc dignoscitur quod superueniens sub banca obtenta non vitiat retro gesta.

217 Et vitiaret si fuisset signata simpliciter ante terminos, & rem iudicatam, quia tunc retrotrotrahitur ad diem sententiæ, à qua appellatur, vt in *Viterbien, Canonicatus 26. Iunij 1652. coram R. P. D. meo*
218 *Cerro*, vbi † etiam habetur, quod in Curia non datur de subreptione commissionum.

219 Quando fuerunt dati apostoli reuerentiales, in forma, illa debet obtineri infra decem dies ad fugiendam rem iudicatam, vt in *Romana domorum 11. Decembris 1645. coram R.P.D. meo Bichio non impressa*.

220 Commissio etiam reformatoria, circumducit priorem reformatam, vt in *Meleuitana Antianitatis 14. Decembris 1648. coram Reuer. D. meo Dunozetto*.

221 Et quia sæpius euenire solet, quod priori commissioni aliæ succedunt, sciendum est, quod contenta in priori semper censentur repetita in aliis successiuis, nisi constet de contrario, aut per reformatoriam, vel alio modo, vt in *Senogalien. bonorum 14. Aprilis 1617. coram bon. memoriæ Remboldo*.

222 Tandem vnum aduertendum iudico circa illos, qui nolunt iuuari à regula de triennali possessore, quod debent esse cauti in faciendo committere causam super eorum prætensionibus, quia eo ipso dicuntur propriam possessionem interrumpere: secus tamen ipsis eueniet si facient
223 committere † causam super eorum iactationibus in iudicio *legis diffamari*, hoc enim casu pacifica possessio non interrumpitur, nec receditur à beneficio regulæ,
224 quia hoc † iudicium non facit actorem, sed reum voluntarium, vt monet Rota in *Leodien. præpositura de Hansianes 4. Maij. 1650. coram R. P. D. meo Cerro inter volantes*.

De Attentatis.

Cap. IV.

De attentatis pendente appellatione.

Artic. I.

1 *Attentata præferuntur etiam cognitioni negotij principalis.*
2 *Attentata solent committi in spretum appellationis. & n. 281.*
3 *Appellatione pendente nihil est innouandum.*
4 *Iudex si bene, vel male pronunciauit, dicitur functus officio suo.*
5 *Iurisdictio iudicis suspenditur per appellationem ad superiorem.*
6 *Causa per appellationem non suspenditur respectu partium.*
7 *Attentatum quod nam sit, & factum debet reuocari.*
8 *Attentata reuocata remanent, donec negotium terminetur.*
9 *Ampliatur si intercesserit inhibitio iudicis appellationis.*
10 *Processus est attentatus & nullus factus post iudicis inhibitionem.*
11 *Sententia lata appellatione pendente non trãsit in iudicatum.*
12 *Ampliatur etsi appellatio deferatur ante prolationem sententiæ.*
13 *Possessio capta etiam deserta appellatione, est nulla.*
14 *Limitatur in causa immissionis, vel in possessorio adipiscendæ, vel reintegrandæ.*
15 *Processus factus post appellationem pendente termino ad respondendum de apostolis, an valeat.*
16 *Attentata an committantur post appellationẽ ab interlocutoria, & idem in illis seruetur.*
17 *Limitatur si non fuerit inhibitum, quia tan quam attentata non reuocarentur.*
18 *Attentata, an committantur, & idem seruetur pendente causa restitutionis ad appellandum.*
19 *Attentata post appellationem, & sententiam lite pendente, an committantur.*

Materia attentatorum est valde priuilegiata, & semper in omni cau-
1 sa præfertur, cognitioni † etiam negocii
2 principalis, & quia vt plurimum † committ-

mittuntur in spretum appellationis, ab hoc capite incipiemus. Sciendum est ergo
3 quod appellatione pendente † nihil est innouandum, & ratio est, quia cum Iudex postquam pronnnciauit bene, vel
4 male, † dicatur functus officio suo *l. Iudex postquam ff. de re. iud. eiusque* Iurisdi-
5 ctio † suspendatur per appellationem ad Superiorem, *c. venientes ex. de Iur. Iur.* omnia respectu ipsius, & respectu partium
6 in eodem statu † debent permanere; si
7 quid autem fiat debet ante omnia † tanquam attentatum reuocari *Rota in Craco- u:en. attentatorum 17. Iun. 1651. coram R. P. D. Bichio*, & talis reuocatio attenta-
8 torum remanebit firma † donec negocium terminetur, *Pen. dec. 176.* quamuis postea pronuncietur bene, vel male fuisse appellatum *c. non solũ vbi glos. de appell. in 6*
9 Idque libentius † si intercesserit Inhibitio Iudicis appellationis, quia tunc processus, non solum est attentatus, ve,
10 rum † etiam nullus ipso Iure; etiamsi postea renuncietur appellationi, cum inde secutis, *Egid. conclus. 624 & 631. Rot. dec. 20. de appell. in nou. Gem. in c. concertationi n. 8. de appell. in 6.*
11 Et si fertur sententia † pendente appellatione numquam transit in Iudica-
12 tum, † licet appellatio deferatur ante prolationem sententiæ, dummodo fuerint facti aliqui actus substantiales, *Oldrad. cons. 301. 302. & seq. Lapus allegatione prima.*
13 Quinimo possessio capta, † etiam deserta appellatione, est nulla. *Put. decis. 2. de appell.* nisi essemus in causa immissionis, vel in possessorio adipiscendæ, vel reinte-
14 grandæ † quia tunc, si non fuit appellatum infra decem dies, etiam quod non esset locus Egidianæ, possessio non esset nulla, neque attentata, vt dixi *tit. de poss. adipiscen.* ex auctoritate Rotæ *in Romana fideicommissi de Capite ferreo 10. Iunij 1644. coram Eminentiss. Domino meo Card. Corrado in folio.*
15 De processu facto † post appellationem, pendente termino ad respondendum de apostolis, videnda est *Rot. d. 19. de appell. in nou. & dec. 77. eodem tit. in antiqu. Gemin. in c. vt super de appellat. in 6.* & diximus supra *t. de appell.*
Ampliatur P. vt conclusio procedat,
16 etiam in attentatis † post appellationem ab interlocutoria, dummodo illius vigore fuerit inhibitum, si autem secus,
17 non † reuocarentur tamquam attentata, *d. c. non solum Guidopap. d. 436. num. 10. cap. significantibus vbi Franc. num. 8. ex de appell.*

18 Ampliatur 2. in attentatis † pendente causa restit. ad appallandum *l. vnic. C. in integr. restis. postulat.* etiam quod causa sit commissa prout de Iure. *Cassad. d. p. vt lite pendente Vestr. lib. 8. vt lit. penden. fol. 271.*
19 Ampliatur 3. in attentatis † etiam post appellationem, & sententiam lite pendente, *tot. tit. vt lit. pend. extra, & in 6. Bisign. d. 2. de appell.*

Quomodo, & an lis inducatur,

Artic. II.

20 *Litis pendentia quo ad reuocationem attentatorum, quomodo fiat.*
21 *Ampliatur etsi decretum ad notitiam citati nõ deuenerit.*
22 *Ampliatur idem etsi citatio decernatur ad instantiam Procuratoris, & cuius.*
23 *Notarii, quam obligationem deberent recipere à Procuratore sine mandato comparente.*
24 *Commissio quanam dabatur reo contra Procurcuratorem sine mandato comparentem.*
25 *Reus quomodo obtinebat absolutoriam, quando Procurator sine mandato comparebat.*
26 *Commissio prafixionis termini contra Procuratorem ad docendum de mandato, quando dabatur.*
27 *Procurator sine mandato comparens, hodie non astringitur sicut antiquitus.*
28 *Mala innumerabilia hodie eueniunt propter malam praxim.*
29 *Litis pendentia non inducitur per solam impetrationem commissionis, vel Iudicis.*
30 *Litis pendentia consideratur ratione vexationis, & molestiæ quo ad expensas.*
31 *Reus nihil impendat nisi propter solam cõmissionis impetrationem.*
32 *Litis pendentia quomodo inducatur quo ad reum.*
33 *Declara quando causa esset commissa litteris non confectis.*
34 *Litis pendentia quando inducatur in præiudicium rei, nisi litteris expeditis.*
35 *Attentata non sunt reuocanda litteris expediendis non expeditis.*
36 *Litis pendentia respectu tertii, quando inducatur.*
37 *Litis pendentia statim censetur inducta ex subrogatione gratiosa.*
18 *Litis pendentia non inducitur ex gratia sine litis notitia.*
39 *Ampliatur facta non reuocari etiamsi ferretur sententia.*
40 *Litis pendentia, an dicatur per commissariam subrogationem.*

Litis

41 *Litis pendentia non inducitur ab extraiudiciali appellatione.*

42 *Attentata an sint, & reuocentur, facta post extraiudicialem appellationem.*

43 *Lis vt dicatur legitimę pendere, quid requiratur.*

44 *Lis vt dicatur legitime pendere, debet esse vera, & non calumniosa.*

LItis autem pendentia, quo ad reuocationem attentatorum, & omnes alios suos effectus in pręiudicium Actoris
20 † fit per decretum citationis, *Egidius conclus.* 545. quamuis ad notitiam citati
21 † non deuenerit. *Rom. cons.* 330. *col.* 1. cuius rationem reddit *Gom. in d. compend. fol.* 165. *Rot dec.* 4. *vt lit. pend. in antiqu. Stafil. in d. tract. de literis inst. c.* 3. *fol.* 276. *nu.* 15.

Idem si citatio decernitur ad instan-
22 tiam † legitimi Procuratoris, vel etiam non habentis mandatum, dummodo tẽpore habili superueniat illud, vel ratificatio, quia antiquitus solebant, et hodie deberent Notarij de stilo Curiæ, quãdo decernebant citationes ad instantiam
23 asserti Procuratoris, † recipere obligationem ab eo, sub pœna, quod intra certum tempus superueniat mandatum, vel ratificatio Domini, eoque elapso, si reus
24 volebat agere ad pœnam, † dabatur Cõmissio quod Iudex, coram quo causa pendebat, procederet ad executionem, ac si esset A. C. vt testatur *Vestr. lib.* 4. *c. de citat. extra Cur. fol.* 80. et si reus vole-
25 bat tunc eximere se à molestijs † via ordinaria, obtinebat absolutoriam ab obseruatione Iudicij, cum condemnatione asserti Procuratoris in expensis, vel da-
26 batur † Commissio pręfixionis termini d. Procuratori ad docendum de mandato, vel ratificatione, quo elapso etc. Iudex pronunciet nullam Iurisdictionem sibi competere, eumque in expensis condemnet, *Cass. in regul. de subrogan. dec.* 40. *Vestr. d. c. de cit. extra Cur. d. fol.* 80. Quod
27 tamen hodie † nunquam vidi practicatum, licet de necessitate veniret practicã-
28 dum ob innumerabilia † accidentia, quę propter malam praxim eueniunt:

Neque ad inducendum litis penden-
29 tiam, † sufficit impetratio Commissionis
30 vel Iudicis, quia litis pendentia † consideratur ratione vexationis, et molestiæ, quo ad expensas, et non propter aliud;
31 reus vero nihil † expendit præter solam Commissionis impetrationem, vt in *Clem.* 1. *vbi glos. Imol. & Card. in verb. vexari de rescript. Gemin. in c. quoniam de immunit. Eccles. in* 6. *c. dispendia de rescript. in* 6. *late Stafil. c.* 3. *fol.* 272. *per totum. Gemin. d. fol.* 165.

Quo ad reum inducitur litis penden-
32 tia † per citationem legitime executam. *Clem.* 2. *vt lit. pend. Rot. dec.* 6. *eodem tit. in nou. Stafil. d. c.* 3. *fol.* 272. *nu.* 12. nisi causa
33 esset commissa † literis non confectis, cum solita clausula, dũmodo literę, &c. et interim non censeatur etc, tunc enim non inducitur litis pendentia in pręiudicium
34 rei, † nisi literæ fuerint expeditæ, et ideo nullo modo poterit dici attentari in pręiudicium pendentiæ litis, neque aliqua
35 attentata † erunt reuocanda, quæ alias tamen reuocarentur, *Stafil. d. c.* 3. *fol.* 277. *nu.* 12. *Gomes. dict. fol.* 165.

36 Respectu tertij inducitur † litis pendentia per admissionem ad causam, sicut quando Papa subrogat aliquem in Ius defuncti, vel cedentis; tunc enim, si subroga-
37 tio est gratiosa, † statim inducitur litis pendentia, cum statim censeatur admissus, ac si concedatur motu proprio, vel si concedatur ad supplicationem partis, si non fiat in subrogatione mentio litis, aut fiat euentualiter; tunc cum ex gratia
38 non presumatur notitia litis, † non inducitur pendentia illius, quo ad ipsum, neque facta ei pręiudicant, etiamsi ferretur
39 sententia, † à qua non fuisset appellatum, nisi post admissionem ad causam;
40 si vero subrogatio sit commissaria, † inducitur litis pendentia post factam subrogationem, & postquam subrogatus fuit admissus, *Cassad. decis.* 1. *&* 2. *vt lit. pend. Vestr. d. lib.* 8. *d. c. vt lit. pend. fol.* 271.

41 Appellatio extraiudicialis † non inducit litis pendentiam; neque innouata
42 post eam tamquam attentata † reuocantur, nisi à die factæ illius legitimæ intimationis, vt dicam infra. Et regulariter
43 ad hoc vt dicatur lis pendere, † requiritur, quod causa fuerit legitime introducta coram Iudice competente, *l. Aurelius ff. rem rat. hab. Glos. in d. l. Iudicium soluitur. ff. de Iudic. Stafil. c.* 16. *fol.* 320, *num.* 2.

44 Vlterius, quod sit lis vera, † non autem calumniosa; quia posterior non sufficeret ad inducendum vitium litigiosi, per supra dicta.

Quibus casibus inducatur, & reuocetur attentatum.

Artic. III.

45 *Tertius an possit petere reuocationem attentatorum.*
46 *Tertius potest prædicta petere si appellauit in tempore, quo licebat principali.*
47 *Innouata tam per principalem, quam per procuratorem, dicuntur attentata.*
48 *Innouatà per patrem dicuntur attentata, nisi filius statim renunciet.*
49 *Innouata etiam pendente causa nullitatis dicuntur attentata.*
50 *Innouata reuocantur per viam attentatorum si sit nullitas cum appellatione deducta.*
51 *Attentata an reuocentur, & quando, si nullitas sit principaliter deducta.*
52 *Nullitas principaliter deducta non impedit executionem sententiæ.*
53 *Ampliatur etsi iudex appellationis inhibeat.*
54 *Iudex in exequendo non dicitur attentare, causa nullitatis principaliter deducta.*
55 *Innouata pendente causa recusationis dicuntur attentata, vt reuocentur.*
56 *Innouata non solum in committendo, sed etiam in dimittendo reuocantur.*
57 *Cessio, & transactio an, & quando reuocentur per viam attentatorum.*
58 *Subrogatus an possit petere reuocationem attentatorum,*
59 *Possessio propria auctoritate capta lite pendente, in curia reuocatur tamquam attentata.*
60 *Possessio vacua tempore motæ litis, & postea capta reuocatur vt prædicta.*
61 *Subrogatio per ordinarium facta in locum mortui in Curia, reuocatur vt attentata.*
62 *Innouata etiam in criminalibus, vt attentata veniunt reuocanda pendente appellatione.*
63 *Bannitus non potest offendi pendente appell. vel termino ad appell. à sententia banni.*
64 *Confiscatio an locum habeat pendente appell. vel termino ad appell. vel reo ad defensiones admisso.*

Ampliatur quarto, non solum si pars principalis; sed etiam si tertius appellans à sententia lata contra alium pro
45 suo interesse † petat reuocationem atten-
46 tatorum: quod procedit si dictus tertius † appellauit infra tempus, infra quod licebat appellare condemnato, aliàs secus, *Felin. in c. cum super ext. de sent. & re iud.*
Ampliatur quinto, non solum in atten-
47 tatis per principalem, † verum etiam in attentatis per Procuratorem, dummodo constet de mandato; *Rot. decis. 7. vt lit. pend. in nou.* dicendum est etiam per Pa-
48 trem, † nisi filius habens eorum notitiam statim illis renunciet, *Put. dec. 6. eod. tit.*
Ampliatur sexto, in attentatis non
49 solum appellatione pendente, † sed etiam pendente causa nullitatis; nam si nullitas deducatur per viam appellationis, vnà
50 cum appellatione † reuocantur per viam attentatorum, sicut pendente appellatione. Si verò nullitas deducitur principa-
51 liter seorsim ab appellatione, tunc † attentata non reuocantur, nisi expectato fine nullitatis; & ratio est, quia si obtinetur in casu nullitatis, reuocabuntur omnia attentata, aliàs secus; idque euenit,
52 quia nullitas principaliter deducta; † non impedit executionem sententiæ, vel instrumenti, *Franc. in c. dilecto num. 31. ext. de appell.*
53 Et hæc procedunt, etiam † si Iudex nullitatis inhibeat, quia non obstante inhibitione poterit primus Iudex exequi,
54 & exequendo † non dicitur attentare, *Franc. ibidem num. 38.*
Ampliatur septimo, vt reuocentur,
55 etiam pendente causa recusationis, † quādo Iudex recusatur vt suspectus, & arbitri cognoscunt causas suspicionis, *c. cum speciali ext. de appell. vt per Franc. in c. dilecto ext. eodem, Gemin. in c. legitima cod. tit. in 6. Vestr. lib. 8. c. vt lit. pend. fol. 271.*
56 Ampliatur octauo, vt reuocentur innouata, † non solum in committendo, sed etiam in dimittendo, daturque exemplum in collitigante, transferente possessionem ex causa permutationis, vel ce-
57 dente, † tunc enim reuocantur cessio, & translatio huiusmodi, per viam attentatorum, *vt Rot. decis. 3. vt lit. pend. in nou. Cassad. decis. 9. de caus. possess. & propriet. Stafil. c. 3. fol. 276. num. 13. Gomes d. fol. 165.*
Ampliatur nono, quod subrogatus e-
58 tiam † potest petere reuocationem attentatorum, & ideo si lite pendente in Curia
59 actor † ingrediatur possessionem propriæ
60 auctoritate, vel si possessio est vacua † tempore motæ litis, & occupetur, vel al-
61 ter in locum mortui in Curia, † per ordinarium subrogetur: In omnibus his casibus debent reuocari possessio, & subrogatio, tanquam attentatę ad instantiam subrogati Apostolici, *Rot. decis. 10. vt lit. pend. in nou. & decis. 5. eod. tit. in antiq. Egyd. conclus. 122.*
62 Ampliatur decimo, etiam in † criminalibus, ideo pendente appellatione, vel tempore ad appellandum à sentētia ban-
63 ni, non licet † de iure bannitum impunè offendere, etiam quod id statutum permittat,

mittat, *Angel. Aret. in l. 1. ff. de acq. possess. cum relatis per Clar. in sua praxi crim. §. homicidium vers. successiuè quaero*. Quod tamen quomodo hodie procedat, videndæ sunt constitutiones summorum Pontificum superius indicatæ *sup. de appell.*

Reo autem condemnato in confiscatione bonorum, moriente pendente appellatione, vel tempore ad appellandum,
64 vel eo admisso ad faciẽdas defensiones, † an sit locus confiscationi bonorum, nobis dicet *Clar. in d. sua praxi qu. 49. vers. dixi quod, & qu. 94. vers. sed pone.*

Quibus casibus non reuocentur attentata?

Artic. IV.

65 *Attentata non committuntur, nisi appellatio sit legitima, neque deserta.*
66 *Attentata quando non sint reuocanda etiamsi vigore appellationis fuisset inhibitum.*
67 *Sententia iudicis ad quem super attentatis quando nam sit nulla.*
68 *Attentata non reuocantur quando appellans in dubio habet ius commune contra se.*
69 *Limitatur si appellatio aliqualiter iustificaretur.*
70 *Attentata neque reuocantur, quando appellatus excipit, & probat incontinenti.*
Declaratur dummodo non fuerit prius inhibitum. ibidem.
71 *Innouatum post inhibitionem reuocatur.*
72 *Attẽtata appellatione deserta differunt ab attentatis appellatione non deserta.*
73 *Attentata appellatione non deserta qua via reuocentur.*
74 *Attentata appellatione deserta qua via reuocari possint.*
75 *Attentata pendente appellatione extraiudiciali, an, & quando reuocentur.*
76 *Appellatio iudicialis, & extraiudicialis in quo differant.*
77 *Innouata ante intimationem in appellatione extraiudiciali an sint attentata, vel an nullanda.*
78 *Attentata non reuocantur quando index reuocauit grauamen, à quo fuit appellatum.*
79 *Iudex potest ad vlteriora procedere non obstante inhibitione, reuocato tantum grauamine.*
80 *Declara tamen, nisi iudex iam detulerit appellationi.*
81 *Innouata in illis, quæ habent actum de nouo coram iudice ordinario non reuocantur.*
82 *Appellatio in quibus suspendat iurisdictionem iudicis ordinarij.*
83 *Iudex ordinarius habet iurisdictionem super de nouo emergentibus, & si fuerit appellatum.*
84 *Attentata reuocantur, quando appellatio legitime probatur.*
85 *Nec sufficit, quod aduersarius patiatur fuisse appellatum in tempore.*
86 *Attentata vt possint reuocari, debet appellatio facta in tempore confiteri ab aduersario.*
87 *Iudex ex pura confessione potest pro legitima appellatione præsumere.*
88 *Censura frustra reuocantur per viam attentati, & quare.*
89 *Aduerte tamen in hac materia plures adesse contrarias decisiones.*
90 *Iudex à quo, an, & quando possit ab eo excommunicatum absoluere.*
91 *Attentata, quæ tendunt ad faciliorem causæ appellationis expeditionem, an reuocentur.*
92 *Iudex à quo præfigens terminum appellanti ad prosequendum non dicitur attentare.*
93 *Præfixio termini ad prosequendam appellationem potest fieri per non habentem iurisdictionem.*
94 *Iudex decernens sequestrum ob suspicionem dilapidationis, non dicitur attentare.*
95 *Iudex examinans affuturos testes, & in alijs casibus remissiue non dicitur attentare.*
96 *Innouata dicuntur attentata reuocanda, quando praeiudicant liti.*
97 *Clausula, præiudicium litis, solet poni, & quare in omnibus commissionibus attẽtatorum.*
98 *Innouata post sententiam latam super notorio non dicuntur attentata.*
99 *Sententia super notorio non obstante appellatione potest mandari executioni.*
100 *Innouata per iudicem, cui est commissa causa per conscientiam terminanda, non dicuntur attentata.*
101 *Appellatio à sententia iudicis, cui causa per conscientiam terminanda fuit data, non datur.*
102 *Limitatur si superior admitteret appellationem, & inhiberet.*
103 *Attentata non reuocantur, quando appellans prosequitur incidenter appellationem.*
104 *Attentata an, & quæ reuocentur, quando appellatur à die habitæ notitiæ.*
105 *Appellans post decem dies à die sententiæ, & intra decem à die notitia, auditur.*
106 *Innouata post decem dies vsque ad diem appellationis non reuocantur vti attentata.*
107 *Attentata non reuocantur, quando expectatur euentus negotij principalis.*
108 *Attentata non reuocantur, quando appellatur in casibus à iure prohibitis.*
109 *Innouata non reuocantur vti attentata, nisi fuerit inhibitum.*
110 *Innouata post inhibitionem semper reuocantur.*
111 *Innouata non reuocantur, quando difficilis, aut*

aut impossibilis est reuocatio.
112 *Innouata, quando non possunt reuocari, expectatur futurus euentus.*
113 *Innouata de necessitate per modum prouisionis non dicuntur attentata.*
114 *Iudex laicus potest procedere in causa matrimonij pendente coram Ecclesiastico super alimentis.*
115 *Innouata pendente causa reuisionis per modum supplicationis non sunt reuocanda.*
116 *Appellatio conceditur ex iustitia, supplicatio vero ex gratia.*
117 *Appellatio, & supplicatio quare differant circa reuocationem attentatorum.*
118 *Innouata elapso termino ad reportandam fidem prosecutionis, non reuocantur.*
119 *Iudex exequens non dicitur attentare elapsa praefixione ad reportandam fidem prosecutionis.*
120 *Iudex à quo non potest praefigere terminum finiendi causam appellationis, vel redeundi cum literis.*
121 *Index si praefigat terminum ad finiendum, intelligitur ad prosequendum.*

65 Limitatur suprascripta conclusio. † Primo, vt procedat, quando appellatio est legitima, neque est deserta; si enim esset nulla, vel deserta, dummodò ex actis clarè constet de nullitate, vel desertione, ita vt nulla requiratur proba-
66 tio, † attentata non reuocarentur, etiam si vigore appellationis fuisset inhibitum, *Egid. concl. 239. & Rot. dec. 75. de appell. in antiq. dec. 1. de appell. in nou.*

Et si Iudex ad quem, ferret sententiam
67 super attentatis, † esset nulla, tanquam lata à non iudice, *d. decis. 1. de appell. in nou.* Si autem quis erit in dubio, an scili-
68 cet licuerit appellare, † tunc si appellans habet ius commune contra se, attentata
69 non reuocantur, † nisi aliqualiter fuerit iustificata appellatio; si verò habet pro se ius commune, sed appellatus excipiat,
70 & probet in continenti, † neque hoc casu reuocantur, dummodo nō fuerit inhi-
71 bitum; Inhibitio enim debet timeri, & quod est factum post eam reuocatur, *Glos. & Gemin. in d. c. non solum §. illa vero in verbo casibus de appell. in 6. Vestr. lib. 8. c. vt lit. pend. fol. 271.*

Et super his considerandum est, vt possint concordari, quae supra diximus cum hac limitatione; videntur enim contra-
72 ria prima facie, sed differunt in vno: † Puta, attentata appellatione deserta, differunt ab attentatis appellatione non de-
73 serta, quia si appellatio non est deserta; † attentata reuocantur per viam attentatorum modo priuilegiato; si verò appellatio est deserta, attentata non † reuocan-
74 tur modo suprascripto, sed via ordinaria nullitatis, & de hoc videatur *Rot. decis. 1. eodem tit.* & hac ratione concordantur illae decisiones cum *Franc. in c. saepe num. 30. ext. de appell.*

Limitatur secundo, vt non procedat in
75 appellatione extraiudiciali, † nisi attentata sint contra appellationem, *c. cum nobis ext. de elect. Franc. in c. dilecto num. 4. ext. de appell.* apud quem legitur ratio diffe-
76 rentiae † inter appellationem iudicialem, post quam omnia attentata reuocantur, absque distinctione; & appellationem extraiudicialem, nisi fuerit intimata, vel
77 si fuerit intimata, † quia innouata ante intimationem non reuocantur tanquam attentata, licet veniant annullanda, vt concludunt *DD. in c. fine. & c. consuluit ext. de appell. in non. Cassad. decis. 1. & 3. eod. tit. decis. 5. de iur. iur. Vestr. lib. 3. c. de appell. extraiud. fol. 66.*

78 Limitatur tertio, quando Iudex † reuocauit grauamen, à quo fuit appellatum, prout fit quotidie per repositiones. Tunc enim etiam non obstante inhibitio-
79 ne † potest ad vlteriora procedere, ac si non fuisset appellatum, *c. si à Iudice de appell. in 6. Franc. & Dec. in c. cum teneamur ext. eodem.* Declara, nisi Iudex detulerit
80 appellationi; † quia tunc, quamuis appellatio esset friuola, attentata reuocantur absque distinctione, *Glos. & Gemin. in d. §. illa vero, in verbo, nisi.*

Sed si lis penderet coram iudice ordinario, & per eum innouaretur in illis,
81 quae haberent ortum de nouo, † tunc innouata, etiam postquam detulisset, non reuocantur tanquam attentata, *Franc. in d. c. cum teneamur nu. 18. post. Abb. ibi, Vestr. d. c. vt lit. pend. fol. 271.*

82 Appellatio enim † suspendit iurisdictionem ordinarij in eo tantum, in quo pronunciauit; secus est dicendum in alijs
83 emergentibus, quia in his firma remanet iurisdictio, *c. praeterea de his, ext. de appell.*

84 Limitatur quarto, vt procedat solum, † quando appellatio legitime probatur, *Rot. decis. 30. de appell. in nou.* neque sufficit
85 quod aduersarius † patiatur fuisse appellatum in tempore, prout requiritur, ad
86 effectum, † vt possint reuocari attentata: & est aduertendum, quod si confessio est
87 pura, tunc potest Iudex † pro appellatione tanquam legitima praesumere, *Egid. conclus. 505. & 684. Franc. & Dec. in c. cum in Ecclesia, ext. de appell. Vestr. lib. 8. c. de prima, & secunda instantia.*

Limitatur quinto, in censuris, quae cum
88 statim, aut ligent, aut non ligent, † frustra

ſtra reuocantur per viam attentati, *Gloſ. in c. venerabilibus §. porrò verbo appellatum*
89 *de ſent. excommun. in 6.* † licet de hoc inueniantur deciſiones contrariæ, vt per *Rot. deciſ. 51. & 62. de appell. in nou.*
90 Iudex autem à quo, an, & quando † poſſit abſoluere excommunicatum ab eo, dicit *Franc. in c. qua fronte num. 18. ext. de appell.*
91 Limitatur ſexto in attentatis, quæ tendunt ad faciliorem cauſæ appellationis expeditionem, dummodo articulum appellationis iudex non attingat, neque cognoſcat, *Franc. in d. c. cum teneamur n. 3.*
92 Ideo ſi iudex à quo præfigat terminum appellanti ad proſequendam appellatio-
93 nem, † cum hoc poſſit fieri, etiam per non habentem iuriſdictionem, non dicitur attentare, *Gem. in c. quamuis §. inferiores de elect. in 6.*
94 Idem ſi decernat ſequeſtrum, † quando adeſt ſuſpicio dilapidationis, *c. cum teneamur, & ibi Franc. ext. de appell.*
95 Vel examinet † teſtes aſſuturos, & in pluribus alijs ſimilibus caſibus, relatis per *Franc. & Dec. in d. c. cum teneamur*; & per eundem *Franc. in c. cum ad aures ext. eod. tit. Gemin. in c. ſi à Iudice, eodem in 6. Veſtr. d. c. vt lit. pend. fol. 271.*
Quia non omnia innouata dicuntur
96 attentata, & reuocanda, † ſed tantum debent reuocari ea, quę præiudicant liti, & ideo vidi, quod in commiſſionibus at-
97 tentatorum, † ſolet addi clauſula, præiudicium litis, *per c. dudum ext. de priuil. Stafil. c. 22. fol. 345. num. 10.*
98 Limitatur ſeptimo, quando ſententia † fertur ſuper notorio, quia non obſtante
99 appellatione † poteſt ſtatim mandari executioni, *Oldrad. conſ. 18. Egid. concluſ. 18. Lap. alleg. 15.* In practica tamen difficillime obtinetur.
100 Limitatur octauo, quando ſententia † fertur per iudicem, cui fuit commiſſa cauſa terminanda ſecundum conſcien-
101 tiam; † quia ab iſtius ſententia non datur appellatio, & ideo, ſtatim datur executio, niſi ſuperior admitteret appella-
102 tionem, & inhiberet; † tunc enim inhibitio eſſet omnino timenda, *Rot. in d. Cracouien. attentatorum.*
103 Limitatur nono, quando appellans † proſequitur cauſam appellationis incidentet, *Imol. in Clem. 1. col. 7. de dol. & contum.*
104 Limitatur decimo, quando † appellatur à die habitæ notitiæ, tunc enim licet
105 appellans † audiatur poſt decem dies à die latæ ſententiæ; innouata tamen poſt dictos decem dies, vſque ad diem appel-
106 lationis † non reuocantur, vti attentata; *Rot. deciſ. 28. de appell. in nou. Abb. in c. ſuſcitata ext. de in integr. reſtit. Veſtr. d. c. vt lit. pend. fol. 271. Rot. in vna Treuiren. Capellæ 27. Iunij 1653. coram R. p. d. meo Zarate in fol.*
Limitatur vndecimo, in omnibus illis
107 caſibus, † in quibus attentata non reuocantur, niſi expectato euentu negocij
108 principalis, & quando † appellatur à caſibus à iure prohibitis, & alijs enumeratis per *Gemin. in ſupraſcripto §. illa vero*, in
109 quibus niſi fuerit inhibitum, innouata non reuocantur vti attentata; ſi vero fuit
110 inhibitum, † innouata poſt inhibitionem reuocantur, *Gemin. ibid. in verbo caſibus.*
111 Limitatur duodecimo, quando † impoſſibile, vel difficile eſſet reuocare attentata, vt in exhumatione cadaueris, aut in ſacramentalibus, vt in conſecratione, collatione ordinum, & ſimilibus,
112 in quibus † poteſt expectari futurus euentus, neque poſſunt in primis, & ante omnia reuocari, *Gemin. vbi ſup. & §. fin. in d. c. non ſolum in fin. & in c. concertatione eodem tit. Franc. in c. dilecto ext. eodem, Veſtr. d. c. fol. 271.*
113 Limitatur tertiodecimo, in his, † quæ fiunt de neceſſitate per modum prouiſionis, ideo pendente cauſa appellationis coram iudice eccleſiaſtico à ſententia la-
114 ta in fauorem matrimonij, iudex laicus † poteſt procedere ſuper alimentis vxori pręſtandis, neq; propterea dicitur attentare, *Afflict. deciſ. 151.*
Limitatur quartodecimo, in innoua-
115 tis pendente cauſa reuiſionis per modum ſupplicationis; nam appellatio concedi-
116 tur ex iuſtitia; † ſupplicatio vero ex gra-
117 tia, & ideo non eſt mirum, † ſi differunt circa reuocationem attentatorum, *Afflict. deciſ. 341.*
118 Limitatur quintodecimo, † quando iudex, à quo præfixit appellanti terminum ad reportandum fidem de proſecutione appellationis; ſi enim fides in termino nō reportetur, poteſt ſententiam ſuam exe-
119 qui, † neque dicitur attentare, licet appellatio propterea non ſit deſerta, *Felin. in c. perſonas ext. de appell.*
Sed hic incidenter notandum eſt, quod iudex, à quo non poteſt pręfigere termi-
120 num † appellanti finiendi cauſam appellationis, neque ad redeundum coram ſe
121 cum literis impetratis, † & ſi præfigatur ad finiendum, intelligitur ad proſequendum, *c. ex inſinuatione, vbi Franc. ext. de appel.*

Art. V.

An quoad tertium dentur attentata.

Artic. V.

122 *Innouata per tertium, vel contra tertium, non reuocantur vt attentata.*

123 *Innouata prædicta reuocantur iuris ordine seruato, & fit noua lis.*

124 *Ampliatur etiamsi tertius attentaret ratione collitigantis, dummodo non sit de suo mandato.*

125 *Iudex an possit non obstante inhibitione contra tertium procedere.*

126 *Inhibitio contra principalem non prodest fideiussori, & econtra.*

127 *Innouata à tertio quando reuocentur per viã attentatorum. Vide 128. & 129. & seq.*

128 *Attentata an reuocentur, & quomodo, quando tertius succedit in re attentata.*

129 *Attentata quando reuocentur per viam attentatorum, & si tertius habeat titulum, & bonam fidem. 127*

130 *Tertius succedens in re vitiosa est peioris cõditionis, quam si ipse attentasset.*

131 *Spolium, & possessio post appellationem extraiudicialem, & generalẽ dicuntur attentata.*

132 *Ampliatur, etsi sit tertius, & bonæ fidei possessor.*

Limitatur si appellatio sit specialis respectu certæ personæ, quia tertius tunc non attentat. ibid.

122 Limitatur sextodecimo, vt non † procedat in attentatis per tertium, vel
coutra tertium; ea enim non debent re-
123 uocari summariè, tanquam attentata, †
sed iuris ordine seruato; debetque fieri, quoad ipsum lis noua, *c. Romana* §. *in alium de appell. in 6. l. is à quo ff. de rei vendic. Rot. dec. 2. vt lit. pend. in antiq. Stafil. c. 22. fol.* 345
124 Etiamsi attentaret ratione collitigantis, dummodo non fiat de mandato ipsius, *Rot. dec. 81. de appell. in nou. Lap. in c. enim qui de præben. in 6.* Quinimò non obstante
125 inhibitione † poterit contra tertium prócedi, & ideo dicitur, quod inhibitio con-
126 tra principalem † non prodesset fideiussori, quia contra eum posset agi, & è contra, *Franc. in d. c. cum teneamur num. 15.*

Si tamen attentet vna cum collitigante, vel habeat causam ab ipso, aut à iudi-
127 ce, aut iudicis iurisdictio impediatur, † innouata reuocantur per viam attentatorum, *c. 1. ext. de off. deleg. Glos. fin. in d. c. non solum, DD. in c. cum M. Ferrariensis ext. de constit. Bartol. in l. Chirografis* §. 1. *ff. de adm. tut. Felin. in c. cum super num. 11. & 18. ext. de sent. & re iudic. Bisignet. decis. 4. de ap-*
128 *pell. Vestr. in d. c. vt lit. pend. fol.* 271. † Similiter, si succedit in re attentata, quamuis non habeat causam à iudice, vel à parte, attentata vtroque casu reuocantur reme-
129 dio attentatorum, † etiamsi habeat titulum, & bonam fidem, *c. ex parte, vbi Imol. ext. de testamen.* & sic in hoc secundo casu
130 est † peioris conditionis, quam si ipse attentasset, quia succedit in re vitiosa, vt per *Franc. in d. c. bonæ, num. 12.*

Sublimitatur hęc fallentia, quando appellans fuit spoliatus sua possessione post appellationem extraiudicialem, & gene-
131 ralem; † tunc enim quicunque spoliat, & ad quemcunq; possessio transeat, dicitur esse contra appellationem, etiamsi sit ter-
132 tius, & bonæ fidei possessor, † secus si appellatio esset specialis respectu certę personę, quia tunc ille tantum dicitur attentare, non tertius, *Franc. in dicto cap. bonæ, num. 8.*

An in spolio, & non iure detur reuocatio attentatorum.

Artic. VI.

133 *Attentata non reuocantur ad instantiam illius de cuius non iure notoriè constat.*

134 *Spolium lite pendente factum quando non reuocetur per viam attentatorum.*

135 *Non ius spoliati vt dicatur constare, quidnam requiratur.*

136 *Spolium per viam attentati reuocatur stante titulo colorato.*

137 *Spolium an possit reuocari à iudice, etsi notoriè constet de non iure spoliati.*

Declara tamen possessionem non posse restitui spoliato.

138 *Possessio restituitur spoliato docenti de suo titulo saltem colorato.*

139 *Commissio ad docendum de legitimo titulo non datur contra spoliatum, & quare.*

Limitatur decimoseptimo, vt nõ pro-
133 cedat, † quando attentata petuntur reuocari ad instantiam illius, de cuius nõ iure in proprietate notorie constat, *Felin. in c. inquisitionis num. 18. ext. de accus.*

Ideo spolium lite pendente factum,
134 nou † reuocatur per viam attentatorum, si notorie constet de non iure spoliati, *Franc. in c. sollicitudinis num. 3. ext. de appell.*
135 Aduertendum est tamen, † quod requiritur titulus canonicus ad hoc, vt non dicatur constarę de non iure spoliati, &
136 sufficit etiam titulus coloratus ad hoc, vt spolium per viam attentati reuocetur, *Rot. decis. 2. de restit. spoliat. in nou. Cassad. decis. 3.*

decis.3.ead.Rot.decis.7.vt lit.pend.in antiq.& decis.2.eod.in nou.

Potest quidem iudex, etiamsi notoriè
constet de non iure spoliati, *ex* mero of-
137 ficio suo † spolium reuocare, sed non pos-
sessionem spoliato restituere, ne detur vi-
tiosus ingressus, *Cassad.d.decis.3.*

138 Si spoliatus † doceat de suo titulo, sal-
tem colorato, licet non canonico, resti-
tuitur ei possessio; ideo de stylo nunquam
139 in dicto casu † datur commissio prefixio-
nis termini ad docendum de legitimo ti-
tulo, quia sufficit coloratus, *Stafil. c.20. fol.339. num.11. & seq.*

In quo differant remedia attentatorum, & recuperandæ.

Artic. VII.

140 *Possessorium recuperandæ, & remedium attentatorum valde differunt inter se. 219.*

141 *Actor in possessorio recuperandæ debet docere de titulo saltem colorato.*

142 *Extrema an, & quæ sint probanda in attentatis.*

143 *Declara tamen hæc procedere in beneficialibus, & spiritualibus.*

144 *Spoliatus in profanis debet indistinctè ante omnia restitui.*

145 *Exceptio defectus notoriæ proprietatis non datur in profanis agenti in remedio attentatorum.*

146 *Innouata non reuocantur in actis, quæ causam & tractum successiuum habent.*

147 *Appellatio datur à carceratione præsertim indebita.*

148 *Reus appellans à carceratione non debet aliquid innouare.*

140 ET quia remedium attentatorum, † &
possessorium recuperandę, multum
differunt inter se, vt latè per *Rot.decis.2.de
restit.spoliat.* & dicam infra, & in hoc prę-
cipuè, quod agens possessorio recuperan-
141 dæ, † debet docere de titulo, saltem co-
lorato, vt per supplicationem, *Cassador.
decis.4.& 8.de restit.spoliat.*

In attentatis sufficit probare duo ex-
142 trema, † innouatum scilicet, & litis pen-
dentiam, *Glos.fin. in d. c.non solum, Rot.d.*
143 *decis.2.Vestr.d.fol.271.*& hæc procedunt †
in beneficialibus, & spiritualibus, vt per
Felin.in d.c.vt inquisitionis.

In profanis verò spoliatus, etiam quod
144 notoriè constet de non iure suo, † debet
in primis, & ante omnia indistinctè resti-
tui, vt supra *in c.de petit.& possess.* quia in
145 profanis † non datur agenti in remedio
attentatorum exceptio defectus notoriæ
proprietatis, *Afflict.decis.352.*

146 Limitatur decimoctauo, in actis, quę †
habent causam, & tractum successiuum;
hæc enim non reuocantur, nisi adsit per-
seuerantia, *Afflict.decis.341.*

Est autem notandum, quod licet à car-
147 ceratione, præsertim indebita, † detur
appellatio, & proptetea, si reus, qui vidit
148 se carcerari, appellet, non † deberet ali-
quid innouari; nihilominus detinetur, &
hoc seruatur de consuetudine, *Guidopap.
decis.235.& Clarus in sua praxi, vt in q.46.
vers. sed quid si reus.*

An continuans possessionem dicatur attentare.

Artic. VIII.

149 *Innouare non dicitur, nec attentare, qui continuat possessionem, & sic non datur reuocatio. 153.*

150 *Innouare, nec attentare dicitur quando possessio confirmatur existenti in ea.*

151 *Innouare, nec attentare dicitur iudex confirmans possessionem appellati.*

152 *Possessio quandonam capi possit propria auctoritate, non obstante litis pendentia super petitorio.*

153 *Innouare non dicitur qui continuat, & regula circa hanc materiam remissiue. 149.*

149 LImitatur decimonono, in eo, † qui
cōtinuat possessionē, qui non dicitur
innouare. nec attentare, etiam quod vsus
possessionis sit contra ius principale in
iudicio deductum: & idem esset, si posses-
150 sio † confirmaretur existenti in ea, vel si
151 iudex † confirmaret possessionē appella-
ti, in qua turbatur appellatione penden-
te, *c.1.ext.de restit.lit.pend.c.dudum, ext.de
priuil. Glos.fin.in d.c.non solum, c, cum teneamur, ext. de appell. Innoc. in c.dilecti ext. de
except. Stafil.fol.345.num.10.Franc. in c.si-
gnificante num.6.ext.de appell.*

Pari etiam ratione, qui obtinuit rem
iudicatam in possessorio, vel super atten-
152 tatis, † potest absque vitio attentatorum;
& propria auctoritate ingredi possessio-
nem, non obstante litis pendentia super
petitorio.

Qui autem vult clarè videre declara-
153 tionem dictę regulę, † Qui continuat non
attentat, legat *egregiam decisionem coram
R.p.d. Bichio in d. causa Bononien. bonorum
die 17.Martij 1649.in folio, & in Monopoli-
tana attentatorum 13. Febr. 1651. coram
Eminentiss.D.meo Card.Corrado, & in Cataren.*

nen. hereditatis 1. Febr. 1651. coram R.p.d. meo Cerro.

An detur attentatum aduersus clausulam, Appellatione remota.

Artic. IX.

154 *Innouata, quando causa est commissa cum clausula appellatione remota, an, & quomodo reuocentur.*
155 *Iudex cum clausula appellatione remota nunquam habet suspensam iurisdictionem.*
156 *Limitatur tamen, quando causa appellationis est in iure expressa.*
157 *Limitatur, quando per iudicem ad quem fuit inhibitum.*
158 *Limitatur etiam, quando causa fuit iam recepta per superiorem ex certa scientia.*
159 *Innouata quando adest clausula, appellatione remota, quando per viam attentatorum reuocentur.*
160 *Innouata non reuocantur, quando appellans vult appellationi renunciare.*
161 *Innouata non reuocantur, si non tangant causam appellationis, & absque ea possint expediri.*
162 *Innouata an reuocentur, & quando, si reuocatio petitur post conclusionem in causa.*
163 *Innouata in casu praedicto debent expectare sententiam negotij principalis.*
164 *Innouata non reuocantur, quando non possunt rescindi, nisi per diffinitiuam.*

154 Limitatur vigesimo, † quando causa est commissa cum clausula, appellatione remota; nam licet possint reuocari ordinarie, agendo per viam querelae, tamen non reuocantur per viam attentatorum, † quia iurisdictio iudicis non est suspensa, nisi in tribus casibus. Primo scilicet, quando † appellatur ex causa expressa in iure, quo casu dicta clausula non tollit appellationem. Secundo, † quando per iudicem ad quem fuit inhibitum. Tertio, † quando causa fuit iam recepta per superiorem ex certa scientia; tunc enim innouata † reuocantur per viā attentatorum, *Franc. in c. pastoralis in princ. num. 6. ext. de appell.*
155
156
157
158
159

160 Limitatur vigesimoprimo, quando † appellans vellet renunciare appellationi, ex superius ponderatis.

161 Limitatur vigesimosecundo, quando † acta nullo modo tangunt causam appellationis, & possunt expediri absq. cognitione articuli appellationis, *Franc. in cap. sollicitudinem num. 3. ext. de appell.*

Limitatur vigesimotertio, si reuocatio † petatur post conclusionem in causa;
162
163 quia tunc non reuocantur ante omnia, † sed est expectanda sententia super negocio principali appellationis, *c. pastoralis in fine, ext. de caus. possess. & propriet.* & dicam etiam infra.

164 Limitatur vigesimoquarto, † quando attentata sunt talia, quae non possunt rescindi, nisi per sententiam diffinitiuam, *l. Chirographis §. fin. ff. de adm. i. tut. Franc. in c. dilecti. num. 4. ext. de appell.*

An acquirens nouum ius lite pendente dicatur attentare.

Artic. X.

165 *Innouata in acquisitione noui iuris lite pendente non reuocantur.*
166 *Ius competens tam in beneficialibus, quam in profanis debet ab initio deduci.*
167 *Ius nouum lite pendente in beneficialibus potest impetrari tam in petitorio, quam in possessorio.*
168 *Declaratur tamen dummodo fiat mentio litis pendentiae.*
169 *Commissio solet dari, quod procedatur super nouo iure acquisito.*
170 *Commissio antiqua an tribuat iurisdictionem super iure de nouo acquisito.*
171 *Ius nouum producens videtur in expensis condemnandus.*
172 *Expensae de stylo Curiae an reficiātur per producentem nouum ius.*
173 *Rota iudicat super nouo iure quandocunque producatur, sine nouo processu, &c.*
174 *Declara tamen aduersario debere dari dilationem ad opponendum, & probandum exceptiones.*
175 *Expensae quandonam compensentur inter litigantes.*
176 *Ius nouum producens in profanis an audiretur absque refectione expensarum.*
177 *Subrogatus in ius temerè litigantis an reficiat expensas in beneficialibus.*
178 *Declara tamen temere litigantem teneri, etsi postea nouum ius acquisiuerit.*
179 *Subrogatio tradit nouum ius, non transfundit antiquum.*
180 *Ius nouum acquisitum lite pendente an, & quando, & ad quem effectum debeat aduersario intimari.*
181 *Ius nouum acquisitum si est gratia accessoria non requirit intimationem.*
182 *Subrogatus debet intimare aduersario subrogationem, & ius sui authoris iustificare.*
183 *Executoriales in subrogatione obtenta debent etiam ipsi aduersario intimari.*
184 *Limitatur, si subrogatus habuerit tres conformes,*

mes, vel rem iudicatam, & executoriales .
185 *Sabrogatio quando terminet omnino litem in beneficialibus .*
186 *Restitutio facit litem , & antiquum ius reuiuiscere .*
187 *Intimatio subrogationis non est inutilis, quando collitigans restituitur aduersus rem iudicatam, vel tres conformes .*
188 *Intimatio quotiescunque requiritur ; sufficit etiamsi fiat procuratori .*

165 Limitatur vigesimoquinto,† in acquisitione noui iuris lite pendente, quia licet de iure communi omne ius , quod competit tam in profanis, quam in be-
166 neficialibus , † debeat ab initio deduci , *c.statuimus, de elect.in 6.Bart. in l.si mater ,*
167 *§.eundem, ff. de execut. rei iud.* † In beneficialibus tamen potest impetrari nouum ius, lite pendente, tam in petitorio, quam
168 in possessorio, absq; vitio attentatorum,† dummodo fiat mentio litis pendentiæ ; *c. Abbate S.Maria, de re iud.in 6 .Egid.conclus.*102.
169 Et solet dari commissio ; † quod procedatur super hoc nouo iure , & pronunciatur ex actis iam factis , etiamsi deductum fuerit post conclusum in causa , *Gomes.fol.*157.*col.*2. *Stafil.c.*4.*fol.*378. *& seq.*
Imo potest procedi ex commissione
170 antiqua, † quæ tribuit iurisdictionem super huiusmodi re litigiosa , quamuis ab initio nullum ius competat , vt refert *Stafil.c.*10.*fol.*334.*à principio,vers.sed quid.*
171 Et quamuis producens † videretur cōdemnandus in expensis , secundum *Abb. in c.fin.ext.vt lit.pend.Dec.in c.*1.*de confirm. vtil.vel inutil.*
172 De stylo tamen Curię † non solent huiusmodi expensę refici , si credis *Stafil. d. fol.*278.
In sacro Rotæ Auditorio , etiam absq; commissione , & refectione expensarum , quandocunq; producatur nouum ius an-
173 te sententiam,† iudicatur super eo, absq; noua terminorum , & processus reiteratione ; datur tamen aduersario compe-
174 tens † dilatio, etiam ad partes, ad opponendum,& probandum exceptiones contra illud, *Egid.conclus.*662. *Vestr.lib.*5.*c.de reiterat.termin.fol.*123. *& lib.*7.*c.*1.*fol.*192. videndus plenius *Stafil.d.fol.*278.*& Gomes in d.compend.fol.*168.
175 Et in omnem euentum † admitteretur tunc compensatio expensarū , quia actor iniuste etiam litigauit vsq;ad productionem noui iuris , quo casu succedit regula, *l.si ambo, ff.de compens. Vestr.d.fol.*123.
176 In profanis verò fortè non audiretur † producens nouum ius , absq; refectione expensarum, vt per *Gomes d.fol.*168.
Et quando in beneficialibus deberent
177 refici expensæ,† non procederet in subrogato in ius illius, qui temere litigauerat,
178 & deinde impetrauerat nouum ius;† quāuis enim ille veniret condemnandus in expensis , secus tamen est dicendum in
179 subrogato , † quia subrogatio tradit nouum ius , & non transfundit ad istum effectum ius defuncti in subrogatum , *Gomes d.fol.*168.
Vt præmissa melius declaremus, sciendum est,quod ius nouum impetratum li-
180 te pendente, si sit gratia principalis † debet intimari aduersario, etiam absenti,& contumaci, ad hoc, vt possit, si vult,illud
181 impugnare:si verò erit gratia accessoria,† non requiritur intimatio , *Rot.decis.*13.*de dol.& contum.in nou.decis.*15.*de rescript. eodem,Gomes fol.*169.
182 Sicuti † debet etiam impetrans intimare aduersario subrogationem suam,& ius sui authoris iustificare , & si ille obtinuit executoriales , ipsæ etiam venirent inti-
183 mandæ ; aliàs enim tam gratia , quam executoriales seruirent de vento, nec admitteretur ad prosecutionem causæ , nisi pars legitimè citata fuerit; ratio est,quia fortè illas impugnabit , *Egid.conclus.*112. 116.*&* 156.*Rot.d.dec.*13.*Stafil.c.*7.*fol.*291. *num.*4.*& cap.*14.*num.*6.*fol.*314.
184 Præterquam si subrogetur † ille , qui habuit tres conformes , vel rem iudicatam, & executoriales : cum enim tunc lis
185 dicatur finita , & † beneficium non dicatur amplius litigiosum, ac habeat locum clausula de subrogando , vt est *Textus in c.*1.*iuncta Glos. de lit. context. in 6.* non requireretur talis intimatio .
Si collitigans restitutus fuisset aduersus dictas sententias, vel rem iudicatam,
186 cum† restitutio faciat litem,& antiquum ius reuiuiscere, *l.quod si minor. §.restitutio,*
187 *ff.de minor.* † fortè intimatio non esset inutilis , licet huiusmodi opinio sit valde controuersa , vt dicit *Stafil. c.*14. *fol.*314. *præcipue num.*10.*&* 460. In omni autem casu, quando intimatio requiritur, suffi-
188 cit † etiam si fiat procuratori aduersarij , *Rot.decis.*11.*vt lit.pend.in nou.*

De Commissione reuocationis attentatorum impetranda.

Artic. XI.

189 *Attentata reuocantur petita commissione causæ reuocationis illorum .*
190 *Attētata hodie petūtur reuocari citata parte.*

191 *Commissio reuocationis attentatorum reijcitur nisi detur illarum sumus in Signatura.*
192 *Commissiones reuocationum attentatorum aliquando, & quare à Signatura reijciuntur.*
193 *Commissio cognitionis, & reuocationis attentatorum, cui nam soleat dirigi.*
194 *Commissio prædicta aliquando, & quare soleat dirigi ad locum, vbi sunt regestra, & processus.*
195 *Commissio si dicat attentata in primis, & ante omnia reuocari, ponitur clausula, prout iuris fuerit.*
196 *Attentata an semper in primis, & ante omnia sint reuocanda.*
197 *Attentata, nullitas, & negocium principale aliquando simul, & semel committuntur.*

Propterea quando aliqua pars fecisset
189 attentata, illaque reuocari deberent,† solet peti commissio causæ reuocationis illorum, & antiquitus concedebantur huiusmodi commissiones indistinctè, & sine partis citatione. Hodie autem cum vt
190 plurimum petantur, † ad differendam expeditionem negocij principalis, meritò introductum fuit, vt pars citetur ante il-
191 larum signationem, † & ad obtinendum, debet saltem dari fumus attentatorum, aliàs commissio reijcitur, vel signatur cum clausula, cum facultate reuocandi attentata, quatenus adsint.

Solet etiam Signatura instantibus fe-
192 rijs similes commissiones † denegare, vt citiùs lites terminentur, secundum *Vestr. lib.8.c.vt lit.pend.fol.271.*

Cognitio autem, & reuocatio attenta-
193 torum † committitur iudici, cuius maiestas læsa fuit, præcipue quando ille inhibuit, per *c.sollicitudinem, & c. non solum, vbi Gemin.in §. illa vero, de appell. in 6.*
194 Aliquando habetur ratio, † vbi reperiuntur regestra, & processus, ne ob eorum transportationem partes nimium grauentur expensis.

Si in commissione petatur, quod attentata in primis, & ante omnia reuo-
195 centur,† debent illa verba deleri, & illorũ loco apponi clausula, prout iuris fuerit.

Ratio vero est, quia non omnia attentata in primis, & ante omnia reuocan-
196 tur, † sed aliquando expectandus est finis, & euentus negocij principalis, & in multis alijs casibus. Neque reuocantur,
197 vt dixi supra; † imò datur aliquando commissio, quod causa attentatorum nullitatis, & negocij principalis simul, & semel cognoscantur, & expediantur, ne continentiæ causarum diuidantur, & ne regestra, & processus multiplicentur, *Stafil.c.21.fol.341.num.4.vers.si diuersæ.*

1 *Quo iudicio attentata reuocentur.*

Artic. XII.

198 *Sententia super attentatis interlocutoria, quandonam efficiatur diffinitiua.*
199 *Expensæ quandonam taxentur in interlocutoria super attentatis, ac si in diffinitiua.*
200 *Appellatio ab interlocutoria super attentatis quandonam detur, ac si à diffinitiua.*
201 *Attentata quandonam essent terminanda per tres conformes.*
202 *Commissio præfixionis termini ad docendum de attentatis, quandonam, & quare detur.*
203 *Causa principalis terminatur, si in termino de attentatis nihil doctum fuit.*
204 *Rota præfigit terminum ad docendum de attentatis, absque commissione.*
205 *Executio non retardatur, quando per tres conformes proceditur super attentatis.*
206 *Depositum an, quod, & quomodò admittatur pro purgatione attentatorum.*
207 *Attentata possunt reuocari iudicio ordinario vnà cum negocio principali.*
208 *Declara, tunc reuocari per viam iniustitiæ expectato euentu negocij principalis.*
209 *Attentata reuocantur etiam extra ordinem, id est per officium iudicis.*
210 *Attentata quandonam suspendant negocium principale, nullitatem, & alia.*
211 *Attentata quanam sint in primis, & ante omnia reuocanda.*
212 *Attentatorum reuocatio quonam modo possit peti in quacunque parte iudicij.*
213 *Limita tamen post conclusionem in causa.*
214 *Attentata vero post conclusionem in causa, etiam per eam reuocantur.*
215 *Appellans, & simul petens reuocationem attentatorum, an possit etiam per officium iudicis reuocare.*
216 *Attentatorum reuocatio per iudicium ordinarium quibus terminis indigeat.*
217 *Attentatorum reuocatio per officium iudicis fit probata innouatione, & litis pendentia.*
218 *Attentatorum reuocatio an, & quando committatur arbitrio iudicis.*

Sciendum est etiam, quod licet senten-
198 tia super attẽtatis sit interlocutoria,† fallit, quando continet totalem restitutionem possessionis, & dicitur diffinitiua,
199 *Egid.conclus.286.* & † taxantur omnes expensæ; prout in diffinitiua, *Vestr.dict.cap.*
200 *fol.272.* & ab ea datur semper appellatio † cum habeat vim diffinitiuæ, *Rot.decis.5.de dol. & contum.in nou. decis.10. de re iudic.in antiq.decis.1.de off.ordin.*
201 Et propterea hoc casu † deberet procedi,

cedi per tres conformes, vnde ad euitandum hunc circuitum ad instantiam ass.
202 attentatis,† datur commissio præfixionis termini aduersario, ad docendum de attentatis; quo elapso,& nihil quod releuet
203 docto,† procedatur in negocio principali, *Cassad. decis.4. de dilat. Vestr. vbi sup.& Vant.c.quot.& intra quod temp.possit dici de nullit.num.7.*
204 Sed DD. de Rota † possunt sine commissione, tunc terminum præfigere, *vt ex Const. Pij IV.* edita super reformatione supra indicata sub *tit.de iurisdict.* & si per tres conformes procedatur super atten-
205 tatis, † debet in primis, & ante omnia mandari executioni, *Clem. vt calumnijs, de re iud. Rot.decis.2.de re iudic.in nou. Cassad.decis.3. de rest.spoliat.* Sed in praxi ali-
206 quando admittitur, † quod pro purgatione attentatorum sufficiat depositum alicuius modicę quantitatis, cum obligatione soluendi, & reficiendi residuum, statim ac fuerit facta liquidatio,ad instar eius, qui vult euitare declaratoriam, vt dicam infra *tit. de declaratoria*, & firmat *Rot.in Ciaconien. attentatorum 29.Nouemb. 1652.§.cum hac,coram R.p.d.Bichio in folio.*
Aduertendum etiam in praxi, quod quando fuit commissa causa attentato-
207 rum; † reuocatio illorum duplici modo potest peti, vel iudice ordinario vnà cum expeditione negocij principalis, quo ca-
208 su reuocantur † per viam iniustitiæ, ex-
209 pectato euentu negocij principalis; † vel extra ordinem, vt putà per officium iu-
210 dicis; & tunc causa attentatorũ † suspendit negocium principale, causam nullitatis, & omnia alia; debentque hoc casu
211 attentata in primis, & ante omnia † reuocari, *d.c.non solum.* & hoc modo potest
212 peti † reuocatio illorum in quacunque parte iudicij, vsque ad conclusionem in causa super negocio principali, etiamsi ab initio vnà cum ipso negocio principali petita fuisset.
213 Secus est dicendum † post conclusionem in causa, vt *Rot. decis 4.vt lit.pend. in non.decis.25.de appell.in nou.decis.26. eodem tit.in antiq.*
Declara, nisi fuisset attentatum, etiam
214 post conclusionem; † quia tunc attentata post conclusionem pariter reuocantur, vt dicit *Vestr.d.c.fol.271.*
Si appellans in eodem libello peteret sententiam retractari, ac attentata in primis, & ante omnia reuocari, & litem
215 contestetur, † posset etiam postea petere illorum reuocationem per officium iudicis, vt latè *Gemin.in d.c.non solum.*
Quando igitur reuocatio attentato-

rum petitur via actionis, & sic in iudicio
216 ordinario, † debent seruari omnes termini, qui debent seruari, & seruantur in negocio principali. Quando verò petitur
217 reuocatio per officium iudicis, † tunc nulla requiritur seruatio terminorum, sed sufficit duo extrema probasse, videlicet innouationem, & litis pendentiam, vt supra, *Rot. decis.2. de restit.spoliat.in nou. Vestr.d.c.vt lit.pend.d.fol.271.*
218 Pendente causa attentatorum, † datur aliquando ad instantiam spoliati, quod iudex procedat arbitrio suo simpliciter in causa attentatorum, vel etiam in negocio principali.

An remedium attentatorum sit magis priuilegiatum remedio recuperandæ.

Artic. XIII.

219 Tandem hoc remedium † est magis priuilegiatum, quam possessorium recuperandæ in multis, &
220 Primo, quia in dicto possessorio † requiritur ordo iudiciarius; in attentatis autem proceditur summariè, & ex mero officio iudicis.

Secundo, possessorium non habet locum contra tertium succedentem in re
221 affecta, † secus autem est dicendum in attentatis.

Tertio, in possessorio debent probari
222 duo extrema, hoc est possessio, † & spoliatio; in attentatis verò sufficit probare simplicem statum tempore appellationis.

223 Quarto, agenti spolio obstat † exceptio alterius spolij, quæ non obstat in reuocatione attentatorum.

224 Quinto, obstat spoliato † exceptio excommunicationis.

225 In attentatis vero secus, præcipuè post appellationem iudicialem.

226 Sexto, spoliatus † debet ostendere titulum saltem coloratum; in attentatis
227 verò † sufficit probare solam possessionē.
228 Septimo, spoliato obstat † notorium non
229 ius in proprietate; † in attentatis verò secus: licet enim in hoc *vltimo* adsit diuersa opinio, vt aduertit *Franc in d. c. bonæ, num*.14. Certum est tamen, quod conue-
230 niunt, quod, quando reuocantur † attentata, debent restitui fructus medio tempore percepti, sicut fit in possessorio recuperandę, *c. bonæ, vbi Franc. num.6. ex. de appellat.*

In attentatis debent refici expensæ, dā-
231 na, & interesse, † etiam quod non fuerit secuta condemnatio, antequam ad vlteriora procedatur, vt egregie firmat *Rota in d. Cracouien. attentatorum coram D. R. p. d. meo Bichio*, quod secus fit in possessorio, quia expectatur finis litis.

His sic, vt supra distinctè accuratis, obseruandi sunt infrascripti casus magis in specie practicati.

De clausulis commissionum, quæ attentata causent, vel non.

Artic. XIV.

232 *Attentata non sunt retrogesta in causa commissa cum facultate manutenendi quem de iure.*

233 *Attentata semper sunt retrogesta in causa simpliciter commissa.*

234 *Attentata non dicuntur retrogesta in causa commissa cum clausula, sine præiudicio, &c.*

235 *Clausula, sine præiudicio legit. executionis an impediat iudici reuocare executionem factam.*

236 *Declara imò iudicem posse illam tanquam attentatam reuocare.*

237 *Attentata an sint retrogesta, quando causa est commissa cum clausula. si quid exequendum.*

SI igitur à Signatura iustitiæ fuit commissa causa cum clausula; cum facul-
232 tate manutenendi quem de iure, *Rota* † dixit, retrogesta non esse attentata; vt in *Romana domorū de Cecchinis 14. Iunij 1647. coram Eminentiss. D. meo Otthobonio in fol.* Sed pro declaratione videnda decisio in *Auenionen. attentatorum 10. Iunij 1648. coram R. p. d. Celso pariter in folio.*

Quando commissa fuit causa appella-
233 tionis simpliciter, † tunc omnia retrogesta, semper fuerunt declarata attentata, *Rota in Maccraten. attentatorum 26. Iunij 1648. coram R. p. d. Verospio in fol. In Calaguritana beneficij de Logrogno 19. Febr. 1649. coram eodem in fol. in Melenitana bonorum 9. Decembris 1647. coram bon. mem. Arguelles, & in Melenitana Commendæ de Vaours 3. Maij 1650. coram R. p. d. Cerro pariter in folio.* Hoc tamen declaratur, quando tempore debito fuit appellatum, quia si non fuit appellatum, & post decem dies fuit capta possessio, respectu Signaturę non retrotrahitur, nec causantur attentata *Treuiren. Capellæ 27. Iunij 1653. coram R. p. d. meo Zarate in fol.* vbi redditur ratio magistralis.

Secus, si est commissa cum clausula, si-
234 ne præiudicio legitimæ executionis; † tunc enim, non dicuntur attentata, licet commissio contineat alia, præter appellationem, *Rota in Anagnina iurisdictionis 4. Iunij 1646. coram R. p. d. Royas in fol.*

Bene verum est, quod dicta clausula non impedit, quin iudex ad quem pos-
235 sit reuocare executionem † antea factam, si est nulla, vel iniusta, *Rota in Lucana Canonicatus 1. Febr. 1647. coram eodem in fol.*
236 & quod dictus Iudex ad quem † possit illam reuocare tanquam attentatam, est decisio in causa *Rom. prætensæ restitutionis dotis 27. Iunij 1650. coram R. p. d. Peutingerio etiam in fol.*

Quando causa committitur cum clau-
237 sula, si quid exequendum, vel alia simili, † an retrogesta sint attentata, est videndus discursus *R. p. d. mei Andosillæ Typis Cameralibus datum de anno 1649.* vbi materia fusè pertractatur.

De attentatis pendente recursu ad Signaturam.

Artic. XV.

238 *Attentatum an dicatur, quod fit, postquam fuit petitus recursus ad Signaturam.*

239 *Attentata non causat simplex recursus ad Signaturam.*

Et

ET si quid fiat postquam fuit petitus
238 recursus ad Signaturam, † an dici
possit attentatum, tunc debet procedi cũ
distinctione; aut enim fuit facta citatio
pro obtinenda supersessoria, & actor pro-
cedit, non expectato prius decreto Emi-
nentissimi Cardinalis, vel eius Auditoris,
vel illius reiectione; & tunc dicitur atten-
tare, vt est *decis. Buratt. 134. num. 6.* & fir-
mauit *Rota in Rom. vineæ 30. Maij 1644.*
coram R.p.d. Royas in fol. vbi quod sufficit
petijsse Signaturam, & sic seruari testatus
est Eminentiss. D. Præfectus: sed ego ob-
tinui pro, & contra. Aut processit vltimis
tribus diebus, nempe in ipsa die informa-
tionis, vel ipsa vigilia, vel ipsa die Signa-
turæ ante resolutionem; & pariter dicitur
attentare. *Rota decis. 135. num. 4. par. 1. re-*
cent. aut potius procedit, postquam fuit
petita supersessoria, & causa fuit remissa
ad Sanctiss. sine supersessoria, illaque nec
fuit concessa ab eiusdem Sanctissimi Au-
ditore; etsi proceditur, non dicitur at-
239 tentari. Quia † simplex recursus ad Si-
gnaturam, non causat attentata, sic di-
stinguendo procedit *Rota in Valentina Re-*
ctoria 3. Decembris 1646. coram R.p.d. Bi-
chio in fol. quicquid ante dixerit, quod
pendente recursu ad Principem, nihil ve-
niat innouandum, non habita prædicta
consideratione, vt in causa *Romana, seu*
Tiburtina Castrorum 4. Iulij 1607. coram
bon. mem. Marcomontio decis. 135. par. 1. rec.

De attentatis in spretum inhibitioni.

Artic. XVI.

240 *Attentata an causet præsentatio inhibitionis procuratori tantum, & non principali.*

241 *Attentata causat etiam inhibitio rotalis iudici præsentata.*

242 *Attentata an causet præsentatio inhibitionis facta etiam ab ipsa parte.*

243 *Iudex inferior non audeat se ingerere in inhibitione iudicis superioris.*

244 *Causæ pendentes in Rota non possunt introduci coram A.C. sub graui pœna.*

245 *Inhibitio non est necesse quod reproducatur statim post præsentationem.*

246 *Inhibitio potest reproduci infra biennium, si reuocatio attentatorum petitur in spretum illius.*

247 *Limitatur verò, quando petitur reuocatio in spretum litis.*

248 *De litis pendentia non potest dari, nisi reproducto monitorio, vel inhibitione.*

De attentatorum reuocatione non potest dari, nisi reproducto monitorio, vel inhibitione. ibid.

249 *Attentans debet reficere omnes expensas, & damna, etiam in extraiudicialibus.*

250 *Attentare, quod non dicatur, qui continuat, quandonam locum habeat hac regula.*

251 *Attentat, qui continuat per viam iudicialis fomenti.*

252 *Appellans an possit aliquid innouare post appellationem.*

253 *Inhibens post inhibitionem nihil potest innouare.*

254 *Declaratur tamen in inhibitione iudiciali concessa in causa litigiosa.*

255 *Limitatur in simplici inhibitione, seu prouisiono extraiudiciali.*

256 *Inhibitio simplex non afficit obtinentem, quin aliquid faciat ad sui fauorem.*

257 *Appellatus non attentat in eo, quod facit post biennium, & sic deserta appellatione.*

258 *Attentata in diuersitate causæ non committuntur.*

259 *Inhibitio simplex si inducit litem, potest etiam causare attentata.*

260 *Inhibitio emanans vigore commissionis super iactationibus, causat attentata.*

Inhibitio emanans vigore appellationis, potest etiam attentata causare. ibid.

261 *Declara tamen si appellatio de iure debeatur.*

262 *Executor mixtus quandonam quis dicatur deputatus.*

263 *Appellatio extraiudicialiter interposita an possit causare attentata.*

264 *Appellatio tutius agitur, quando ad notitiam partis deducitur per intimationem.*

265 *Declaratur tamen sufficere etiam quod probetur deuenisse ad notitiam partis.*

266 *Appellatio iudicialis non valet, nisi in termino petantur apostoli.*

267 *Appellans, si pro commissione appellationis obtineat commissionem super iactationibus, an benè faciat.*

268 *Inhibitio super iactationibus loco appellationis, an sustineatur, & inducat attentata.*

269 *Commissio clausulis amplissimis confecta potest inseruire etiam contra non nominatos.*

270 *Inhibitus etsi non nominatus in commissione an committat attentata.*

COmmissa causa appellationis, si inhi-
bitio illius vigore obtenta, non fuit
præsentata principali, sed procuratori in
240 Curia, † an causet attentata? pro affirma-
tiua est decisio *in Pisana sepulturæ 1. Iulij*
1650. coram R.p.d. Bichio in fol.
241 Dices idem, † si inhibitio tribunalis su-
perioris, vt puta Rotalis, fuit præsentata
iudici inferiori, *Rota in Suessana legati*
13. Martij 1647. coram DD. Ghislerio in
folio.

Et

242 Et præsentatio inhibitionis † causat attentata, etiam quod non fuerit præsentata à cursore, vel nuntio, vel apparitore, sed ab ipsa parte; dummodo pars faciat legitime apparere de tali præsentatione, vel quod deuenerit ad notitiam partis, *Rota in Cæsaraugustana distributionum, seu attentatorum 15. Maij 1646. coram R. p. d. Cerro in folio*.

243 Nec audebit † aliquis iudex inferior se ingerere in inhibitione iudicis superioris, *Rota in Senogallien. bonorum 14. Aprilis 1617. coram bon. mem. Remboldo in fol. & in d. Cracouien. attentatorum 17. Iunij 1652. coram R. p. d. Bichio pariter in fol.*

Et *Rota* pendente iudicio in suo tribunali, acriter inuehitur contra illos, qui
244 occasione eiusdem causæ † adierant A.C. ad impedienda mandata Rotalia, vt est casus *in Craconien. Præpositura S. Fabiani 12. Decembris 1650. coram R. p. d. Bichio in folio*.

Inhibitio satis est, quod fuerit intima-
245 ta parti aduersæ, † nec est necesse quod reproducatur statim post inhibitionis præsentationem volenti petere reuoca-
246 tionem attentatorum in spretum illius: † sed satis est, quod reproducatur infra
247 biennium: secus verò est dicendum volenti petere reuocationem in spretum litis; quia si monitorium, vel inhibitio, non
248 fuerit reproducta, † non potest dare de litis pendentia, & multò minus de reuocatione attentatorum, *Rota in Lucerien. attentatorum 26. Iunij 1648. coram R. p. d. Cerro etiam in fol.*

249 Et qui attentauit † debet reficere omnes expensas, & damna, etiam quod fimus in extraiudicialibus, *Rota in Roman. vineæ 9. Decemb. 1648. coram R. p. d. Royas in fol.*

250 Regula, qui continuat, non attentat † habet locum, quando quis continuat per
251 viam priuatæ facultatis: Sed secus est, † quando procedit per viam iudicialis fomenti, & lis est super ipsa possessione, *Rot. in d. Bononien. bonorum 17. Martij 1649 coram R. p. d. Bichio in fol.* & quando possessio est turbida, vt *in d. Monopolitana attentatorum 13. Febr. 1651. coram Emin. D. meo Corrado, & Catanen. hæreditatis 1. eiusdem Mensis eod. anno coram R. p. d. meo Cerro in fol.*

Sed, an post appellationem ipse appellans possit aliquid innouare? videtur di-
252 cendum, † quod non, quia ligat tam appellatum, quam appellantem, & idem operatur † inhibitio, *Rota in Ianuen. fructuum dotis 8. Febr. 1647. coram R. p. d. Cerro in fol.*

254 Declarandum est tamen, si agitur † de inhibitione iudiciali concessa in causa litigiosa, & instructa; secus autem vbi agi-
255 tur de † simplici inhibitione, seu prouisione extraiudiciali, habente duntaxat vim sequestri; quia hæc cum nullam inducat litem, non afficit obtinentem, quin
256 ipse † possit aliquid in sui vtilitatem operari, *Rota ibidem coram R. p. d. meo Cerro.*

Idem dicendum, si fuit appellatum, &
257 infra biennium † appellans nihil fecit, & causa remansit deserta, quia tunc appellatus si quid operatur non attentat.

258 Insuper excluduntur † attentata in diuersitate causæ, vt puta, si pendet lis super realitate crediti, & altera partium facit aliquid super aliquo, quod non tangat dictam realitatem crediti, nec habet connexitatem, nec dependentiam cum lite, tunc non arguitur de attentatis: casus est in *ead. decis. coram dicto R. p. d. meo Cerro.*

Ne autem erremus, quia dixi supra, si agitur de simplici inhibitione, sciendum
259 est, † quod dixi de inhibitione non inducente litem: quia si agitur de litem indu-
260 cente, causat attentata, vt puta, † si inhibitio emanauit vigore commissionis super iactationibus, vel si emanauit vigore appellationis, quia attenditur lis; vt est casus in *Alexandrina Canonicatus 9. Decembris 1648. coram R. p. d. Cerro in fol.*

Quod dixi, si emanauit vigore appel-
261 lationis: intelligitur si appellatio † de iure debeatur, vt puta si fuit appellatum à sententia executoris mixti, *Rota ibid. coram R. p. d. meo Cerro*.

262 Mistus executor † dicitur, dum in literis adsunt clausulæ. Dummodo tempore præsentium, non sit alicui specialiter ius quæsitum: vel, sine præiudicio alterius, quæ alteri æquipollet: vel, amoto exinde quolibet illicito detentore, vel alia simili, vt consideratur in *ead. Alexandrina Canonicatus superius enunciata*.

Sed cauendum, quod appellatio inter-
263 posita extraiudicialiter, † non causabit attentata, nisi fuerit deducta ad notitiam partis aduersæ; tutius agetur, si postquam est appellatum, de appellatione fiat inter-
264 pellatio, † seu ea deducatur per intimationem ad notitiam partis aduersæ, licet
265 sufficiat probare etiam, † quod deuenit ad illius notitiam, vt dicitur *in Reatina Vicariæ 28. Iunij 1647. coram eod. R. p. d. meo Cerro in fol.*

Iudicialiter interposita, nec valeret, nisi
266 in termino triginta dierum † peteretur responsio apostolorum, qui non est necesse quod petatur in actu appellationis, dummodo non omittatur petitio infra

dictum

dictum tempus, vt consideratur in *eadem decis. Reatina*.

In ista decisione obseruabitur adhuc casus dignus notatu, & qui posset afferre magnam difficultatem; vbi quod quidam appellauit, & postea loco commissionis appellationis obtinuit commissionem super iactationibus; hoc enim fuit impro-
267 batum à *Rota*,† sed dictum, quod bene fecit; & stante clausula, quam, & quas, cum
268 omnibus incidentibus inhibitionem † substinuit, & dixit ob illius spretum constare de attentatis.

Quisque erit etiam cautus in formando suas commissiones cum clausulis am-
269 plissimis,† quia tali casu poterit illis vti, etiam contra non nominatos; & *Rota* de simili commissione habente clausulam
270 omnesque alios, dixit, † quod quidam non nominatus, & cui fuerat præsentata inhibitio, commiserat attentata; vt in *Romana deuolutionis domus 3. Iulij 1628. coram bon. mem. Merlino*; & alibi passim, & consideratur *in d. Reatina Vicariæ 28. Iunij 1647. coram R.p.d. Cerro in fol.*

Quando detur sequestrum, vel renuncietur attentatis.

Artic. XVII.

271 *Possessio attentata solet sequestrari à Rota.*
272 *Declara hoc tamen procedere, quando attentatis non fuit renunciatum.*
273 *Attentatorum renunciatio an intret per patientiam, & quando.*
274 *Attentata quando habent difficultatem quoad partem, reuocantur iudicis officio.*
275 *Attentatis renunciatur tacitè, & expressè.*
276 *Attentatis renunciat, qui non petit reuocationem coram iudice læso.*
277 *Inhibitio non impedit continuationem possessionis, & ideo non est attentata.*
278 *Inhibitio specialis non conceditur à Rota, nisi habita disputatione.*

271 Rota,† quando possessio est attentata, illam solet sequestrare *Rota in Lucana Canonicatus 1. Febr. 1647. coram R.p.d. Royas in fol.* vbi etiam habetur, quod hoc
272 procedit, quando † attentatis non fuit renunciatum, vt puta, quando petitur pronunciari tantum in negocio principali.

Sed est distinguendum, quod si datur
273 talis patientia, & non appellatur, † tunc intrat dicta renunciatio; sed fecus, quando fuit appellatum, & *Rota* ad tollendam
274 disputationem, firmat, † quod si attentata habent difficultatem, quoad partem, tunc reuocantur officio iudicis, vt *in Lucana Canonicatus coram dicto R.p.d. Royas*. Et melius declaratur in causa *Vladislauien. Villæ de Hoppembruch 4. Iulij 1646. coram R. p. d. Cerro in fol.* vbi, quod *Abbas Pelplini* non sibi præiudicauit permittendo discussionem negocij principalis, vel super manutentione, quia reportauit sententiam fauorabilem; secus autem, dicit, fuisset dicendum, si succubuisset, & in casu succumbentiæ, nisi appellasset, & permisisset sententiam abire in iudicatum, vt dicitur *in eadem Lucana Canonicatus co-*
275 *ram R.p.d. Royas*. † Tacitè enim, sicut & expressè, renunciatur attentatis, *Rota in Taruisina feudi 9. Decembris 1624. coram R.p.d. Remboldo dec. 585. tom. 3. par. 4. recent.* in qua etiam habetur, quod qui non petit reuocationem attentatorum coram
276 iudice læso, † dicitur illis renunciare. & pro ista opinione affert *Rotam decis. 592. par. 2. recent.*

In materia attentatorum, sciendum est,
277 quod inhibitio † non impedit, vt supra dixi, continuationem possessionis, & ideo dicta continuatio non dicitur attentata.

Et quod *Rota* solet concedere inhibi-
278 tionem specialem, † sed non absque disputatione, quia aliàs data reuocaretur, vt inquit *eadem Rota in Leodien. Abbatissatus 15. Decembris 1642. coram R.p.d. Carillo in fol. & in d. Vladislauien. Villæ de Hoppembruch. 9. Iun. 1649. coram R.p.d. Cerro.*

An, & quo tempore sit reproducenda inhibitio.

Artic. XVIII.

279 *Inhibitio sufficit quod sit parti præsentata, nec reproducta.*
280 *Limitatur, si pars dicat nihil fieri, quia possunt committi attentata.*
281 *Attentata committuntur etiam in spretum litis.*
Litis pendentia quandonam dicatur inducta.
282 *Reproductio est necessaria ad effectum, vt lis dicatur pendere.*
283 *Inhibitio A.C. iusta, vel iniusta semper causat attentata.*
284 *Appellatio permissa coram A.C. interposita causat attentata.*
285 *Attentata possunt committi tam à parte inhibitionem præsentante, quam à patiente præsentari.*
286 *Innouata contra reum an prosint etiam correo in ratione attentatorum.*
287 *Declara tamen, si sit inhibitio iudicialis in causa litigiosa, secus in extraiudiciali.*

Inhi-

Inhibitio extraiudicialis habet vim sequestri. ibid.
288 *Manutentio an detur in reuocatione attentatorum.*
289 *Expensæ quandonam debeantur in reuocatione attentatorum, etiam ante discussionem negocij principalis.* 307
290 *Expensæ an debeantur, quando proceditur per viam nullitatis, vel iniustitiæ in reuocatione attentatorum.* 231
291 *Expensæ extraiudiciales non liquidæ, non retardant processum in negocio principali.*
292 *Monitorium non est necessario reproducẽdum, si pars monita comparuit.*
Monitorium non est necesse reperiendum in filsa, sed sufficit eius reproductio in Broliardo. ibid.
293 *Nunciatio causat attentata, sicut inhibitio.*

ET quod postquam est præsentata, non
279 est necesse quod reproducatur, † sed
sufficit quod parti fuerit præsentata, & si
pars comparet, & protestatur nihil fieri,
280 nisi ipsa citata, si quid postea fiat dicitur
attentatum, & attenditur sola præsentatio.

In spretum etiam litis dicitur attentari, sed eius pendentia non dicitur indu-
281 cta, † nisi vt dixi supra, citatio, vel monitorium reproducatur infra annum, vel biennium; elapso enim tali tempore dicitur circumductum, vt in *Lucerien. attentatorum 26. Iuny* 1648. *coram R.p.d. Cerro in fol.*
282 Vtque lis dicatur pendere, † necessaria est reproductio; non autem iustitia, aut bonum ius, vt in *Romana Palatij 4. Martij* 1648. *coram eodem in fol.*

Idem dicendum quoad inhibitionem
283 A. C. quod iusta, vel iniusta † causet attentata, iuxta considerationem, quam de ea habuit *Rota in dicta decisione*: quodque appellatio in casu, quo permittatur de
284 per se, sicut inhibitio, † causat attentata, sic dicitur in *Ianuen. fructuum dotis* 8. *Februarij 1647. coram eodem*, vbi etiam ha-
285 betur, quod attentata, si quid innouetur † tam incurrit pars, quæ habet inhibitionem pro se, quam pars, contra quam
286 fuit præsentata: & quod hoc † prosit etiã correo, qui habet eandem causam defensionis, dicit eadem decisio, sed vt ibi de-
287 claratur; quod procedit, † si agitur de inhibitione iudiciali in causa litigiosa, non autem in simplici prouisione extraiudiciali, quæ habet dumtaxat vim sequestri.
288 Repeto etiam, † quod in reuocatione attentatorum datur manutentio, & quod
289 in ipsa debentur expensę, † antequam prosequatur negocium principale, in casu, quo petatur reuocatio per viam extraordinariam iustitiæ, imploraudo scilicet efficium iudicis mercenarium principaliter, quoniam hæc vocatur via pri-
290 uilegiata; † secus autem erit, si proceditur per viam nullitatis, vel iniustitiæ; si verò petantur expensæ extraiudiciales, &
291 non sint liquidę, † non retardatur processus in negocio principali, vt in *Vernlana bonorum 5. Iuly 1649. coram Reuerendissimo Dunozette in fol.*

Scire vlterius debemus, quod si pars
292 monita comparuit, non est necessaria reproductio monitorij cum inhibitione, & alias, vt supra dixi, sufficit, quod in Broliardo legatur registrata reproductio, etiã quod non reperiatur in filsa, vt in *Romana locorum montium 3. Iuny 1650. coram R.p.d. Meltio in fol.*

Nunciatio quoque, vt dicam *tit. de iu-*
293 *dicio ordinario*, sicut ipsa inhibitio, † causat attentata, si quid fiat post dictam nunciationem, vt in *d. Anglonen. Territorij 13. Iunij 1650. coram eodem in fol.*

In criminalibus quando dicatur lis pendere.

Artic. XIX.

294 *Lis in criminalibus, vt dicatur pendere, quid requiratur.*
295 *Contumacia non contrahitur absque monitorio.*
296 *Litis pendentia in criminalibus irrogat infamiam saltem facti.*
297 *Lis, vt non dicatur calumniosa, quid requiratur.*
298 *Infamia facti requirit opinionem criminis apud plures personas graues.*
299 *Infamia iuris fit, quando interuenit sententia condemnatoria.*
300 *Iudex contra accusatum non potest procedere ad instantiam partis absque citatione.*
301 *Sententia lata in contumaciam non probat delictum.*
302 *Probat tamen priuationem beneficij, reo infra annum non comparente.*
303 *Admissio ad purgandam contumaciam non adimit priuationem beneficij.*
304 *Comparitio non tollit ius quæsitum ex annali mora non comparentis.*
305 *Attentatum dicitur iudicium super eadem re coram alio iudice, pendente primo iudicio.*
306 *Innouatum quodcunque coram secundo iudice est attentatum, eodem iudicio pendente coram primo.*

Et

ET replico, quod vt lis dicatur pendé-
re in ciuilibus, dixi supra. In crimi-
nalibns autem, quo ad dictum effectum
294 requiritur monitorium, & citatio; † nec
sufficit vociferatio inimicorum, & ho-
munculorum, & ideo non dicitur con-
295 trahi † contumacia sine monitorio. Et in
his est valde aduertendum, quia in crimi-
296 nalibus sola † pendentia litis irrogat in-
famiam saltem facti, nisi lis fuerit calum-
niosa; & ad hoc, vt non dicatur calum-
297 niosa, † requiritur saltem semiplena pro-
298 batio: Infamia autem facti † requirit o-
pinionem criminis apud personas graues,
& plures: Quando verò agitur de infa-
299 mia iuris, † requiritur, quod interuenerit
sententia condĕnatoria: Et vlterius, quod
quando iudex criminalis procedit ad in-
300 stantiam partis † non potest procedere
301 contra accusatum sine citatione; nec †
sententia lata in contumaciam probat
delictum: Reo tamen non comparente
302 infra annum † præbet priuationem bene-
ficij, & quamuis post annum condemna-
tus, fuisset admissus ad purgandam ta-
303 lem contumaciam, † non adimit dictam
304 priuationem, quia comparitio † non
tollit ius quæsitum ex annali mora, in
non comparendo, vt in *Meleuitana Paro-
chialis 31. Ianuarij 1650. coram R.p.d. Bi-
chio in folio.*

Sed valde digressus ab attentatis redeo
ad propositum, Commissa itaque causa
in *Rota* inter easdem partes super aliqua
re, putà appellationis à mandato de As-
305 sociando, non † potest citra vitium at-
tentatorum fieri aliud iudicium coram
alio iudice super eadem re, & corpore, &
id quod in tali casu fit coram secundo
306 iudice † dicitur attentatum, vt in *Roma-
na fid- seu attentatorum 11. Februari 1647.
coram R.p.d. Arguelles in folio.*

De pænis, & excusatione attentantium.

Artic. XX.

307 *Attentans tenetur reficere omnia damna, & interesse passa propter attentata. 231. 289.*
308 *Attentata ignoranter commissa excusantur à pęna, sed non à reuocatione. 320.*
309 *Attentata ratificans, ad quas expensarum refectiones teneatur.*
310 *Attentata ratificans tenetur etiam pro expensis factis in aduocato, & procuratore.*
311 *Attentatorum reuocatio potest peti, etiamsi pars fuerit passa cognitionem secundæ instantiæ.*
312 *Attentata non saluantur à reuocatione stante ignorantia, vel impossibilitate certiorandi.*
313 *Inhibitio procuratori in Curia, quomodo fieri debeat, vt impediat principali innouare in partibus.*
314 *Inhibitio facta procuratori, vti principali, non causat attentata, nec quoad principalem, nec alios.*
315 *Inhibitio non habentis iurisdictionem potest impunè sperni.*
316 *Executio, & inhibitio si sint factæ eadem die, pro cuius validitate præsumatur.*
317 *Causa semel facta curialis, semper remanet curialis.*
318 *Limitatur, si ex Pontificis rescripto aliter fiat.*
319 *Attentatum dicitur, quod fit in Curia causa inde ad partes auocata, & intimata.*
320 *Ignorantia excusat à pęna, sed non à reuocatione attentatorum. 308*
321 *Gratia noua certo modo obtenta debet in Rota produci.*
322 *Cognitio nouæ gratiæ facta ab alio iudice dicitur attentata.*
Ampliatur, & si in supplicatione fiat mentio litis. ibid.
323 *Limitatur, in Papa, qui non attentat, sed bene executor, & pars ipsa.*

307 ATtentans vlterius † tenetur reficere
omnia damna, & interesse passa ex
causa attentatorum, vt in *d. Romana Vi-
neæ 9. Decembris 1648. coram R. p.d. Royas
in fol.* & si allegatur, quod attentata fue-
308 runt ignoranter commissa, † tunc datur
excusatio à pœna, sed non à reuocatione,
*Rot. in Romana Vineæ 9. Decembris 1648. &
in Meleuitana Commendæ 23. Maij 1650. co-
ram R.p.d. Celso & in Ianuen. attentatorum
2. Decembris eiusdem anni coram R.p.d. Cer-
ro etiam in folio.* Contrarium autem iudi-
cabitur, si principalis attentata ratificet,
309 & hoc casu † debent restitui etiam damna
consistentia in deterioratione, & desumi-
tur valor medius; redduntur quoque ex-
pensę Signaturę, & facta vlterius pro pro-
310 curatore, & aduocato, † quod tamen non
procedit in iudicio ordinario, vt in *d. Ro-
mana Vineæ coram R.p.d. Royas, & Craco-
uien. attentatorum coram R.p.d. Bichio.*
311 Reuocatur etiam, vt aliàs dixi, † quam-
uis pars passa fuerit cognitionem secun-
dæ instantiæ, & fuit petita reuocatio, vt
in *Taruisina feudi 10. Iunij 1619. coram cla-
ræ mem. Cardinali Pamphilio in fol.*

Clarius habetur, quod ignorantia, vel
312 impossibilitas certiorandi non † saluat à
reuocatione attentatorum per viam nul-
litatis, sed à pœna incursa, vt in *Roma-
na apothecarum 26. Nouembris 1646. co-
ram R. p. d. Meltio in folio.*

Quod si vellet inhiberi Procurator in Curia, ad hoc, ne principalis in partibus audeat innouare, vt talis præsentatio
313 causet attentata † debet fieri illi vti procuratori talis, non autem vti principali,
314 quia si præsentatur vti principali, non † causat attentata, quoad alios, nec quoad principalem, vt in *Firmana Capellæ 28. Aprilis 1651. coram R.p.d. Bichio in fol.*

Et quod, si inhibitio prouenit à non
315 habente iurisdictionem, † potest impunè sperni, vt in *Cracouien. Iuris respondendi 28. Iunij 1651. coram eodem.*

Idemque fuerat antea firmatum in eadem causa 23. *Ianuarij eiusdem anni coram*
316 *eodem*, † vbi etiam habetur, quod si eadem die appareat facta executio, & præsentata inhibitio, præsumitur pro validitate executionis.

317 Fertur etiam adagio, quod † causa semel facta curialis, semper remanet curia-
318 lis, nec inde potest extrahi, † nisi ex rescripto Pontificis; si autem auocetur, & deducatur ad notitiam, & aliquid postea
319 fiat, † dicitur attentatum, & si allegatur,
320 vel probatur ignorantia, illa † excusabit à pœna, non autem à reuocatione, *Rota in d. Iannen. attentatorum 2. Decembris 1650. coram R.p.d. Cerro in fol.*

Si postquam obtentum fuit causam committi in *Rota*, collitigans obtineat
321 nouam gratiam certo modo, † debet istā nouam producere in *Rota*, & si illius co-
322 gnitio fit coram alio iudice, † dicitur attentatum, quod procedit etiamsi in supplicatione fiat mentio litis. Ne autem er-
323 remus, sciendum est, quod in tali casu † Papa non attentauit, sed attentauit executor, & pars ipsa, quæ processit in spretum prioris litis, *Rota in Meleuitana attentatorum 26. Maij 1651. coram eodem in fol.*

De attentatis post suspicionem iudicis, & alijs casibus.

Artic. XXI.

324 *Attentata causat allegans iudicem suspectum, si appellat ab vlteriori processu.*
325 *Ius non petendi reuocationem attentatorum an probari debeat, & quomodo.*
326 *Attentanti remissoria negatur, etsi tendat ad probandam exclusionem attentatorum.*
327 *Declara tamen, hoc procedere, quando clare constat de attentatis.*
328 *Inhibitio rotalis non causat attentata in iudicio penitus diuerso.*
329 *Episcopus est iudex competens rerum suæ mensæ.*
330 *Episcopus causat attentata, si allegatus suspectus procedit in rebus suæ mensæ.*
331 *Decretum irritans habet implicitam inhibitionem.*
332 *Attentatum dicitur, quod fit contra formam, aut dispositionem decreti irritantis.*
333 *Attentatum in casu prædicto dixit Rota Romana.*

Allegans quoque iudicem suspectum cum speciali mandato, si appellat
324 ab vlteriori processu, † causat attentata contra innouantem aduersus dictam appellationem, *Rota ibid.*

Et si reus conuentus in isto iudicio alleget, quod petens reuocationem, non
325 habet aliquod ius petendi, † aduertendum est, quod tale non ius debet probari per confessionem partis, vel per rem iudicatam, vt in *Meleuitana Parochialis 26. Maij 1651. coram R.p.d. Cerro in fol.*

326 Denegatur etiam attentanti † remissoria, etiamsi illa tendat ad probandum exclusionem attentatorum; tamen hoc procedit, quando clare constat de atten-
327 tatis, † nisi detur maximus fumus, vt in *Sanctæ Seuerinæ decimarum 1. Iulij 1650. coram R.p.d. Royas in fol.*

328 In iudicio penitus diuerso, † inhibitio Rotalis non causat attentata, præsertim quando adest consensus partis in iurisdictionem iudicis inhibentis, vt in *Bononien. dotis 10. Martij 1651. coram R.p.d. Peutingerio in fol.*

329 Episcopus licet dicatur † iudex competens rerum suæ mensæ, antequam allegetur suspectus; tamen postquam fuit vt
330 talis allegatus, † non potest procedere citra vitium attentatorum, vt in *Vuladislauien. Villæ de Hoppembruch 3. Iulij 1645. coram Emin. D. meo Cardinali Otthobono in folio.*

Estque notabiliter aduertendum, quod
331 cum † decretum irritans contineat implicitam inhibitionē, si quid fit ab ignorante contra eius formam, aut disposi-
332 tionem, hoc quoque † dicitur attentatum, quicquid dicendum sit ad effectum
333 pœnæ. † casus eleganter exprimitur in vna *Meliten. Admiratus 15. Ianuary 1629. coram bon. mem. Coccino decis. 231. par. 5. recent.*

De Fatalibus.

Cap. V.

Quo tempore labantur fatalia.

Artic. I.

1 *Prima instantia debet de iure ciuili in qualibet causa biennio terminari.*
2 *Prima instantia in causa criminali triennio terminatur, & quo iure.*
3 *Prima instantia de iure canonico est perpetua, & vbi seruetur.*
4 *Instantia perit, si adsit causa desertionis praesumptio, & quomodo inducatur.*
5 *Lis fuit habita derelicta per desertionem 27. annorum.*
6 *Causae appellationum habent annum, & ex causa biennium pro earum expeditione.*

1 IN quacunque causa ciuili † prima instantia debet biennio terminari,
2 in criminali † verò triennio. De ciuili iure loquitur *l. properandum, vbi Bart. & aly C. de Iud.* de iure verò canonico, quod seruatur in terris Ecclesiae, &
3 praecipuè † in Curia nostra seruandum est: Prima instantia etiam in ciuili causa, est perpetua, *c. penult. vbi latè Felin. ext. de Vestr. lib. 3. c. de temp. iud. fol. 59.* & ratio est, quia de iure canonico admittuntur appellationes à quocunque grauamine, & causae non possunt tam breui tempore expediri, *Franc. in c. super eo num. 15. ext. de appell.*
4 Si tamen in causa † tanto tempore nihil factum fuisset, & praesumeretur derelicta, periret etiam instantia. Circa tempus autem, ad hoc, vt inducatur ista praesumptio, *Rota* variauit secundum qualitates causarum, & personarum, *Cassad. decis. 5. vt lit. pend. Vestr. lib. 8. c. vt lit. pend. fol. 271.* aliàs lis fuit habita pro
5 derelicta, † ex quo per vigintiseptem annos nihil in ea fuerat factum, *Put. decis. 8. vt lit. pend.*
6 In causis appellationum † datur annus, & ex causa biennium, tam de iure ciuili, quam canonico, *c. cum sil. & c. ex ratione ext. de appell. Clement. sicut eod. tit. Auth. ei qui C. de temp. appell.*

Quae causae excusent à lapsu fatalium.

Artic. II.

7 *Paupertas excusat appellantem causam tempore debito non expedientem.*
Paupertas quaenam habeat priuilegia, remissiuè ad Felinum ibid.
8 *Appellans causam non prosequens quibus causis excusetur praeter paupertatem.*
9 *Restitutio ad appellandum competit impedito si non appellauerit, vel non fuerit prosecutus.*
10 *Amplia idem in beneficialibus, sed an debeat protestari.*
11 *Restitutio ad appellandum an competat mortuo procuratore, vel principali, non relicto procuratore.*
12 *Et quid si moriatur procurator substitutus existente in Curia principali procuratore.*
13 *Commissio restitutionis ad appellandum qualiter signetur, & quibus causis.*
14 *Iudex qua fide habita debeat restituere ad appellandum.*
Restitutio in integrum ad appellandum, quibus casibus detur, remissiuè ibid.
15 *Causae appellationis prosecutio sine causa prorogatur etiam ad biennium in Curia, sed qua conditione.*
16 *Appellatio censetur deserta, parte nulliter citata, aut citatione tantum decreta, vel non reproducta.*
17 *Et quid si infra annum daretur petitio, aut suffragaretur.*
18 *Appellanti datur integer annus ad prosequendum, si impeditus etiam vnicam diem amisit.*
19 *Declara dummodò illa dies sit causa desertionis.*
20 *Appellans, si potuit expedire, non restituitur, neque obtinet secundum annum.*
21 *Iudex, & appellans possunt secundum annum datum ad appellandum obseruare.*
22 *Appellatio deseritur tam lapso termino iuris, quam hominis.*
23 *Terminus nondum lapsus appellanti potest prorogari.*
24 *Terminus praedictus debet prorogari à iudice à quo.*
25 *Terminus iuris datus in beneficialibus ad prosequendum appellationem an possit abbreuiari, vel prorogari.*
26 *Terminus ad finiendam appellationem an possit abbreuiari, vel prorogari.*
Terminus ad finiendam appellationem nouem modis praefigitur, remissiuè ibid.
27 *Appellanti etiam ex causa non datur tertius annus in Curia.*

7 FVitque ſufficiens etiam † paupertas, ſi
præter eam appellans non potuit
cauſam expedire, *Felin.in c.ſignificantibus,*
ext.de off. deleg. vbi enumcrantur priuile-
gia paupertatis, *& in c.ex ratione, ext.de*
appell.& Vbert.de citat.c.19.nu.475.
8 Similiter mors, vel infirmitas,& deniq; †
quouis legitimo impedimento impedi-
tus excuſatur, & ideo ſiue appellationem
9 proſecutus non fuerit, ſiue etiam non †
appellauerit, debet reſtitui ad appellan-
dum, vel proſequendum appellationem,
docto de impedimento, *Rota deciſ.25. de*
appell.in nou.& Vbert.vbi ſupra num.476.
& pluribus ſeqq.& c.10.num.446.& ſeq.&
10 *num.461.*quod procedit † etiam in bene-
ficialibus, *Vbert.ibidem d.nu.461.fol.491.*
ſed quod debeat proteſtari excepto in
Rota, *num.450.* Quando vero probetur
impedimentum, dicemus inferius.
11 Similiter † ſi Procurator moritur, vel
principalis Procuratorem relinquere non
potuit, & prima appellatio deſeratur,
debet Dominus reſtitui ad appellandum,
12 *Caſſad.de 6.de appell.* ſi verò moriatur †
Procurator ſubſtitutus exiſtente in Curia
Procuratore principali, an reſtituatur vi-
dendus eſt, *D.Vbert.de citat.c.10.nu.462.*
Pen.dec.356.
13 Et in omnibus ſcriptis caſibus, quan-
do † petitur commiſſio reſtitutionis in
integrum, ſignatur cum clauſula, de iure;
vel conſtito, aut docto de legitimo im-
14 pedimento, † & debet tunc Iudex habi-
ta fide de pręmiſſis reſtituere, vt latè qui-
bus caſibus detur talis reſtitutio, videtur
apud *Franc. in c.ex ratione, vſq; ad nu. 67.*
15 De ſtilo Curiæ † cum ſine cauſa, etiam
detur biennium, dummodo in primo an-
no aliquid fiat, vltra impetrationem
commiſſionis, & actus, qui ſit ſit comple-
16 tus,& validus: † ideo ſi pars nulliter cita-
retur, vel ſolum decerneretur citatio, aut
citatio generalis infra annum non repro-
duceretur, appellatio cenſetur deſerta,
17 *Vbert.loco citato num.437.fol.392.* † ſicut
etiam non ſufficeret, ſi infra annum da-
retur petitio, niſi appellans habuiſſet ma-
ximum impedimentum, *Iaſ.in rubr.ff.de*
in ius voc. Rot.de 7. de appell.in nou.Caſſad.
d.6. eod.tit. Veſtr.d.e.de temp.Iud.fol.59. &
lib.7.cap. de temp. & fatal. appell. fol.233.
Vbert.de cit.vbi ſup.n.449.
Et quando impedito datur ſecundus
annus ad proſequendum cauſam appel-
18 lationis, ſi etiam vnicum diem amiſit, da-
19 tur integer annus, dummodo illa dies † ſit
cauſa deſertionis; ſed ſi non obſtante im-
20 pedimento potuit cauſam expedire, † de
dus annus, *Fel.in c.ex ratione ext.de appell.*
iure non debet reſtitui, neq; ei dari ſecun-
21 Poteſt autem huiuſmodi annus per iu-
dicem, & partem appellantem obſeruari,
22 & prorogari: † deſeriturque eodem mo-
do appellatio per lapſum termini præfixi
ab homine, ſicut per lapſum termini prę-
fixi à iure, *c. perſonas ext.eod.tit.& d.c.cum*
ſit. vtrobique not. Franc. & Felin. vbi latè
tractant de materia, licet *Innocent.ibidem*
contrarium tenuerit, & ſequitur *Guido-*
pap.deciſ.436.
23 Si verò terminus non ſit elapſus, † po-
teſt etiam prorogari; ſic enim ius parti
24 non fuit acquiſitum; fietque † à iudice à
quo,& non à iudice ad quem, quia is non
prorogat, *Franc.in d.c.perſonas num.16. &*
17. & latius infra.
25 Hoc tamen non procedit † in bene-
ficialibus, in quibus terminus iuris da-
tus ad proſequendum appellationem,
non poteſt per iudicem à quo abbreuiari,
vt dicit *Franc.in c.cum ſit, in princ.num.26.*
26 Neq; in termino ad finiendam appel-
lationem, quia hoc eſſet imponere legem
ſuperiori, *Franc.ibid.num.4.in fin.* vbi po-
nit nouem modos præfigendi huiuſmodi
27 terminum: † Elapſo vero biennio in Cu-
ria, non datur tertius annus, etiam ex
cauſa; quamuis extra eam elapſo primo
anno, detur ſecundus annus ex cauſa;
Caſſad.deciſ.6.de appell.

In quo differat præfixio iuris, & hominis.

Artic. III.

28 *Terminus præfixus ab homine ad proſequen-dam appellationem, qualiter intelligatur.*
29 *Terminus prædictus præfixus à iure, qualiter intelligatur.*
30 *Terminus præfixus ab homine mitius agit, quam præfixus à iure.*
31 *Termino ad proſequendam appellationem, quando pars cenſeatur ſatisfacere.*
32 *Appellans cum præfixione termini ad proſe-quendum poteſt in termino tantum arripe-re iter.*
33 *Limita, ſi præfixio termini eſſet ad ſe præſen-tandum Sedi Apoſtolicæ.*
34 *Limita etiam, quando ſuperior ad quem eſſet in eodem loco.*

28 EſT etiam aduertendum † circa præ-
fixionem iuris,& hominis, quod ter-
minus pręfixus ab homine ad proſequen-
dam appellationem, intelligitur ad in-
29 choandum. † In termino verò præfixo à
30 iure intelligitur ad finiendum. † Mitiùs
enim

enim agitur in termino præfixo ab homine, quam in termino præfixo à iure, *Abb.*
31 *& Franc. in d. c. personas, vbi nnm.* 5. tractat † an, & quando pars censeatur satisfacere huic termino, & *Rot. decis. fin. de appell. in nou.*
32 Ideo in appellante in partibus præfigitur terminus ad prosequendum appella-
33 tionem, nisi fuerit etiam præfixus ad præsentandum se conspectui Apostolico, sufficit in termino arripere iter, *c. cupientes, cum ibi not. de elect. in 6. Rot. decis.* 19. *&* 25. *de appell. in nou. & decis.* 48. *eod. in antiq. Bisi-*
34 *signet. decis.* 20. *eod. tit.* nec sufficeret, † quando superior ad quem esset in eodem loco.

Quid debeat facere in Curia ad fugiendum lapsum fatalium.

Artic. IV.

35 *Appellans in Curia quid debeat facere in termino præfixo ad prosequendum.*
36 *Et quid in termino præfixo ad se præsentandum conspectui apostolico.*
37 *Appellans prædictus obtinet præsentatam à Regente Cancellariæ non citata parte.*
38 *Supersessoriam verò à quo obtineat, & qualiter, & an citata parte.*
39 *Et quid in causis ad Papam de consuetudine spectantibus, an debeat se proprie præsentare.*
40 *Et quid quando causa non requirit discussionem, sed transit suo marte ad Papam.*
41 *Citationes pro supersessorijs in causis ad Sanctissimum spectantiaus, coram quibus hodie legantur.*
42 *Appellans qua præsẽtatione excusetur in causis ad Sanctissimum spectantibus.*
43 *Appellatio an dicatur deserta, nisi reportetur fides prosecutionis in termino præfixo.*
44 *Iudex an possit absque attentatis sententiam exequi, non reportata fide prosecutionis appellationis.*
45 *Terminus ad prosequendum regulariter præfigitur incontinenti.*
46 *Præfigitur etiam ex interuallo, si iudex deferat appellationi.*
47 *Appellans, quod boni habet in termino iuris, habet etiam in termino hominis ad fugiendam desertionem.*

35 NEc sufficit appellanti † in Curia iter arripere ad Papam, quia esset ridiculum nimis, cum Papa commoretur in Curia; sed debet libellum porrigere, & se præsentare, *Felin. in d. c. personas ext. de appell.*
36 Si fuerit præfixus † ad se præsentandum apostolico conspectui, sufficit se præsentare coram Regente Cancellariæ, & ab eodem obtinere præsentatam, *Rota decis.* 48. *&* 50. *de appell. in nou.* vel coram Emin. Cardinali Signaturæ Institiæ Præfecto, vel petendo signari commissionem in Camera, vel petendo supersessoriam ad effectum adeundi Signaturam plenam, & ab ea obtinendi commissionem appella-
37 tionis; cum hac distinctione, quod † si petatur Regenti ad effectum habendi præ-
38 sentatam, non est opus partem citare: † si verò petitur supersessoria, non conceditur sine partis citatione, quæ de stylo solet fieri ad videndum concedi supersessoriam vsque ad primam Signaturam, & sibi in forma inhiberi, ne audeat aliquid ea pendente innouare.
39 Si causa spectat ad ipsum Papam † de consuetudine, non est opus propriè se præsentare ipsi Sanctissimo, sed sufficit adire Emin. Cardinalem Signaturæ Gratiæ Præfectum, vel eius D. Auditorem ad petendum supersessoriam, si causa requi-
40 rit discussionem; † si verò transit suo marte, sufficit præsẽtare commissionem Subdatario | pro tempore, qui eam signare facit ab ipso Sanctissimo in Camera, parte nihilominus citata, & intimata.
41 Licet nostris temporibus † loco Emin. Præfecti tempore Innocentij X. citationes qnoad supersessorias, vel ipse D. Subdatarius, vel Emin. & Reu. D. olim meus Cardinalis Cherubinus, cui regnante S. D. N. Alexander VII. suffectus est Illustrissimus D. Stephanus Vgolinus longa experientia olim Aduocatus inter primarios, fide,
42 & doctrina probatus; & † ista præsentatio excusat appellationem, per ea, quę dicit *Felin. loco citato.*
Quando statuitur terminus ad repor-
43 tandam † fidem prosecutionis, si in termino non reportetur, licet propria ap-
44 pellatio non dicatur deserta, † potest tamen iudex sententiam exequi absque vitio attentatorum.
45 Et quamuis regulariter † soleat in continenti præfigi terminus ad prosequen-
46 dum, † si tamen iudex deferat appellationi, potest etiam in interuallo præfigere terminum, vt dicit *Felin. in d. c. personas.* In iudice autem deferente dixi supra in *tit. de appell. in partic.* quomodo deferatur appellationi.
47 Notandum est postremò † vnum in termino iuris, & hominis, quod regulariter, quicquid prodest appellanti in termino iuris, prodest etiam in termino hominis ad fugiendam desertionem, *Felin. in d. c. personas.*

Art. V.

Quae tempus dicatur fatale, & quando incipiat currere,

Artic. V.

48 *Fatale quodnam tempus appelletur, & an vtrique parti sit commune.*
49 *Et quando incipiat currere iudici in termino ad expediendam causam.*
50 *Iudex non acquirit iurisdictionem, nisi post præsentationem commissionis.*
51 *Fatalia quando incipiant currere parti in Curia, & multipliciter respondetur.*
52 *Fatalia an currant impedito facto tertij.*
53 *Fatalia semper currunt, nisi impedito appellante, & quibus impedimentis.*
54 *Fatalia an currant appellanti non prosequenti ex solo timore iudicis.*
55 *Terminus neque iuris, neque hominis currit legitime impedito.*
56 *Restitutio in integrum datur ex impedimento, tanquam ex iusta causa.*

48 ET hoc tempus appellatur fatale, † quod est vtrique parti commune, *c.statuimus de elect.in 6. Clem.appellationem de appell.*
49 Et incipit currere quoad tempus assignatum iudici ad expediendum causam à die præsentationis literarum, non autem ab earum data, *c.super eo, vbi Franc. ext.de appellat.*
50 Non enim acquiritur iurisdictio iudici, nisi post præsentationem commissionis, vt dixi supra de iurisdictione. Parti
51 verò in Curia Romana † incipere à tempore, quo verisimiliter causa committi potuit, *Put.decis.12.de appell.* vel vt inquit *Pen. decis.* 448. à die interpositæ appellationis, non à die obtentæ commissionis, & videndus in hoc est *Vbertus loco cit.n.*420. qui etiam *n.*453. dicit, quod currunt fatalia, postquam iudex habuit terminum pro seruato ante subscriptionem senten-
52 tiæ. † An etiam currant impedito facto tertij, dicit idem *Vbert.vbi sup.num.*458.
53 Curruntque semper, dummodo appellans non habuerit impedimentum ex facto iudicis, vel aduersarij, seu vtriusque vel Principis, aut propter paupertatem, malam valetudinem, vel alium casum fortuitum, *c.ex ratione eod. de appell. vbi Franc. num.4. in fin. & Felin. ibid. & l.fin. §.illud, C.de temp.appell.Cassad.d.decis.6.& 9.eod.tit.Vbert.loco cit.d.c.10.num.451.cum*
54 *seqq.* vbi dantur exempla, & vbi etiam † an currant ex solo timore iudicis, vbi est Princeps, vt Romæ.

55 Ratio est, quia nullus terminus iuris, vel hominis currit legitime impedito, *Rot.decis.2.de dilat.in nou. Cassad. d.decis.9.*
56 Vel saltem tale impedimentum esset iusta causa restitutionis in integrum, de qua supra, *Cassad. d. decis.6.*

De differentia impedimentorum ad effectum fatalium.

Artic. VI.

57 *Appellans in impedimentis ex parte iudicis faciat protestationem.*
58 *Protestatio in impedimentis iudicis debet fieri, in alijs cautius fiat.*
59 *Protestationem esse cautelam dixit Rota, licet de iure requiratur.*
60 *Impeditus facto iudicis quinam dici possit.*
61 *Impedimentum impotentiæ comparendi, quando probetur per testes, vel iuramento.*
62 *Impedimentum quibus probationibus sufficienter constet, arbitratur iudex.*
63 *Appellatio datur ab iniquo iudicis arbitrio circa probationes impedimenti.*

57 DIfferentia impedimenti ex parte iudicis, consistit in eo, quod in hoc impedimento requiritur protestatio, in
58 alijs verò secus; licet, † qui cautè agit eam sēper interponit iuxta monita per *Franc. in d.c.ex ratione, à num.10.vsque ad num.15. & in c. si iustus metus num.13. de appell.* ad quod videndus est etiam *D.Vbert.vbi sup.*
59 *num.*450. qui dicit, † quod protestatio de iure quidem requiritur, sed quod *Rota* dicit esse cautelam.
60 Et sufficit ad hoc, † vt quis dicatur impeditus facto iudicis, quod in termino biennij instanter petat sententiam, licet illa non feratur, *l.fin.§.illud C.de temp.appell.Cassad.d.decis.6.in fin.*
61 Quando impedimentum, † propter quod quis non potuit comparere, aut iura sua producere; debeat probari per testes, vel sufficiat proprium iuramentum, videndus est *Guidopap. decis.*64. & 205. *Rot.decis.3.de iur.iur. in antiq.& decis.25.in fin.Car.in Clem.sicut de appell.* sed
62 ad cognoscendum, † quę probationes sufficiant ad probandum impedimentum; relinquitur arbitrio iudicis.
63 Aduertendum tamen est, † quod si iudex iniquè circa hoc arbitraretur, daretur appellatio, *Franc.in d.c.ex ratione n.10. & vlterius.*

Art.VII.

Quibus casibus fatalia non currant.

Artic. VII.

64 *Fatalia an currant prosequenti incidentia, & emergentia causæ, vt attentata, nullitatem, &c.*
65 *Et quid si succumbat in eis.*
66 *Quidué si prædicta calumniose proponantur.*
67 *Et quænam sit opinio Felini circa prædicta.*
68 *Fatalia pendente causa nullitatis an, & quando currant, remissiue.*
69 *Fatalia non currunt pendente termino remissoriæ, vel compromissi, cum ampliatione.*
70 *Fatalia an possint suspendi per partem, & quousque, & quomodo.*
71 *Terminus appellationum non potest per partes prorogari.*
72 *Terminus datus ad probandum non potest per partes prorogari.*
73 *Fatalia an, & quando suspendantur compromisso, remissiue.*
74 *Appellans durante compromisso an possit appellationem prosequi.*
75 *Fatalia non currunt in causis coram Principe pendentibus.*
76 *Fatalia quando currant, vel non, remissiue ad Felinum.*
Instantia causæ, quando currat, vel non, remissiue ad Felinum: ibid.

64 ADuertendum adhuc, † quod fatalia non currunt prosequenti causam attentatorum, nullitatis, vel aliquod aliud incidens, seu emergens, vt puta ap-
65 pellationem ab interlocutoria, † dummodo in eis non succumbat, *Rot.decis.29. de appell.in antiqu.decis.15. eodem in nou. & Franc.in d.c.ex ratione, Vbert.loco cit.n.467 & 471.& Rot.decis.156.par.2. recent.* quod
66 etiam dixi *tit.de attent.*† vel si saltem non proponantur calumniosè, & possit probabiliter dubitari adesse attentata, & nullitatem, *Vant.c.quot, & intra quod temp. de nullit.num.12.* & in materia attentatorum est videndus *Felin. in d. c. ex ratione*, vbi
67 vult expressè, quod † succumbenti non currant dicta fatalia, quando habuit iu-
68 stam causam, vel probabiliter litigauit.† Et pendente causa nullitatis an, & quando currant, dicit *Franc.*egregiè distinguendo materiam *in c. dilecto num.11. ext. de appell.*
69 Neque † currunt pendente termino remissoriæ, vel compromissi, etiam quod in compromisso fuerit deductum solummodo negocium principale, & factum fuerit pendente termino ad recipiendos
70 apostolos, † quià fatalia possunt suspendi per partem per electionem consultoris, vsque ad diem intimationis, acceptationis, per transactionem, per compromissum, vel alium consensum expressum; li-
71 cet aliàs partes non † possint tempora appellationum prorogare, vt per *Glos.* communiter approbatam *in l. properandum, C.de Iud.Clem.quandiu de appell.Frãc. in d.c.ex ratione num.16.& 32. Felin.in d.c. penult.Cassad.d.decis.9. Vestr.d.c.de temp.& fatal.appell.fol.233. Rot.decis.244.par.4.recent. Vbert.vbi sup.num.421.& seqq.n.463.*
72 464.& 465.& de † tempore dato ad probandū, dicit idem *ibid.n.219.*& latè an, &
73 quando compromissum † suspendat fatalia primæ, & secundæ instantiæ, dicit *Franc in d. c.ex ratione à num.16. vsque ad num.36.*
74 Neque potest appellans † pendente compromisso appellationem prosequi, nisi soluta pęna adiecta in compromisso, *Card.in d.Clem.quamdiu.*
75 Prout non currunt fatalia in causis pendentibus coram Principe, *Auth.sed & his, & l.fin.iuncta Glos.in verbo fatalium, C. vbi Senatus, Rot.dec.416.par.4.recent.* Donec ab eo responsum habeatur non currunt, *Lancell.de attent.appell.pend.in præfat. num.3.& seqq.adden.ad Capp.Glos.dec.479 Franc. decis.646.* & idem si fuit citatum pro Signatura, *Lancellott.ibid. Marches.de appell.de prorog.fat.par.2.c.16.n.51.fol.625. & seq.* & præcipue si est data supersesso-
76 ria, *Verall.decis.13.par.2.* Ad præmissa, † quando currant, vel non currant fatalia, ac instantia causæ, videnda sunt, quæ dicit *Felin.in c.venerabilis, ext.de iudic.*

De prorogatione fatalium.

Artic. VIII.

77 *Fatalia solent prorogari in Curia, quare, & qualiter olim.*
78 *Eorumque prorogatio committitur arbitrio iudicis, & qua addita clausula.*
79 *Fatalia non prorogantur, nisi constet iudici, quod adhuc durent.*
80 *Hodie verò petuntur prorogari, & si dubitatur an lapsa sint, nouum terminum concedi.*
81 *Commissio eadem sufficit pro prorogatione fatalium, vel concessione noui termini, & qualiter fiat.*
82 *Fatalia vt prorogari possint, quid de iure constare debeat.*
83 *Fatalia non prorogantur non docenti de impedimento.*
Terminus nouus lapsis fatalibus non conceditur

tur non docenti de impedimento. ibid.

84 *Fatalia regulariter hodie prorogantur absque alia impedimenti cognitione.*

85 *Fatalia quando possint, vel non possint prorogari, remissive ad Felinum.*

86 *Auditores Rotæ an prorogent fatalia, & eis elapsis denuo concedant.*

87 *Fatalia vigore commissionis, vel ad instantiam partis prorogantur cum citatione.*

88 *Fatalia si prorogentur per commissionem, an expiret facultas Innocentianæ.*

89 *Fatalia prorogãtur vigore Innocentianæ absque citatione.*

90 *Fatalia iam prorogata, etiam per commissionem absque citatione, an sustineantur per Innocentianam.* 89

91 *Auditores Rotæ qualiter hodie possint fatalia prorogare.*

92 *Commissio prorogationis fataliũ, alias prorogatorum non sustinetur, si sit clausula, quatenus, &c.*

93 *Fatalia possunt prorogari unica vice absque commissione à quolibet iudice Romanæ Curiæ.*

94 *Fatalia in criminalibus an possint prorogari ultra primam vicem, & qualiter.*

95 *Fatalia in Curia prorogantur prima vice ad annum, si petatur.*

96 *Fatalia extra Curiam semper prorogantur ad annum.*

97 *Annus prorogatorum fatalium, à qua die incipiat currere.*

98 *Prorogatio semper computatur à fine termini.*

77 Quia tamen † in Curia causæ appellationum propter casuum grauitatem, & locorum distantiam, vt plurimum biennio finiri non possunt, solent fatalia prorogari, & aliàs nunquam eorum prorogatio denegabatur, etiamsi pluries fuisset concessa, & data fine spe vlterioris prorogationis, cum possit altera pars expeditionem sollicitare, & prorogabantur absque citatione partis, *Cassad. decis. 7. de appell. Vestr. d. c. de temp. iud. fol. 59.*

78 Quando † igitur hodie petitur huiusmodi prorogatio, vigore commissionis in causa pendente coram quocunque iudice, solet semper huiusmodi prorogatio committi arbitrio iudicis propter infra dicenda, & additur semper clausula dummodo non sint elapsa; si id Orator
79 non expresserit, † antequam prorogatio concedatur, debet constare iudici, quod durent; secus enim non conceditur prorogatio, *l. sed etsi manente ff. de procur.* solet
80 etiam † hodie de stilo Curiæ, quando dubitatur lapsa esse fatalia, si amplius non fuerunt, prorogata impetrari commissio cum clausula, quatenus lapsa sint, & amplius prorogata non fuerint, nouum ter-
81 minum præfigat: † & solet in eadem commissione vtrumque peti, scilicet, quatenus durent prorogeri, si verò lapsa sint nouum terminum arbitrio suo concedat, & vigore istius commissionis alterutrum obtinetur.

82 De iure tamen † debet constare fuisse factam omnem diligentiam, ac impedimentum fuisse immediatam causam non prosequendæ appellationis, *l. qui conuentus, & ibi Bart. ff. de re militari.*

83 Et propterea † ponunt illa verba arbitrio iudicis, neque datur præcisè, quia si de impedimento doctum non fuerit, prorogatio, & nouus terminus est denegandus, *Stafil. c. 10. fol. 301. & c. 24. fol. 351.*

84 Sed iudices † regulariter id non obseruant fataliaque prorogant absque alia
85 cognitione. & † qui desiderat videre, quando fatalia possint, vel ne prorogari, videbit *Felin. in c. venerabilis ext. de iud.*

86 In Rota *DD.* Auditores † vigore Innocentianæ fatalia prorogant, & eis elapsis denuo concedunt, licet id raro fiat, *Vestr. d. fol. 233.* & id faciunt etiam sine partis citatione, cum fiat ex officio, *Vbert. dicto tract. c. 15. num. 297.*

87 Si prorogantur † vigore commissionis, vel ad instantiam partis, requiritur cita-
88 tio, *Vbert. ibid. num. 438.* † & si obtineatur commissio prorogationis fatalium in *Rota*, non ideo expirat facultas Innocen-
89 tianæ. † Nihilominus qui vult esse cautus circa modum petendi prorogationem, ad hoc, vt sciat an debeat pars citari, si id faciet absque partis citatione, dicetur fecisse vigore Innocẽtianæ ad sustinendum actum, *Vestr. d. c. de temp. iud. fol. 59. & d. c. de temp. & fatal. fol. 232. licet Cassad. dec. 7. de appell.* voluerit quod, quando fuit impetrata commissio, semper præsumatur
90 eius fauore facta † prorogatio, & hoc casu requiratur citatio partis.

91 Et dicti *DD.* Auditores † non possunt dictas prorogationes hodie passim concedere, sed tantum ex honesta, & rationabili causa, & præuia illius cognitione arbitrio *Rotæ*, vt in *reformat. Pii IV.* aliàs allegata *const. 79. in Bull. nou. tom. 2. & reformat. Pauli V. const. 71. tit. de Audit. Rot. Vbert. d. tract. c. 10. nu. 440.* vbi quod stante dicta constitutione, requiritur citatio & quod post plures prorogationes requiratur commissio, & citatio. Explicat idem *Vbert. num. 441.* & ibidem dicit etiam,
92 quod † si obtineatur commissio cũ clausula, quatenus amplius non fuerint prorogata, nõ suffragatur si fuissent prorogata.

Ad

93 Ad instar illorum † omnes Iudices Romanæ Curiæ, absq; commissione possunt fatalia prorogare vnica vice, vt dicitur in declaratione *dictæ reformationis Pij IV. vbi sup. & Pauli V. titulo de Signatura Iusti-*
94 *tiæ §. in Ciuilibus, & §. præcedenti*. † Datur etiam regula, quod in criminalibus non concedatur, vltra primam vicem, nisi præuia subscriptione iudicis asserentis, sibi videri commissionem esse signandam, & quod debeat citari fiscus, *Vbert. vbi sup. num. 439. fol. 393.*
95 In Curia fatalia † prima vice solent prorogari ad annum, si petatur, *c. cum sit Rom. ext. de appell.* & postea ad sex menses.
96 Et extra Cur. † semper prorogantur ad
97 annum, *Stafil. d. fol. 351. Vestr. d. fol. 233.* & † iste annus incipit currere à die vltima
98 biennij, *Put. decis. 1. de appell.* † Tempus enim, quod de nouo indulgetur, debet semper computari à fine termini, per ius commune, vt per *not. in cap. cum eo, de elect. in 6. Stafil. c. 24. fol. 351. & in tract. de literis in form. breu. c. 3. fol. 373. num. 27.*

Quid faciendum, quando fatalia lapsa sunt.

Artic. IX.

99 *Commissio executorialis datur lapsis fatalibus absque alia pronunciatione.*
100 *Procurator quare cauere debeat ne fatalia labantur.*
101 *Appellatio ex qualibet causa non dicitur deserta, & ita in dubio Rota.*
102 *Fatalium cursus si impediatur, an subducendum sit tale tempus.*
103 *Fatalia an currant tempore Sedis Apostolicæ vacantis.*
104 *Fatalia an currant pendentibus disputationibus dubiorum, remissoria, possessorio, &c.*
105 *Fatalia lapsa, quando censeantur tacitè per partes prorogari.*
106 *Fatalia prorogata petente asserto procuratore ratificantur per dominum, vel alium legitimum denuo obtinentem prorogari.*
107 *Testes examinati post lapsum fatalium nihil probant.*

99 SI fatalia lapsa sint, † non solet super eorum lapsu, vel desertione pronunciari, sed simpliciter datur commissio executo-
100 rialis, & † procurator cauere debet, ne sinat labi fatalia, quia præter considerata per *D. Vbertum de citat. c. 10. num. 444. fol. 394.* solet dici nihil magis detegere socordiam, & ignorantiam procuratoris, quam pati tacito lapsu fatalium appellationem deseri, vt inquit *Gallesan suo tract.*
101 *de oblig. Cam. qu. 20. fol. 127.* † sufficeret tamen qualibet causa, ad hoc vt non dicatur appellatio deserta, & in dubio *Rota* solet inclinare pro non desertione, per *Doctr. Castr. in l. 1. ff. si quis caution. Cassad. decis. 4. de appell. Vestr. lib. 3. c. de temp. iud. fol. 59. lib. 7. c. de appell. fol. 208.*
102 Sciendum est adhuc, † quod si fatalium cursus remanet impeditus, tale tempus tantum est subducendum, *Pen. decis. 245.*
103 An vero currant tempore, † quo Sedes Apostolica vacat, videndus idem *Pen. de-*
104 *cis. 246.* † & an currant etiam pendentibus disputationibus dubiorum, pendente remissoria, & an pendente possessorio currant in petitorio, dicit *d. D. Vbert. de citat. d. cap. 10. num. 468. cum duobus sequen-*
105 *tibus.* & quando lapso primo fatali † partes censeantur tacite prorogare, & quid de stilo Curię, dicit idem *num. 465. & 466.*
106 Quod autem † prorogatio obtenta ab asserto procuratore censeatur ratificata, ex alia obtenta à Domino, seu ab alio legitimo procuratore, & quod post lapsum
107 fatalium † testes examinati non probent defectu iurisdictionis, dicit *idem ibidem num. 443. & duobus seqq.*

Plura alia digna notatu videntur apud *eundem d. c. 10. à num. 430. vsque ad nu. 442.*

De Re iudicata, & Executionibus, ac exceptionibus executionem impedientibus.

Cap. VI.

Quæ exceptiones executionem impediant.

Artic. I.

1 *Lis finitur per desertionem, & quando dicatur derelicta.*
2 *Lis terminatur per cessionem litis, & causæ.*
3 *Lis etiam terminatur per mortem ciuilem, & naturalem actoris.*
4 *Lis per mortem rei an finiatur, & contra quos procedendum.*
5 *Attentatum dicitur, quod fit mortuo reo non citatis interesse haben.*
6 *Lis finitur per sententiam, à qua appellare non licet.*
7 *Ampliatur si esset commissa cum consensu exequendi sententiam ferendam.*
8 *Appellationi possunt partes renunciare.*
8 *Executio est statim facienda, si sit renunciatum appellationi. ibid.*
9 *Lis terminatur quoque per rem iudicatam.*

10 *Res iudicata quando proprie dicatur.*
11 *Rei iudicatæ an renunciatur, nisi de ea protestetur procedente iudice ad vlteriora.*

NVNC autem quoniam diximus, quibus modis lis restauretur, addamus quot modis lis finitur, & qui hoc scire desiderat, animaduertet, quod finitur
1 Primo, quando est derelicta, † quia in ea nihil actum fuit per longum tempus, vt supra in *cap. de fatalibus.*
2 Secundo, per cessionem litis, † & causę, *l. postquam liti C. de pact. Rot. decis. 34. de re iud. in antiq.*
3 Tertio, per mortem ciuilem, † vel naturalem actoris, *Cassad. decis. 3. vt lit. pend.*
4 licet † secus sit in reo; ipso enim mortuo debet procedi contra interesse habentes,
5 *Cassad. decis. fin. vt lit. pend.* † aliàs quicquid fieret esset attentatum, *Cassad. decis. 1. de sent. & re iudic. Vestr. lib. 8. cap. vt lis. pend. fol. 271.*
6 Quarto, per sententiam, † quando ab
7 vnica sententia appellare non licet, † vel si causa fuisset commissa de consensu partium cum executione ferendæ senten-
8 tiæ; possunt † enim partes appellationi renunciare, & tunc lata sententia statim fit executio.
9 Tandem finitur lis per † rem iudicatam, *l. causas, C. de transact. c. 1. de lit. contest. in 6. Rot. decis. 10. vt lit. pend. in nou.*
10 Diciturq; proprie res iudicata, † quando appellatum non fuit, vel appellari non potest, *Cassad. decis. 8. de rescript.*
Si tamen habens rem iudicatam pateretur iudicem procedere ad vlteriora, non repetita protestatione in quolibet
11 actu, † quod non intendit consentire, censetur renunciare rei iudicatæ, *Put. dec. 15. de re iud.*

Quando sententia transeat in rem iudicatam,

Artic. II.

12 *Qualibet sententia diffinitiua, nisi appelletur transit in iudicatum.*
13 *Iudex reuocare nequit sententiam, quæ transit in iudicatum.*
14 *Declaratur tam in ciuili, quam criminali, tam contra principales, quam contra tertium.*
15 *Absolutus à crimine non potest molestari, si absolutoria transiuit in iudicatum.*
16 *Limitatur, si absolutio fiat ob non probatum delictum, & non ob innocentiam.*
17 *Interlocutoria an transeat in iudicatum, & quomodo.*
18 *Iudex interlocutoriam semper reuocare potest.*
19 *Interlocutoria an possit reuocari quoad partes non obstante re iudicata.*
20 *Declaratur tamen, si negocio principali præiudicaret, aliàs secus.*
21 *Interlocutoria per alios duos confirmata transit in iudicatum, etiam quoad iudicem.*
22 *Interlocutoria bis confirmata per iudicem reuocari nequit.*
23 *Sententia etiam iniusta transire potest in iudicatum,*
24 *Sententia iniusta an possit per Principem confirmari.*
25 *Sententia iniusta transit in iudicatum, sed non potest exequi constito de iniustitia.*
26 *Fallit tamen in parte iusta, si sit diuisibilis sententia.*
27 *Sententia an possit pro parte exequi, & pro parte non.*
28 *Sententia plurium capitum potest in vno acceptari, & non in aliis.*
29 *Appellatio in vno capite sententiæ non deuoluit quoad alia.*
30 *Sententia indiuisibilis an possit in parte exequi, & in parte non.*
31 *Sententia an possit hodie in parte exequi, & postridie in alia.*
32 *Sententia delegati an possit in parte exequi à delegante.*
33 *Sententia executionis est indiuisibilis, & iniusta si in parte, est in totum.*

QVælibet sententia diffinitiua, à qua
12 debito tempore non appellatur, †
13 transit in iudicatum, ita quod iudex eam reuocare non possit, *l. Iudex postquam, ff. de re iud. l. 2. C. de sent. ex breuic.*
14 *recit.* tam † contra principales, quam etiam contra tertium, qui venit ad causam pro suo interesse, *Felin. in c. cum super ext. de sent. & re iudic.* siue sit ciuilis, siue criminalis.
Ideo absolutus ab aliquo crimine, si
15 absolutoria transiuit in iudicatum, † non poterit amplius de eodem crimine mole-
16 stari, *c. de literis ext. de accus.* nisi † absoluatur ex eo, quod delictum probatum non fuerit; non autem, quia innocens declaretur, & in multis alijs casibus, quos refert *Felin. in d. c. de literis.*
Interlocutoria licet eodem modo tran-
17 seat in iudicatum † quoad partes; quoad
18 iudicem tamen, nunquam transit, quia † eam semper reuocare posset, *l. quod iussit, vbi DD. ff. de re iudic. c. cum dilecto, ext. de elect. Glos. & DD. in c. cum cessante ext. de appell.*

Poterit quidem etiam quoad partem, non obstante re iudicata, in causa appel-
19 lationis † reuocari, vna cum sententia
20 diffinitiua, dummodo † negocio principali præiudicet, aliàs secùs. *c. licet ab inter-*
21 *locutoria, vbi Gemin. de app. in 6.* si tamen † dicta interlocutoria fuit per alias duas confirmata, transit in iudicatum, etiam
22 quoad iudicem, ita † quod nullo modo possit amplius reuocari, *Clem. fin. iuncta Glos. in verbo super, ext. de appell. Franc. in c. directe, num. 6. ext. de appell.*
23 Nec refert † an sententia sit iniusta, ad hoc vt transire possit in iudicatum, licet
24 non † posset confirmari, etiam per Principem, nisi in certis casibus. In iudicatum tamen transire potest, *Abb. in c. 3. & 4*
25 *ext. de re iud.* & quamuis † constito de in-
26 iustitia, non mereatur executionem, si † tamen sit diuisibilis, & in aliqua parte sit iusta, in ea meretur executionem, vt dixi supra *tit. de sent.*

Potest enim sententia pro parte man-
27 dari † executioni, pro parte verò non, *c. veniens, vbi Felin. in princ. ext. de testib.*

Et regulariter, quando continet plura
28 capita diuersa, & separata, potest † in vno acceptari, & mandari executioni; in alijs
29 verò non, appellatioq; † in vno capite, non deuoluit quoad alia, *Boer. decis. 75.*
30 Quinimò, etsi sit † in totum indiuisibilis, potest tamen iudex etiam delegatus eam
31 in parte exequi, & in parte non; neque † prohibetur iudex, qui hodie sententiam suam executus est in parte, eam postridie
32 in alia parte exequi; & victor † potest pro reliqua parte executionis adire delegantem, *Felin. in d. c. veniens, in princ.*

Præterquam sententia excommunica-
33 tionis, quæ cum semper sit indiuisibilis † si in parte sit iniusta, vt si plus debito petatur, in totum etiam corruit, *Felin. in c. cum non ab homine, ext. de iud. Galles in dicto tract. de oblig. cam q. 37. fol. 211.*

Quando sententia non transeat in iudicatum.

Artic. III.

34 *Sententia an aliquando non transeat in indicatum.*
35 *Sententia nulla non transit in iudicatum.*
36 *Sententia confirmatoria alterius quando transeat in iudicium.*
37 *Sententia confirmatoria alterius nullæ dicitur iniusta.*
38 *Sententia prædicta si transeat in iudicatum, an habeat solitum fauorem.*
39 *Sententia nulla per partes potest approbari in vim pacti.*
40 *Sententia vitiata per nullitatem, potest per partes sanari.*
41 *Declaratur tamen, ne partes contradicant.*
42 *Sententia nulla an, & quando possit executioni mandari.*
43 *Sententia lata contra matrimonium carnale an transeat in iudicatum.*
44 *Sententia prædicta semper potest reuideri à superiori per viam querelæ.*
45 *Appellatio lapsis decem diebus non deuoluit.*
46 *Appellare tertio non licet, sed via querelæ adeunda.*
47 *Sententia præsumitur iusta, lapsis decem diebus, nisi constet de errore.*
48 *Matrimonium post sententiam tenet, & suscepta proles est legitima.*
49 *Sententia matrimonij carnalis, quæ transeat in iudicatum.*
50 *Sententia contra matrimonium spirituale an transeat in iudicatum.*
51 *Sententia separationis thori an transeat in iudicatum.*
52 *Sententia contra sponsalia de futuro, an transeat in iudicatum.*
53 *Sententia cum censuris an transeat in iudicatum.*
54 *Fallit quoad instantiam, & expensas.*
55 *Sententiæ quanam non transeant in rem indicatam.*
56 *Sententia in beneficialibus an, & circa quos transeat in iudicatum.*
57 *Negligentia partis non præiudicat officio iudicis.*
58 *Fallit si res concerneret solum interesse partis.*
59 *Sententia semper habet præsumptionem pro se.*
60 *Fallit tamen quando rectitudo processus læditur.*
61 *Sententia an possit reuocari per instrumenta de nouo reperta, non obstante re iudicata.*

34 IN multis tamen casibus † sententia non transit in iudicatum. Primo scili-
35 cet, si sit † nulla, *l. 4. §. condemnatum, ff. de re*
36 *iud.* licet † confirmatoria sententię nullę, quando error non est expressus in prima,
37 transeat in iudicatum, quia † tunc confirmatoria dicitur solummodo iniusta, *l. 1. ff. quæ sent. sine appell. rescind. Bart. in l. si expressim C. de appell. Stafil. c. 4. fol. 384. & seqq.*
38 cum † tamen habeat dependentiam à prima nulla, etiamsi transeat in iudicatum, non tamen meretur solitum fauorem, *Stafil. d. c. in fin.*

Potest quidem sententia nulla per par-
39 tes approbari, sed valebit † tunc non in vim sententię, sed in vim pacti, *l. 2. cum ibi not. C. vtr. iud. not. in c. significante, ext. de for. compet. Gallesi. de oblig. Cam. q. 13. fol. 79.*

vt diximus supra *de sent.& cap. de nullit.* si
40 etiam vitium † sententiæ inducitur prop-
ter nullitatem, est remissibile per partes,
41 dummodo † non contradicant, & senten-
tia transit in iudicatum, *Felin. in c. lator,*
ext. de sent. & re iud. sententia autem nul-
42 la, † quando possit mandari executioni,
notant *DD. in c. cum in iure ext. de off. deleg.*

43 Sententia lata contra † matrimonium
carnale, nunquam transit in iudicatum
44 quoad veritatem; potestq; † semper adi-
ri superior per viam querelæ, vt sententia
reuideatur, *d. c. lator, & c. consanguinei, ext.*
de frigid. & malefic.

45 Aduertendum tamen, quod lapsis † de-
cem diebus, appellatio amplius non de-
46 uoluit, neque † potest tertio loco appel-
lari, sed remanet sola via querelæ, & præ-
47 sumitur † post lapsum decem dierum pro
iustitia sententię, donec doceatur de er-
48 rore; Quinimò † secundum matrimonium
postea contractum tenet, & proles susce-
49 pta est legitima, respectu † instantiæ, &
expensarum transit in iudicatum, senten-
50 tia vero † lata contra matrimonium spi-
rituale, transit in iudicatum, sicut aliæ
sententiæ, *Felin. in d. c. lator, ext. de sent. &*
re indic.

51 De sententia separationis † thori an, &
quomodo transeat in iudicatum, dicit
Felin. ibid.

An sententia contra sponsalia de futu-
52 ro † transeat in iudicatum, dicit *Felin. in*
c. præterea, ext. de spon.

Censuræ etiam latæ in sententia, nun-
53 quam † transeunt in iudicatum, propter
54 periculum animę, nisi † quoad ea, quæ
diximus transire sententiam contra ma-
trimonium, *Fel.* post alios *in c. consangui-*
nei, ext. de sent. & re iud.

Similiter sententia expertorum, & da-
tur exemplum in voto mercatorum, super
55 interesse lato, nunquam transit † in iudi-
catum, vt per *DD. in c. proposuisti, ext. de*
probat. in c. fin. ext. de frigid. & malefic. in c.
cum cessante, & in c. intimasti, ext. de appell.
Afflict. decis. 33. num. 5.

In beneficialibus, licet sententia trans-
56 eat in iudicatum † quoad partem, &
eius præiudicium, tamen non transit
quoad superiorem, quin possit inquirere
de impedimentis victoris, *c. constitutus. ext.*
57 *de appell.* ratio † est, quia in omnibus con-
cernentibus publicam vtilitatem, sicut
diximus de accusante in criminalibus,
negligentia partis non pręiudicat officio
58 iudicis; secus † si ageretur de re concer-
nente solum interesse partis, *l. 4. §. hoc au-*
tem ff. de damn. infect. Franc. late in d. c. con-
stitutus in princ.

Quomodocunque sententia transeat in
iudicatum, regulariter pręsumitur pro
59 ea, cessatq; † huiusmodi præsumptio so-
60 lum in certis casibus, vt puta si tangat †
rectitudinem processus, vel sit lata contra
notorium, aut contineat manifestam in-
iustitiam, de quo latissimè inquit *Felin.*
in c. quoniam, ext. de probat.

61 Similiter quod sententia, quæ transi-
uit † in iudicatum, reuocari possit per in-
strumenta de nouo reperta, dicit *Felin. in*
c. suborta, ext. de sent. & re indic. vbi legitur
regula cum ampliationibus, & limita-
tionibus.

Quando, & quomodo exequatur sententia.

Artic. IV.

62 *Executio semper debet fieri lite quomodocun-*
que finita.
63 *Condemnatus quod tempus habeat ad soluen-*
dum, & redimendum pignora.
64 *Limitatur tamen de consuetudine.*
65 *Condemnatus criminaliter in pecuniariam*
debet statim soluere.
66 *Condemnatus prædictus non relaxatur etiam*
cum idonea cautione.
67 *Reus si in dubio sit soluendo, fiscus apprehen-*
dit bona.
68 *Reus non soluendo corporaliter punitur.*
69 *Ampliatur etiam ista pœna in parte deficien-*
te integra solutioni.
70 *Reus non soluendo an possit cedere bonis ad*
euitandum pœnam corporalem.
71 *Reus detinetur in carceribus, si pars non con-*
sentiat pœnæ loco debiti.
72 *Reus habens in ære non potest luere in corpore*
etiam volens.
73 *Declarantur prædicta in condemnato per diffi-*
nitiuam tantum.

Lite igitur quomodocunque finita per
sententiam, debet fieri executio, fru-
62 stra enim obtinerētur sententię, nisi debi-
tæ executioni demandarentur, *l. 1. & fin.*
C. de execut. rei indic. l. si cum nulla, ff. de re
iud. c. cum aliquibus, ext. eod. tit.

Habetque condemnatus de iure com-
63 muni tempus † quatuor mensium ad
soluendum, & postea facta executione
64 tempus duorum mensium † ad reluendum
pignora: quod tamen non seruatur de
consuetudine, *Boer. decis. 45.* & hoc pro-
cedit in ciuilibus.

65 Condemnatus criminaliter † in pœnam
pecuniariam, debet statim illam soluere:
66 & si est † carceratus, detinetur in carceri-
bus, donec soluerit, etiamsi offerat ido-
neam

neam cautionem, *Iaſ.in l.debitoribus n.16. ff.de re iud.Boſſ.in ſua praxi tit.de ſent.n.*111 In ſtatu autem eccleſiaſtico obſeruatur, quod mandat *conſt.3.Clem.*81. confirmatoria aliarum *Sixti V.& Pij IV.* & quod mandat *conſt.*88. *Pali V.fol.*280.*tom.*3.

67 Ideo ſi dubitatur an reus † poſſit ſoluere, fiſcus apprehendit bona condem-
68 nati; ſi verò † reus non habet modum ſoluendi,neq; adſint fideiuſſores, commutatur pœna pecuniaria in corporalem, *l.fin.§.de in ius vocand.*neque ſufficeret ſol-
69 uere partem;ſi enim † in vno nummo deficiat,adhuc debet luere in corpore, *Bald.*
70 *in l.fin.de ſepulchr.viol.* ſicut etiam † non ſufficeret cedere bonis: ad euitandam eo caſu pœnam corporalem *Dec.* latè poſt alios in *l.ſi quis id quod ff.de iuriſd.omn.iud.*

Si pars, cui venit applicanda pœna in
71 toto, vel in † parte,non conſentiat huiuſmodi commutationi, detinetur reus in carceribus, *Boer. deciſ.*349. *num.*8. non
72 poſſet † tamen condemnatus,etiamſi vellet, luere in corpore, quando poteſt ſoluere pœnam pecuniariam, *Dec. in d. l. ſi quis id quod num.*22.

Ideo melius eſt reo vt cito ſoluat, & corpus ab afflictionibus carceris liberet; ne eueniat illi, quod narrauit mihi olim Sebaſtianus Ciuccius Procurator fiſcalis, illi ruſtico diuiti eueniſſe, qui requiſitus à Baptiſtella bannito, vt ſibi gratiam faceret de quingentis ducatis, acriter tanquam Nabal reſpondit puero. Sed dum credebat ſe tutum, incidit in laqueum,& iocosè receptus, iuſſus vt vnum ex tribus eligeret, vel quod ieiunus tres cepas comederet, vel quod nudato tergo 50.virgę ictus reciperet,vel ſi magis placeret quingentos ſolueret aureos, & abiret; ille naturæ aſperæ cepas elegit,ſed vnica deglutita plagas popoſcit tergo; cum autem vix numerum 25. recepiſſet, clamare cœpit, ſatis eſt Domine, accipe tibi nummos, & diſcedam, & hac ratione pecunias denegans cepas comedit, vapulauit,
73 & aurum dedit. Et præmiſſa procedunt in condemnato per ſententiam diffinitiuam, ſecus ſi eſſet ſimplex mulcta, vt per *Clar.in d.praxi qu.*95.*per tot.*

De commiſsione executoriali, & eius iuribus.

Artic. V.

74 *Sententia ordinarij, & delegati à Principe poteſt exequi abſque alia commiſſione.*
75 *Commiſſio executorialis ſolet impetrari in Curia, & ad quid.*
76 *Commiſſio executorialis olim ſub plumbo expediebatur.*
77 *Commiſſio executi dat facultatem inuocandi brach. ſecul. delegat.*
78 *Inuocatio brach. ſecul. quomodo concedatur in commiſſione execut.*
79 *Brachium ſeculare, quando inuocari debeat in execution.*
80 *Commiſſion.execut.& brach. ſecul.forma vbi videatur.*
81 *A.C.eſt executor ſententiarum tam in Curia, quam extra latarum.*
82 *Declaratur tamen non procedere via ordinaria abſque alia commiſſione, excep. declaratoria.*
83 *Auditores Rotæ ſuas ſententias abſque alia commiſſione exequuntur.*

Licet tam Ordinarius, quam Delega-
74 tus à Principe, poſſit † ſententiam ſuam exequi abſque alia commiſſione, *c.ſignificaſti, vbi Felin. & in c.quærenti, ext. de off.deleg. Bartol.in l. à Diuo, ff.de re iud.*

Solet tamen in Curia impetrari com-
75 miſſio executorialis,quæ deſeruit † regulæ de non expediendo executoriales, niſi ſub plumbo, & pro minori partium diſpendio ſemper conceditur,vt per *Caſſad. deciſ.*13.*de reſcript.*
76 Olim enim relaxabatur executorialis † ſub plumbo per audientiam contradictarum, *Veſtr.lib.8.c.de execut.re iud.fol.* 283.

Deſeruit etiam, quia datur facultas
77 delegato †inuocandi brachium ſeculare, quod alias facere non poſſet, ſecundum *Ancharanum in c.vt officium §.fin. de hæret. in 6.*
78 Et quando petitur † in commiſſione facultas inuocandi brachium ſeculare, ſolet addi clauſula, prout de iure, & ſeruata forma Concilij, quia non debet
79 inuocari, † niſi poſtquam iudex fecit id, quod potuit, neque habet vltra quod faciat, *c.cum non ab homine, ext.de iud.c.*2.*de malefic. Oltrad.conſ.*89.*Staſil.c.*9.*fol.*298.*&*
80 *c.*16.*fol.*321. forma huius † brachij ſecularis, & commiſſionis executorialis, legitur apud *Veſtr.d.c.fol.*383. & inter formulas commiſſionum,quas poſuimus ſupra.

Licet partes poſſint adire A.C.pro exe-
81 cutione, † tanquam generalem executorem ſententiarum latarum tam in Curia, quam extra,iuxta facultates indicatas in *conſt.Greg.XIV.apud Saluſt.& 28.Pauli V.*
82 cum tamen via ordinaria † non poſſit ſe intromittere, vltra declaratoriam, ſolet tunc etiam obtineri commiſsio pro vlteriori executione.

Hodie Auditores Sacri Palatij, poſ-
83 ſunt abſque alia commiſſione eorum ſenten-

tentias exequi, quia illis vnica commissio sufficit, ad formam traditam *à Pio IV.* & vt dixi in *tit. de Iudice; & eius iurisdictione.*

Ad quem spectet executio sententiæ.

Artic. VI.

84 *Sententiam, nisi adsit appellatio, exequitur iudex confirmans.*
85 *Ampliatur etsi alius iudex pronunciet super desertione causæ.*
96 *Sententia desertionis causæ est interlocutoria, ideo sine actione.*
87 *Sententia potest exequi, etsi non pronuncietur super desertione appell.*
88 *Iudex quinam debeat pronunciare super desertione appell.*
89 *Sententia à quo iudice exequenda, quando partes recedunt ab appellatione.*
90 *Declaratur secundum Bart. posse exequi ab vtroque iudice.*
91 *Sententia confirmata reuocata reuocatoria, ab vtroque iudice potest exequi.*
92 *Declaratur dummodo aliquod addatur, vel minuatur, alias ad primum iudicem spectat.*
93 *Sententiæ, à qua non potest appellari, cui demandatur executio.*
94 *Declaratur, quod si committatur iudici successori, quibus clausulis fiat.*
95 *Clausula, constito de re iudicata, non dirigitur iudici, qui sententiam tulit.*
96 *Sententia post appellationem deserta, cui demandetur exequenda.*
97 *Termini, qui seruentur in exequendo sententiam post appellationem desertam.*
98 *Sententia exequenda regulariter committitur vltimo iudici.*
99 *Clausula, cōstito de tribus conformib. quomodo additur in commissione executionis sententiæ.*
100 *Executio rei iudicatæ quomodo committatur iudici appellationis.*
101 *Causa solent committi cum clausula sine præiudicio legitimæ executionis.*
102 *Sententia à quo exequenda commissa causa sine præiudicio legitimæ executionis.*
103 *Clausula sine præiudicio legitimæ executionis quid importet.*
104 *Sententia lata in Curia nunquam committitur extra Curiam exequenda.*
105 *Executio fit non solum pro sorte, sed pro fructibus, & expensis.*
106 *Iudex delegatus an possit taxare expensas coram alijs factas.*
107 *Liquidatio fructuum, & expensarum solet committi iudici exequenti.*
108 *Liquidatio prædicta quomodo soleat committi cum facultate subdelegandi iudicem pro ea.*
109 *Auditores Rotæ possunt liquidationem in partibus subdelegare.*
110 *Iudex à quo an possit exequi condemnationem expensarum iud. ad quem.*
111 *Iudex an possit post decem dies taxatas expensas corrigere.*

DE iure, quando sententia confirma-
84 tur tempore, vt quia pars † non ap-
pellauit, vel appellationem prosecuta
non fuit, executio spectat ad iudicem,
qui scribit sententiam confirmatoriam,
l. si contra minorem, & l. quoniam nonnulli C.
85 *de appell.* † etiamsi alius iudex pronunciet
86 super desertione, cum † huiusmodi sen-
tentia sit interlocutoria, & nulla ex ea
oriatur actio, *Glos. in c. cum dilectus, ext. de
elect. Bart. in l. à Diuo Pio in fin. princip. ff. de
re iudic. Gom. in c. Romana §. fin. de app. in 6.*
Item quando deseritur appellatio, po-
test iudex sententiam suam exequi, quam-
87 uis † non pronuncietur super desertione,
Innoc. in c. ex ratione de appell. Guidopap. decis. 436. num. 16.
88 An autem spectet pronunciare † super
desertione ad iudicem ad quem, videndus
est *Franc. in c. ex ratione num. 97. ext. de ap-
pell. & ibid. nu. 94.* si verò de consensu par-
90 tium, † vt quia ab appellatione rece-
datur, executio spectat ad iudicem ap-
pellationis, *l. tale pactum §. qui prouocauit
90 ff. de pact.* vel vterque † potest exequi, se-
cundum *Bartol. in l. præcipimus §. officij C. de
appell.*
Quando prima sententia confirmatur,
reuocando secundam reuocatoriam con-
91 firmatæ, si aliquid additur, vel mutatur, †
92 vtramq; iudex potest exequi, alias † ad
primum iudicem spectat executio, *DD. in
l. eos, C. de appell.* latè *Gem. in d. §. fin. Stafil.
c. 4. fol. 283. num. 20. cum seqq.*
De stilo Curiæ, si in commissione nar-
retur sententiam non esse appellabilem,
vt in possessorio, vel ob non appellatio-
nem transiuisse in iudicatum, solet regu-
93 lariter executio † simpliciter cōmitti iu-
94 dici, qui eam tulit; & si committatur eius
successori, vel subrogato, additur clausu-
la, constito de re iudicata, quia iste non
est informatus, sicut ille, qui tulit sen-
tentiam. & licet *Stafil. c. 17. fol. 325. n. 14.*
voluerit, quod si vnicuiq; indistinctè com-
mittatur executio rei iudicatæ ob non
appellationem, vel ob non prosecutio-
nem, debeat addi semper clausula consti-
to, &c. quia sententia posset esse nulla, &
sic non transiret in iudicatum, *l. 4. §. condemnatum, vbi DD. ff. de re iudic.*

Con-

95 Contrarium vidi seruari, † nec apponitur dicta clausula, quando commissio dirigitur iudici, qui pronunciauit, ex *Vestr. lib. 8. c. de exequut. rei iud. fol. 283. in fin.*

Si fuit appellatum, & commissa causa appellationis, narrareturque in commissione eam fuisse desertam; committetur

96 executio iudici, † coram quo fuit deserta appellatio, cum clausula, quod seruatis quatuor terminis substantialibus in similibus seruari solitis, vel loco ipsorum præfixo termino competenti ad docendum de appellatione, eiusque legitima prosequutione, quo elapso, &c. constito de re iudicata exequatur, *formul. commiss. de commiss. appell. 2. 6. 7. 14. & 15.* vel moderando inhibitionem suam remittat sententiam primo iudici exequendam, *Vestr. d. c. fol. 283.* Qui autem termini tunc † ser-

97 uandi sint, videndus *ibid. d. fol. 283. & lib. 5. de term. obseru. in artic. remiss. in fin. fol. 120.*

Quando iudex appellationis confirma-

98 uit primam sententiam, † & regulariter, quando plures iudicarunt, semper executio committitur vltimo iudici, *Cassad. decis. 13. de rescript.* & si † pretenditur ad-

99 esse tres conformes, additur clausula, constito de tribus conformibus, *Vestr. ibid. fol. 283.*

Si cognosceretur cui fuit commissa cau-

100 sa appellationis, & † regestrum esset penes notarium iudicis à quo, executio rei iudicatæ committeretur iudici appellationis, *d. formul. commiss. de comm. app. & de commiss. appell. & executorial. 15.*

Et quando committitur causa nullita-

101 tis, vel alia causa, cum † clausula sine præiudicio legitimæ executionis, prout fieri

102 vt plurimum solet, tunc executio † committitur iudici à quo, non iudici causæ nullitatis, vel restitutionis in integrum, aut alteri, maxime si executio fuit cepta, *l. vbi cæptum ff. de re iud. Stafil. c. 19. fol. 338. num. 15.*

103 Quid importet dicta clausula sine † præiudicio legitimæ executionis, dicat idem *Stafil. c. 6. fol. 288. num. 13.*

104 Aduertendum est etiam † semper, quod executio sententiæ latæ in Curia nunquã committitur extra Curiam. & quia executio debet fieri, non solum pro sorte,

105 sed etiam pro fructibus, & † expensis fa-

106 ctis in quacunque instantia, nec potest † delegatus taxare expensas coram alijs factas absque commissione, *Rot. decis. 44. de*

107 *re iudic. in antiq.* solet † in eadem commissione dari facultas iudici exequenti liquidandi fructus, & taxandi expensas omnes, *Vestr. d. c. de execut. sent. rei iud. fol. 283.*

Et si pars forte in Curia fructus liqui-

108 dare non posset, prout sæpissime † contingere solet, quando percipiuntur in partibus, datur in eadem commissione facultas subdelegandi aliquem in partibus arbitrio iudicis, qui testes super liquidatione fructuum recipiat, & deinde depositiones illorum ad Curiam remittat, *Vestr. vbi sup. d. fol. 283.*

Hodie Auditores Rotæ possunt absque

109 alia commissione † subdelegare liquidationem fructuum in partibus, vigore *Bullæ Pij IV.* vt supra dixi sub *tit. de Iudice, & iurid. & tit. de fruct. & lit. expens.*

110 Parte in expensis condemnata † per iudicem ad quem, an ipse iudex à quo debeat huiusmodi condemnationem expensarum exequi, videndus est *Franc. in d. c. sæpe in fine.*

Et iudex, qui taxauit expensas, an

111 possit † post decem dies taxationem corrigere, fuerunt contrariæ opiniones, quas refert *Franc. in d. c. sæpe num. 62. de appell.*

Quomodo reguletur executio post literas executoriales.

Artic. VII.

112 *Citatio ad dicendum contra commissionem executorialem est facienda, & quomodo.*

113 *Citatio semper requiritur in executione rei iudicatæ.*

114 *Executio rei iudicatæ semper fit purific. conditionibus.*

115 *Executio in quibus rebus primò fieri debeat.*

116 *Executio de facto facta reuocatur etiam parte non citata.*

117 *Creditor an possit immitti in possessionem bonorum deb. propter rem iudicatam.*

118 *Debitor an, & quomodo possit recuperare bona creditori data propter rem iudicatam.*

119 *Pignus conuen. & prætor. dicitur, quod datur propter rem iudicatam.*

120 *Debitor an possit recuperare pignus iudiciale, sicut conuen. & prætor.*

121 *Debitor quomodo possit recuperare pignus iudiciale.*

122 *Subhastatio fieri debet cum minori debitoris dispendio.*

123 *Debitor satisfacto creditore recuperat superfluum pretij pignoris.*

124 *Pignus an possit emi à creditore.*

125 *Pignus an possit creditori adiudicari.*

126 *Subhastandi modus remissiue.*

112 PRæsentata ergo commissione executoriali, citataq; parte ad dicendum † contra commissionem, quia aliàs deficeret iurisdictio, vt inquit *Cassad. decis. 7. de appell.*

113 *appell.* vltra quod † in executione senten-
tiæ, quæ pretenditur transiuisse in iudi-
catum, quomodocunque fieri debeat, si
fuerit appellatum, siue non, requiritur
semper citatio partis, vt late per *Franc.in*
c.ex ratione num. 86. vsque ad num.92. ext.
114 *de appell.* si verò in ea adiecta † est anti-
qua conditio, vt constito, &c. debet in
primis conditio purificari, & deinde ad
executionem procedi iuris tamen ordine
seruato.
115 Primo videlicet in mobilibus, deinde †
in immobilibus, vltimo loco in persona,
116 vt in *l. à Diuo Pio ff. de re iudic.* aliàs in †
quantum de facto proceditur, in tantum
executio reuocanda est etiam non citata
parte, vt *Franc.in c.1.in princ.de relig.dom.*
in 6. Rom.cons.520. Stafil.c.6.fol.287. n.14.
Aliquando etiam, quando fit executio
117 propter rem iudicatam, † creditor im-
mittitur in possessionem bonorum debi-
118 toris, præcipue absentis, quam tamen †
debitor quandocunque reuertatur recu-
perat refectis expensis, & data cautione
119 de stando iuri, &c.est enim hoc pignus †
conuentionale, & prætorium, licet in iu-
120 diciali secus sit, † vt quando fit executio
vigore obligationis Cameralis, quia tunc
121 debitor non recuperat † possessionem, nisi
actualiter soluat illud, in quo fuit con-
demnatus, *Alex.in l.si finita §.Iulianus ff.de*
damn.infect.Ias.post alios in l.properandum,
122 *§.sin autem C.de iud.* soletque de stilo † Cu-
riæ procedi ad subhastationē cum minori
debitoris dispendio, quod fieri possit,
123 eique † restituitur quicquid ex pretio re-
manet, satisfacto creditore, *l. ordo C. de*
execut.rei iud.l.2.& fin.C.si in caus.iud.
124 Et si non reperitur licitator offerens †
iustum pretium, admittitur creditor ad
125 emendum, vel etiam † si nullus licitator
compareat, adiudicatur ei pignus *d.l.2.&*
fin.C.si in caus.iud.pign.cap.& vtrobique no-
tant DD.
126 Modum subhastandi † dabimus infra,
quando agemus de iudicio executorio.

Quomodo, & quando concedantur censuræ;

Artic. VIII.

127 *Excommunicatus potest aggrauari nisi soluat infra decem dies.*

128 *Excommunicatus prædictus post alios decem dies potest regrauari.*

129 *Et interdici, suspendi ab officio, & beneficio cum inuocatione brach.secul.*

130 *Fallit quando ex conuentione partium aliud seruatur.*

131 *Iudicium potest habere ordinem à conuentione, & sic à captura incipere.*

132 *Executio personalis an fieri possit primo loco. Obligatio Cameralis dat executionem personalem primo loco. ibid.*

133 *Iudex ecclesiasticus an possit omiss. grauatorijs ad cens.& execut. personal. procedere.*

134 *A. C. elapsis decem diebus à die publicationis ad quid procedat.*

135 *Brachium seculare quando inuocari debeat.*

136 *Mandatum executiuum quando soleat concedi à Signatura loco censurarum.*

137 *Mandatum executiuum an, & quomodo possit relaxari contra Magistratus Vrbis.*

138 *Magistratus Vrbis an possint personaliter capi per mandatum executiuum.*

139 *Censuræ vigore Concil. Trid. quando sint in causis adhibendæ.*

140 *Censuræ non possunt fulminari, nisi præuia trina monitione.*

141 *Censura procedi potest, quando executio requirit beneplacitum Principis secularis.*

142 *Executio difficilis dicitur, quæ fieri debet cum beneplacito Principis secularis.*

143 *Executio an possit fieri super alijs rebus, quam ijs, de quibus agitur.*

144 *Ampliatur prædicta conclusio multipliciter.*

145 *Fructus beneficiorum an possint sequestrari excommunicato ob non solutam condemnationem.*

146 *Fallit si per nullum tempus excommunicatus insordesceret.*

Similiter quando proceditur ad execu-
tionem via censurarum, vt supra in-
127 dicauimus, declaratus nisi infra decem †
dies obediat, & soluat, poterit aggraua-
ri, deinde infra alios decem dies regraua-
128 ri, postmodum † semper intermedijs de-
cem diebus interdici, *brachium secula-*
129 *re* inuocari, & priuari, vel suspendi ab
officijs, vel beneficijs, vt aduertit etiam
Vbertus de modo, & rat.citandi par.5.form.7.
130 *pro aggrauatoria, & reaggrauatoria*, nisi †
ex conuentione partium aliud actum
fuerit, videlicet, quod possit à captura in-
131 cipi, neque ordo iudicis † obseruetur;
Tunc executio quomodocunque fiat, non
seruatur forma tradita à *l.Diuo Pio, & in*
132 *c.cum non ab homine*, sed statim † potest fie-
ri executio personalis, prout in obliga-
tionibus in forma Cameræ, *Abb. in c. de*
causis, ext.de off.deleg. Galles.in d.tract.q.13.
15.& 36.fol.79.82.& 205.
Potest etiam iudex ecclesiasticus omis-
133 sa aggrauatoria, & reaggrauatoria † ex-
communicationem pronunciare, vel sus-
pendere, & executionem personalem fa-
cere.
Idro in Curia A. C. elapsis primis die-
bus,

134 bus, à die publicationis, vnica † citatione præcedente facit hæc omnia, *Gallesi.in*
135 *d.tract.d.q.36.d.fol.*205.vbi ponit,quādo† brachium seculare inuocari debeat, & idem annuit *Vbertus vbi supra*.

Solet etiam Signatura concedere, at-
136 tenta qualitate causæ, vt puta si agatur † inter subditos Status Ecclesiastici, si allegetur paupertas, si causa sit profana, & non magni momenti, vel si sit spiritualis, & agatur de expensis tantum, quod loco censurarum relaxetur mandatum executiuum, *Vestr.lib.8.c.de exec.rei iud.fol.*283. quod & annuit *Vbertus vt supra in fin.*

Dummodo non agatur contra magistratus Vrbis, vt sunt capita Regionum,
137 quod tamen meo tempore nunquam † euenisse recordor, contra quos non relaxatur mandatum executiuum absq; spe-
138 ciali cōmissione, additurque † semper in commissione, clausula, dummodo personaliter non capiantur, & solet fieri verbum in Signatura.

Hodie ex decretis Concilij Tridenti-
139 ni † in causis ciuilibus, & criminalibus non potest deueniri ad censuras, quando executio realiter, vel personaliter, aut per
140 priuationem bonorum fieri potest, estq;† semper præmittenda trina monitio, saltem per edictum, antequam ad censuras deueniatur, vt cauetur *sess.* 25. *c.* 3. *de re-*
141 *form.*&in prædictis terminis,si executio † esset facienda in loco, in quo requireretur beneplacitum Principis secularis, vt in Regno Neapolitano, tunc absque alio
142 potest via censurarum procedi, quia † executio dicitur esse difficilis, vt per *Papazzon.in addit.ad decis.*5.*Rota de rescript.in nou.*

143 Non solet dari commissio, quod pro † executione sententiæ, & rei iudicatæ sequestrentur aliæ res, quam illæ, de qui-
144 bus agitur, etiamsi † obtentæ fuerint executoriales, & secutæ fuerint excommunicatio, agrauatio, & reaggrauatio.

Ideo si condemnatus pro certa pecu-
145 niarum summa † non pareat, & propterea excommunicetur, non dabitur commissio, quod sequestrentur fructus suorum beneficiorum vsque ad condignam satis-
146 factionem, nisi † per multum tempus insorduisset, quia tunc forte daretur ob nimiam contumaciam, *Stafil.c.*19.*fol.*335.

Cui sit committenda executio.

Artic. IX.

147 *Executio, an ministerio iudicis, vel auctoritate creditoris fieri possit.*
148 *Creditor, an possit per pactum iuratum propria auctoritate executionem facere.*
149 *Creditor, an possit auctoritate propria possessionem capere, ita mandante iudice.*
150 *Creditor prædicta faciens armata manu, an dicatur violentiam facere.*
151 *Executio an possit committi parti vincenti.*

147 Debet autem fieri executio † ministerio iudicis, non propria auctoritate
148 creditoris: neque valeret † pactum, etiam iuratum, quod creditor posset propria auctoritate executionem facere, *Alex.in l. alia §.eleganter ff.solut.matrim.Felin.in c.ex rescripto,ext.de iur.iur.Gallesi.d.fol.*79.*&* 83.
149 Potest quidem iudex mandare † creditori habenti rem iudicatam, vt propria auctoritate possessionem capiat, *Bartol.in l.iuste possidet ff.de acq.possess.Cassad.dec.6.de*
150 *caus.possess.& propriet.* Et quamuis † tunc creditor ingrediatur possessionem, cum hominibus armatis, ad effectum propulsandi iniurias, non proptere dicitur violentiam facere, *Cassad.d.decis.6.*

Si executio non haberet contradicen-
151 tem, vel aliquam † controuersiam, potest committi parti vincenti, *Felin.in c.de cætero, ext.de sent.& re iud.*

An, & quando coram executore sit necessaria citatio.

Artic. X.

152 *Executio regulariter, an sit facienda parte citata.*
153 *Reus, an debeat citari ad liquidationem fructuum, & expensarum.*
154 *Declaratur de stilo Curiæ id fieri debere.*
155 *Declaratur etiam non requiri in citatione insertionem rescripti.*
156 *Declaratur etiam nouum processum non esse faciendum, sed facto standum.*
157 *Sententia lata per contradictas eodem modo potest exequi.*
158 *Declaratur, si contumax fuerit præcisè nominatus in prima citatione.*
159 *Limitatur, si fuerit citatus vigore clausulæ, omnesque alios, vel quatenus sua putauerit interesse.*

152 ET licet executor regulariter non teneatur citare † partem, præcipue, quando est merus executor, vel fit executio in re, super qua fuit iudicatum, *c. pastoralis, cum ibi not. ext. de off. deleg. Rot. decis. 15. de dol. & contum. in non. Cassad. d. decis. 6. Glos. & DD. in d. Clem. 1. de off. deleg. Felin. in c. qualiter, & quando ext. de accus.*
153 Et † propterea forsan condemnatus, non deberet citari ad videndum liquidari fructus, & taxari expensas, iuxta doctrinam *Bart. in l. terminato C. de fruct. & lit. expens. & in l. 2. C. quom. & quando ind. Franc. in c. sæpe n. 61. ext. de appell.*
154 Solet tamen de stilo Curiæ † pars citari ad videndum liquidari fructus, & taxari expensas, saltem pro habenda eorum in-
155 formatione, quamuis non requirantur † in citatione insertio rescripti, & aliæ solemnitates, de quibus in *Clem. 2. vt lit. pēd.*
156 neque † fieri debeat nouus processus, sed sufficit iam factus, *Stafil. c. 19. d. fol. 335. Vestr. c. vbi sup. fol. 283.* vbi ponit formam huiusmodi citationis.

Si sententia lata fuisset per contradi-
157 ctas, potest etiam † per contradictas ad illius executionem procedi, & commissio executorialis intimari, *Rot. decis. 15. de re-*
158 *script. in nou.* dummodo † contumax in prima citatione fuerit præcisè nominatus;
159 Si enim fuerit citatus vigore clausulæ, omnesque alios, &c. vel quatenus sua putauerit interesse, non potest sententia lata contra eum vigore istius citationis
160 exequi, cum non arctet † præcise ad com-
161 parendum, licet illi præiudicet, si agere velit tanquam quod sciens de re sua agi non comparuerit, *Rot decis. 17. de dol. & contum. in nou. Vestr. lib. 4. cap. de dol. & contum. fol. 87.*

Intelligenda etiam sunt omnia præmissa, de non citando partem in executio-
162 ne, † dummodo fiat executio, non solum in rebus adiudicatis, sed etiam inter easdem personas; nam si esset tertius intru-
163 sus in re, † adiudicata, debet de necessitate citari, *Felin. in c. quia ext. de re iud.*

Similiter si executio est facienda ad instantiam successoris victoris, vel con-
164 tra hæredem † defuncti condemnati, aut per successorem iudicis, qui condemnauit, debet semper citari pars, *Felin. ibid. & in c. executione ext. de appell. Capic. decis. 1.*

Sententia namque, vel instrumentum,
165 quamuis † aliàs habeat executionem paratam; hoc tamen intelligitur contra nominatos in sententia, vel instrumento;
166 secus † si agatur contra tertios possessores, quia tunc requiritur citatio partis,
167 & causæ cognitio. Et † hoc de plano procedit, si sit singularis successor, etiam rei
168 litigiosæ: si verò † sit vniuersalis successor, & hæres; tunc requiritur etiam citatio, & causæ cognitio, sed non tanta: suf-
169 ficit † enim citatio, & cognitio, ad probandum illum esse hæredem, deinde fit executio, vt per *Franc. in d. c. ex ratione, num. 92. & 93. ext. de appell.*
170 Et licet hæres, & defunctus † censeatur vna & eadem persona, in tantum, vt instantia cœpta contra defunctum transeat ad hæredem, *l. si e..m hominem ff. de fideiuss.*
171 Et similiter obligatio † defuncti transeat in hæredem, *l. 1. C. vt actio ad hæred. & con-*
172 *tra hæred.* & hæres † possit conueniri coram iudice defuncti, *l. hæres abs sent, ff. de*
173 *iud.* Executio † tamen sententiæ contra defunctum, non potest fieri contra hæredem, nisi eo citato; & probato, quod sit heres *Franc. in d. c. n. 93.* & hinc nunquam datur exequatur contra bona, & personam propriam hæredis, nisi facta simili probatione.

Art. XI.

An contra haredes fiat executio.

Artic. XI.

174 *Hæres an, & quando possit capi pro debito defuncti.*

175 *Declaratur procedere de iure, non autem de stilo Curia.*

176 *Executio contra bona propria, & personam hæredis, quando detur in Curia.*

174 Sciendũ est etiã in materia incidenter, vt stãte statuto, quod pro † debito possit fieri executio personalis, hæres poterit capi pro debito defũcti. *Bartol. in l. postulãte ff. ad Trebell. Franc. d. nu. 93.* quod pro-
175 cedit † de Iure, non autem de stilo Curiæ, quia † hic non datur executio cõtra bona propria, & personã hæredis, nisi prius il-
176 le fuerit contumax, et † interpellatus non docuerit de Inuentario, & nõ reddiderit rationem bonorũ inuentariatorum, vt testatur *Tiber. Salust. in d. sua praxi Iudici. c. 44. num. 17. fol. 109.*

Quomodo procedatur contra fideiussorem.

Artic. XII.

177 *Executio contra fideiussorem iudicij fit ex eodem processu principalis.*

178 *Fideiussor non potest appellare a re iudicata contra suum principalem.*

179 *Executio si fit cõtra fideiussorem contractus, requiritur nouus processus.*

180 *Fideiussores de iudicatũ soluendo, non tenentur, nisi lite cõtestata contra principalem.*

181 *Fideiuss. de stan. iur. & iudic. sol. intelligitur de instantia coram eod. iudice.*

182 *Fallit si aliud fuerit in promissione expressũ.*

183 *Fideiuss. de iudicio sisti in crim. an teneatur etiam ad partis interesse.*

184 *Fideiuss. repræsentandi non tenetur amplius, si captus fugiat.*

185 *Fallit si captus fuit reus ex alia causa, & ille non fuerit protestatus.*

186 *Declara multos DD. tenuisse contrarium.*

187 *Fideiussio repræsentandi toties, quoties, quando expiret.*

188 *Cautio de stando iuri vbi præstari debeat.*

189 *Cautio de stando iuri purgat contumaciam.*

190 *Cautio prædicta per reum, quo in loco præstari possit.*

191 *Sententia contra quatuor ex pluribus obligatis, an, & quando valeat contra omnes etiã non citatos.*

192 *Sententia prædicta in casu &c. erit pro rata facienda.*

193 *Captus ob suspicionem fugæ, quibus cautionibus relaxetur.*

194 *Declaratur hodie obseruari reformationem Pauli V.*

195 *Executio quãdo est facienda in alio loco, quisnam modus seruandus sit.*

196 *Executio si facienda super rebus controuersis, quid agendum.*

197 *Fructus rei iudicatæ, a quo tempore debeãtur.*

198 *Declaratur quomodo, vsque ad quod tempus percipi, liquidari, & restitui debeant.*

199 *Expensæ an debeantur, si pars cedat liti ante sententiam.*

200 *Expensæ taxantur vsque ad diem cessionis, post sententiam.*

201 *Iuramentum quodnam faciendum post expẽsarum taxationem.*

202 *Iuramentum prædictũ sufficit quod reperiatur penes acta extensum.*

177 Si peratur executio cõtra fideiussorẽ, tunc si † est fideiussor Iudicij, vt quia promisit de stando Iuri, & Iudicatum soluendo, potest ex processu formato contra principalem, fieri executio contra ipsum, absque eo, quod nouus † processus fiat: & si sententia contra principalẽ, trã-
178 siuit † in rem Iudicatam, fideiussor non potest appellare, & sic seruatur.

Si sit fideiussor contractus, requiritur
179 nouus † processus, *Bartol. in l. prima & 2. ff. iud. solu. & in l. si quis reum ff. de custod. reorum. in l. à sententia ff. de appell. Guidopap. decis. 26. Cagnol. in l. nemo ff. de regul. Iur. Boss. in sua praxi tit. de carc. fid. relax. Clar. quæst. 95. vers. primo in fin.*

Et nota in huiusmodi materia, quod fi-
180 deiussores † de iudicatum soluendo, nõ tenentur Iudicatum soluere, nisi cõtra principalem debitorem fuerit lis contestata, & alias rite processum. *Afflict. decis. 172.*

Secundo, quod fideiussor de stando Iu-
181 ri, & iudicatũ soluendo, intelligitur † solummodo de illa Instantia, & coram illo Iudice, coram quo fuit promissum; ni-
182 si † aliud fuerit expressum *l. cum apud Sẽpronium cum ibi notatis ff. Iud. solu.*

Tertio, quod fideiussor de Iudicio sisti
183 in causa † criminali, tenetur nõ solum ad pœnam expresse conuentam applicandã fisco, sed etiam ad Interesse partis, quamuis sit maius pœna *l. fin. vbi glos. communiter approbata ff. si quis in Ius vocat. Afflict. decis. 234.*

Quarto quod fideiussores, qui promiserunt aliquem toties quoties repræsen-
184 tare, † si ille carceretur propter eandem

ca... propter quam fuit cautum, & aufugi.., non tenentur amplius eum re-
185 præsentare, sed sunt liberati; si vero † carceratus fuit ex alia causa, nisi protestentur, quatenus est in carceribus, & se nolle amplius teneri, & protestationem deducant ad notitiam modo debito, tenentur repræsentare, *Afflict. decis.* 130.
185 Licet † multi tenuerint contrarium, vt *Bart. in l. si gemina ff. arb. furt. ces. cum alys relatis per Boss. in sua praxi tit. de carcer. fide-*
187 *ius. com. nu.* 35. Vbi etiam habetur, † quod dicta fideiussio expirat per binam præsentationem, & latissime tractatur materia, ibidem. & *num.* 39. videtur concordare cum *Afflict.* in casu, quando non adsunt illa verba toties, quoties.

Quinto, quod cautio de stando iuri
188 debet præstari in loco † iudicij, non domicilij, quando præstanda est per acto-
189 rem, vel contumacem, qui † ea mediante vult contumaciam purgare, si autem † præstanda esset per reum ex necessitate,
190 tunc † posset præstari in loco domicilij, *Bartol. in l. de die §. tutor. ff. qui satisd. cog. Afflict. decis.* 137.

Sexto, quod quando plures sunt obli-
191 gati in solidum ad centum, si † quatuor ex obligatis conueniantur in solidum, & condemnentur simpliciter, censentur condemnati pro rata, non solum inter eos quatuor, sed etiam habito respectu ad omnes obligatos, etiam non conuentos,
192 & ita † pro rata facienda erit executio, *Afflict. decis.* 215.

Septimo, quod captus tanquam suspe-
193 ctus de fuga, ad hoc, vt † relaxetur, debet de iure cauere de stando iuri, & iudicatum soluendo, neque sufficeret cautio de stando iuri, iuxta doctrinam *Castren. in l. cum impuberes, §. qui in ius ff. de in*
194 *ius. voc. Afflict. decis.* 170. hodie † autem Romæ sufficit fideiussio de stando iuri, & se repræsentando, iuxta formam reformationis S. M. Pauli Papæ V. de stilo omnium Tribunalium Vrbis.

Et quia multoties accidit, quod exe-
195 cutio sententiæ latæ in † vno loco, facienda est in alio, tunc, quod consuetudo vnius loci, seruanda sit in alio, dicit *Guidopap. decis.* 23.

Quomodocunque autem fiat executio,
196 si oriatur controuersia † super rebus, in quibus facienda est, sufficit cognitio summaria, absq; obseruatione iudicij, vt notãt *DD. in l. d. D. Pio §. si super rebus ff. de re iud.*
197 Et circa fructus rei iudicatæ, † à quo tempore debeantur, an à die petitæ executionis, vel à die sententiæ, videndus est *Boer. decis.* 45.

198 Similiter quomodo, & † vsq; ad quod tempus, percipi, liquidari, & restitui debeant, est videnda *Rot. decis.* 14. *de re iud. in nou.*
199 Quo ad expensas, † si pars cedat litiate sententiam, nullæ expensæ debentur,
200 si autem † cedat post sententiam, taxantur vsque ad diem cessionis, debetque
201 pars post taxationem iurare, se † summã taxatam expendisse, alias taxatio esset nulla, *Glos. in c. 1. & c. cum venissent, ex. de eo qui mit. in poss.* & dicam titulo particulari.

De stilo tamen sufficit, quod illud iu-
202 ramentum extendatur † per notarium penes acta, licet corporaliter non præstetur, *Vestr. vbi sup. d. fol.* 283.

Quis possit esse executor.

Artic. XIII.

203 *Sententia in partibus an possit exequi, etiam per non constitutum in ecclesiastica dignitate.*
204 *Executio sententiæ, an possit in re propria pars ipsa deputari.*
205 *Executio causæ cognitionem requirens, committitur posito in ecclesiastica dignitate.*
206 *Executor amittens dignitatem ante perfectam executionem, an possit prosequi.*

QVod si executio sit facienda in par-
203 tibus, potest iudex, † si mera executio committatur, quemlibet etiam nõ constitutum in dignitate ecclesiastica,
204 ac partem † ipsam, in re propria executorem deputare, *Rota decis.* 6. *de caus. possess. & propriet. in nou.*

Si executio requirat causæ cognitio-
205 nem, tunc, cum † executor sit mixtus, non merus, debet esse constitutus in dignitate ecclesiastica, *Rota decis.* 30. & 31. *de rescrip. in nou.* & dixi *tit. de mand. art. penult.*
206 Et quamuis deinde, † ante perfectam executionem dignitatem amittat, non propterea desinit esse executor, *Rot. dec.* 28. *de rescript. in antiq.*

Quo tempore fiat executio, & de exceptionibus contra eam

Artic. XIV.

207 *Executio an possit fieri etiam tempore feriato.*
208 *Pignoratio, & executio an possit fieri die feristo in bon. Dei.*
209 *Limitatur contra tertium, quod fieri non possit.*

Exe-

210 *Executio rei iudicatæ, regulariter non impeditur ab exceptione.*
211 *Exceptiones post sententiam non admittuntur.*
212 *Res iudicata extinguit omnem subreptionem.*
213 *Commissio aduersus rem iudicatatam, an detur super exceptionibus.*
214 *Ampliatur, si exceptiones post tres conformes opponerentur.*
215 *Condemnatus non auditur, nisi facta executione rei indicatæ.*
216 *Adpellans à grauamine, non auditur, si feratur tertia sententia ante commissionem appell.*
217 *Sententiæ conformes dicuntur, etsi secunda, & tertia in minus pronuncient.*
218 *Declaratur dummodo omnes sint super eodem negotio.*
219 *Exceptiones ad impedinedā executionē coram mero executore non admittuntur.*
220 *Ampliatur, & si possit incontinenti probari.*
221 *Limitatur prædicta conclusio multipliciter, & primo in nullitate,*
222 *Nullitas quando possit allegari; tam per tertium, quam per principalem remissiue.*
223 *Exceptio excomēunicationis sēper potest opponi ad impediendā executionem, & processū.*
224 *Ampliatur, numquam esse exclusam, etiam post tres conformes,*
225 *Ampliatur etiam si procedatur coram mero executore.*
226 *Excomunicatus est repellendus à indicio etiam a laicis.*
227 *Inhabilitas personæ, quando Impediat executionem.*
228 *Exceptio compensationis, impedit executionē, etiam rei iudicatæ.*
229 *Exceptio prædicta debet probari cum conuenienti dilatione.*
230 *Ampliatur etiam opponi posse in actu executionis, & illam impedire.*
231 *Limitatur, si debitum sit liquidum, vel liquidari possit in continenti.*
232 *Terminus ad liquidandum debitum est indici arbitrarius,*
233 *Exceptio compensationis, an opponi possit in appellatione.*
233 *Exceptio prædicta an admittatur in interdicto recuperandæ.*
235 *Exceptio falsi potest opponi per 20. annos.*
236 *Exceptio falsi impedit executionem rei iudicatæ, etiam coram mero executore.*
237 *Executio quibus clausulis fiat. si si^at stante exceptione calumniæ suspecta.*
238 *Causa falsitatis aliquando fuit commissa iudici negot. principalis,*
239 *Exceptio oriens ex ipsa sentētia, impedit executionem, etiam trium conformium.*
240 *Melioramenta, an, & quando debeant refici ante restitutionem Domus,*
241 *Declaratur, dummodo constet de melioramentis, & fuerint liquidata.*
Reo datur retentio rei, donēc liquidentur melioramenta & ibid.
242 *Declaratur, tamen hoc casu aliam reconuentionem esse prohibitam.*
243 *Cautio de melioramentis soluend. non recipitur ad faciendam executionem.*
244 *Melioramenta sunt primo loco liquidanda, & soluenda.*
245 *Exceptio, quæ non impugnat sententiam, an retardet executionem.*
246 *Exceptio, licet non oriatur ex Verb. sententiæ, potest opponi in executione.*
247 *Retentio rei loco pignoris, quando detur, etiam stante statut. non poss. except. opponi.*
248 *Executio non potest fieri pro eo solo, pro quo causa est instructa, si plures agunt.*
249 *Executio cessat etiam trium confor. si requiratur causæ cognitio.*
250 *Exceptio non admissibilis, an admissa preiudicet executioni.*
251 *Declaratur contra ipsam faciendam protestationem, & appellationem, si admittatur.*
252 *Processus factus non obstante protestatione, est nullus.*
253 *Declaratur de stilo sustineri, nisi appellatio fiat.*
254 *Res iudicata preiudicat non appellanti, vel non prosequenti, quo ad Aduersarium.*
255 *Declaratur tamē no preiudicare contra iudicem, si inique pronunciauit*

207 POtest executio fieri, etiam † tempo-
re feriato, dummodo non in hono-
rem Dei *c. significauerūt extra de Iud. Alex.
cons 130. in causa vol. 4. & cons. 53. queritur vol.* 5. de quo est viden. late *Guidopap.
decis.* 215. vbi vult quod executio, & pi-
208 gnoratio, † possint fieri die feriato etiam
in honorem Dei, dummodo non sit dies
dominicus, quam opinionem non sequi-
mur sed dies festos veneramur in Curia.
209 At si facienda sit contra † tertium, tunc
non potest fieri, etiam die feriato, ob ne-
cessitates hominum, quia debet ordina-
rie procedi. *Felin. in c. super. col. fin. extra
de sent. & re Iud.*
Ad impediendam executionem rei Iu-
210 dicatæ subreptio, vel alia † exceptio, etiā
peremptoria, regulariter allegari non po-
211 test, cum † post sententiam, nullæ exce-
ptiones admittantur, *l. peremptorias C.
212 sent. rescind. non poss.* Extinguit † enim res
iudicata, omnem subreptionem, *Abb. in
213 c. constitutus extra de rescript.* neque † su-
per talibus exceptionibus, datur Commis-
sio aduersus rem iudicatam, *Stafil c. 6. fol.*
287.
Et precipuè si huiusmodi exceptiones,
214 post † tres conformes opponerentur, siuè
enim sint interlocutoriæ, siue diffinitiuè,
habent

habent paratam executionem, neque
215 condemnatus † aliquo modo auditur, nisi facta executione, *Clem. vt calumnijs, de re Iudic.*

Sique appellatur ab aliquo grauamine illato, etiam ante tertiam diffinitiuam, &
216 antequam committatur † causa appellationis, feratur tertia sententia, non auditur appellans, nisi executis tribus conformibus, *Rot. decis. 13. de re Iud. in nou.*
217 Dicuntur conformes, etiamsi † prima in decem, secunda in octo, tertia in quinque cōdemnet; sunt enim in minori summa conformes, & in ea merentur executionem, *c. primo de arbitr. in 6. Bartol. in l. prima §. si stipulante ff. de verb. oblig. Afflict. decis. 362.* dummodò omnes feran-
218 tur super eodem negocio; nam † si duæ super negocio principali, tertia vero feratur super desertione appellationis *d. clem. vt calumnijs*, non habetet locum. *Rot. decis. 3. de sent. & re Iud. in nou.*

Similiter licet admittantur aliquæ ex-
219 ceptiones ad impediendam † executionem, vt infra, tamen coram mero execu-
220 tore non debent admitti, quamuis † illæ possint in continenti probari, post alios *Franc. in c. dilecto in vltimo notab. extra de appell. Gallef. d. tractatu q. 37. fol. 211.*
221 Limita † predictam conclusionem
222 Primo in exceptione nullitatis, quæ † quādo possit allegari, tam per principalem, quam per tertium, dicam sub titulo nullitatis.

Secundo limitatur in exceptione ex-
223 cōmunicationis, quæ potest semper † opponi, ad impediendam executionem, &
224 processum, ita vt † numquam censeatur exclusa, etiam post tres conformes, *Bisignet. decis. prima de except. Rot. decis. 17. de*
225 *sent. excom. in antiq.* Quod † procedit etiā coram mero executore, *Gemin. in c. primo §. si quis 2. de except. in 6.* quinimo Iudex
226 etiam † laicus, debet repellere excommunicatum à limine Iudicij, etiam parte inuita, *c. exceptionem*, *vbi notant DD. extra de except. Ias. in l. prima C. de Iur. & fact. ignorant. Gallef. d. tract. q. 17. fol. 87.*

Tertio in omni alia Inhabilitatione personæ petentis executionem, præci-
227 puè † possessionis, cum ad eam petendam requiratur speciale mandatum, *Gemin. in c. primo §. sed si, num. 4. de except. in 6.*

Quarto in exceptione compensatio-
228 nis. † Impedit enim executionem sententiæ, quæ transiuit in Iudicatum, & de-
229 bet † dari dilatio conueniens ad eam probandam *Felin. in c. cum Ioannes, extra de*
230 *fid. Instrum.* Quinimo † potest opponi in ipsa executione, & eam impedit, dum-
231 modò debitum † sit liquidum, vel possit liquidari infra tempus concessum conde-
232 mnato ad soluendum, † quod quidem tempus est arbitrarium Iudici, vt plenius dicam *infra tit. de compensationibus.* In cau-
233 sa vero appellationis, non posset † opponi, quia in ea solum proponuntur, quæ requirunt iniustitiam primæ sententiæ;
234 In interdicto † etiam Recuperandæ non admitteretur exceptio huiusmodi, nisi compensatio oriretur ex causa priuilegiata, & fieret de quantitate ad quantitatem. *Felin. in c. suborta extra de sent. & re Iud.*

Quinto in exceptione falsi, quæ eum
235 sit multum priuilegiata, possitque † opponi vsque ad xx. annos, *c. cum venerabilis extra de except.* admittitur ad impediendam executionem, dummodò calu-
236 mniosè † non opponatur. Si enim subsit
237 suspicio calumniæ, † debet fieri executio salua remanente causa falsi *l. 2. C. de fals. Innoc. in c. post electiones in fin. extra de concess. prabend. Stafil. c. 7. fol. 290. num. 3.* & alias cum incidenter ad impediendam
238 executionem † exceptio falsitatis coram vno Iudice deducta fuisset, illeque ea non obstāte declarasset executionem fieri debere, fuit illi tamquam informato causa falsitatis ad Instātiā prætēsi falsarij principaliter commissa *Formul. comm. de cumulat. diuers. Iudic. 17.*

Sexto in exceptione, quæ oritur ex ver-
239 bis † ipsius sententiæ tunc enim, & si requirat altiorem indaginem, admittitur ad impediēdam executionē, etiam trium
240 conformium. Ideo, † quando pronunciatur restitutio domus refectis melioramentis, debent ante restitutionem melio-
241 ramenta refici. Imò † dummodo constet de melioramentis, & si non fuerint liquidata, impeditur executio, & datur retentio rei condemnato, donec congnio tē-
242 pore fiat liquidatio; licet † hoc casu alias
243 reconuentio sit prohibita: neque † sufficeret ad faciendam executionem, offerre cautionem de melioramentis soluen-
244 dis post liquidationem, sed debet † in primis præfigi terminus ad liquidandum melioramenta, illaque sic liquidata solui *Capic. decis. 17. Gallef. quæst. 18. fol. 79.* Idē
245 dicendum erit † de exceptione, quæ non
246 impugnat sententiam; potest enim † semper in executione opponi, licet non oriatur ex verbis sententiæ, vt si opponatur exceptio expensarum factarum in re em-
247 pta, quæ debet restitui; quo casu † licet vigore statuti, vel stili alicuius Curiæ nulla possit opponi exceptio; datur tamen retentio loco pignoris, *Boer. decis. 41. nu.*

41. *num.* 5. 9. & 15.

Septimo, quando plures agunt, nam
248 quamuis † pro vno possit ferri sententia, si pro eo causa sit instructa, non tamen pro eo solo potest fieri executio, *Put. decis.* 14. *de re Iud.*

Octauo, quando in executione requiri-
249 tur † causæ cognitio; tunc enim etiam post tres conformes vigore d. *Clem. vt calumnus.* cessat *Bisig. decis. prima de except.*

Nono, quando aliqua exceptio opponitur, quæ parte tacente admittatur, &
250 desuper † probationes fiant, licet alias non sit admissibilis ad impediẽdam executionem; præiudicat enim, & impedit executionem, ac si de Iure veniret admittenda, *Felin. in c. seiscitatus extra de rescript. & in c. inter monasterium extra de sent. & re Iud. Ias. in l. Patre furioso ff. de his qui sunt sui vel alien. Iur. Rip. in l. naturaliter §. nihil commune num.* 72. *ff. de acq. possess.* Ideo
251 debet † pars protestari, ne similes exceptiones admittantur, & in euentum ad-
252 missionis appellare: nam licet † de Iure sufficiat protestatio; & processus factus, tunc non obstante protestatione, sit nullus; de stilo tamen Curiæ, si pars non
253 appellat, † sustinetur, ad notata per *Roman. in cons.* 384. *Aretin d.* §. *nihil commune Felin. in d. c. inter monasteriũ Galles. ind tract.* 2. *de Cam. oblig. q.* 20. *fol.* 127.

Decimo, quod licet res Iudicata præiu-
254 dicet non † appellanti, vel non prosequẽti, vel quo ad Aduersarium, quia cau-
255 sam prosequi non potest, tamen non † impeditur agere contra Iudicem, si iniquè pronunciauit, *Franc. in c. si sæpe num.* 42. *extra de appell.*

Quomodo & quando tertius impediat executionem.

Artic. XV.

te, vel expresse reprobata.
296 *Nullitas an possit opponi coram iudice exequente in alio territorio.*
296 *Exceptiones imped. executionem an opponi possint coram Iud. in alio territorio exequente.*
297 *Cautio in executione simpliciter importat nudam promissionem.*
298 *Cautio idonea importat pignora vel fideiussores.*
299 *Cautio iuratoria sufficit alijs deficientibus.*
300 *Ampliatur si cauere debens aliam praestare nequeat.*

VLtimo, quando agitur de Interesse tertij pro cuius declaratione, videlicet, quan-
256 do † Tertius comparens pro interesse suo impediat executionem, quia quotidie cō-
257 tingit; Sciendum est, † quod, aut executio faciēda est in re possessa per condemnatum, aut in re vacanti. Primo casu,
258 quādo † executio facienda est in re posses-sa per tertium, semper impedit executio-
259 nem, nam cum † res inter alios acta sibi obesse non debeat, *l. sepe ff. de re Iud. c. quāuis &c. eum super. extra eodem.* Merito con-
260 tra † eum ab executione non est incipiendum, sed debet adhiberi causae cognitio, & fieri nouus processus, ac nouus Iudicium, *l. eum quaeritur ff. de except. rei Iud. cum multis adductis per Vant. cap. quis poss. dic. de nullit. nu.* 17. nisi iste tertius es-
261 set hęres condemnati; tunc enim † fieret executio statim coutra ipsum, constito quod sit hęres, ac si esset condemnatus, ad notata per *Ias. in §. fuerat n. 6. Instit. de act. Vant. d. num.* 17. *& fuit dictum superius*;
262 Vel nisi † esset intrusus lite pendente, vel
263 finita per sententiam, tunc † enim datur Commissio quod executio fieri possit cō-
264 tra ipsū, eique intimari † possūt executoriales, constito tamen prius de intrusione *Vestr. d. c. de exeq. rei Iud. fol.* 283. Vel nisi
265 comparuisset † in Iudicio, & appellasset à sententia, quae ob non prosecutionem
266 trāsiuisset in Iudicatū: praeiudicat † enim tunc huiusmodi sententia plene ipsi tertio, iuxta *not. in c. quamuis extra de re Iud.*
267 *Put. decis.* 17. *de re Iud.* Intellige † etiam praemissa de faciendo nouo processu contra tertium, dummodo ipse contradicat,
268 & id petat; si enim † pateretur contra ipsum procedi, & executionem fieri ex primo processu, sustineretur, & valeret executio, *Rot. d. decis. fin. Vestr. d. fol.* 283.

Secundo casu, quando executio facienda est in re possessa per condemnatum,
269 etiam † est facienda distinctio; Aut enim est exequendum in re petita, & si tunc tertius se opponens prius non egit contra condemnatum, nullo modo impedit executionem, sed fit absolute; Si verò prius egit, tunc praestita cautione per petētem executionem de restituēdo in casu succumbentiae, fit executio, alias impedit. Si alias facienda sit executio in re non petita, vt quando fuit a-
270 ctum † actione personali, & fit executio in bonis non specificatis, tunc tertius opponens se pro interesse suo auditur, & impedit executionem, cum ei imputandum non sit, quod prius non egerit, & interesse suum non declarauerit; quia scire
271 non potuit; Ad hoc † enim vt sententia tertio praeiudicet, requiritur, quod non solum sciat causam agi, sed quod sciat Ius sibi competere *Marsil. sing.* 26.

Tertio, si executio est faciēda in re va-
272 cante, dummodo tertius † se opponens, non habeat contra se suspicionem calumniae, & comparuerit statim habita notitia litis, impedit executionem, nec suf-
273 ficit supradicta cautio: quod si adsit † suspicio calumniae, vel habita notitia litis, & sententiae, impedit executionem; praestita tamen per ipsum petentem supradicta cautione *Felin. in c. veniens, extra de testib. Boër. decis.* 29.

Et quando Tertius praetendens interes-
274 se, impedire potest executionem, illam impedit, siue agatur in petitorio, siue in
275 possessorio, dummodò † Ius suum sit se-
276 paratum à Iure cōdemnati, Ita quod † sententia in sui fauorem, nullo modo prodesse possit ipsi condemnato, *Felin. in d. c. veniens.*

Sicuti etiam, quando non obstante
277 appellatione tertij fit executio, tunc † fit sine praeiudicio ipsius, *e. cum super, cum ibi notatis extra de sent. & re Iud.*

Debet autē iste tertius, ad hoc vt im-
278 pedire possit executionem, † in continenti docere de interesse suo. Regulariter
279 enim † in huiusmodi materia, exceptiones requirentes altiorem indaginem, non admittuntur ad impediendam executio-
280 nem sententiae, nisi † oriantur ex verbis ipsius sententiae, vt dixi supra per *Capic. decis.* 17.

Et relinquitur arbitrio Iudicis tempus,
281 infra quod dicatur in † continenti probari, licet regulariter dicatur in continēti, quando probatur infra tempus, infra quod fieret executio, si exceptio nō fuis-
282 set opposita. Non requiritur † tamen, quod in continenti huiusmodi interesse
283 plene probetur, sed ad impediendā † executionē, sufficit qualis qualis probatio, *Felin. in d. c. veniens.* quia huiusmodi
284 oppositio tertij est priuilegiata; † in tantū quod stante statuto, vel consuetudine,

quod

quod sententia mādetur executioni, omni exceptione remota, non habet locum cōtra tertium possessorem, *Felin. in d. c. veniens num. 6.*

Et quamuis vt supra nullitas non pos-
285 sit opponi ad impediendam † executionem trium conformium, hoc tamen nō
286 habet † locum in tertio allegante nullitatem: quia *d. Clem. vt calumnijs*, nō procedit contra tertiū, *Felin. ibid. n. 17. in c. cum super n. 11. extra de sent. & re Iud.*

Similiter in omnibus casibus, in quibus sententia nocet tertio, si fuit lata cō-
287 tra absentem, et non defensum, licet † noceat condemnato, numquam tamen no-
288 cebit ipsi tertio, quia † ad hoc, vt noceat requiritur, quod sit lata contra præsentē, vel se defendentem *Matthesil. decis. sing. 26.*
289 Aduertendum est † tamen, quod si postquam tertius venit ad causam, feratur sententia contra vnum ex litigantibus, sit executio contra condemnatum; Ne-
290 que † tertius eam impedire potest, nisi quatenus inferatur sibi præiudicium irreparabile, vel saltem malè reparabile *Felin. in d. c. cum super num. 15.*
291 Videndū est etiam vltra præmissa † quæ exceptiones possint opponi in executione sententiæ *Guidopap. decis. 574.* Omnes
292 autem exceptiones † impedientes executionem sententiæ possunt etiam coram Executore mixto opponi *DD. in c. de ce-*
293 *tero extra de re Iud.* † poteritque exceptio, quæ semel fuit opposita, iterum etiam in
294 executione opponi, dummodò † nō fuerit de ea, in primo Iudicio plene cogni-
295 tum, & discussum, vel non † fuerit reprobata per Iudicem expresse, aut tacite, pronunciando procedendum esse ad vlteriora, *Boer. decis. 43.*
296 An quando Iudex requiritur † pro executione sententiæ latæ in alio Territorio, numquid coram eo possit opponi eius nullitas, & aliæ exceptiones impedientes executionem; est videndus *Guidopap. d. decis. 574.*

Quia etiam in executione multoties
297 offertur cautio; sciendum † est, quod illa simpliciter importat nudam promissionem *l. sancimus C. de verb. significat.* Idonea
298 verò † cautio importat pignora, vel fideiussores, *l. mandato T itu §. fin. ff. mand.* qui-
299 bus † deficientibus sufficit iuratoria, de qua *in Auth. singula. C. de Episco. & Cleric. in c. per literas extra de donat. inter uir. &*
300 *uxor.* maximè † si sit verisimile cauere debentem, aliam præstare non posse, *glos. in c. fin. verb. idonei de vsur. in 6.*

Dè Compensationibus.

Cap. VII.

Quando sit locus compensationi?

Artic. I.

1 *Compensatio quid sit, remissiue.*
2 *Compensatio non potest negari a iudice in casu admissibili.*
3 *Iudex compensationem admissibilem negans nulliter procedit.*
4 *Compensatio an, & quando admittatur inter creditorē in quātitate, & alterum in specie.*
5 *Pretium, quando reducatur ad quantitatem in compensatione.*
6 *Quantitas, quando opponatur quantitati.*
7 *Compensatio quantitatis incertæ, an admittatur contra quantitatem certam.*
8 *Compensatio, an admittatur suscepto termino ad soluendum, vt euitetur executio.*
9 *Compensatio, an admittatur probanti creditū non liquidum durante termino dato.*
10 *Compensatio, an admittatur liquidanti suum creditum pēdente termino ad soluendum.*
11 *Compensatio non datur, vbi non admittitur terminus ad soluendum.*
12 *Compensatio aliquando admittitur, quando nō promittitur particularis solutio.*
13 *Compensatio admittitur ad fugiendum cursum vsurarum.*
14 *Vsuræ non debent currere ei, cuius pecuniæ retinentur.*
15 *Compensatio an fiat ipso iure, vel per oppositionem.*

QVid sit compensatio, alij tradide-
1 rūt, & in specie † *Bartol. in l. 2. in fin. C. de compensat.* ego autem, quia materia hæc quotidie vadit per forum, solum afferam, quando, & quibus casibus sit admittenda, vel reijcienda, & alia pauca.

Præmitto, quod iudex in casu admissi-
2 bili, † non potest illam spernere, si de ea, vt dixi supra, opponatur *T ind. de compens. artic. 6. n. 5. Afflict. decis. 121. num. 2.* & si il-
3 lam non admitteret, † inique ageret, vt annuit *Rota in Auenionen. nullitatis subhastationis. 17. Maij. 1596. coram Blanchetto, & in eadem 11. Nouembr. eiusdem anni coram R. P. D. Orano in folio.*
4 Admittitur autē, primo si † aliquis sit creditor alterius in quantitate, alter vero in specie, si species sit consumpta, et tradi non possit, quia hoc casu tenetur ad pretium,

5 cium, quod † reducitur ad quantitatem, vt inquit Vinc. *Franc. decis.* 53. *num.*2. *vbi allegat Glos. in l.fin. verbo actionibus vers. quid est ergo C. de compens.* & *testatur Bald. in l.diuortio §. ob donationes.num.*3.*ad*
6 *finem,et vers. solutio ff.solut.matrim.* † quia tunc quantitas, opponitur quantitati *l quaecumq.ff.de compensat.l.si constat* & *glos. in l.fin. verbo, actionibus C. eodem titulo.*

Admittitur contra quantitatem cer-
7 tam,† etiam quantitas incerta, quando licet sit incerta, substantia debita est liquida, vt colligitur ex dictis decisionibus coram Blanchetto,& Orano.
8 Admittitur etiā in casu, quo † debitor, qui habet Instrumentum iuratum contra se, si pulsatur executiue,& ad euitandam executionem compareat,& suscipiat terminum iudicialē ad soluendum, & si est creditor vice versa alicuius summae, non
9 liquidae,petat tempus ad probandum,†et durante termino probet suumcreditum, & eo probato alleget compensationem secundum *Ias. in §. bonae fidei. numero* 75. *Instit. de act.*Sed contrariam opinionem defendit *Tind. de compensat. artic.* 7.*n.*37. qui declarat posse tantum hoc facere, quando Instrumentum praesentatum non esset liquidum.Ego tamen existimo,prout etiam vidi practicare, quod si durante termino ad soluendum, debitor liquidat
10 suum creditum, † dicta compensatio debet admitti secundum *Bart. in l.aufertur. §.qui compensationem num.*1.*ff. de iure fisci.* eandem opinionem defendit *Alex. cons.* 61. *num.*1. *lib.*3. & *cons.*95. *num.*1. *lib.*4. *Anchar.Io. de Imo.*& *Abb.in c.bonae fidei de pos.*& *relati à Tind.d. artic.*8.*num.*41.*quam Bartol. communem dicit. Mascard. conclus.* 334. *num* 4. & ideo; si agitur de aliquo credito,quod de sui natura non admittitur terminus ad soluendum; in illo
11 neq. † datur compensatio *Bartol.§. qui compensationem.*& *Mascard. d. conclus.*334. *in fine.*

Admittitur etiam quarto, aliquando
12 in casu, quo non permittatur † particularis solutio. Casus iste ponitur *à Bartol. in l. etiam C. de compensat. Neguz.de pignorib.* 3. *mem.* 2. *part.* 3. *mem.* 5. *par. princ. num.* 24. *fol.* 104. & *à Rot. decis.* 53. *num.* 5. *par. prima diuers.*
13 Admittitur etiam quinto † ad fugiendum cursum vsurarum, siue debeantur officio Iudicis, siue debeantur iure actionis, *Ias. in §. in bona fidei num.* 82. *instit. de act. Surd.decis.*117. *num.*2. & *decis.*191. *num.*3. & ratio est, quia non debent cur-
14 rere † vsurae ei, cuius pecuniae retinentur à suo creditore *Din.d. §.*& *Socc. cons.* 130. *num.* 20. *lib.* 4. & *dicit Surd. d. decis.* 117. *num.* 2.

15 An autem fiat ipso Iure † vel requiratur oppositio,est varia opinio, quia fieri ipso Iure, colligitur *ex l.si constat.vbi glos. Bald. Bartol.Salicet.* & *alij C.de compens.*& *glos. in l.eius C. de solut.* & *in l.cum alter. ff. de compens.*Sed esse necessariam, *oppositionem dicit Angel.cons.*59. *col.prima* & *d.glos. in l.si constat. C.de compens.* & *Beninten.decis.* 37. *nu.* 23. Et ratio est,vt dicunt,quia ante oppositionem compensatio non extinguit debitum; facultas enim compensandi non est in ipso actu, sed in potentia, & quod sit necessaria, dicit etiam *Text.in l.fin. C.de compens. d.§.in bona fidei vbi glos.Instit. de act.Tiraquell. in l. si vnquam vers. reuertatur C.de reuocand. donat.* & *Surd.d.decis.* 117. & *Rota Rom. quam sequimur decis.* 627. *parte prima diuers.* & *in antiq. decis.* 25. *de appell.*

Quotuplex sit compensatio

Artic. II.

16 *Compensatio triplex est.*
17 *Compensatio legalis qualiter fiat, & quibus casibus.*
18 *Compensatio inter duos delinquentes,an admittatur, & qualiter.*
19 *Compensatio,an admittatur ad impediendum cursum paenae, & moram impediendam.*
20 *Compensatio alimentorum admittitur contra petentem pretium operarum.*
Item expensae opponuntur compensandae contra petentem fructus. ibid.
Idem dic si agitur de seruo faciendo, & exhibitione habenda.
21 *Compensatio expensarum in materia dotis,an admittatur.*
22 *Compensatio expensarum an, & quando admittatur,in re aliena factarum.*
23 *Compensatio voluntaria,quae nam dicatur, & qualiter fiat.*
24 *Compensatio necessaria,quae nam dicatur,qualiter fiat, & quomodo.*
25 *Compēsationis declaratio,an operetur de praeterito, & retrotrahatur.*
26 *Compensatio non fit ipso iure,quando emptor est debitor ex aequitate legis.*
27 *Compensatio,an fiat ipso iure,quando per creditorem stat quominus debitum extinguatur.*
28 *Compensatio non fit quando per creditorem non stat, quin debitor exigat.*

Sed

16 SEd aduertendum † est, quod triplicem
esse nouimus. Alia enim dicitur le-
galis, quæ fit etiam parte non opponen-
17 te in casibus in Iure expressis, † quos
enumerat *Bald. in l. constat C. de compensat.*
Quo casu non est necesse, quod creditum
sit liquidum, quia lex semper est certa de
veritate pro exemplo adducuntur vsuræ,
vt in d. l. consta, vbi scribentes. Pro alio e-
18 xemplo quando † duo deliquerunt cir-
ca vnum contractum, vel quasi contractũ
dolosè, vel culpabiliter, vel negligenter,
19 *vbi Bald.* vbi supra *nu. 7.* Idem ad † im-
pediendum incursum pœnæ, & ad impe-
diendam moram, vt *Bald. ibidem.* Præte-
rea si aliquis prætendit precium opera-
20 rum, † opponitur de alimentis præstitis,
vt si quis petit fructus, de expensis exci-
pitur. Idem de seruo faciendo, exhibitio-
ne habenda, pariter expensæ factæ com-
21 pensantur, vt *Bald. num. 8.* † Et in dote
pariter, expensæ factæ habent eandem
considerationem, quod militat etiamsi
in re aliena expensæ vtiliter factæ bona
22 fide fuerint, † quod tales expensæ sint ha
bendæ in consideratione, & compensan-
dæ cum fructibus perceptis, vsque ad illa-
rum concurrentem quantitatem, *dicit
idem Bald. num. 9.*

Aliæ etiam dicitur voluntaria, quæ fit
23 communi partium consensu, † quia, sicut
de voluntate creditoris solui, & tradi po-
test vna res pro alia, ita fieri potest com-
pensatio; *Bald. in d. l. constat num. 12. C. de
compensat.*

24 Alia dicitur necessaria, † quæ fit mu-
to actore, & hæc habet regulariter tria
requisita, Primum, quod creditum sit
liquidum, Secundum, ut opponatur in
iudicio. Tertium, vt approbetur à Iudi-
ce. *l. quod in die ff. de compens. Bald. in d. l.
constat.*

Firmato quod sit necessaria oppositio,
25 † est aduertendum; quod declaratio cõ-
pensandi non operatur de præterito, ne-
que retrotrahitur, sed effectum sortitur
dumtaxat à die oppositionis, *Benintend.
d. decis. 37. nu. 23. Surd. d. decis. 117. & decis.
191.* Qui etiam declarant, quod si emptor
debet vsuras, ex æquitate legis *curabit*,
26 † compensatio non fit ipso Iure ad im-
pediendum illarum cursum, sed requiri-
tur declaratio facta in Iudicio, seu oppo-
sitio, alias enim currunt, nec vt supra re-
trotrahitur oppositio, sed effectum parit
à die oppositionis.

Si debitor esset impeditus exigere, &
per venditorem stetisset quominus e-
27 xigeret, † tunc etiam compensatio fit
ipso Iure ad impediendum illarum cur-
sum: secus si per creditorem non stetisset,
28 quin Debitor exigeret, † tunc vsuræ de-
bentur, & compensatio non admittitur,
*Surd. d. decis. 117. num. 8. ex dispositione l. 1.
& 2. C. de vsur.*

An & quando admittatur in vltimis voluntatibus.

Artic. III.

29 *Compensatio in vltimis voluntatibus an ad-
mittatur, & qualiter.*
30 *Compensatio an præsumatur inducta ex dona-
tione facta à debitore creditori.*
31 *Et quid si apparet de animo donandi.*
32 *Et quid si donatio sit quantitatis, & debitum
in specie, vel è contra.*
33 *Et quid si donator in præfatione demonstrauit
nolle donare.*
34 *Et quid quando ex coniecturis constat velle
donare, & non compensare.*
35 *Pater donando filijs inter viuos, an dicatur
velle compensare.*
36 *Et quid si pater se declarauit velle compen-
sare.*
37 *Compensatio fit etiam in vltimis voluntati-
bus, & qualiter.*
38 *Compensatio an inducatur ex legato, donec
dos petatur facto.*
39 *Legatum, vel fideicomissum regulariter non
dicitur factum animo compensandi.*
40 *Compensatio in legatis, & fideicomissis non
præsumitur, sed debet exprimi.*
41 *Limita si debitum est in quantitate, & species
sit legata.*
42 *Compensatio an inducatur ex legato facto pro
vno tempore, & debitum alio exigatur.*
43 *Compensatio an intret, si debitum necessariũ
post obitum alicuius maturaretur.*
44 *Compensatio an inducatur ex legato facto pro
conseruanda familia &c.*
45 *Compensatio an inducatur ex legato facto ma-
rito, rei apud eum non perpetuo perman-
sura.*
46 *Compensatio an inducatur ex legato etiam
vniuersali facto vxori à marito.*
47 *Amplia, et si dicatur, donec vxor dotem suam
petierit.*
48 *Legatum factum vxori donec dotem suam pe-
tierit, quo animo censeatur factum.*
49 *Compensatio non inducitur ex legato facto à
debitore voluntario creditori.*
50 *Debitum voluntarium quodnam dicatur.*
51 *Hæres an dicatur debitor voluntarius, vel
necessarius.*
52 *Debitum necessarium quodnam dicatur.*
53 *Lucrum dotale ex statuto an dicatur debitum*

necessarium, vel voluntarium.

54 *Compensatio lucri dotalis an inducatur ex donatione, vel legato.*

55 *Legatum Patris an compensetur in dotem filiæ.*

56 *Limita, si pater adderet causam legati facti.*

57 *Dotatio quando censeatur facta à Patre, vel Matre administratoribus filiæ animo compensandi.*

58 *Et quid si dotando dicant de bonis proprijs, vel de bonis suis.*

59 *Et quomodo deducendum sit legatum hoc casu.*

60 *Pater dotans filiam simpliciter an præsumatur dotare de proprio.*

61 *Pater quando teneatur dare æstimationem rei ipsius filiæ traditæ eidem filiæ pro dote.*

62 *Limita tamen, si bona patris non sunt æquiualentia datis filiæ.*

63 *Limita etiam si pater aliquid de proprio adderet dotationi.*

64 *Filia habens legatum à Patre, & deinde aliud maius ab hærede, an vtrumque consequatur.*

65 *Compensatio an admittatur inter debitorem debitoris, & creditorem creditoris.*

66 *Compensare potest, qui potest petere.*

67 *Compensatio non potest fieri nisi debito maturato.*

68 *Creditum liquidum non differt, quoad compensationem à casu permisso inter actiones personales, vel reales.*

29 ADmittitur sexto compensatio † in vltimis voluntatibus, licet non reguletur secundum leges contractus, vt inquit *Surd. decis. 244. num. 7.*

In contractibus enim debitor si donat
30 creditori, regulariter non censetur † animo compensandi. *l. etiam §. si debita, & l. si vero. ff. de bon. lib. Menoch. præsumpt. 142. §. 2. lib. 3. & Mascard. conclus. 333. num. 2.* sed contrarium defendit *Crauet. cons. 86. num. 1.*

31 Quod ampliatur pluribus modis † & Primo, quando apparet de animo donandi, *Crauet. d. cons. 86. num. 1. & 2. Menoch. præsumpt. 142. num. 6. lib. 3.* Secundo, si
32 fiat † donatio quantitatis, & debitum sit in specie, vel debitum sit in quantitate, & donetur species, *Alex. cons. 137. nu. 8. lib. 5. Menoch. ubi sup. num. 4.* & ante eos dixerunt *Bart. & alij* scribentes *in l. si cũ dotem. §. si pater. ff. solut. matrim.* & non esse recedendum ab ista opinione dixit *Cor. cõs. 257. num. 20. lib. 2. & Purpur. cons. 400. num. 6.*

In tertio, quando donator in præfa-
33 tione † demonstrauit, quod noluerit cõpensare. *Menoch. ibid. in fine.* Et quarto
34 fallit † quando ex coniecturis constat velle donare, & non compensare *Crau. cons. 145. num. 8. Surd. decis. 162. num. 2. Menoch. præsumpt. 333. num. 13.*

35 Pater quoque donando inter viuos filio non dicitur velle compensare cum legitima, *l. si non mortis ff. de inoffic. testam. Bart. & alij in l. quantum ad l. falcid. & post alios Sebast. Med. de compens. 1. part. quæst. 27. num. 1. & Menoch. vbi supra num. 4.*

36 Quod tamen fallit in casu, quo Pater in præfatione declarauit se velle compensare, vel ex coniecturis id apparet, ex DD. supra relatis.

37 In vltima voluntate quoque fit † compensatio; puta, si quis legat vsumfructum vniuersalem, videtur velle compensare cum legitima, cum donatione propter nuptias, cum alimentis, cum vestibus lugubribus, & alijs casibus spectantibus ex dispositione legali, statuto, vel consuetudine, secundum opinionem *Cauale. de vsufr. num. 52.* quod fallit in dote secundum Peregrin. *de fideic. artic. 23. num. 41.*
38 & † fallit etiam si dixerit testator, donec dotem petierit, *Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 10. tit. 2. num. 13.*

Sed regulariter legatum, seu fideicom-
39 missum, † non dicitur factum animo cõpensandi, ne illud inutile videatur, siue sit vniuersale, siue particulare. Quod dicitur adeo verum, vt nisi exprimatur
40 animus compensandi, † non præsumatur *l. vnica. §. primum itaque C. de rei vxor. act. l. Creditorem ff. de legac. 2. l. si compensandi. C. de hæredib. instit. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 10. tit. 2. n. 1.*

Regula tamen limitatur ex coniectu-
41 ris. & Primo, quando, puta, debitum est in quantitate, & legatur species, & è contra. *Surd. cons. 112. num. 55. & DD. superius allegati in contract. inter viuos. limit. 2*
42 Fallit secundo, quando † debitum debet exigi vno tempore, & legatum alio tẽpore, tunc enim nullo modo induci cõpensationẽ dicit *Mantic. d. lib. 10. tit. 2. n. 9.* Et hac ratione videtur recedi à regula de debito necessario, puta quando post obitum alicuius, debitum necessarium
43 maturaretur, † tunc enim nõ intrare dicit *Gabr. cons. 16. num. 31. & 32. lib. 2.* quem sequitur *Menoch. præsumpt. 109. num. 54. lib. 4.*

Limita vlterius, si legatum sit factum
44 † pro conseruanda familia, seu agnatione, *Mantic. d. lib. 10. tit. 2. n. 10.*

45 Item quando vxor † legaret marito, quod apud eum non esset perpetuo permansurum, *Mantic. d. lib. 10. tit. 2. nu. 15. & Sim. de Pret. de interpret. vltim. voluntat. lib. 4.*

lib.4. dubit.6.num.29.fol.385. Et quando
maritus legat vsufructum vxori, siue titu-
lo vniuersali, siue titulo particulari,
46 † non videtur animo compensandi, &
vxor potest petere suam dotem, & habe-
re vsufructum, *l.1. §. primum itaque C.de*
rei vxor.act. Dec.consf. 536.n.13.& de
communi Ceph.consf.184. lib.2.& Surd. consf.
312. num. 44. Peregrin. de Fideicomm. ar-
47 *tic. 33. num.4.* Quod † amplia etiã si te-
stator dixerit, donec, & quousque dotem
48 petierit, quia tunc adiectio censetur † ap
posita animo differendi dotis exactioné,
d.l.vnica §. primum itaq. C. de rei vxor.
act. Et post Mantic. d.tit. 2.num. 13. dicit
Surd. vbi sup.tit.9.quæst. 16.num. 16. vers.
contrarium. Sed contra istã sublimitatio-
nem monet *Bartol. in l. amplius non peti*
num.7. ff. rem rat.hab. Picus in l Titia Seio.
§. Titia cum mulier.n.112.ff.de leg.2. Man-
tic. d.n.13. & Surd.d.tit.9. d.quæst.16.n.15.
& seqq.

Item iu casu, quo debitor voluntarius
49 † legat creditori suo, vtcumque debetur,
quia in dubio non præsumitur animo cõ
pensandi, *d.l. creditorem ff.de leg.2. Iacob.*
de Alex.in l. si cum dotem, §. si Pater ff. so-
lut. matrim. Mantic. d.tit.2. num.3. Gratian.
c.134. num. 29. Et ne quæramus quale
dicatur debitum volũtarium, est sciẽdũ
50 † esse illud, quod non obligatus ab ini-
tio, sponte suã promittit, & sponte con-
trahit, non autem coacte, iuxta disposi-
tionem *l. fin. C. de verb. oblig.* sic decla-
rat *Bald.consf.58. num.4. lib. 2. Castr. cõsf.*
35. lib.2. Afflict. decisf.44. num.9. Et Surdus
51 *consf.112. n.64. & 65.* dicit, † quod tale
dicitur etiam in hærede. Necessarium
52 vero dicitur illud, † quod ex necessita-
te legis inducitur, absque facto hominis,
quale est illud, quod habet Pater dotan-
di filiam, quod habet maritus, qui ex ne-
cessitate statuti tenetur dare quartã vxo-
ri, & è conuerso: sic exponit *Bald. d. consf.*
58. n 4. lib.2. & in l. si cum dotem d.§. si Pa-
ter.n.2.ff. solut.matrim.

Sed est notandum, quod quamuis præ-
dicti dicant, quod lucrum dotale pro-
ueniens ex necessitate statuti, videatur
necessarium, vt in simili de statuto Vrbis,
Nihilominus, quia huic statuto potest
renunciari, Rota aliquando censuit non
53 esse † necessarium, sed voluntarium, &
quod propria donatio, seu legatum fa-
ctum à viro vxori de vsufructu, & alio si-
54 mili † non censeatur animo compensan-
di, vt *in Romana fructuum 1. Iulij 1557.*
coram S.M. Clemente VIII. in fol. vbi
quod Mulier debet habere vtrumq. Quod
non euenit ita in patre legãte filiæ, quia
55 cum teneatur dotare, † legatum compen-
satur in dotem *d.l. si cum dotem. §. si Pa-*
ter. ff. solut. matrim. l. huiusmodi. §. cum
Pater. ff.de leg.primo. l. Titia cum testamento
§. qui in vita. ff.de leg. 2. Mantic. d. tit.2,
num. 5.

56 Quod tamen † limitatur, si Pater di-
ceret titulo legati, vel causa amoris, &
dilectionis, si dicit vltra dotem, & si aliàs
legatum esset inutile, *Menoch. præsumpt.*
110. lib. 4. Surd. consf.112. Phanuc.de lucro
dotis. glosf.1. qui omnes afferunt coniectu-
ras, quando animo compensandi.

In casu quo Pater, vel Mater, quæ fuit
administratrix filiæ, dotat eam simplici-
57 ter, quando † censeatur animo compen-
sandi, videndus est *Raph.Cuman.in d.l.si cũ*
dotem, & Dec.et Aretin.in auth. præterea.C.
vnde vir & vxor. Phanuc.de lucr.dot. Socin.
Iun.consf.29. lib.3. Surd. consf.192, & 534.
Mastrill. decisf.186. Mascard. conclusf. 1150.
& Mantic. de tacit.lib.12.tit.19.

Quando dicit de bonis propriis, vel de
58 bonis suis, talia verba † excludunt com-
pensationem, quia bona intelliguntur de
ducto ære alieno, & sic prius debet deduci
legatum, vel promissum de suis bonis,
59 † & de residuo debet solui æs alienum,
Bald.in d.l.si cum dotem §. si Pater in fin. ff.
solut.matrim. quem sequitur *Castrensf. &*
Alex. Phanuc.de dot.glosf.8. num. 60. Surd.
consf.112. num.825. vbi reprobat *Fulgosf. et*
alios eius sequaces, qui tenent contrarium
consf.51.n.2.

In casu quo Pater dotat filiam simpli-
citer, quod præsumatur dotare de pro-
prio ipsius Patris, quamuis filia haberet
amplum patrimonium, & quod Pater re-
60 maneat debitor, † dicit *Textus in l. fin.*
versf. vtramque C.de dot.promiss. Afflict. de-
cisf.159. Surd.consf.152. n.29. quod dicitur
adeo verum, vt si pater dotando, vt supra
det filiæ rem propriam ipsius filiæ, quod
61 † teneatur iterum eidem dare æstimatio-
nem talis rei: hoc dicit *Surd. consf.192.nu.*
32. & 33. ex doctrina Bartoli in l. vt iusiu-
rand. §. si liberi, in fin. ff. de oper. libertor.
62 Quod tamen fallit, † quando bona data
filiæ, non sint æquiualentia ad bona pa-
tris, *Bald. Nouell. de dote quæst. 6. in princ.*
Ruin.consf.32. n.6. lib.3.
63 Item quando pater † adderet dotatio-
ni aliquid de proprio, quia tunc cessat
præsumptio. *l. fin. circa med. C. de dot.pro-*
miss.

Si pater legat filiæ pro dote aliquam
summam, puta scuta 1200. & instituit
aliquem hæredem, & deinde hæres le-
gat eidem maiorem summam, puta 1500
64 † quod talis filia ex dictis legatis debeat
ha-

habere primum, & secundum legatum, dixit *Rota in vna Interamnen. 26. Iunij. 1596. coram Gypsio in fol.* & ratio in qua fundatur decisio est, quia in primo legato hæres adeundo hæreditatem, dicitur voluntariè contraxisse, & pro non compensatione esse præsumendum. sed videnda est *decisio Bononien. legati de Marescottis 3. Nouembris 1629. coram Durano.*

Si venit casus quo Creditor Creditoris, agit contra Debitorem Debitoris, si ta-
65 lis Debitor vult compensare, † potest de ea opponere, si est in casus quod alias illa debeat admitti, *Seb. Medices de compens. par. 2. cap. 13. in princ. Surd. cons. 4. num. 9.* Et est regula, quod qui potest pe-
66 tere, † potest compensare, *l. amplius. ff. rem rat. hab. Bartol. in l. 4. num. 2. C. de compens. Sebast. Med. d. par. 2. quæst. 3. nu-*
67 *mer. 25.* Sed debitum debet esse † maturatum, vt fiat compensatio, *Mascard. conclus. 333. num. 10. Surd. decis. 119. nu. 10.*
68 & non datur differentia, † quando est liquidum, vel casus est permissus, inter actiones personales, vel reales, *l. fin. C. de compensat.*

Quo tempore vt opponenda, & concedenda compensatio.

Artic. IV.

69 *Compensatio admissibilis potest opponi etiam post sententiam.*
70 *Compensatio non admittitur quando requirit altiorem indaginem.*
71 *Compensatio potest opponi in executione, & illam retardat.*
72 *Compensatio potest opponi in quacumq. parte iudicij.*
73 *Iudex ad liquidandum debet dare tempus competens.*
74 *Compensatio non admittitur non facta liquidatione in termino dato.*
75 *Compensatio de liquido ad non liquidum negatur.*
76 *Terminus ad liquidandum creditum, cuius temporis esse possit.*
77 *Declara tamen si debitor habeat tale tempus ad soluendum.*
78 *Liquidatio in Curia fit termino vnius Mensis.*
79 *Terminus ad liquidandum solet dependere ab arbitrio iudicis.*
80 *Terminus ad liquidandum non potest excedere duos Menses.*
81 *Terminus ad liquidandum in Curia A.C. datur 30. dierum.*
82 *Compensatio non admittitur si liquidatio habet aliquam exceptionem.*
83 *Debitor non potest differre ratione liquidationis nisi habeat promptam probationem.*
84 *Liquidum an dicatur, & quando, quod fuit per aliam sententiam liquidatum.*
85 *Liquidatio per sententiam qualiter facta debeat esse.*
86 *Compensatio liquidi, vel probati per instrumentum, admittitur ante sententiam.*
87 *Et quid de eo, quod probatur per omne genus probationum.*

69 ET quando est admissibilis, † potest opponi, etiam post sententiam, *glos. in c. suborta. verb. reprobare de sent. & re iud.* dummodo sit eiusdem naturæ, quæ creditum: si enim requireret altiorem in-
70 daginem, † non admitteretur, *Rota in Romana exequutionis laudi 2. Maij 1614. §. non obstant alia, circa finem coram bo. m. Vbaldo decis. 540. par. 2. recent. vbi allegat Roman. cons. 76. num. 2. vers. quo ad tertium.* Et po-
71 test opponi, etiam in executione, † & executio retardatur, *Bart. in l. amplius non peti. ff. rem rat. hab. Rot decis. 257. par. 3. diuers. ex glos. in d. cap. suborta. Osaschus dec. 92*
72 *Seraph. decis. 814. num. 3.* Et potest † opponi in principio Iudicij, in medio, in fine post sententiam, in causa appellationis, & vt dixi in ipsa exequutione, *Tind. de compensat. artic. 8. per totum.*

Et obseruandum est pro praxi, quod si creditor producit contra debitorem Instrumentum clarum, vel claram probationem sui crediti, si debitor obijcit compensationem crediti non liquidi, vel
73 requirentis altiorem indaginem, † Iudex debet dare tempus competens ad liquidandum, *Azor. in Romana Compensationis 25. Maij 1626. coram bo. m. Remboldo inter volantes.* Et si durante tempore non liqui-
74 dat, † non admittitur compensatio, quia
75 illa non datur de liquido † ad non liquidum *DD. in §. bonæ fidei instit. de actionib. & in l. fin. C. de compensat. Caputaquen. decis. 50. par. 1. & Rot. decis. 257. par. 3. diuers.*
76 Tempus ad liquidandum, † erit duorum mensium, iuxta opinionem *Iasonis in d. §. in bonæ fidei num. 72. & 74. Tind. de*
77 *compensat. artic. 8. num. 41. cum seq.* † quod intelligendum est, si debitor haberet tale tempus ad soluendum, vel à statuto, vel
78 à Iure. Et in Curia † habemus praxim de vno mense, vt diximus supra ex *Iasone in d. §. in bona fidei,* & varietas termini de-
79 pendet † ab arbitrio Iudicis. In quocumque tamen Iudice, tempus non potest
80 † excedere duos menses *Mascard. post mul-*

tos

*tos concluſ.*334.*num.* 5. In Curia Capitolina decem dierum. In Curia vero A. C.
81 triginta † dierum, ex vi reformationis Pauli V. & ex Bulla 100. Pij V. adeo vt, ſi durante termino, debitor liquidat, tūc admittitur compenſatio. Secus autem
82 ſi liquidat, † & liquidatio habet aliquam exceptionem, quæ illam turbidam reddat, *Rota deciſ.*627. *par.* 1. *& deciſ* 357. *p.* 3 *diuerſ.* Aduertendum eſt tamen, quod talis Debitor, vt impediat, & differat,
83 † debet habere promptam, & facilem probationem, ad quod videndus eſt, *Tind. de compenſ. d. artic.* 8.

Notandum eſt etiam, quod quando quis opponit compenſationem contra
84 ſententiam, & rem Iudicatam, † liquidū dicitur, quod eſt liquidatum per aliam ſententiam, ſecundum *Maſcard. d. concluſ.* 334. *num.* 4. Sed contra tenet *Bart. in l. aufertur.* §. *qui compenſationem. ff. de Iur. fiſci*, & dixit idem *Maſcard. ibid.* vbi, quod
85 poſſit liquidari intra duos menſes, † ſed Rota dixit, quod requirantur tres conformes, vt apud *Statilium de Salu. dec.* 167. *nu.* 8.

Si opponetur ante ſententiam, liquidū dicitur, vel quod eſt probatum per Inſtrumentum habens executionem paratam, vt *Tind. d. artic.* 8. vel quod eſt probatum in dicto termino per omne genus probationum, ſecundum *Bartol. in d. l. aufertur*; quem eſſe communiter receptū
86 dicit *Maſcard. d. concluſ.* 334. † Sed ad propoſitum circa præmiſſa videndus eſt Tindarus allegato tractatu.

De Viribus exceptionis Compenſationis.

Artic. V.

87 *Mandatum non admiſſa conpenſatione oppoſita eſt nullum.*
87 *Datio in ſolutum eſt nulla non admiſſa compenſatione oppoſita.*
87 *Subhaſtatio non admiſſa compenſatione oppoſita eſt nulla.*
88 *Deliberatio facta non admiſſa compenſatione oppoſita, eſt nulla, & reuocanda.*
89 *Compenſare eſt idem, ac ſoluere.*
90 *Agens contra habentem compenſationem nulliter agit.*
91 *Compenſatio extinguit actionem.*
92 *Compenſationem allegans dicit ſe non eſſe debitorem.*
93 *Compenſatio impedit litis ingreſſum.*
94 *Compenſatio an videatur excluſa à ſtatuto tollente omnes exceptiones.*

Certum eſt, quod compenſationis exceptio, eſt tantæ efficaciæ, vt ſi relaxaretur mandatum, non admiſſa op-
87 poſita compenſatione, illud ſit nullū ex opinione Rotæ in *Aſſiſien. nullitatis ſubhaſtation.* 17. *Maij. &* 15. *Nouemb.* 1596. *coram b. m. Blanchetto, apud Poſt. de ſubhaſtation. d.* 7. & erit etiam nulla ſecundum dictas deciſiones, datio inſolutum, ſubhaſtatio, & deliberatio. Si autem delibera-
88 tio non erit conſumpta, erit reuocanda, vel per pignoris reſtitutionem, vel in vtroque caſu per manutentionem, *Menoch. retinendæ remedio primo num.* 28. & ra-
89 tio eſt quia compenſare, eſt ſoluere, *Bartol. in l. aufertur. d.* §. *qui compenſationem ff. de Iure fiſci. Surd. deciſ.* 191. *&* 117. Atque compenſationem, & quietationem ad effectum liberandi pari paſſu ambulare dixit *Rota deciſ.* 389. *par.* 1. *diuerſ.* Quique agit contra eum, qui poteſt cō-
90 penſare † nulliter, & ſine actione agere, dicit, *textus in l. verum. ff. de compenſat.* Quicquid dicat *Vinc. Franchus deciſ.* 53. *num.* 9.
91 Ratio eſt quia compenſatio † extinguit actionē, & obligationem, ſi credendum eſt. *Afflicto deciſ.* 121. *& Surdo conſ.* 82
92 & qui allegat compenſationem, dicit ſe non eſſe debitorem, ſecundum, *Tindarum de compenſat. artic.* 8. *num.* 44. *qui etiam par.* 2. *quaſt.* 31. *cum Blanco de compromiſſis quaeſt.* 4. *fol.* 401. *num.* 8. dicit im-
93 pedire † litis ingreſſum; & quod nun-
94 quam videatur excluſa à ſtatuto, † tollente omnes exceptiones, dicit *Surd. deciſ.* 191. *n.* 11.

Quibus caſibus eius oppoſitio impediat executionem.

Artic. VI.

95 *Compenſatio pluries non impedit executionem, & quando.*
96 *Obligatio Cameralis non admittit ea, quæ requirunt altiorem indaginem.*
97 *Limita tamen ſæpe de æquitate, & quando ſpecialiter id procedat.*
98 *Compenſatio an admittatur contra obligationem cameralem credito poſteriorem.*
99 *Compenſatio, ſi agitur de re liquida, ſemper eſt ex æquitate admitten da.*
100 *Compenſatio non admittitur, ſi obligatio*

ca.

cameralis successit credito non liquido.

101 *Compensatio, quandonam detur per viam retentionis crediti.*

102 *Compensatio, quando negetur habenti creditum in societate contra socium.*

103 *Compensatio repelletur quando opponitur creditum alterius.*

104 *Compensare nemo tenetur vni, quod debet alteri.*

105 *Compensatio de specie ad quantitatem etiam negatur.*

106 *Compensatio, an admittatur, quando creditum petitum est iuratum, & aliud non*

107 *Compensatio, an admittenda etiam post termini susceptionem.*

108 *Compensatio videtur omnino admittenda nõ obstante termino.*

109 *Iuramentum non comprehendit exceptionem solutionis, vel compensationis.*

110 *Iudex semper fauere debet Reo, & pauperi debitori.*

111 *Iudicis officium desiisse non debet deficiente actione.*

112 *Renunciari non possunt, quæ facit iudex ex officio suo.*

113 *Attentata reuocantur à Iudice, licet illis fuerit à partibus renunciatum.*

114 *Attentatis partes renunciare nequeunt.*

115 *Compensatio denegatur etiam in deposito.*

116 *Amplia & si depositum esset ex alia causa concessum.*

117 *Limita tamen in deposito confessionato.*

118 *Compensatio inter socios de debito proprio, cum debito societatis, an admittatur.*

119 *Debitum particulare compensari non potest cum debito vniuersali.*

120 *Compensatio an admittatur in censu.*

121 *Compensatio in cambus an admittatur.*

122 *Compensatio in delictis, quo ad fiscum non admittitur.*

123 *Declara admitti in delictis inter priuatos.*

124 *Compensatio non potest peti nisi debitum sit maturatum.*

125 *Debita vnius negotiationis, an possint compensari cum credito alterius negotiationis.*

126 *Compensare nequit persona ad vnum negotiũ destinata cum alio.*

127 *Compensatio non admittitur inter causam spolii, & causam attentatorum.*

128 *Expensæ, & debita vnius iudicij non compensantur cum illis attentatorum.*

PRæmissa non semper ita regulantur,
95 quia sunt plures casus, in quibus † cõ
pensatio non impedit de facili exequu-
tionem, vt in obligatione Camerali, quia
96 ista obligatio non admittit ea, † quæ re-
quirunt altiorem indaginem, vt inquit
Galles quæst. 18. nu. 6. quod procedit re-
97 gulariter, sed ab ista † regula receditur
facile ex æquitate, vt *dicit idem numer. 7. & 8-* quem sequitur *Zacch. eademquæst. num. 12. & 13. & seqq.* præcipuè quando opponẽs de compensatione, habet creditum æque priuilegiatum, pro quo cõpetit via executiua, & pro exemplo legatum admittitur contra talem obligationem, idem *Zacch. a num. 15. vsque ad*
98 *num. 18.* Quod fallit, si † obligatio Came-
ralis esset contracta post debitum, quod petitur compensari, *vt num. 18.* quod puto verum si creditum non sit vndequaq. liquidum, vel aliqua exceptione eliderętur, aut turbidaretur; Alias si est liquidum, æquitatis ratione ex prædictis.
66 † semper videtur admittenda, prout Ro-
ta, & suprema Tribunalia, quæ æquitatẽ sequuntur consueuerunt admittere, vt apud *Seraph. decis. 455. & decis. 257. p. 3. diuers.* & ratiocinatur in *decis. 532. num. 2. part. 3. recent.* vbi etiam contra terminum susceptum. Et veritas est, quod in dicta decis. Fuit reiecta, quia creditum non erat liquidum, secus enim prout alias fecit admisisset; lector autem pro sui Instructione videat *Ludouis. decis. 342. vbi adden, num. 7.* Hoc tamen certum est, quod si obligatio Cameralis successit credito
100 non liquido, vere non admittitur † com-
pensatio, secundum *d. decis. 532. n. 1. par. 3 recent.* Et nihilominus stãte dicta æquitate, si non datur per viam extinctionis debiti, vt *dicit. Cenc. in nou. impres. decis. 510*
101 *num. 3.* † debere dari per viam retentio-
nis crediti, dicit egregie *Puteus, decis. 284 nouæ impress. lib. 2. fol. 304. & Rota in Romana compensation. 16. Maij 1631. coram R.P.D. Ghislerio, in fol.* quod & antea videntur sensisse *Surd. cons. 248. nu. 15. Capicc. decis. 129. & Rot. decis. 120. part. 2. diuers.* relati per *Post. de man. decis. 487. num. 2. & 3.*

102 Repellitur etiam compensatio, † quan-
do vnus ex sociis habet creditum, et eius debitor vellet compensare cum credito, quod ipse habet cum societate, *Rota Genuen. decis. 26. num. 3. Salicet in l. eius n. 3. C. de compens. & dixit Rota Romana coram Caualerio in vna Romana pecun. 16. Ianuarij 1609. post Zacch. de oblig. decisione 35.*

103 Item repellitur, † quando debitor op-
ponit creditum non suum, sed alterius, creditor enim non tenetur compensare
104 id, quod debet alteri, † quam suo debi-
tori, *l. in rem propriam. ff. de compensat. Tind. vbi supra artic. 7. num. 2. Castrens. in l. si*

l. si cum filio num.2. de compens.Surd. decis. 161.num.13. & cons. 327. num. 39.

105 Denegatur quoque † si prætendatur fieri de specie ad quantitatem, *d.glos. in l.si conuenerit certo loco,vbi Bart. & alij ff. de pignor. act. Corn. cons.223. littera A.lib. 4. Ias. in d. §. bonæ fidei num. 4. Instit. de act. Surd. decis. 184. num. 7. & cons. 246. Seraphin.decis. 1455. num.5.*

106 Regulariter etiam dicitur † excludi, si debitor habet contra se debitum iuratum,quale non est creditum,quod vult compensare: sed nihilominus quia com-

107 pensatio est solutio, videtur † admittenda, etiam post termini susceptionem, vt in praxi de solutionis exceptione dicit *Tiber. Salust. lib. 1. cap. 28. a num. 10.* & quamuis, vt dixi supra,Rota Romana videatur variasse, vt refert *Beltramin. ad Ludouis.d. decis. 342. num.7.* nihilominus

108 videtur † non posse recedi ab affirmatiua opinione admittendi compensationem, non obstante termino, quia iuramentum appositum in termini susceptio-

109 ne, & in obligatione camerali, † non comprehendit exceptionem solutionis, cuius loco succedit compensatio,vt egregie dicit *Ias.cons. 134. lib. 4. & Afflict. decis. 121. num.5.* vbi loquitur in fortioribus terminis. Semper enim fauendum

110 est reo † & pauperi Debitori, & ideo

111 quatenus deficeret actio; † Iudicis officium desijsse non debet, etiam aduersus termini susceptionem; maximo rationis motiuo, quia *textus in §. bonæ fidei Instit. de act.* imponit Iudici necessitatem compensandi, vt dicit *Afflict. d. decis. 121.nu.*

112 *3.*& est certum,† quod his quæ Iudex debet facere officio suo nemo potest renunciare, vt ratiocinatur *Afflict. d.decis. 121. num. 6.* quod simile videtur in attentatis, in quibus quamuis partes illis renunciaue-

113 rint,† illa tamen Iudex reuocat ex debito sui officij,quia illis partes renuncia-

114 re non† potuerunt, *Ludouis.decis.91. vbi add. num. 12. & decis. 465. num. 10.*

115 In deposito etiam vero denegatur†cōpensatio, vt dicit *tex. in l. fin. C. de compensat. & d. §. bonæ fidei instit. de act. cap. fin. de deposito, & Surd. decis. 217. num. 3.* & ampl. *ex d.cap. fin.* quod non admittatur, nec in parte, nec in totum, & neque

116 si depositum † esset ex alia causa conces-

117 sum, *Surd. cons. 162. num. 43.* † Fallit tamen in deposito ficto, & confessionato, *Bald. cons. 384. in fin. lib. 1. Soccin. cons. 143. col. fin. lib. 1. Surd. d. cons. 162. d. num. 43.*

118 Neque socijs est permissa † compensatio inter ipsos de debito proprio cum debito societatis, vt puta,si sunt tres socij, quorum duo ponunt capitale, & tertius non ponit, sed quia forsan est creditor illorum sociorum, dicit volo compensare meum capitale,cū eo quod mihi debetis, non potest fieri ista compensatio, *Rota Genuen. decis. 26. num. 30. & dixit Rota in Romana pecuniaria 22. Iunij 1611. decis. 165.coram Card. Caualerio. & in Romana societatis 27. Iunij eiusdem anni coram Card. Sacrato decis. 380. p. 3. rec.* quia vt ibidem,debitum particulare cō-

119 pensari † non potest cum debito vniuersitatis.

120 An autem in censu admittatur † cōpensatio, ex quo in illius extinctione requiritur actus retrosimilis, & vt multi volunt, partis oppositio, & impositoris declaratio, videndus est *Cenc. de censib. quæst. 88. num.6.* per totum, & *Rot. in Romana Saluiani 18. Martij 1650. coram R.P.D.Bichio in folio,* quæ reiectis contrarijs si deficiat iudicialis,vel saltem extraiudicialis debitoris congrua oppositio, tenet compensationem non habuisse locum & pro opinione ista adducitur *Rota in Romana census 13. Maij 1630. coram b.m. Merlino, decis. 374. p.3. rec. & Romana census 10. Iunij 1641. coram R. P. D. Cerro in folio.*

121 In cambijs non esse admittendam, † & quomodo procedat, videnda est *Rota in Romana litterarum cambij 19. Iunij 1647. coram Em. Card. Ottobono apud Merlin. de pignor. decis. 149.*

122 In delictis quoque,quo ad fiscum†impeditur compensatio *l.2.§.qui hoc,de adulterijs. Corn. con. 51. lib. 1.* & idem dicendum de dolo, cum dolo, quo ad fiscum & pub. vtilitatem. *Menoch. de arbitrarijs Iudicum casu 363.num. 18.* Quod tamen

123 fallit quo ad priuatos, † quia inter ipsos mutua compensatione tolluntur, vt exempli gratia,inter maritum, & vxorem adulteram, *cap. vlt. & penult. de adulterijs l.viro, & vxore ff. solut. matrim. cap. ad id quod de sponsal. vbi glos. fin.& glos. fin. in l. 1. in fine C. vnde vi.cap. nihil 32. quæst. 6. & Menoch. num. 18.*

Et semper aduertet qui vult petere compensationem, quod debitum sit ma-

124 turatum; † secus enim non fieret, *Mascard. conclus. 333. num. 10. & Surd decis. 119. num. 10.*

125 Pariter debita vnius † negociationis non possunt compensari cum credito alterius negociationis quāuis dictæ negociationes essent eiusdem personæ, *Cumanus cons. 172. Magon.Lucen. decis. 1.nu.19 & seqq.*quia persona ad vnum negocium desti-

126 de [illegible] cum alio compe[illegible] 137. num. [illegible] lib. 5. *Rota in A[illegible] casus 28. Aprilis 1597. co[illegible] decis. 1226.

Neque tamen causam [illegible] olli, & causam
127 att[illegible] admittitur compensatio, vt dicit *Put. decis.* 1[illegible]8. *in noua impress.* [illegible] quod expensæ, & debita vnius Iudi-
128 cis pro [illegible] spolii, non † compensantur cum expensis, & debitis attentatorum attento maiori istorum priuilegio.

An acceptatio Compensationis valeat in delegatione.

Artic. VII.

An debitor cessus [illegible] possit compensationem contra cessionarium,
129 † d[illegible] *Taurus decis.* 221. *S[illegible]* 82 *M[illegible] in l. si a ctor. Angel. conf.* 25[illegible] *& B[illegible] in l. 1. C. de act. & ob[illegible] R[illegible] con fil. 7. lib. 1.*

An etiam, si sequatur delegatio debi-
130 tor cessus, vel delegatus, † possit contra delegatarium excipere, & opponere debitum, quod habebat contra delegantem, videndus est *Bart. in l. doli num.* [illegible] *nouatoribus*, vbi tenet [illegible] gatuam & [illegible] do delegatus scienter ad instantiam delegatario promisit, & [illegible] ipsum ha[illegible] nus [illegible] an[illegible]
131 † dicit *Bart. [illegible] Gabriel conf.* 55. *lib.* [illegible]
132 vbi cr[illegible] res † delegata e[illegible] ad [illegible] & qualis [illegible] quando debitor delegatus promisit [illegible] id, quod
133 [illegible] † à casu in quo promittit rē certam expresse tradere vt idem *Bart. in d. l. doli*, & *Aretin. in §. sequitur num.* 24. *instit. de exceptionib.* [illegible] *de tacit. & ambig. conuentionib. l.* [illegible] 17. *n.* 8. *n.* 23.

Et an delegatio p[illegible] opponi compensatio, quando non est verus creditor,
134 sed tantum putatiuus, † videnda est *l. Iulianus. ff. de [illegible] & Aretin. in §. sequitur num.* 24. *instit. d[illegible]* [illegible] etiam id pro[illegible] ex ca-
135 [illegible] † vi[illegible]

[illegible]
136 [illegible]
137 [illegible] m contra [illegible] *l. nominis* [illegible] *C. de hered.* [illegible]
138 & potest fieri etiam absenti, † & contra absentem, vt *Aretin. d. num.* 24. *Bald. in l.* 1. *num.* 38. *C. de act. & oblig. & in c.* 1. *nu.* 8. *in fin. tit. de bene[illegible]* Du[illegible]
139 † Notarius [illegible] pro absente *Bal. in d. c.* 1. *in fin.*
140 Delegatio autem debet fieri † præsente delegatario, & d[illegible] *Ire[illegible] ibidem & Alex.* [illegible] 3. *num.* 4. *& seqq. lib.* 7
141 In cessione cedens non † [illegible] nisi expresse conuenit [illegible] ne ve-
142 ro, delegans [illegible] *num.* 20. *lib.* [illegible] *num.* 16. *lib.* [illegible] *& Surd.* [illegible]
143 Item [illegible] † nititur a[illegible] cedens [illegible] *de hæred.* [illegible] *Are.* [illegible] *conf.* [illegible]
144 [illegible] † nititur [illegible] propria [illegible] formiter ac[illegible] *l.* 1. *ff. de verbor.* [illegible]

145 Vlterius cessionario † obstant omnes exceptiones, quæ obstant cedenti. *Surd. conf.4. num.6. Aretin. vbi supra. Marant. in l. si actor. num.25.* † Delegatario verò se-
146 cùs, *ex Aretin. ibid.* & ante eum dixit *Bart. in d.l. doli n.10. ff. de nouat. & Romanus conf.428. num.9. per textum in l. siquis. ff. de nouat. & glos. in l. quamuis. §. si Mulier. verf. pro secundo. ff. ad Vell.*

Et est aduertendum, quia pro delegatione inducenda debent adesse tria requisita necessaria. Primo, scilicet, quod
147 delegatus sit debitor delegantis. Secundo quod delegatus promittat per stipulationem de mandato ipsius delegantis: & Tertio, quod promittat tamquam debitor *glos. & Castrens. in l. quamuis. §. si mulier. ff. ad Vell.* & de communi testatur *Dec. in l. singularia nu. 27. ff. si certum petat. & Surd. decis. 23. n. 6. & dixit Rota in Romana pecuniaria 4. Februar. 1611. apud Fenzon. decis. 164. coram Caual.* & quod non adsint pacta impedietia delegatio-
148 nem, † quia secus esset cessio: & pro exẽplo huiusmodi pactorum, quæ sunt contraria delegationi, solet adduci illud,
149 puta, † vt delegatus stet periculo delegantis, *Surd. decis. 23. num. 7.* tunc enim
150 delegans † non liberatur *l. si mandato §. si fideiussor l. 1. ff. mandat. Gabriel conclus. 1. n. 33. de nouat.*
151 Item quando fit pactum quod † hypotheca, & priora iura maneant, *Surd.*
152 *ibid.* Item quando delegans † promisit curare, vt delegatus soluat, *Bartol. in l. pro debito C. de bon. auth. Iud. & Surd. & Gabr. vbi supra.*

Alia pacta non pono, quia ex se quis poterit reperire: ad quod vidẽda est Rot. *in Bononien. litterarum camby 19. Iunij 1647. decis. 150. post Merlin. de pignor. & post Labir. creditor. fol. 19. & 8. Aprilis eiusdem anni coram R. P. D. Verospio*, à quibus decisionibus poterit ad saturitatem edoceri.

Contra quod debitum possit opponi.

Artic. VIII.

153 *Debitum naturale tantum an possit cõpensari.*
154 *Debitum naturale in quonam sit magis priuilegiatum, quam ciuile.*
155 *Compensatio quare sit permissa in debito naturali.*
156 *Debitum naturale non parit actionem, nec sufficit ad agendum.*
157 *Pecunia data a debitore in suspenso an possit declarari data in solutum.*
158 *Amplia, etsi creditum non esset maturatum tempore dationis.*
159 *Limita, si constaret de contraria mente, & voluntate partium.*
160 *Compensatio quando fiat per contrapositionem partitarum.*

PRæmissa quæ diximus, habent locum in debito ciuili, & naturali simul: sed debi-
153 tum † naturale tantum, an possit compensari, videndus est *Tind. de compensat. artic. 7. num. 39.* qui dicit posse, sed quod debet discuti ante sententiam, & non reseruari ad aliud iudicium, & hac ratio-
154 ne cognoscetur † quod debitum naturale est magis priuilegiatum in hac parte
155 quam ciuile, & naturale simul. † Compensatio autem est permissa, quia alias inferretur præiudicium irreparabile, debitum enim naturale non parit actio-
156 nem, † nec est sufficiens ad agendum, & ideò si reseruaretur frustranea esset reseruatio, quod est secus in debito ciuili, & naturali simul *Tind. vbi supra.*

Pone etiam casum, quod aliquis debitor dederit creditori suo quandam summam pecuniarum, quam in suspenso dimisit, nec voluit quod poneretur causa liberandi se ab aliqua obligatione solutionis in aliquam causam; sed tantum vt remaneret in suspenso: si postea credi-
157 tor petit, potest † debitor dicere, declaro, quod pecunia, quam tibi dedi in suspenso, volo cedat in solutionem, & extinctionem huius petitionis, & debet admitti. *Imola in l. 1. col. fin. in princ. de solutionib. Alex. cons. 85. col. p. n. 3. lib. 3. Gratian. cap. 105. num. 16. Surd. decis. 117. nu. 10.* quod procedit etiam si tempore dationis pecuniarum creditum non esset ma-
158 turatum, & † sic potest eligere in causam futuram, & futuri debiti; *Dec. vbi supra circa fin. Corn. cons. 111. circa fin.* quod
159 non procederet quando † constaret de contraria mente, & voluntate partium, vt annuit *Rota in Romana pecuniaria 22. Iuny 1611. coram Card. Caual.*

Quando per contrapositionem parti-
160 tarum fiat † compensatio, est videnda *d. decis. coram Caualer. Surd. decis. 117. Mascard. conclus. 1319. Rot. in Romana bonorum de Ceulis 2. Decembris 1598. coram Penia.*

An Compenſatio ſemel reiecta iterum poſſit opponi.

Artic. IX.

161 *Liquidatio intra quod tempus fieri debeat, ad effectum compenſationis.*
162 *Liquidatio non perfecta tempore congruo, vel negata, debet præſeruari, & quando.*
163 *Oppoſitio in vno iudicio reiecta non poteſt amplius peti in alio iudicio.*
164 *Limita tamen quando tenderet ad diuerſum finem, & effectum.*
165 *Exceptio reiecta in vno iudicio quando poſſit deduci in alio.*
166 *Res iudicata, quando non obſtet exceptioni reiectæ in alio iudicio.*
167 *Exceptio reiecta ſemel regulariter non poteſt iterum deduci.*
168 *Exceptio nullitatis incidenter obiecta, & reiecta poteſt principaliter iterum deduci.*
169 *Exceptio ſemel oppoſita, & reiecta, vt non poſſit iterum proponi, quæ requirantur.*
170 Compenſatio cum pecuniis prius ſolutis denegatur in alimentis etiam futuris.
171 *Amplia, & ſi pecuniæ fuiſſent ſolutæ cauſa alimentorum.*
172 *Alimenta futura, quænam dicantur.*
173 *Alimenta futura, an dicãtur, quando quis cõtraxit debita pro victu.*

ET quia ſupra diximus, quod compẽſatio, quando opponitur, requiri-
161 tur; quod liquidatio fiat, † vel infra duos menſes, vel ſaltem in termino dari ſolito ad ſolnendum, cautus Patronus cauſæ debebit aduertere, quod ſi non poteſt fieri liquidatio, vel ſi Iudex non
162 inclinat ad illius admiſſionem, † quod ſaltem præſeruet illam pro alio Iudicio, vel iuſtantia, quia ſi oppoſitio in vno Iudicio fuit reiecta, quamnis debitum ſit liquidum, & probatum, tamen ex quo finis primi Iudicij, & ſecundi eſt idem,
163 † ideo amplius non poſſet tale debitum in alio Iudicio petere, quia obſtaret res Iudicata *Bart. in l. ſin autem §. fin. de negoc. geſt. Gabriel concl. 2. num. 12. de except. Bald. conſ. 202. lib. 2.*

Quod tamen euitaretur, quando ten-
164 deret † ad diuerſum finem, & ad alium effectum, tunc enim exceptio reiecta in
165 vno Iudicio, † poteſt deduci principaliter in alio, ſi credis *Salicet. in l. 2. in fine. C. de ordine cognition.* etiam ſi plene fuiſſet cognitum, dummodo ad alium finem,
166 † & tunc res iudicata nõ obſtaret, *Odofr. in l. 1. C. de ordin. cognit. & ibi Alberic. circa fin. Caſtrenſis, & Salic. col. 3. Butrius in cap. Aduerſario, de except. & in cap. cũ Eccleſ. col. 3. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. & Gabriel concluſ. 2. de except.*

Secus eſſet dicendum ſi fuiſſet oppoſi-
167 ta ad eundem finem, † quia ſemel reiecta, non poteſt iterum deduci, nec impedit exequutionem, etiamſi in continenti probaretur, *Imol. conſ. 130. Seraph. de iuramento priuil. 27. num. 8. Fanuccius de inuent. par. 8. num. 8. Lancellot. de attentatis nullitate pendente. cap. 17. num. 151. fol. 339.* Quod tamen nõ procederet in exceptione nullitatis incidenter obiecta, & reiec-
168 ta, quia poſſet in alio Iudicio principaliter deduci per viam actionis, *Vantius de nullitate. tit. quot & quibus modis num. 36. Couarru. pract. quæſt. 24. num. 8. ad quod videndus eſt Magonius Floren. deciſ. 3. & Salic. in l. 2. in princ. C. de ordin. cognit. & quæ dixi ſupra tit. de nullit.*

Sed vt cautius agatur ad propoſitum, ſciendum eſt, vt exceptio ſemel oppoſita, & reiecta in vno Iudicio, amplius in alio ad eundem finem, & inter eaſdem perſonas proponi non poſſit, tria requiruntur
169 † Primo, quod de exceptione fuerit plene cognitum. Secundo, quod exceptio fuerit expreſſe reiecta, & reprobata. Tertio vero, quod reprobatio prouenerit ex eo, quod non ſit vera, neque ſubſiſtens, *Magon d. deciſ. 3. & declarat Caſtrenſis in l. ſin autem §. quomodo num. 2. & ibidem Bartol. ff. de negoc. geſtis, & de his plene videndus eſt Gabr. pro materia d. concluſ. 2. per totam.*

170 In alimentis etiam futuris denegatur † compenſatio, & retentio cum pecuniis priùs ſolutis, vt *dixit textus in l. ſi ea C. de cõpenſat.* nec per imaginationẽ poteſt illa obijci, vt dicit *Surd. de alimen. tit. 8. priuil. 53. num. 5.* etiam quod pecuniæ fuiſſent
171 ſolutæ ex eadem cauſa alimentorum, vt optime reſoluit *Rota in Ianuen. ſeparationis Thori 29. Aprilis 1624. coram b. me. Remboldo. deciſ. 532. tom. 3. par. 4. recent.*

Et ſi diſputari contingat, quænam ſint alimenta futura: dicendum eſt, quod non ſolum ſunt ea, quæ anticipatè debentur
172 pro futuro tempore, † ſed quod ſunt etiã illa quæ debentur poſt motam, & à die motæ litis, vt egregie *Caputaquẽ. deciſ. 27 num. 2. & deciſ. 24. part. 1. & Rota in vna Bituntina ſeparationis thori. 17. Iun. 1596. coram clar. mem. Cardinali Pamphilio in fol. & relati in dicta Ianuen. coram d. b. m. Remboldo,* & dicuntur etiam futura, quando,
173 qui petit alimenta, † contraxit debita, cum quibus coactus fuit ſe alere, & hic eſt ſenſus Signaturæ, de qua pluries publicè, vt alias dixi, teſtatus eſt Eminen-

tiſ-

tissimus Dominus meus Iulius Cardinalis Sacchettus, Vir memoria dignissimus in omni sæculo.

De Executorialibus

Cap. VIII.

Executoriales quomodo, & quando concedantur.

Artic. I.

1 *Executoriales litteræ dantur pro executione rei indicatæ.*
Sententiæ in Statu Ecclesiastico solent habere executionem per viam censurarum. ibid.
2 *Brachium seculare quandò appellari possit pro executione sententiarum*
3 *Censuræ possunt relaxari contra contumaces*
4 *Iudices delegati, qualiter soleant relaxare litteras executoriales, ad quem effectum, & contra quos.*
5 *Executorialium litterarum formula remissiuè ad Vestrium.*
6 *Aggrauatoria, & reaggrauatoria, qualiter fiat in iudicijs, remissiuè.*
Brachium seculare qualiter obtineatur, remissiuè. ibidem.

POst rem Iudicatam, præsertim in Rota pro illius executione dantur, vt infra litteræ executoriales; & ideo infrascripta notatu digna obseruamus: videlicet quod
1 † in nostra Romana Curia, ac etiam in alijs foris Ecclesiasticis, proceditur, vt plurimum, ad executionē sententiarum via censurarum, neque de Iure obtinetur brachium seculare, vel relaxari mandatū executiuum, quod brachium seculare etiam
2 appellatur, † nisi post omues, censuras, & grauatoriam, & reaggrauatoriam quando aliud remedium non suppetit, *cap. cum non ab homine. vbi omnes DD. extra de Iud. & diximus supra in cap. de re Iud.*
Et ideo cum censuræ possint relaxari
3 † solum contra cōtumaces. *cap. Episcopi. 11. q. 3. Abb. in c. 1. extra. de Iudi. Cafsad. decis. 2 de dol. & contum.*
Solent Iudices delegati ex facultate
4 † sibi in commissionibus executorialibus concessa, taxatis expensis, & liquidatis fructibus, decernere, & relaxare litteras, quas vocant executoriales, per quas monent condemnatum, sub censuris, & penis Ecclesiasticæ, vt infra 30. dies satisfaciat creditori, pareatque sententiæ in omnibus, & per omnia, alias declarant, vel declarari mandant eū incidisse in censuras.
5 Formulam istarum † litterarum, ponit *Vestr. lib. 8. C. de exequut rei. Iud. fol. 283.*
6 vbi etiam declarat † quomodo procedatur per aggrauationē, reaggrauationē, & brachium seculare, prout etiam idem dictum fuit supra *cap. de re iud. artic. 8. & ad Vberto de modo & ratione citandi loco supra deducto p. 5. formul. 4. fol. 198.*

De vsu & executione executorialium

Artic. II.

7 *Executores non solum intimant litteras executoriales, sed etiam procedunt ad censuras, & brachium seculare.*
8 *Declara tamen, non procedi ad vlteriora, nisi habita relatione intimationis.*
9 *Executoriales olim sub plumbo expediebātur.*
10 *Hodiè verò sub paruo sigillo, habita derogatione in commissione*
11 *Mandatum executiuum, an, & qualiter olim concederetur in executorialibus*
12 *Mandatum predictum, an hodie concedatur, & inter quos.*
13 *Et quid si sit executio facienda in curia.*
14 *Executoriales litteræ sunt reo personaliter intimandæ.*
15 *Amplia saltem Procuratori, & cui, si inueniri non possit.*
16 *Executoriales qualiter intimentur, si tutus accessus non pateat.*
17 *Executoralis defectus, sanatur per notitiam, prout citatio.*
18 *Accessus non tutus, quando semel probatus, iterum probari non debet in executorialibus.*
19 *Executoriales, quando possint per edictum intimari, absque speciali commissione.*

7 ADuertendum tamen, quod licet † in eis detur facultas executoribus deputatis, non solum eas intimandi, vt supra dixi, sed etiam procedendi ad censuras, & ad brachium seculare:
8 Solent nihilominus eas solūmodo † intimare, & deinde habita relatione intimationis illarum, procedere ad vlteriora in Curia. *Vest. d. c. fol. 283.*
Estque sciendum, quod antiquitus so-
9 lebant † expediri sub plumbo, vt cauetur in antiquis regulis Cancellariæ. Hodie in commissionibus executorialibus illi regu-
10 læ † derogatur per clausulas generales, cōceditur que, quod relaxentur sub paruo sigillo Auditoris, vel Iudicis, *Vestr. lib. 1. c. de off. contrad. fol. 14.*

vl-

11 Vlterius olim in commissionibus † executorialibus, numquam concedebatur, quod loco executorialium, relaxaretur mandatum executiuum, nisi ageretur cõtra minorem, qui censuris innodari non posset, aut pro paupere in causa beneficiali.

In statu vero Ecclesiastico, hodie inter
12 subditos † eiusdem status, in causis profanis, ferè semper conceditur ad euitandum circuitum, quod loco executorialium, relaxetur mandatum executiuum; præcipuè si allegetur paupertas. Idem euenit, quando executio facienda est in Curia, quia
13 indistinctè † conceditur, *Vestr. d. c. de exeq. rei iud. fol.* 283.

Aduertendum est etiam, quod di-
14 ctæ † executoriales debēt, vt alias annui, Reo personaliter intimari, *Put. dec.* 38. *de iud. & Rota in Tarraconen. primitiarum* 26. *Iunij* 1645. *coram Reuerendissimo Duno-*
15 *zetto in folio*. vel saltem † debent personaliter intimari eius Procuratori speciali, si inueniatur, aliàs exequitur domi dñi. cop. vel in Catedrali, & iu beneficio de quo agitur *Egid. conclus.* 749.

16 Si non patet tutus accessus † ad intimandum personaliter, datur facultas intimandi per edictum, cum clausula tamen, constito summarie, & extraiudicialiter de non tuto accessu, vt vult formular *Commis. de commiss. appell.* 33. 36. & 52. quo casu requiritur summaria cognitio, super nõ tuto accessu; & in summa in omnibus, & per omnia idem seruatur in executo-
17 rialibus, quod † in citatione; sanaturque defectus intimationis, cum clausula dummodo peruenerint ad notitiam Aduersarij; Eodem modo, quo etiam sanatur defectus citationis, vt habetur in tract. edito *d. D. Gratioso, & Vestr. d. cap. fol.* 283. & dicit dict. formular. *eod. tit. commis.* 60.

18 Et si prima citatio executa fuit † per edictum, & tunc probatus fuit dictus non tutus accessus; si deinde in commissione executoriali, adsit clausula, quod possint intimari per edictum, constiro &c non requiritur noua probatio non tuti accessus; nisi constaret, quod ante relaxationem executorialium factus fuisset tutus: alias
19 prima probatio sufficit, † quia idem status præsumitur durare; Immo possent per edictum intimari, absque speciali commissione; dummodo prima citatio vigore cõmissionis fuisset executa, *Cassad. dec.* 3. *de dol. & contum.*

De effectu executorialium.

Artic. III.

20 *Acta, pro executione ante intimationem executorialium, sunt nulla.*

21 *Possessio per subrogatum capta non intimatis executorialibus, est reuocanda.*

22 *Executoriales an, & quomodo possint intimari intruso, pendente lite.*

23 *Intrusio facta lite pendente probatur coram executore.*

24 *Executoriales, an, & quando committantur intimandæ sine cognitione intrusionis, lite pendente.*

25 *Intrusio, an lite pendente sit facta, cognoscitur aliquando reproductis executorialibus.*

26 *Processus factus contra intrusum, an valeat, licet de intrusione non fuerit cognitum.*

27 *Executoriales decretæ contra primum intrusum, an, & qualiter possint exequi contra secundum.*

28 *Declara, dũmodò executoriales intimentur per eum, qui obtinuit.*

29 *Executoriales mortuo impetrante, an prosint subrogato.*

30 *Gratia nouiter obtenta lite pendente, debet reo possessori intimari.*

31 *Subrogatus, an, & qualiter admittatur ad prosecutionem executorialium defuncti.*

32 *Executoriales semel decretæ defuncto, de iure denuo non decernuntur subrogato.*

33 *Executoriales semel intimatæ per defunctum, denuò non intimantur per subrogatum.*

34 *Executoriales denuò non decernuntur subrogato ad prosecutionem iam concessarum.*

35 *Executoriales semper decernuntur vigore vltimarum sententiarum.*

36 *Executoriales per restitutionem in integrum de medio tolluntur.*

37 *Executoriales primæ sententiæ, an per commissionem concedantur intimandæ, ac si essent vltimæ.*

38 *Subrogatus, an, & quando possit executoriales iam condemnato intimatas Procuratori tantum intimare.*

39 *Subrogatus, an teneatur subrogationem intimare, iam per tres conformes condemnato.*

20 SI aliquid fieret, † ante intimationem executorialiũ pro executione, esset
21 nullum. Ideo † si caperetur † possessio per subrogatum, non intimatis executorialibus, licet gratia subrogationis substineatur: possessio tamen tamquam nulla, veniret reuocanda, *Cassad. decis.* 6. *de caus. possess. & prop.*

Si

22 Si lite pen[illegible] possi[illegible] riales po[illegible] Si[illegible] fent [illegible]

23 Ho[illegible] † pr[illegible] r[illegible] ex[illegible] *d. p*[illegible] *est*[illegible] *rmul commiss. de comm*[illegible] 5.[illegible]

24 D[illegible] a[illegible] commiss[illegible], † quod possit[illegible] non cognito per execu[illegible] pe ide[illegible] ne per talem [illegible] retardetur [illegible] cu[illegible] *arg.*[illegible] *pasto*[illegible] *contra* 25 *de off. d*[illegible] † repro[illegible] toria-libus, poterit Iudex c[illegible]noscer[illegible] sit intr[illegible]ne, lite p[illegible] 17. *fol.* 323 *num.* 5.

26 Et pr[illegible]is, fa[illegible] r executi[illegible] con[illegible] rentia[illegible] ne no cognoscat, *ot. de*[illegible] *de, ud.*[illegible] *cap.* 20. *in*[illegible]

27 Idem d[illegible] [illegible]x[illegible]torialibus contra intr[illegible] di[illegible]us Intru[illegible]ne cuius beneficij, [illegible] in[illegible] inte-dat alter[illegible] si[illegible] cutor[illegible]s p[illegible] a[illegible]er intrusum, a[illegible] si [illegible]a[illegible] fes-sent, & tunc signat[illegible]ssio c[illegible] clausula, conv[illegible] *d.*[illegible] *in commis. de commiss.* [illegible] 11. [illegible] Rota absque alia com[illegible]io[illegible]a *Tarraconen.*[illegible] *26 Iunij* 1645. *corã Reuerendissimo Dunozetto* habuit pro sufficienti, quod executor[illegible] intimaren-tur [illegible] earum vigore possit ex[illegible]

Pr[illegible]n-28 do † ex[illegible]rialis [illegible] q[illegible] 29 alius in † eius locum subrogetur, [illegible] terae non pr[illegible]unt subrogato, nec ip[illegible] effe[illegible]us [illegible] pruis intimar[illegible] Aduersario subrogatione[illegible] 30 nim noua † gratia o[illegible] actorem lite pendente, debet intimari R[illegible] po[illegible] sori etiam contumaci [illegible] pugna[illegible], *Rot. d*[illegible] 3. *de dol. & contum. in nou.* [illegible] *conclus.* 156. [illegible] *c.* 17. *fol.* 291 *num.* 6.

31 I[illegible] s[illegible]atus [illegible] ad pro[illegible] tu in[illegible] atu[illegible] ssio cu[illegible] a[illegible] parti legitimè [illegible] te[illegible] re[illegible] Procura-tori, quia for[illegible] non erit sufficien[illegible], qu[illegible] debeat Iu-dex.

B[illegible] re, quando executoriales [illegible] requira-tur[illegible] subrogato: 33 [illegible] intimatae per defun-[illegible]od [illegible]uo [illegible] per *Gomes. in d. con pe*[illegible] *fo.* [illegible] Ad [illegible]las tamen di 34 sputatio[illegible] ation bus por[illegible] quod [illegible] br[illegible] eum ad[illegible] & tunc executoriales[illegible] d[illegible]un non debet de[illegible] subroga[illegible]

35 Si post [illegible] v[illegible] runt decretae in causa a[illegible] ve [illegible] tia con[illegible]matoria primae, & vltima transi uisset in [illegible] decretae à principio[illegible] sunt de nuo decernendae, quia debet de[illegible] vi-gore [illegible] sent[illegible], [illegible] 36 per restitutionem iam fuerint de † medio sublatae, *c.* [illegible] *extra de re-stit. in in*[illegible] & di[illegible] fuit supra *in cap. de re*[illegible] casu non daretur com-m[illegible] quod [illegible] oriales pos-37 si[illegible] am sententiã de[illegible] *resc. p.* *Gomes. d. fol.* 16[illegible] *& si*[illegible]

38 Et [illegible] post d[illegible]am † fuerint intimatae condemnat[illegible], sufficit quod su[illegible] rogatus [illegible] quate[illegible] nou[illegible] intimatio re-quiratur, cas[illegible] met Procuratori appre-henso in Curia. *Gomes. fol* 169.

39 Et si decernantur † contra condemna-tum per tres conformes, subrogeturque aliquis in locum victoris, de illo non re-quiritur intimatio subrogationis, quia[illegible] prae[illegible] con[illegible] demn[illegible], & [illegible] non [illegible], [illegible] vi[illegible] *cap.* 14. *fol.* 213 ad q[illegible]m [illegible]

An executor illarum vigore possit procedere.

Artic. IV.

40 *Executoriales intimatae de*[illegible]*t reproduci,* & *postea seruantur quatuor* [illegible]*ermini substan-tiales.*

41 *Executorialiũ intim*[illegible] *nequeat, datur co*[illegible]*o sanato ia*

42 *Commissio sanatoria int*[illegible] *executoria-lium quando, & qualiter d*[illegible]*r.*

43 *E*[illegible] *an, & qualiter habeant ef-fectum* [illegible] *pend*[illegible] *earum intim*[illegible] *d*[illegible]

Causa

44 *Ca[illegible] executorialium [illegible] iam inti[illegible] committatur [illegible] qualiter*
45 *E[illegible] si committatur ad instantiam intrusi, [illegible]e tendere.*
46 *E[illegible] ad instantiam tertij possidenti vigore suæ prouisionis, neutro aliorum possidente Executoriales inter non possidentes obtentæ, non afficiunt tertium prouisum. ibid.*
Intrusus non dicitur possidens vigore prouisionis, alijs non possidentibus [illegible]
47 *Intruso appellanti a sententia, & [illegible] executorialium, qualiter signetur [illegible]*

40 Sciendum etiam quod intim[illegible] [illegible] cutorialibus, debent repr[illegible] [illegible] seruari quatuor termini [illegible] doeendum ipsum aduersarium [illegible] fuisse, *Cassad. dec. 6. de caus. [illegible] priet.* & diximus de mente Rotæ in d[illegible] *racouen. primitiarum 24. Ianu[illegible] 16[illegible] ram Reuerendissimo Domino [illegible] folio.*
41 Si Instrumentum [illegible] cognosci non potest, d[illegible] natoria, ac si essent [illegible] quod Iudex constit[illegible] eas [illegible] notitiam Aduersar[illegible] cedat ad v[illegible] *ra. formul. commiss. de ommiss. appel 6.*
42
43 Si pendente † intimatione executorialium decretarum in vim trium conformium, [illegible] illtum fuit deperditum, & tunc ex eo quod in executor[illegible] fuit sententiæ, fuit in data c[illegible] cum clausula, [illegible] perditione reg[illegible] les [illegible] res [illegible] as, *vt formul. commiss. de [illegible] diuers. Iudic. 43.*
44 Si post intimationem [illegible] vel intrusus, cui [illegible] co[illegible]ales, vellet c[illegible] tatis executorialium [illegible] cum clausula, ne [illegible] executionis *d. fo[illegible] 18. & de commiss [illegible]*
45 Idem cueni[illegible] quia eo [illegible] alia clausu[illegible] quod spe[illegible] xecutorialibus non [illegible] natus n[illegible] fuer[illegible] intru[illegible] dent[illegible] ad [illegible] *Tar[illegible] & ind formul de commiss ap- pel [illegible] 43*
46 [illegible] A & B. quorum [illegible] te suæ proui- [illegible] uatur, & A. in- [illegible] obtentas contra B. [illegible] dabitur appellatio f

ne d[illegible] clausula, quia sententia, & execu- [illegible] neque potest [illegible] intrusus, *d. commiss. 4 & 43.* & [illegible] a sententia, &
47 [illegible] appe[illegible] † quod [illegible] ipsum [illegible] quo [illegible] capere [illegible] etiã [illegible] de [illegible] atur [illegible] cum clausula. pro[illegible]

Quomodo & quando earum vigore procedatur ad censuras, & interdictum.

Artic. V.

48 *[illegible] num, vel [illegible] possit opponi contra [illegible]*
49 *[illegible] cum liquidatione, pro [illegible] alium. ibid.*
50 *[illegible] uum, debet fieri [illegible] executorialium.*
51 *[illegible] possessione, debet ser- [illegible] dies*
52 *Declaratoria, [illegible] terminis seruatis fiat.*
53 *Fructus aliorum beneficiorum, an sequestr[illegible] tur, & qualiter in deficienti in censuris*
54 *Excommunicatus [illegible] ens, quando [illegible] qualiter [illegible] ad respondendum de [illegible]*
55 *[illegible] tes curiam [illegible] excommunicari. [illegible] litteras [illegible] executoriales an [illegible] d.*
56 *[illegible] ditum contra [illegible] exe- cutoriales, olim [illegible] ter.*
57 *Interdictum pro [illegible] ordine relaxa- batur.*
58 *Cathedr[illegible] vltimo loco interdici- tur*
59 *Cui [illegible] loco post Diœcesim interdice- ba[illegible]*
60 *In[illegible] stricte est interpretandum*
61 *C[illegible] Ecclesia non censetur interd[illegible] [illegible] ressa mentione.*
62 *E[illegible] a parochiali annexa, an censeatur c[illegible] interdicta.*
63 *Interdictum ponitur, & tollitur cum maxima consideratione.*
64 *Interdictum suspenditur in ciuitate aduentu Regis, vel magni Princ[illegible]*
65 *Interdictum relaxatur propter periculum [illegible]*
66 *C[illegible] an [illegible] interdictum pro[illegible] [illegible] m, q[illegible] er [illegible] netur.*
67 *[illegible] interdicta, hodie relaxantur iuxta formam Concilij Tridentini.*

Lt

48 ET si essent relaxatæ † pro restitutio-
ne fructuum, potest qui eos perci-
pit, intra dies 30. de quibus in execu-
torialibus, vel antequam declaretur, op-
ponere se fructus non percepisse, vel in
vtilitatem rei litigiosæ expendisse, *Rot.*
dec. 1. *de renunc. in nou. dec.* 5. *de re iud. eo-*
dem. Incumbitque tunc Actori onus pro-
bandi contrarium.
49 Quando illæ relaxantur propter † fru-
ctus, debent illi liquidari, ante declara-
toriam, alias essent nullæ, & ab huiusmo-
di liquidatione daretur appellatio, sicuti
ab excessu in executione, *Vestr. d. cap. de*
execut. rei iudic. fol. 283. & licet respe-
50 ctu † fructuum non possit ferri declara-
toria, nisi post 30. dies, respectu ta-
51 men † possessionis, posset ferri post sex
dies, quia infra dictum tempus tenetur
eam dimittere, *Put. dec.* 34. *de Iudic.* Qui
52 autem termini † debeant seruari in arti-
culo declaratoriæ, dicit *Vestr. d. c. fol.* 283.
& dicta decis. Tarraconen. primitiarum 26.
Iunij 1645. *coram Reuerendissimo D. meo*
Decano.
53 Quando igitur elapso termino † præ-
fixo in executorialibus, ob earum non
paritionem deuenitur ad declaratoriam,
si Reus contra quem fuerunt relaxatæ, tā-
to tempore sustineat censuras, quod in
eis videatur insordescere; datur commis-
sio, quod fructus aliorum beneficiorum
54 sequestretur, donec executorialibus † pa-
reat; & si forte tanto tempore insordescat
in censuris, quod fiat suspectus de fide,
datur cōmissio ad instantiam Fisci, quod
aliquis ex Iudicibus ordinarijs Cur. mo-
neat eum ad comparendum personaliter,
& respondendum de fide. *Vestr. d. cap.*
fol. 283. *& d. form. cōmiss. de cōmiss. appell.* 17.
vel prout vidi aditur Tribunal S. Officij.
55 Si Reus, contra † quem decretæ fuerunt
executoriales haberet recursum ad Iudices
sæculares, & isti sequestrarent rem litigio-
sam ad effectum impediendi executoria-
les, posset dari commissio, quod Iudex pro-
cedat ad sententiam excōmunicationis cō-
tra illos Iudices tamquam impedientes suā
Iurisdictionem *argum. c.* 1. *de off. deleg. in* 6.
formul. commiss. de commiss. aduoc. 17.
56 Si ad parendum executorialibus † ne-
cessarium esset potentius remedium, vt quia
censuræ per longum tempus animo indu-
rato sustineantur, & quasi contemnantur,
aliàs solebat, cum magna tamen difficul-
tate concedi interdictum *formul. commiss.*
de commiss. appel. & executorial. 9. quod Iu-
dex tamen debebat ponere, cum magna
57 moderatione, & † hoc ordine. Primo in-
terdicebatur parochialis Ecclesia Aduer-
sarij recusātis parere, & si adhuc insorduis-
set per annum, extendebatur interdictum
ad Collegiatam eiusdem loci, postmodum
post alium annum ad duo monasteria, vl-
58 timo † loco ad Cathedralem, & totam diœ-
cesim: & si erat insignis Ciuitas, & Ecclesia
litigiosa erat de Diœcesi, interdicebatur
59 priùs Diœcesis, † deindè Ciuitas, quia fuis-
set mōstruosum interdicere Cathedralem,
antequam interdiceretur parochialis col-
legiata, & monasteria, vt videtur apud
Stafil. cap. 9. *fol.* 299. *num.* 5.
60 Sed interdictum est strictè † interpre-
tandum, & licet omnes Ecclesiæ generali-
ter interdicantur, non tamen censetur in-
61 terdicta † Cathedralis, nisi de ea expressa
mentio fiat, *c. quamuis.* §. *quaq. de præb. in* 6
Oldrad. cons. 185. *Stafil. c.* 9. *d. fol.* 399.
numer. 5. *Rot. decis.* 1. *de fil. presb. in antiq.*
Dicendum etiam quod si extendatur ad
Ecclesiam parochialem, si ei annexa sit
62 alia Ecclesia, † non intelligitur interdicta
Ecclesia annexa, nisi sit taliter annexa, vt
ambæ efficiant vnum corpus
Et sicut non debet poni interdictum, ni-
63 si cum maxima consideratione, † ita etiam
debet tolli cum maxima diffi[illegible]are, nisi
priùs pareat.
64 Sed in aduentu Regis, vel alterius † ma-
gni Principis in Ciuitatem interdictam,
suspenditur interdictum, *Stafil. d. fol.* 399.
65 Relaxatur † aliquando etiam propter pe-
riculum Animarum, & tunc si petatur per
66 commissionem, illa † signatur cum clausu-
la, constito de assertis *formul. commiss. de*
commiss. appell. 28.
67 Hodie circa censuras, & † interd[illegible]a
seruanda est forma tradita a *Conc. Trident.*
prout dixi supra in c. de re iud.
Plura alia de executorialibus [illegible] *de*
Iudice in sermone habito de S. Rota & eius
DD. Auditoribus.

De Declaratoria.

Cap. IX.

Quomodo detur declaratoria vigore obli-gationis Cameralis.

Artic. I.

5 *Executor quam ... faciat à tergo mandati factis diligentijs .*

6 *Executor debet facere diligentias in loco originis debitoris districtualis .*

7 *Declara hoc sæpè fuisse à Signatura iustitiæ disputatum .*

8.& 9. *Citatio quænam fiat habita fide ab executore de diligentijs .*

10 *Decretum citationis prædictæ quodnam fiat .*

11 *Actor producta fide diligentiarum executoris quid faciat .*

12 *Citatio ad videndum se in iuris subsidium excommunicari, quando fiat .*

13 *Citatio ad videndum relaxari litteras declaratorias, quando fiat .*

14 *Decretum citationi prædictæ, quodnam sit .*

15 *Diligentiæ contra debitorem pluribus modis fiunt, & quibus .*

1 DEclaratoria quandoque † conceditur in subsidium vigore obligationis Cameralis, quandoque datur propter detestabiles recursus ad Iudices Laicos : & quandoque propter contumaciam, & contemptum Reorum non obedientium literis executorialibus, vel aduersus mandata Rotalia, seu Iudicum habẽtiũm autoritatem procedendi per censuras ecclesiasticas, vt A. C. Distinctè igitur: Quando agitur vigore obligationis Cameralis, accepto mandato executiuo citatur prout infra .

A. C. Siue Illustrissimo, & Reuerendissimo D. Trotto Iudice Deputato.

2 CItetur D.Ferrãtes † ex adu. principalis, ad concordandum de executore ad effectum faciendi diligentias, reperiendi Personam, & bona ipsius Aduersarij, ad effectum exequendi mandatum per Instantem obtentum, dandum listam confidentium, & diffidentium, aliàs viden. per D. eligi, & deputari ex officio ad primam diem. Instante Domino Ioanne Baptista Transio Principali &c. Reproducitur citatio, & Notarius notat .

3 Relatione facta comparuit † idem citra &c. & petijt vt supra ... Dominus nisi ad primam diem cum intimatione elegit ex officio Caporalem N. de Rotunda omni &c

4 Obtẽto isto decreto fit intimatio, † qua licet D. elegit executorem ad effectum de quo agitur, & ... prout in actis.

5 Datur postmodum mandatum executiuum ... ori deputato, qui facit diligentias ... de exequendi : Et deinde non reperiendo, nec personam, nec bona citã di, facit fidem à tergo mãdati fecisse dictas diligentias, & nõ inuenisse personam, nec bona, super quibus potuerit exequi : & talem fidem subscribit tamquam vt supra deputatus.

6 Et est aduertendũ, quod si agitur † contra aliquem districtualem, vt sæpius euenire solet, talis Executor debet facere fidem, non solum fecisse diligentiam in Vrbe, sed etiam fecisse diligentias in loco originis ipsius citati debitoris: Signatura

7 enim Iustitiæ † pluries acerrimè disputauit, & aliquot vicibus etiam voluit tales diligentias; quia cum agatur de censuris, res debet esse benè discussa, & iustificata, ne videamur abuti tali beneficio censurarum .

8 Habita igitur † fide ab Executore, citabitur debitor prout infra .

A.C. Siue Illustrissimo & Reuerendissimo Domino Trotto Iudice Deputato .

9 CItetur D.Ferrãtes † ex adu. principalis, ad dicendum contra iura producta, & rẽpetita, videndum iurare testes super illorum recognitione, quatenus opus sit; admitti, & mandari restitui dimissa copia collationata, nec non ad videndum extendi formam Cameræ in dictis iuribus appositam iuxta stilum Curiæ ad p. d. Instan. &c.

10 Hæc citatio executa † reproducitur, factaque productione fidei executoris à tergo mandati & repetitione Instrumenti vallati obligatione Camerali; obtinetur solitum decretum admissionis iurium, & extensionis obligationis Cameralis, deinde-

11 que proceditur ad vlteriora iuxta formulam datam à supradicto *D.Gratioso Vberto par.5. de citat. execut. formul.* 10. ad quem

12 Tyronem remitto: † vbi quod fiat citatio ad vidẽdum se in Iuris subsidium excommunicari, ac literas declaratorias in forma decerni, ad p.d. in cuius termino fit de-

13 cretum, nisi infra tres: quibus elapsis † fit alia citatio ad videndum relaxari literas declaratorias alias decretas, & quatenus opus sit denuo decerni & relaxari, ad p.d.

14 & fit † decretum: Relatione facta comparuit N. & petijt, & obtinuit nisi ad primam diem cum intimatione; quæ fit, qualiter D. relaxauit literas declaratorias, & aliàs prout in actis .

15 Addo, quod diligentiæ, de quibus fecimus mentionem, solent aliquando fieri, etiam alijs modis; vt puta si citatur Pars

ad indicandum bona, super quibus poſ- ſit fieri executio: & aliquando etiam ſolent fieri per duos executores, licet vnus ſufficiat, vt de his loquitur *deciſio Romana lucri dotis, prima die Aprilis 1650. coram R.P. D. Albergato in folio.*

Formam declaratoriæ hic non habebimus, cum ſit adeo nota, & inſertio non ſit neceſſaria.

Quomodo & quando detur declaratoria ob non paritionem literis executorialibus.

Art. II.

16 *Declaratoria dantur ob non paritionem litteris apoſtolicis.*
17 *Declara tamen qualiter id procedat.*
18 *Declara etiam, quibus citatis, & qualiter.*
19 *Citatio ad docendum ſe paruiſſe litteris executorialibus, qualiter fiat.*
20 *Decretum citationis prædictæ quodnam ſit.*
21 *Dubium in Rota proponendum quando obtineatur, & à quo declaratoria.*
22 *Citatio ad cócordandũ de dubio, qualiter fiat.*

16 Declaratoriæ dantur etiam, † ob nó paritioné litteris executorialibus, 17 de quibus mentio facta eſt ſupra. † Sed ante omnia tales litteræ executoriales cũ eius executione, ſeu præſentatione, reproducuntur in actis cum citatione ad 18 dicendum cótra Iura: † & deinde ſi adeſt Procurator citatur Procurator; ſeu idem Principalis, ſi Principalis erit in Curia; et ſi neuter in tempore comparuerit, fiet contradictæ, ſeu edicta; et ſi latitabit, procedetur per diligentias, modis relatis, & ſeruantur quatuor termini infraſcripti.

R. P. D. Bichio

Tarraconen. Primitiarum.

19 Citetur D. Didacus ex aduerſo principalis † ad docédũ ſe paruiſſe litteris executorialibus: Primo pro prima ad primam diem. Inſtante Illuſtri, & Adm. Excellenti D. Franciſco Frigola Principali ſiue, &c. Franciſconius Notarius.

Hæc citatio perſonaliter executa re- 20 producitur; † eaque reproducta obtinetur ſolitum decretum, & deinde fit ſecunda citatio eiſdem verbis expreſſis, mutato ſolum ſecundo pro ſecunda, & ſic fit de tertia, & quarta citatione.

21 Seruatis iſtis quatuor † terminis, adi-

tur Dominus Auditor cauſæ, ſi eſt in Rota, qui vocatur Ponens, & ab eo obtinetur dubium per hæc verba.

R. P. D. Bichio.

Tarraconen. Primitiarum.

22 Citetur D. Didacus † ex aduerſo principalis ad cócordan. de dubio, alias viden. ſubſcribi infraſcriptum ad diem craſtinam hora 20. Inſtante Admodum Illuſtri, & Admodum Excellenti Domino Franciſco Frigola Principali, ſiue &c. Stantibus hinc inde deductis.

Quomodo detur & diſputetur dubium ſuper declaratoria.

Art. III.

23 *Dubium an ſit danda declaratoria, ſcribitur ſub citatione, & qua.*
24 *Dubium quando, & qualiter ſubſcribatur ab Auditore Rotæ.*
25 *Dubij formula qualiter ponatur in intimatione.*
26 *Intimatio qualiter Dominus proponet dubiũ, quomodo fiat.*
27 *Fitque ſine nomine Notarij, & ad quid inſeruiat.*
28 *Dubium ſubſcriptum à D. Ponente etiam parti tranſmittitur.*
29 *Dubium ſubſcribitur etſi cauſa videatur per contradictas, aut alio modo.*
30 *Intimatio propoſitionis Dubij pluries reiteratur, & quare.*
31 *Rota an admittat patrocinium ſolius procuratoris in cauſis.*
32 *Auditores Rotæ quando infirmentur, & vbi, ſi ſit dubium proponendum.*
33 *Sollicitatores quid debeant facere pro communicandis partium ſcripturis, & iuribus.*
34 *Informationes in cauſis rotalibus quando cómunicentur, & vbi.*
35 *Rota inuehit contra non communicantes ſcripturas.*
36 *Rota vult quod iura omnibus aperiantur.*
37 *Auditores qua die ſtudeant, quanẽ reſoluant cauſas.*
38 *Dubia qualiter obtineantur, & eorum reſolutiones, vbi viſum ſit.*
39. & 40. *Declaratoria quando concedatur à Rota.*
41 *Declaratoria an, & quando detur à Rota ob non paritionem mandato de manutenendo.*

23 Dubium, An sit † danda declaratoria in casu, & ad effectum de quo agitur.

34 Postmodum † fit intimatio, qualiter D. subscripsit dubium, illaque fertur, & ostenditur d.D.Ponenti, qui illis visis accipit dubium, illudque in duplicata charta subscribit eius proprio nomine, & cognomine, & sic sub vtroq; duplicato est facienda Intimatio prout infra.

R. P. D. Bichio

Tarraconen. Primitiarum.

25 Stantibus hinc † inde deductis.

Dubium. An sit danda declaratoria in casu &c.

Cælius Bichius S.R.Auditor.

26 Intimetur D.Didaco, † qualiter D. in prima proxima Rota proponet Dubium, quod sibi transmittitur. Ideò citetur idem ad informandum, quatenus informare intendat; alias d.dubium proponetur, vna tantum parte informante. Instante &c.

27 In ista intimatione † non apponitur notarius, sed seruatur ad ostendendum Rotæ, quòd dubium, quod proponitur est legitimum, & à R. P. D. Auditore subscriptum.

28 Parti quoque † transmittitur subscriptum à D.Ponente, vt sit certa de dubio disputando, ne sit in potestate partium inutiles aggredi disputationes, à quibus Rota omnino abhorret.

29 Est sciendum, quod dubium † subscribitur, etiam si causa videatur per cótradictas, aut alio quocumque modo.

30 Ista intimatio † solet pluries reiterari, ad hoc, vt pars per tempus possit parare sua iura, & Informationes in facto, & in iure.

31 Deinde debet non ignorari, † quod supremum Tribunal non cótentatur Patrocinio solius Procuratoris, nisi Procurator sit adeo primarius, vt vices Aduocati, etiam adimpleat, ea potissimum ratione, quia summopere peroptat causas diiigenter discutere, & cognoscere, & terminare.

32 Quando dubium † est proponendum, semper per duos dies ante informantur Domini eorum Domi solitæ habitatio-

33 nis, & de sero † sollicitatores adeunt Domum D Ponentis, vbi expectant contra-

34 riæ partis sollicitatorem, † eoque petuento conueniunt ad inuicem in permutandis scripturis, adeo vt vna pars communicet alteri omnes informationes facti, & iuris, cum Summarijs, & alijs, quæ distributura, & datura est ipsis DD. Auditoribus, qui adeò integrè procedunt,

35 & procedi volunt, † vt si, vna pars desisteret in communicando parti suæ contrariæ, vel in solum, vel in parte, dicta iura, & scripturas, acerrimè contra similia committentes irritentur.

36 Volunt enim, quod iura † aperta sint omnibus; & quod in meridie ambuletur, vt vnaquæque partium, posit cum luce solis bonum, vel malum ius cognoscere, respondere, & sua iura deducere.

Sequens dies ab ipsis R.Dominis, nul-

37 la † admissa audientia, remotis Arbitris, studio causarum cõsumitur, & successiua summo mane decisioni illarum, quæ proponuntur, condonatur.

38 Digressus sum longe † à via, in qua eram: sed placet digressio, ex ea enim nouimus quomodo procedatur in obtinendis, & disputandis dubijs, & quomodo procedatur in obtinendo eorum resolutiones.

39 Disputato dubio, † quãdo Rota videt litteras executoriales cum nominatione Censuratum relaxatas, fuisse legitimè præsentatas, & fuisse in actis reprodu-

40 ctas, † & vlterius quod fuerunt seruati quatuor termini, de quibus supra ad docendum de paritione, sine difficultate resoluit pro concessione declaratoriæ, vt docet *decisio Gandauen. exemptionis 22. Iunij 1648. coram R. P. D. Ceso in folio, & in Cesar-Augustana distributionum, seu attentatorum 25. May 1646. coram R.P.D.Cerro, pariter in folio.*

41 Et debet etiam aduerti, † quod seruatis eisdem modo, & terminis, Rota dat declaratoriam, etiam ob nõ paritionem mandato de manutenendo, vt in *Inuenacen. seu Melfiten. bonorum prima Iuly 1647. coram Eminentissimo D. meo Corrado in folio, & in Barchinonen. iurisdictionis 5. Iuly 1649. coram R.P.D. meo Bichio in folio.*

De

De pluribus alijs casibus, in quibus datur declaratoria.

Art, IV.

42 ET simili modo datur † ob non paritionem mandato, pro purgatione attentatorum relaxato, vt est casus in *Colonien. Vicariæ. 14. May 1649. coram Eminentissimo D. meo Otthobono in folio.*

43 Datur etiam † contra Tutorem; *vt in causa Romana, seu Albinganen. bonorum prima July 1648. coram R. P. D. meo Cerro in folio.*

44 Non datur contra Capitulum, † Clerum, aut Vniuersitatẽ, nisi constet, quod litteræ executoriales, fuerint ipsis collegialiter præsentatæ, *Rota in Marsicen. Iurisdictionis 10. May 1649. coram R. P. D. Bichio in folio.*

45 Datur tamen contra † particulares, qui de facto illis se opposuerunt, & contradixerunt, *Rota in dicta Marsicen. coram dicto R. P. D. Bichio.*

46 Seruantur tales termini † ad reddendam Partem contumacem: quod digno-
47 scitur, quia istis seruatis probata † dicitur negatiua nõ paritionis eo ipso, quod per alteram Partem, non probatur affirmatiua. *Rota in Pampilonen. decimarum de Verastegui. 12. Juny 1649. coram bonæ memoriæ Arguelles in folio.*

48 Et proceditur, etiam si agatur † non præsentatis litteris personaliter, quando reus dolosè latitaret, quia tunc sufficit præsentatio modo, & forma data superiùs, quando locuti sumus de executoribus, sub *titulo de iudic. in partic. de S. Rota.*

49 Nec est necessaria præsentatio † dictarum litterarum per Cursorem, seù mandatarium, sed sufficit, quod fuerint præsentatæ à Parte, cum præsentia Notarij, & testiũ, vel quod aliàs iustificetur scientia illarum, vt pariter dictum est supra per *Rot. in dicta Cesar-Augustana distributionum, seù attentatorum 26. Maij 1646. coram R. P. D. Cerro in folio.*

50 Dantur etiam declaratoriæ † contra Successorem in beneficio; quando fuit priùs processum contra Antecessorem, si litteræ executoriales præsententur dicto Successori. quia etiam dictus Successor afficitur succumbentia sui Antecessoris, *Rota in Tarraconen. Primitiarum die 26. Iunij 1649. coram Reuerendissimo D. Dunozetto in folio.*

51 Et practicatur, quod quando † agitur contra Capitulum, tunc datur excomunicatio contra singulos Canonicos, & interdictum contra Capitulum, *Rota in Ampurien. & Ciuitaten. electionis Vicarij. 26. Iunij 1648. coram R. P. D. Meltio in folio.*

52 Et dantur non solum † ex non obediẽtia, verum etiam ex repugnantia, *Rota in Hispalen. decimarum 19. Iuny 1648. coram eodem R. P. D. Meltio in folio.*

53 In summa, declaratoria † datur semper, & quandocumque mandatum Rotale fuit legitimè intimatum, & seruatis quatuor terminis non docetur de paritione, *Rota in Aquilana Beneficy 4. Marty 1625. & in vna Camerinen. Prady 13. Ianuarij eiusdem anni coram bonæ memoriæ Remboldo in folio.*

54 Quid autem † dicendum si quis, quando petitur contra ipsum declaratoria, ipse peteret admitti ad beneficium capituli, Odoardus de solut. an deberet admitti? Videnda est *Rota in Hipporegien. Cappellaniæ decima Decembris 1623. coram dicto bonæ mem. Remboldo in folio.* Vbi etiã videtur, quid requiratur ad illud obtinendum.

55 Et debet animaduerti, † quod si quis ad-

aduersus litteras declaratorias Rotę, adit Signaturam, ostendit animum contumacem contra resolutiones Rotæ, vt in causa *Leodien. Abbatiſſatus 8. Aprilis 1644. coram R. P. D. Ghisleno in fol. & antea in Vrgellen. Canonicatus 9. Nouembris 1634. coram bon. mem. Pirouano etiam in folio.*

De Iudice censurarum, & earum differentia.

Artic. V.

56 *Iudex quilibet Ecclesiasticus potest procedere ad censuras.*
Auditores Nunciorum, an sint iudices Ecclesiastici, & teneantur ostendere suas facultates. ibid.
Vicarij Episcoporum, & Capitulorum, an sint iudices Ecclesiastici, & suas facultates ostendere teneantur. ibid.
57 *Censura si infliguntur à lege, est necessaria trina monitio.*
58 *Citatio an requiratur quando quis denunciatur excommunicatus.*
Et quid quando discutitur factum, vt quis dicatur excommunicatus. ibid.
59 *Citatio an requiratur in excommunicatione legis.*
Et quid in excommunicatione lata ab homine. ibid.
60 *Citatio prædicta quibus casibus non sit necessaria.*
61 *Legati Sedis Apostolicæ, & Nuncij sunt iudices ordinarij.*
62 *Auditores Rotæ sunt iudices ordinarij, & citant per totum orbem.*
63 *Declaratoria quando non requiratur, sed sufficiat denunciatio contra excommunicatũ.*
64 *Terminus quinam præfigatur in facto notorio.*
65 *Denunciatio fertur elapso termino ad se iustificandum,*
Declaratoria non requiritur, vbi non est necessaria citatio. ibid.
66 *Excommunicati vigore bullæ cœnæ quo termino declarentur.*

56 QVilibet Iudex Ecclesiasticus † potest procedere ad Censuras, & inter istos iudices connumerantur Auditores Nunciorum, Vicarij Episcoporum, & Capitulorum Sede vacante, qui nec tenentur ostendere suas facultates; Sed sufficit, quod sint in quasi possessione iurisdictionis ordinariæ, & pro talibus communiter habeantur *Rota in Leodien Censurar. 7. Decemb. 1616. coram bon. mem. Remboldo in folio.*

57 Quando Censuræ † infliguntur à lege, est necessaria trina monitio, & tunc requiritur citatio, quando debet discuti factum, propter quod, quis dicitur excõmunicatus. † Secus vbi quis denunciatur
58 talis, vt magis innotescat, & euitetur à Christi fidelibus propter eius excommunicationem.

In excomunicatione autem legis, an
59 † requiratur citatio, declaratur à supradicta *Leodien. Censurar.* vbi, quod videtur necessaria tantum in excomunicatione lata ab homine.

60 Et quod non sit necessaria citatio; † Primo, quando non patet tutus accessus, quia sufficit domi dimissa copia, vel per affixionem: secundo quando reus de citatione notitiam habuit, citatus dicitur; vide.

61 Habetur etiam, † quod Nuncij, & Legati Sedis Apostolicæ sunt Iudices ordinarij Censurarum *Rota in dicta Leodien. coram Remboldo.*

62 Habetur vlterius ibidem, quod † Auditores Rotæ, sunt Iudices, ordinarij, & citant per vniuersum Orbẽ in Procedẽdo.

63 Et quod quando excomunicato † nulla defensio competit, non requiritur sententia declaratoria, sed sufficit sola denunciatio.

64 Et quod in facto notorio, præfigitur
65 terminus ad excusandum factum, † & se iustificandum, & quod illo elapso proceditur ad denunciationem, absque alia declaratione: & ratio est, quia vbi non est necessaria citatio, ibi non requiritur sententia declaratoria.

66 Qui contra formam † bullę Cœnę Domini, aliquid faciunt, excomunicationẽ incurrunt; & declarantur, si in termino monitionis nihil iustificant pro excusatione legitima.

An, & quando à Declaratoria detur appellatio.

Artic. VI.

67 *Appellatio non suspendit excommunicationẽ à lege inflictam.*
68 *Appellatio quando suspendat appellantem à censuris contra declaratoriam censurarum.*

Nec

67 NEC appellatio † suspendit excommunicationem à lege inflictam.

68 Et opinio *Achillis de Grassis*,† quod.s. ap
pellatio suspendat appellantem à censuris
contra sententiam declaratoriam censu-
surarum, non habet locum, quando fa-
ctum est notorium, quia tunc potest pro-
cedi ad denunciationem, *Rota in dicta Leo-
dien.de qua supra*: Differt enim excõmuni-
catio inflicta ab homine, & inflicta à lege,
*Rota in dicta Leodien-Censurarum.7. Decẽb.
1616.coram bon. memoriæ Remboldo in folio.*

De Aggrauatoria, & Reaggrauatoria.

Art. VII.

69 *Aggrauatoria, & reaggrauatoria quando, & quomodo detur.*
70 *Excommunicatus persistens in excommunicatione, ad quid citetur, & qualiter.*
71 *Decretum quodnam fiat citationi aggrauandi, & reaggrauandi excommunicatum.*

69 AGgrauatoria, † & reaggrauatoria,
quando, & quomodo detur, potest
videri apud d. D.Gratiosum loco supra-
dicto, vbi, quod qui persistit in excom-
70 municatione,† citatur ad videndũ excõ-
municationem aggrauari, & reaggrauari,
& literas aggrauatorias desuper necessa-
rias, & opportunas per D.decerni, & rela-
71 xari ad p. d. Et multi addunt † secun-
dum facti contingentiam vltra aggraua-
ri, & reaggrauari; etiam verbum inter
dici vsq. ad inuocationem brachij sæcu-
laris. & Primo obtinetur decretum. Facta
reproductione literarum declaratoriam,
nisi ad p. d. & expectantur decem dies
ab vno ad alium terminum grauatoriæ
reaggrauatoriæ, & brachij sæcularis, vt
apud *d.Vbert. par.5. form.7. pro execut.rei
iudicata.* & annuimus supra.

De Recursibus ad Iudices Laicos, & quomodo probentur.

Art. VIII.

72 *Recursus ad iudices laicos est detestabilis ob Bullam Cœnæ Domini.*
73 *Contumacia, & inobedientia dicitur probata in recurrentibus ad Iudices laicos.*
74 *Ecclesiastici debent in exemplum aliorum esse modestiores.*
75 *Recursus ad iudices laicos à quibus præsumantur procurati.*
76 *Recurrens ad laicos iudices contra mandata Rotalia, an incidat in Bullam Cœnæ.*
77 *Absolutio ab excommunicatione Bulla Cœnæ ob recursum ad laicos qualiter detur.*
78 *Remissoria ad probandos recursus ad iudices laicos aliquando fuit data.*
79 *Recursus ad iudices laicos non consũmatus nõ infligitur bulla cœnę.*
80 *Excommunicatus ex Bullæ cœnæ ob recursũ ad laicos, arcetur à noua audientia.*
81 *Et an audiatur excipiens, aut appellans.*
82 *Remissoria denegatur illi, qui incidit in censuras ob recursum ad laicos.*
83 *Recursus ad laicos probatur, si adhibitus à Procuratore ratificetur à principali.*
84 *Ratificatio, an habeat vim specialis mandati.*
85 *Recursus ad laicos probatur, si scriptura recursus penes principalem reperiatur.*
Ratificatio, an inducatur ex retentione scripturæ.
86 *Recursus ad laicos probatur, si sciens illi statim non renunciauit.*
Ratificatio, an inducatur ex non renunciatione.
An excusetur, aliqua ex consuetudine. ibid.
87 *Recursus ad laicos præsumitur etiam per mãdatum procuræ factum in personam recurrensis.*

72 REcursus † ad Iudices laicos semper
fuerunt detestabiles, adeo, vt recur-
rentes dicantur incidisse in excommuni-
cationem cõminatam in *Bulla Cœnæ Do-
mini, de qua in Bullario nono tom. 3. constit.*
73 *62.num.13.*† Et in eis dicitur probata cõ-
tumacia, & expressa inobedientia; non
solum contra sæculares, verum fortiùs
contra Ecclesiasticos, qui ad exemplum
74 aliorum deberent esse modestiores: † &
Rota acriter conqueritur, quod ita tam
indecenter eius mãdata cõtemnantur; vt
est casus *in Gandauen. ex emptionis 22. Iu-
nij 1648. coram R.P.D. Celso in folio.*
75 Et præsumuntur procurati ab eo, † cu-
ius interest impedire mandata Rotalia.
76 Et quod incidatur in † excommunica-
tionem ex vi dictæ *Bullæ Cœnæ Domini*, est
alia decisio *in Pampilonen. decimarum de
Verastegui. 12. Iunij 1649. coram bon.mem.
Arguelles in folio.*
77 Qui vult absolui † ab huiusmodi excõ-
municatione, tenetur in omnibus obedi-
re, & reficere omnes expensas, etiam ex-
traiudiciales Procuratorum, & Aduoca-
torum, & Copistarum, & cuiuscunque
generis, & speciei fuerint, *vt in Vlixbo-
nen. Professionis. 27. Martij 1637. coram bo-
næ memoriæ Carillo in folio.*

Ad

78 Ad probandum tales recursus † fuit aliquando data remissoria, *vt in Terulen. Statutorum 27. Iunij 1649. coram Eminentiss. & Reu. P. D. Cardinali Otthobono in folio.*

79 Sed si † fuerint dumtaxat iactati, & nõ consummati, & ille non vsus fuerit illorum temeritate, quod iste non innodetur Censuris comminatis in dicta bulla Cœnæ Domini, dicit *Rota in Calaguritana beneficij de Logroño 19. Feb. 1640. coram R.P.D. Verospio in folio.*

80 Et qui incidit in talem † excommunicationem, arcetur à noua audientia. *Rota in Ampurien., seù Ciuitaten. electionis Vicarij. 26. Iun. 1648. coram R.P.D. Meltio in folio.*

81 Non auditur nec excipiendo, † & nec auditur appellans, præcipue, quando spreuit censuras, & non curauit absolui. *Roman. prætensæ absolutionis. 18. Iunij 1646. coram R.P.D. Meltio in folio.*

82 Denegatur etiam eidem † remissoria, etiam quod illam petat ad sui defensionem, præcipue si pluribus annis permansit in Censuris *Rota in Terulen. beneficij. 25. Maij 1644. coram eodem in folio.*

83 Probantur tales recursus † si adhibiti à Procuratore ratificentur à Principali:
84 † ratificatio enim habet vim specialis mandati, etiam in requirentibus speciale mandatum.

85 Item probatur, si penes † ipsum Principalem reperiatur scriptura dictorum recursuum, quia ratificare videtur, qui scripturam retinet.

86 Item quando quis sciuit † recursus, & statim non renunciauit, quia non renunciando dicitur ratificare.

87 Item quando Principalis facit † mandatum procuræ in personam eius, qui recursus fecit. Has coniecturas affert *Cæsaraugustana beneficii de Linares 27. Aprilis 1644. coram rad. Bichio in folio.* An autem recurrens ad iudices seculares possit aliquando excusari ex aliqua consuetudine, prout ex illa, quæ dicitur vigere in Regnis Galliæ, & Aragoniæ, videnda est decisio, apud Peniam decis. 377.

Quomodo & quando detur absolutio.

Art. IX.

88 *Excommunicatus ob recursum ad laicos non absoluitur, saltem sine paritione verbali.*
89 *Res corporalis, & incorporalis differunt.*
90.91. *Absolutio à censuris, an fiat ex patientia vel verbali paritione.*
92 *Mandatum si contineat factum, quomodo sit docendum de paritione.*
93 *Absolutio à censuris latis in curia non datur, nisi doceatur de paritione.*
94 *Amplia, etsi quod præstandum est pro paritione, non sit liquidum.*
95 *Declaratur vlterius, quid requiratur quando aliquid est adimplendum, soluendum, vel tradendum.*
96 *Protestatio qualiter fieri possit pro paritione ab illo, qui petit absolutionem à censuris.*
97 *Recursibus ad laicos habitis renunciandum est liberè à petente absolutionem.*
98 *Recursibus prædictis qualiter liberè renunciari possit.*
99 *Rota solet mitiùs agere dando declaratoriam contra Regulares.*
Patribus Iesuitis ante declaratoriam censurarum fuit datum tempus deliberandi, an vellent prius obedire.
100 *Excommunicatus, qui non audiatur nec agendo, nec excipiendo.*
101 *Excommunicatio datur etiam contra non obedientem sequestro.*
102.103. *Absolutionem petens à censuris, cogitur obtinere Breue absolutionis.*
104 *Oblatio de parendo, quando habeatur pro paritione.*
105 *Limita si factus fuerit aliquis actus contra mandatum.*
106 *Mandatum tractus successiui semel intimatum sufficit, etiam si veniat casus declaratoriæ.*
107 *Nec refert quod directè, vel indirectè contraueniat reus.*
108 *Obedientia fit per reuocationem actorum, & quo casu.*
109 *Excommunicatus ob non paritionem mandati rotalis, an possit absolui per Rotam.*
110 *Excommunicatus prædictus non absoluitur, nisi pareat iudicato.*

88 SI quis † excomunicatus desiderat absolutionem, iste talem absolutionem, & subleuationem non poterit obtinere ex sola patientia; sed requiritur saltem
89 paritio verbalis: † sit enim differentia inter rem corporalem, & incorporalem,
90 † vnde in vno casu sufficiet patientia, in alio vero est necessaria paritio verbalis; *Rota in Romana seù Albiganen. bonorum 1. Iulij 1648. coram R.P.D. Cerro in folio.*

91 Ad declarationem præmissorum, † est videnda etiam prædicta decisio in causa *Ampurien. & Ciuitaten. electionis Vicarij. 20. Octobris 1649. coram R.P.D. Meltio in fol. & curiosius Pen. decis. 377. & 378.*

Quando

92 Quando mandatum † continet factum quomodo sit docendum de paritione, dicit *Rota in Ampurien, & Ciuitaten electionis Vicar. 26. Iun. 1648. coram R.P.D. Meltio in folio.*

93 Hoc tenendum pro constanti, † quod nunquam datur absolutio à censuris latis in Curia, quando illæ sunt validę, & iustæ, nisi doceatur de Paritione, *Rota in Vicen. portionis. 18. Martij. 1639. coram Reuerendissimo Domino Dunozetto in folio.*

94 Etiãsi quod præstãdũ † est pro paritione non sit liquidum, quia tunc debet Reus excommunicatus comparere, & offerre se daturum, & facere depositum alicuius paruæ quantitatis, & se obligare in forma Cameræ dare residuum, facta liquidatione, *Rota in dicta Vicen. coram Reuerendissimo Dunozetto.*

95 Et semper quando † aliquid est implendum, & soluendum, vel tradendum, requiritur obedientia verbalis, depositum, & obligatio *Rota in Tarraconen. Primitiarum 1. Iunij 1640. coram Reuerendissimo D. Dunozetto in folio.*

96 Qui peroptat † modum obediendi, poterit ex infrascriptis, addendo, & minuendo, dummodo non minuatur honor, quinimò ille augeatur Tribunali; habere formulam necessariam: videlicet Sequendo opinionem Sacræ Rotæ Romanæ super modo præstandi obedientiam debitam apud bonæ memoriæ Cardinalem Seraphin. & deinde apud quam plures Sac. Palatij Auditores, & præmissa protestatione (quod ipse comparens facit, & faciet Infrascriptum actum præstantionis patientiæ, obligationem, & depositum metu mandati, Censurarum, grauatoriæ, & reaggrauatoriæ, & inuocationis auxilij brachij sæcularis, & non aliàs &c. & cũ declaratione, quod ipse Comparens per hoc, non intendit præiudicare legitimæ possessioni, ac manutentioni, & alijs omnibus, & singulis iuribus quomodolibet competentibus suo Principali; & quod ipsi Aduersario non intelligatur acquisitum ius aliquod, neque immaginabile, aut facta illius melior conditio; nec quod ipse aduersarius ex his intelligatur acquisiuisse, seu acquirere potuisse aliquam possessionem manutenibilem: sed quod ex eis intelligatur declaratum dũtaxat, quod dictus suus Principalis catholice viuit, & viuere cupit in communione fidelium, & Sanctæ Matris Ecclesiæ. Quodque maxime mandata Rotalia, & Sanctũ Tribunal reueretur, & quod in tantum hoc facit, in quantum certus est, quod non obstantibus Infrascriptis præstatione patientiæ, deposito, & obligationibus, ipse nihilominus non intelligetur dimisisse possessionem, nec spoliatus ea, nec iuribus ipsi competentibus remanebit. Quinimò ipse declarauit, & declarat, quòd nullo modo vult quod suus Principalis; pro spoliato habeatur, sed quod potius sit cõseruatur omni meliori modo prout debet, & iure potest, sal tem animo possessionis beneficij, de quo agitur, & iurium suorum; & quod per quamcumque declarationem, aut tacitam, aut expressam, aut quemcunque actum, etiam, quod ille videatur contrarius, non intelligatur illi, & illis præiudicatum: quia omnia dixit facere, & facturum, & in Curia, & extra, vi, & metu præmissorum, non autem de eius libera, certa, & deliberata voluntate, aut animo, quia nisi ad fuisset, & ad esset metus prædictus infrascripta numquam egisset, aut ageret. Qua protestatione semper salua, & non a ias &c. nomine dicti sui Principalis, vigore mandati Procuræ specialiter facti, quod facto dedit tenoris &c. Præstitit, & præstat patientiam, quod Reuerendissimus D. Cameræ Apostolicæ Commissarius, siue eius legitimus Procurator pacifice adipiscatur possessionem perpetui simplicis beneficij sub inuocatione. S. N. in Ecclesia Parochiali loci nuncupati A. Diœcesis B olim vacantis per obitum C. illius dum viueret vltimi Possessoris, extra Curiam defuncti, & promisit dictum suum Principalem nullum esse præstiturum impedimentum, quin d. Dominus Commissarius; seù eius legitimus Procurator pacificè dictam Possessionem adipiscatur; & vlterius promisit, et se obligauit, quod d. suus Principalis restituet dicto Reuerendissimo D. Commissario, seù eius legitimo Procuratori, prout de Iure, omnes fructus, & totum id, quod dictus. N. ex dicto beneficio constabit percepisse, vna cum expensis in causa legitimu factis; secuta tamen prius licita, & legitimam liquidatione; & pro nunc deposuit pænèsme Iulium vnum, & promisit, quod dictus suus Principalis soluet, seù restituet residuum, statim secuta legitima liquidatione. Pro quibus &c. Dictus D. Procurator obligauit dictum suum Principalem, eiusque hæredes, & bona in ampliori forma Cameræ Apostolicæ, protestans, quod prædicta protestatio intelligatur repetita in quacumque parte huiusmodi actus, sicque tactis &c. Iurauit &c. super quibus &c.

97 Sed [illegible] est, quod † si fuit renũ ciat[illegible] recursibus, renunciatio debet esse libera, & absque cautela; quia si adesset aliqua protestatio, aut cautela; inde resultaret animus contemnendi Claues Beati Petri, & spernendi censuras Ecclesiasticas.

98 Igitur renunciatio, † vt liberè fiat poterit esse huiusmodi. D.A. Procurator D. B. prout docuit de speciali instrumento Procuræ, liberè renunciauit, & renunciat recursibus habitis per ipsum, seu eius Procuratores ad Iudices sæculares, promisitque illis nullo vnquam tempore vti, nec eorum vigore se, aut aliũ eius nomine, vllo vnquam tempore impedimenta præstiturum, quin Dñs cameræ Commissarius pacificè adipiscatur possessionem Beneficij &c. Quinimo quodcumque impedimentum eius nomine prouenturum, ipsum esse remoturum, ita, & taliter, quod ab ipso, nec suis illorum vigore dictus Reuerẽdissimus Commissarius, seù &c. Impedimentum aliquod non erit habiturus, & sic tactis &c. super quibus &c. Informa Cameræ Apostolicæ &c.

Si fortè ista formula, qua ego sum vsus, & alij etiam vsi sunt alicui non placeret, non deerit modus, si decisiones indicatas videre non indignabitur. Ego enim dico, quæ expertus sum; ille poterit doctiùs experiri: facile enim est inuentis addere, & inuenta in meliorem formam redigere.

Rota, [illegible] est danda declaratoria,

99 † contra R[illegible] ares obedire recusantes, [illegible] solet agere, præfigendo illis aliquod tempus, ad effectum, vt possint deliberare, an velint obedire, vt quoad Patres Iesuitas resolutum fuit in causa *Hispalen. decimarum. 19. Iunij. 1648. coram R.P.D. Meltio in folio.*

100 Sed excommunicatus, qui † [illegible] spsit Claues Sancti Petri; non [illegible], vt annui, nec agendo, nec ex[illegible], *vt in Romana prætense absolutio[illegible] Iun. 1646. coram eodem inter vaga[illegible]*

101 Excommunica[illegible] m † datur inter cætera etiam [illegible] dum, qui non vult obedire seque[illegible] Rotali, *vt in Cracouien. Præpositura S[illegible] Floriani. 13. Februarij 1651 coram R[illegible] P. D. Bichio in folio.*

102 Et qui [illegible] cogitur obtinere breue absolutioni[illegible] in *Beneuentana Parochia[illegible] 1649. coram R. P. [illegible] o non [illegible]*

103 [illegible] † quod supra dixi in [illegible] quo [illegible] excommunicatus, & de[illegible] onem, *Ex ampurien. seù Ciuitaten. electionis Vicarij. 26. Iunij. 1648. & 20. Octobris 1646. coram R.P.D. Meltio in folio.* Sequendo vltimam decisionem quæ emanauit in *eadem causa 13. Martij. 1651. coram eodem in folio.*

Sciendum est, quod quando mandatũ

104 Rotale † continet solam obedientiam, & non aliquem actum politiuum, sed tantum præceptum prohibitiuum, tunc oblatio deparendo habetur pro paritione;

105 sed si fiat aliquis † actus, qui contraueniat mandato Rotali, non sufficit dicta oblatio, quia tunc non solum præstanda est patientia de præterito, sed etiam pro futuro, & si mandatum habet tractum successiuum, successiua etiam debet esse

106 paritio; etsi † d. mandatum habet tractum successiuum, & fuit semel intimatũ, non est opus denuo intimare ad effectum vt si Reus contrauenerit detur. publicatio declaratoriæ.

107 Nec est curandum, an quis † contraueniat directè, vel indirectè; quia eadem est ratio in vtroq. modo.

108 Vt autem innotescat † modus obediẽdi, sciendũ est; quod fit per reuocationem actorum factorum cõtra dispositionẽ mandati Rotalis, *vt in eadem decisione.*

109 Excommunicatus, quoque † ob non paritionem mandato Rotali, non potest absolui per Rotam ad cautelam, sine co-

100 missione speciali, † etsi vult pure absolui, neque potest nisi parito iudicato, quia à Censuris latis in Curia non datur absolutiõ, nisi p[illegible] e præcedente, vt fuit decisum *in Alerien. beneficij 19. Decembris 1[illegible]4. decis. 8[illegible]. coram bonæ memoriæ Bu[illegible] & dec. 621. parte 2. & dec. 629. par. 3 [illegible].*

De Restitutione in integrum.

Cap. I.

Qualesit remedium restitutionis in integrum.

Artic. I.

1 *Sententia, & processus non semper impugnatur remedio nullitatis.*

2 *Sententia non semper impugnatur appellatione, vt in [illegible] esforio.*

3 *[illegible] a non impugnatur appellatione vltra duas vices, vel lapsis fatalibus.*

4 *[illegible] entia vltimo loco impugnatur restitutione in integrum.*

Re-

5 *Restitutio in integrum non datur durante remedio ordinario.*
6 *Restitutio in integrum est remedium subsidiarium.*
7 *Statutum prohibens appellationem non tollit restitutionem in integrum.*
8 *Quia tollit remedium iuris communis, & nõ iuris specialis.*
9 *Restitutio in integrum datur suppl. impetrata & gratia Principis.*
10 *Restitutio in integrum plus dependet à iure, quam à Principe.*
11 *Princeps non potest iustè negare restitutionẽ in integrum.*
12 *Excommunicatus, an petere possit restitutionẽ in integrum.*
13 *Restitutio in integrum est in pristinum statum repositio.*
14 *Restitutio in integrum litem finitam facit reuiuiscere.*

VT clarius possit percipi infrascripta materia est notandum, quod non
1 semper † impugnatur, processus, & sententia via, & remedijs ordinarijs: quia
2 ritè processum fuit, † vel appellationis, tum ex natura causæ, vt in possessorio; tũ ob lapsa fatalia, aut quia bis appellatũ
3 † fuit, succurritur etiam litigatoribus, si vtuntur remedio extraordinario restitu-
4 tionis in integrum, *glos. in l. cui. C. si de moment. possess. Cassad. dec. 1. de restit. in integr. Vestr. lib. 8. c. de restit. integr. fol. 253.*
5 neque † concederetur si duraret remediũ ordinariũ *l. in causæ. ff. de minor. Rot. dec. 34. de appell. mino. Staphil. c. 13. fol. 309. & seq.*
6 Et cum id sit remedium † subsidiariũ statutum prohibens appellari, & reclamari à sententia, vel aliquid contra
7 † eam dici, aut recursus haberi, non tollit beneficium restitutionis in inte-
8 grũ, quia tollit solummodo † remedium Iuris communis, non autem iuris specialis. *Franc. in c. dilecto num. 169. ext. de*
9 *appell.* Et procedit † restitutio ex supplicatione impetrantis, & gratia Principis,
10 quæ dependet † potiùs à Iure, quam a
11 Principe, qui si eam denegaret † faceret iniustitiam: *Abb. in c. suscitata. extr. de restit. in integr. Cassador. decis. 1. de procur.*
12 In tantum, vt excommunicatus, † etiã principaliter eam petere possit. *Cassad. in Clem. 1. num. 11. de restit. in integr.* Cumq.
13 ista restitutio in † integrum dicatur esse in pristinum statum repositio. *l. quid Si minor. §. restitutio. ff. de minor. l. vnic. C. in integr. restitut. postul. glos. in d. cap. suscitata.*

14 Ideo si obtineatur, operatur, † quod lis finita reuiuiscit, *Vestr. lib. 8. c. vt lit. pend. fol. 271.*

Quibus, & quot modis petatur restitutio in integrum.

Artic. II.

15 *Restitutio in integrum multipliciter petitur, & quomodo.*
16 *Restitutio in integr. via exceptionis dicitur incidenter peti.*
17 *Restitutio in integr. via actionis, an principaliter, vel incidenter petatur.*
18 *Restitutio in integrũ, an sit necessaria aduers. laps. fatal. ad appellationem prosequendã.*
19 *Restitutio incidenter petitur via actionis aduer. sententiam latam super desertione.*
20 *Restitutio in integrum petitur etiam officio iudicis.*
21 *Restitutio officio iud. petita super resissione process. vel sententiæ dicitur principaliter.*
22 *Restitutio incidenter peti potest, etiam per Procuratorem, abs. uc speciali mandato.*
23 *Restitutio principaliter peti nequit absque speciali mandato.*
24 *Restitutio in integrum tam principaliter, quã incidenter qualiter obtineatur.*
25 *Termini qui sint seruandi in impetratione restit. in integrum.*
26 *Restitutio in integrum debet peti, & finiri infra quadriennium.*
27 *Sententia super restitutione in integrum elapso quadriennio est nulla.*
28 *Fallit si reus consentiret.*
29 *Quadriennium à quo debeat computetur in restitutione in integrum.*
30 *Quadriennium quomodo computetur à die læsionis pro Ecclesia.*
31 *Ecclesia post quadriennium restitutionem in integrum petere nequit.*
32 *Fallit si adesset fraus, vel alia legitima causa.*
33 *Restitutio datur Ecclesiæ enormiter læsæ etiã post quadriennium.*
34 *Restitutio in integrum an, & quomodo detur maiori.*
35 *Quadriennij lapsus, quando non præiudicet maiori.*
36 *Restitutio quando iterum concedatur maiori.*
37 *Tempus quando non currat impedito, & currens quando restituatur.*
38 *Impeditus ad probandum debet protestari de impedimento.*
39 *Impeditus nisi protestetur non excusatur*

15 PEtitur autem multipliciter restitutio,
vt puta via actionis, & exceptionis,
principaliter, & incidenter.
16 Via exceptionis semper dicitur † incidenter
peti; uia vero actionis aliquan-
17 do † principaliter, aliquando incidenter:
vel aduersus lapsum fatalium, ad appel-
18 lationem † prosequendam, quo casu non
est necessaria restitutio: aduersus senten-
19 tiam latam super desertione † dicitur peti
incidenter, via actionis. *Bisignet. decis. 1. de restit. in integrum. Rot. decis. 3. eodem. in antiq.*
20 Si vero petatur officio † Iudicis, non
via actionis, aduersus sententiam, & processum,
ad effectum eos rescindendi. *iux. l. quod. si minor. §. fin. ff. de min. Specul. in tit. de restit. in integr. § si quis autem. Abb. in c. cum ex litteris, extr. de in integr.* tunc
21 † dicitur principaliter *Bart. & Bald. in l. nam postea. §. si minor. ff. de Iur. Iur. Egid. concl. 502.*
22 Et quando petitur incidenter, † potest
etiam peti per Procuratorem, absque spe-
23 ciali mandato: principaliter vero secus.
Rot. dec. 2. de Procur. in nou.
24 Quando autem principaliter, & quã-
do incidenter petitur, quomodo procedi
25 possit, & qui termini seruandi, † sint, dicit
Egid. d. conclus. 502. Rot. dec. 3. & 4. de restit. in integr. in nou. Vestr. lib. 4. de dol. & contum. fol. 88. & d. lib. 8. de rest. in integr. fol. 263. & pluribus, & seqq.
26 Debetq. peti, eiusque causa finiri infra
quadriennium, *l. fin. C. de tempor. in integr. rest. cap. 1. de restit. in integr. in 6. Clem. vnic. eodem,* secundum magis communem
oppinionem.
27 In tantum quod, † elapso quadriennio,
sententia lata super restitut. esset nul-
28 la nisi Reus † consentiret. *glos. in d. Clem. Abb. in d. c. cum in litteris. Vestr. d. c. fol. 88. & 263.*
29 Et istud quadriennium, † computatur
à die vltimæ sententiæ latæ, *Rot. dec. 2. de rest. in integ. in nou. Staphil. c. 13. fol. 311 in fine.*
Si Ecclesia petat restitutionem aduersus
30 contractũ, quadriennium computatur à
31 die læsionis, neque post † quadriennium
32 restitutionem petere potest, nisi † interue-
niat fraus, vel alia legitima causa, aut es-
33 set enormissimè læsa, † quia tunc etiam
audiretur post quadriennium. *glos. in d. c. 1. & in d. l. fin. Cassad. decis. 1. de empt. & vend.*
34 Maior etiam legitime impeditus, † vel si
quadriennium lapsum est culpa Iudicis,
aut Aduersarij, vt puta, quia propter iustum
metum restitutionem in tempore
petere non potuisset, quadriennium non
35 curret, nec ipsius † lapsus, etiam maiori
præiudicat *d. c. 1. glos. in l. fin. & in d. Clem.*
36 aut saltem iterum † restitutio concedetur.
De huiusmodi materia, quando impe-
37 dito currat tempus, vel si currat, † quan-
do restituatur, est videndũs remissiuè *Felin. in c. pastoralis. extr. de except.*
Et est aduertendum in materia impe-
38 dimenti, quod impeditus, † cui fuit data
dilatio ad probandum, superueniente im-
39 pedimento, debet † protestari; aliàs non
40 excusatur, nisi impedimentum † proce-
deret ex parte Iudicis, vt inquit *Bart. in l. superandum. §. sin autem. C. de Iud. Felin. in cap. ex ratione. extr. de appell.* Vel nisi sit
41 adeò notorium, quod non requirat pro-
bationem, *Bart. Alex. & alij in l. 2. §. quia dicimus. ff. si quis caut.* Tunc enim debet
42 restitui, † latè *Afflict. dec. 50.*
43 In simili etiam casu † in beneficialibus
concederetur restitutio aduersus regulã
de triennali *Cassador. decis. 2. de restit. in integr.* Ideò petens restitutionem elapso
44 † quadriennio, debet in commissione a-
liquam causam exprimere; propter quã
debeat de iure restitui, & tunc signatur
45 commissio † cum clausula prouc de iure:
46 aliàs reicitur, debetque † fieri mentio la-
psus quadrienni; secùs cõmissio est nulla,
Vestr. lib. 4. c. de dol. & contum. fol. 88.

Mi-

47 Minori non † currit quadriennium
nisi à die lapsæ minoris ætatis, *Cassad. dec.*
2. de restit. in integr. Vestr. d. lib. 7. de restit. in
48 *integr. fol. 263.* Quamuis † minor, & Ec-
clesia in restitutione fere ambulent pari
passu. Est tamen in vno magis priuile-
49 giata † Ecclesia, nam si minor iurauerit
50 non contrauenire contractui, † non po-
test aduersus illum restitutionem petere,
auth. Sacram. puberum. C. si aduersus ven-
51 *dit.* Poterit † tamen petere restitutionem,
preuia absolutione à Iuramento; sed quã-
52 do petitur huiusmodi absolutio, † solum
ei aperitur os ad implorandum officium
Iudicis super restitutione, quatenus de
iure veniat illi concedenda; neque prop-
53 terea † censetur restitutus, sed solũ aper-
ta via ad restitutionẽ petendam. *Stapbil.*
c. 15. fol. 329.

Quibus ex causis restitutio in integrum concedatur.

Art. III.

54 *Absolutio à iuramento, qua causa iustè obtineatur.*
55 *Iuramentum non est vinculum iniquitatis.*
56 *Ecclesia petit restitutionem non obstante iuramento Prælati.*
57 *Commissio cum Clausula refectis expensis quando signetur pro restitutione in beneficialibus.*
58 *Restitutio non datur non citato, sed appellatio.*
59 *Commissio appell. non citato signatur cũ Clausula prout de iure.*
60 *Appellatio, quando non detur probata anteriori notitia.*
61 *Restitutio qualiter soleat concedi aduersus duas conformes, & earum rem iudicatam.*
62 *Restitutio qualiter concedatur aduer. tres latas per contradictas.*
63 *Restitutio aduer. rem iudicatam prætextu boni iuris, qualiter concedatur.*
64 *Probatio plena boni iuris, an requiratur in restitutione in integrum.*
65 *Clausula parito iudicato quid importet.*
66 *Remissoria qualiter concedatur post commissionem restitutionis.*
67 *Ampliatur etiam facta cessione possessionis in manibus iudicis.*
68 *Remissoria post commiss. restitutionis, quibus conditionibus concedatur.*
69 *Restitutio in integrum pauperi, quibus clausulis concedatur.*
70 *Paupertas, qualiter probari debeat à restituto in integrum.*
71 *Restitutio qualiter, & quando fiat ad appellandum Dño à Procuratore decepto.*
72 *Procuratoris malitia Domino obesse nequit.*
73 *Restitutio ad appell. de stilo non datur Domino à Procuratore decepto.*
74 *Commissio restitutionis non signatur gratiosè Domino à Procuratore decepto.*
75 *Causa Domini à Procuratore decepti, quibus clausulis committatur.*
76 *Restitutus, quia à Procuratore deceptus, an debeat docere de sua iustitia.*
77 *Restitutio qualiter detur Domino aduer. rem iudicatam mortuis procuratoribus.*
78 *Principalis negligens non efficitur, nisi intimetur ei mors procuratoris.*
79 *Restitutio non datur aduersus rem iudicatam per contradictas vno procuratore superstite.*
80 *Principalis sibi imputet absentiam procuratoris.*

ERit autem iusta causa eam obtinen-
54 di, si de dolo, † & iniquitate euidẽ-
ti contractus arguatur, cum iuramentum
55 non sit vinculum † iniquitatis, *c. si vero.*
de Iur. Iur. Anchar. cons. 83. & 180. Stapbil. d.
56 *c. 15. d. fol. 319.* Ecclesia etiam † si Præla-
tus iurasset non contrauenire, potest re-
stitutionem petere, *c. sicut. extr. de Iur. Iur.*
glos. in c. si quis extr. de reb. Eccles. non a-
lienand. glos. & Gemin. in d. c. 1.

Quando igitur petitur restitutio in in-
tegrum in beneficialibus aduersus vnicã
57 Sententiam † latam per contradictas, &
Orator fuit personaliter citatus, signatur
commissio cum clausula refectis expen-
sis, *argum. c. exceptionem. extr. de excep.*

Si non fuit personaliter citatus, etiam
si duę sententiæ latæ sint, non indiget re-
58 stitutione; sed datur † appellatio à die
59 habite notitiæ; & signatur † commissio
cum clausula prout de iure; quia si pro-
60 baretur † anterior notitia, non daretur
appellatio, *Rot. dec. 16. de dol. & contum. in*
nou.

61 Aduersus duas † conformes, & earum
rem Iudicatam, restitutio in integrum,
solet concedi cum clausula sine præiudi-
cio legitimæ executiunis, vel duarum
conformium.

Et aduersus tres latas per contradictas,
etiam contra non personaliter citatum,
propter nimiam cõtumaciam, dummodo
non allegetur iusta causa excusationis,
62 † sed solummodò bonum ius, signatur Co
missio cum clausula parità iudicato,
& constitò de bono Iure *l. Fulcinius. &*
l. fin. ff. ex quib. caus. in possess. formul. commis. de repara. caus. 3. Vestr. lib. 4. c. de dol. &
contum. fol. 88. & lib. 8. c. de restit. in integr.
fol. 293. Stapbil. c. 13. fol. 310.

Idem

Idem obseruatur, si aduersus vnicam sen-
63 tentiam, quæ transiuit † in iudicatũ latã
parte, vel eius Procuratore præsente,
petatur restitutio prætextu boni Iuris,
non autem impedimenti, additur.n.sem-
per clausula parito iudicato, & constito
64 de bono iure † per *Capit final. ex. de rest.*
spoliat. licet tunc non requiratur plena
probatio boni iuris. *Egid.conclus.38.*
65 Importatque † huiusmodi clausula
dimissionem possessionis, & restitutioнẽ
fructuum, & expensarum, *c.fin. extr. de*
rest. spoliat. Clem. vt calumnijs de re. Iud.
Vestr.d.fol.88.& 263.Staphil.d.fol. 310. In
66 tantum,† quod si post commissionem
restitutionis fuisset petita remissoria, co-
cederetur arbitrio Iudicis, etiam † si in
67 eius manibus cessisset possessioni, & illa
68 debet concedi conditionaliter † videli-
cet, si constiterit Iudicibus remissoriali-
bus restitutum,realiter, & actualiter pos-
sessioni cessisse *d.Formul. commiss. de Cu-*
mul. diuers.Iudicior.45.
Sed si, orator allegat paupertatem,
69 † tunc etiamsi sint tres sententiæ latæ
parte citata, loco dictæ clausulæ parito
Iudicato, apponitur clausula dimissa pos-
sessione, reseruatisque fructibus,& expẽ-
sis in fine litis, & constito de Oratoris
paupertate.*argum.l.si Procuratorem. §. si*
ignorantes. ff.mandato.eodem. c. fin. Staphil.
d.c.13, fol 310. Nec sufficit tunc probare
70 paupertatem per proprium iuramentum,
sed requiritur aliûde legitima probatio;
Staphil. c.23. fol. 350. *nu.* 10. Et ad præ-
missa est videndus *Cassador. dec.* 10. *de re-*
script.
71 Si aduersus tres conformes, † vel duas
quæ transiuerunt in iudicatum, vltra bo-
num ius allegaretur iustum impedimen-
tum, proueniens à iure communi, vt quia
principalis fuisset deceptus à Procurato-
re, qui dolo, vel negligentia, non ap-
pellasset; quia malitia Procuratoris, non
72 † debet Domino obesse, si Procurator nõ
sit soluendo, Dominus debet restitui
ad appellandum de Iure Communi, *Rot.*
dec. 25. in fin. de appell. in nou.
73 Licet de stylo Curiæ ‡ contrarium
obseruetur *Cassad.dec.5.de appell.& dixi in*
74 *c.de appell.* Ideo tali casu † commissio non
signaretur gratiosè, prout in beneficiali-
75 bus; sed eius causa committeretur, † cũ
clausula, prout de iure, debetque tunc
76 † aliqualiter Orator docere de sua iusti-
tia, etiam quoad negocium principale,
Egid. conclus. 38. Vestr. d.fol. 263. Staphil.
c.13. fol.311.
Et cum alias Reus constituisset tres
77 Procuratores, qui per octo annos nihil
fecerãt in causa, eisque mortuis Actor
obtinuisset rem Iudicatam, fuit concessa
restitutio in integrum, sine d.clausula
parito iudicato, vt testati mihi sunt se-
niores Procuratores ab initio meæ pro-
fessionis; ratio autem fuit, quia Domi-
78 nus † negligentia notari non potuit, ex
quo mors Procuratoris secundum stylũ
S.Rotæ ei intimata non fuerat *Rota decis.*
191.*p.2. recent.* & hic stylus notatur ex
equitate tribunalis, alias.n. coram A. C.
contrarium dixit *in Perusina bonorum* 23.
Iunij 1651. coram rpd. meo Celso non im-
79 *pressa.* Quod si duo tantum mortui fuis-
sent, & contra tertium absentem docto
de absentia per contradictas res iudica-
80 ta obtineretur, non daretur † restitutio,
quia sibi debet imputare eligendo tales
Procuratores.

Quomodo detur restitutio in pro-phanis.

Artic. IV.

81 *Restitutiones in integrum gratiosæ in benefi-*
cialibus conceduntur.
82 *Restitutio gratiose, nunquam conceditur in*
prophanis.
83 *Restitutio in prophanis datur quandocumque*
petatur aduersus vnicam, & non appella-
bilem.
84 *Declaratur talem commissionem signari cum*
clausula prout de iure.
83 *Fallit aduersus lapsum instantiæ statutariæ, et*
quare.
86 *Restitutio in secunda instantia, datur cũ clau-*
sula refectis expensis.
87 *Restitutio contra tres conformes, committitur*
prout de iure.
88 *Restitutio commissa appellatione cõmittitur iu-*
dici ad quem.
89 *Restitutio non commissa appellatione commit-*
titur iudici à quo.
90 *Restitutio via ordinaria petenda quomodo pe-*
tatur.
91 *Restitutio in integrum coram quo iudice regu-*
lariter petatur,
92 *Restitutio aduersus sententiam Episcopi, an*
peti possit coram Vicario.
Restitutio aduersus sententiam Vicarij peti
permittitur coram Episcopo. ibid.
93 *Restitutio spoliatori nunquam conceditur in*
causis spolij.
94 *Restitutio quando detur spoliato cum clausula*
refectis expensis.
95 *Fallit in paupere, quia reseruantur in fine*
litis.
96 *Restitutio ad prosecutionem, an detur ce[illegible]nti*
liti, & causa propter impotentiam.

97 *Lis per cessionem finitur.*
98 *Lis finita non debet per Principis rescriptum resuscitari.*
99 *Regressus, cedentibus actiones suas, ad eas negatur.*

81 PRæmissa procedunt † in beneficialibus, in quibus restitutiones gratiosę conceduntur, In profanis autem num-
82 quam † conceditur restitutio gratiose;
83 sed semper † quomodocumque petatur aduersus vnicam sententiam, quæ transi-
84 uerit in Iudicatum, vel alias non appellabilem, signatur commissio causæ restitutionis, cum clausula prout de Iure *Staphil. dicto fol.311. & c.15. fol.319. Vestr. d. folio 88. & 263.*
85 Præterquam aduersus lapsum † instātiæ statutariæ, quia in prima instantia indistinctè, & simpliciter datur, addita tamen clausula, attento quod in prima, In se
86 cūda vero datur cum clausula refectis expensis, & contra tres conformes si petatur
87 à maiore committitur † cum dicta clausula parito Iudicato, si vero à minore, vel Ecclesia cum clausula, prout de Iure. *Cassad. dec.1. de restit. in integr. Vestr. dicto cap. fol. 263.*
Et quando committitur causa restitutionis, si fuit appellatum, & commissa
88 causa † appellationis, cum causa sit deuoluta, committitur Iudici ad quem, si verò
89 non reperitur commissa causa † appellationis, etiamsi fuit appellatum, committitur. Iudici à quo; & si petenda esset
90 via ordinaria, deberet etiam hoc modo coram eisdem Iudicibus peti *l. præses. vbi not. DD. C. de appell. Franc. in c. ex ratione*
91 *extr. eod. tit. Alias* regulariter debet restitutio peti coram Iudice illius, contra quē petitur. *l.2. C. vbi, & apud quos, Cardinal. Clem. p.n.13. de restit. in integr.*
92 Restitutio in integrum aduersus † sētentiā Episcopi, potest peti coram Vicario; & è contra, quia censetur idem Tribunal; *l. fin. vbi Bald. C vbi, & apud quē Franc. in c. dilecto num.48. extr. de appellat.*
93 In causa autem spolij † siue in prophanis, siue in beneficialibus, nunquam conceditur restitutio, prætenso spoliatori *Cassador. dec.2. de dilat. Put. dec. 16. & 17. de restit. in integr.*
Spoliato petenti restitutionem aduer-
94 sus sententiam absolutoriam, † latam pro spoliante, quæ transiuit in Iudicatum propter negligentiam Procuratoris, debito tempore non appellantis, datur; sed cum
95 clausula refectis expensis: † nisi alleget paupertatem, quo casu reseruantur in fine litis. *Staphil. c.22. fol.347. num.14.*
Cedenti etiam liti, & causæ propter
96 impotentiam soluendi regestrum † denegatur restitutio ad prosecutionem litis,
97 cum enim † per Cessionem fuerit finita *l.*
98 *post quam liti. C. de pact.* non debet † per rescriptū Principis resuscitari *l. causas C. de transact.* Neque cedentibus actiones suas
99 † est ad eas dandus regressus *l. quæritur §. si venditor. ff. de edil. edict. c. super hoc. extr de renun. Staphil. c.24. fol.353. in fine.*

An, & quando restitutio impediat executionem.

Artic. V.

100 *Restitutio regulariter impedit executionem de iure ciuili.*
101 *Restitutio de iure canonico impedit executionem si non adsit suspicio calumniæ.*
Alias fit executio cum cautione de restituendo in casu succumbentiæ ibidem.
102 *Restitutio gratiosè concessa, impedit executionem*
103 *Restitutio cum clausula prout de iure, an executionem impediat.*
Fallit si suspicio calumniæ subesset. ibidem.
Ampliatur siue restitutio petatur de iure communi, siue speciali. ibid.
104 *Ampliatur si conceditur minori, vel Ecclesiæ aduersus tres conformes.*
105 *Executio an, & quando impediatur etiamsi cautio offeratur.*

QVando ergo restitutio petitur, an impediat executionem, videtur
100 regulariter, † & generaliter dicēdum. quod impedit de iure Ciuili. *l. vnic. C. in integr. rest. postul. vbi Bald. & DD. in l.4. §. condemnatum. ff. de re Iud. & in l.3. §. si seruus. ff. de acqu. poss. ff. De iure* autem
101 Canonico, † ad hoc vt impediat, debet abesse omnis suspicio calumniæ, alias fit executio præstita cautione de restituendo in euentum succumbentiæ, *c. suscitata. vbi. Innoc. extr. de in integr. restit. Afflict. dec. 356.*
Sed magis particulariter distinguendo
102 dicendum est, quod si gratiosè † conceditur, vt in beneficialibus, impedit executionē. Quando vero eius causa cōmittitur
103 cum † clausula prout de Iure, regulariter, donec Iudex cognoscat, an sit concedenda, si non suberit suspicio calumniæ, siue pe-

petatur de Iure communi, vt à maiore, siue speciali, vt à minore, impedit etiam executionem *d. l. vnic. C. in integr. rest. post. & vt supra.*

104 Idemque obseruatur, † quando conceditur minori, vel Ecclesiæ aduersus tres conformes, prout semper fieri solet *d. l. 1. C. in integr. rest. postul. c. suscitata. vbi Abb. & alu. extr. de rest. in integrum Cassad. decis. 1. eodem tit. & dec. 5. in fin. de appellat.*

Si tamen executio pariat præiudicium irreparabile, vel sit inhibitum per Iudicē
105 † causæ restitutionis. Tunc etiam existēte suspicione calumniæ, etiamsi cautio offeratur, vt infra dicetur, impeditur executio *glos. & Abb. in d. c. suscitata Rota dec. 41. de appell. in nou.*

De termini præfixione ad docendum de causis restitutionis.

Art. VI.

106 *Terminus ad docendum de causis impediens executionem, quomodo detur, & quando.*
107 *Commissio ad dicend. causam quare debet restitui in quibus causis detur.*
108 *Executio fit elapso termino, & nihil deducto.*
109 *Termino præfixo si deducantur releuantes causæ, quomodo procedatur.*
110 *Appellandum an, quando, & intra quod tempus à die restitutionis.*
111 *Restitutionem debere fieri, vel non, non est expresse pronunciandum.*
112 *Termini perfixionis remedium quare adinuentum.*
113 *Auditores Rotæ possunt terminum præfigere ad docendum de causis impedientibus executionem.*
114 *Cautio de restituendo, debet dari petenti restitionem, si executionem patiatur.*
115 *Declaratur tamen circa negotium principale, & si petatur à iudice.*
116 *Cautio an præstetur ratione expensarum petēti restitutionem.*

SI autem executio fieri deberet circum-
106 scripta Inhibitione, datur † commissio præfixionis termini directa Iudici causæ restitutionis, ad docendum de causis impedientibus executionem, quo elapso modecetur Inhibitionem. *Vestr. d. c. 1. fol. 263.*

107 In alijs vero † causis datur commissio ad dicendum causam, quare debeat re-
108 stitui, quo elapso, si in termino † nihil deducatur præter bonū ius, fit executio, *Put. dec. 7. de rest. in integr.*

109 Si verò in termino † deducantur causæ releuantes, proceditur ad vlteriora, admittiturque ad appellandum, vel appellationem prosequendam, secundum
110 subiectam materiam, † & debet tunc ocator infra decem dies à die restitutionis habitæ, appellare, *Rot. decis. 62. de appell.*
111 *in nou.* Neque † requiritur, quod expressè pronuncietur petentem debere, vel non debere restitui, *Vestr. d. fol. 263.*

Fuit enim inuentum hoc remedium
112 præfixionis termini, ad euitandum † tot sententias, cum de iure communi debeat procedi per tres conformes. *Vant. c. quot. & infra quod temp. poss. n. 7.*

Possuntq. hodie Dñi Auditores Rotæ, absq. cōmissione noua huiusmodi termi-
113 nū præfigere in specie vigore *reform. Pij 4. superius indicata.*

Et licet de iure, quando fit executio contra petentem restitutionem, debeat
114 † præstari cautio de restituendo in euentum, quod obtineatur *d. cap. suscitata.*
115 Hoc tamen procedit † quo ad negocium principale, & dummodo petatur à Iudice, alias ex officio non tenetur. *Vestr. d. fol. 263.*

116 Ratione expensarum non † præstatur huiusmodi cautio, nisi ille, pro quo fit executio, esset pauper, aut suspectus de dilapidatione; *Abb. in d. c. suscitata Vestr. d. fol. 262.*

Quid sit probandum in causa restitutionis.

Artic. VII.

117 *Maior petens restitutionem debet probare impedimentum, & quomodo.*
118 *Maior petens restitutionem debet probare etiā læsionem.*
119 *Restitutio conceditur ad appellationem docto de legitima absentia.*
120 *Declaratur tamē absentem non legitimè defensum restitui in totum.*
Absens non defensus; dicitur nulliter condemnatus. ibidem.
121 *Declaratur tamen, et limitatur remissiuè ad Felinum.*
122 *Restitutio Ecclesiæ, & Reipublicæ datur probata læsione tantum.*
123 *Restitutio datur, etiam Ecclesiæ asserenti se esse læsam.*
124 *Restitutio potest peti ab Ecclesia, & republica per quadriennium.*

De-

125 *Declaratur etiam si tempus, quo fuerunt læ-*
sæ, sit minus quadriennio.
126 *Priuilegia restitutionis Ecclesiæ læsæ non*
competunt Prælato læso.
127 *Ecclesia quando, & aduersus quæ possit pete-*
re restitutionem.

MAior regulariter petens restitutio-
117 nem, debet ad eam † obtinendam
coram Iudice causæ restitutionis, non so-
lum probare impedimentum, & quod il-
lud fuerit causa immediata, cur non po-
tuit appellare, vel appellationem prose-
qui, *vt per Put. dec. 8. de restit. in integ.* sicu-
ti in simili notat *Stafil. cap. 10. fol. 301. in*
118 *fin.* Sed etiam † læsionẽ: ambo enim con-
currere debent, *Rot. dec. 5. de restit. in integ.*
in nouis.
Et si petatur aduersus sententiam
119 latam contra absentem, ex vltima † cau-
sa, debet statim docto de legitima absen-
tia, restitutio concedi ad appellandum, si
120 legitimè defensus fuit; † si autem non
fuit legitime defensus, restituitur in to-
tum; dicitur enim nulliter condemnatus.
Felin. in c. cũ Bertoldus extra de sententia, &
121 *re iudic.* Hæc tamen † conclusio debet in-
telligi, & declarari, vt per *Felin. ibid.* Ec-
122 clesiæ, & Reipublicæ, † sufficit probare
læsionem. *Specul. in tit. de restit. in integr. §.*
si quis autem Abb. in cap. ex literis extra
eodem tit.
123 Imo Ecclesiæ sufficit asserere † se esse
læsam, ad hoc, vt petere possit restitutio-
nem, daturque tam Ecclesiæ, quam Rei-
124 publicæ integrum † quadriennium ad
125 petendam restitutionem, etiamsi † tem-
pus in quo fuerunt læsæ, sit minus qua-
driennio, *Card. in Clem. 1. de restit. in in-*
regr. Afflict. dec. 175.
Aduertendum est tamen, quod priuile-
gia concessa Ecclesiæ, circa restitutionem,
126 competunt, † quando Ecclesia est læsa,
non autem si solum esset læsa persona Præ-
lati, ita quòd huiusmodi læsio Ecclesiæ
nocere non possit, quia tunc restitutio nõ
competit *Card. in d. Clem. 1 num. 14.* & la-
127 tè quando, & aduersus quæ † Ecclesia
possit petere restitutionem dicit *Card. in*
d. Clem. per totam.

Quando detur restitutio aduersus præ-scriptionem,

Art. VIII.

128 *Minori sufficit probare læsionem pro restitu-*
tione in integrum.
129 *Minor circa priuilegia restitut. pari passu am-*
bulat cum Ecclesia.
130 *Minor in vno est magis priuilegiatus, quam*
Ecclesia.
131 *Præscriptio extraiudicialis temporalis con-*
tra minorem non venit.
132 *Minor de iure non indiget restitutione aduer-*
sus lapsum temporis.
133 *Præscriptio extraiudicialis temporalis con-*
tra Ecclesiam currit.
133 *Ecclesia indiget restitutione aduersus lapsum*
temporis.
134 *Præscriptiones iudiciales currunt æqualiter*
maiori, & minori.
135 *Maior non potest restitui, nisi probet impedi-*
mentum, & læsionem.
136 *Minor indistinctè restituitur absque vlla*
probatione.
137 *Læsio necessariè consequitur, probata negli-*
gentia.
138 *Restitutio aduersus iudiciales præscriptiones,*
an competat, & quando.

128 SImiliter minori sufficit † probare læ-
sionem; *Specul. & Abb. in loc. allegat.*
129 parique † pari ambulat cum Ecclesia
circa priuilegia restitutionis. Imò in
130 vno † est magis priuilegiatus, quam ipsa
131 Ecclesia; nam † extraiudicialis tempora-
lis præscriptio contra minorem non cur-
rit, *l. fin. C. quibus caus. in integr. restit.* Et
132 per consequens † de Iure non indiget re-
133 stitutione aduersus lapsum † temporis,
contra verò Ecclesiam currit, & ipsa in-
diget restitutione, *Card. in d. Clem. prima*
num. 5.
134 Iudiciales præscriptiones † currunt æ-
qualiter maiori, & minori, *Bart. in l. 1.*
C. de sæpius in integr. restit. Abb. in cap. fin.
extra de restit. in integr.
Differunt tamen circa restitutionem
135 maior, & minor, nam si maior petat † re-
stitutionem aduersus dd. præscriptio-
nes, exceptiones, & similia præcedentia
sententiam, debet, vt dictum fuit, vltra
impedimentum, probare etiam læsionem,
Bart. in l. 1. ff. ex quibus caus. maior. Abb. in
136 *d. c. fin.* Minor † verò indistinctè restitui-
tur, absque alia probatione. Ex quo
137 enim ostenditur negligentia, venit in ne-
cessarium consequens, læsio, *Specul. in d.*
§. quis autem. Abb. in d. cap. ex literis.
Vestr. in d. c. de restit. in integr. fol. 263.
Competitque restitutio aduersus iudi-
138 ciales † præscriptiones, etiã si cucurrerint
præsente Actore, probato tamen bono
Iure vltra læsionem. *Eber. dec. 29.*

Quando aduersus sententiam admittatur restitutio.

Artic. I X.

139 *Restitutio aduersus tres cõformes si cõmittatur debet probari saltẽ iniustitia vnius.*
140 *Declaratur tamen sufficere qualem qualem probationem.*
141 *Minor debet restitui, etiam aduersus sententiam Imperatoris, vel Papæ.*
142 *Restitutio aduersus sententiam Principis,non est regulariter concedenda.*
Appellare à sententia Principis nõ licet.ibid.
143 *Restitutio aduersus Principis sententiam datur ex probabili causa.*
144 *Minor restituitur aduersus tempus concessum ad retrahendum.*

SI committitur causa restitutionis ad-
139 uersus tres conformes, vltra † prædicta requisita, debet saltem probari iniustitia alicuius earum,*Rot.dec.53.de appell. in nou. & dec.5. de restit. in integr. in antiq.*
140 Quo tamen † casu sufficit summaria, & qualis qualis probatio; quæ saltem excludat calumniam. *Egid. conclus. 38. Vestr.d.c.fol. 263.*

Notaq; quod minor de Iure debet re-
141 stitui aduersus sententiam,etiam † ipsius Imperatoris,& ipsius Papæ,sed regulari-
142 ter restitutio aduersus sententiam† Principis non est concedenda, ex eo, quia non licet appellare, sed debet esse aliqua causa probabilis, puta impedimentum,
143 aut minoritas, † aut quia Ecclesia,vt supra, & tunc impedit executionem, nisi adsit suspicio calumniæ, *Abb.in c.cum ex litteris extra de rest. in integr. latè Afflict. dec.356.*

De alijs causis restitutionis.

Artic. X.

144 *Minor si appellauit, & non pr[illegible]ntauit se tempore præfixo, restitu[illegible]ur.*
145 *Minor restituitur aduersus m[illegible]ionem in possessionem ex primo, [illegible] secundo decreto.*
Fal[illegible]t in del[illegible]cto,quia non restituitur. ibidem.
146 *Minor aduersus confe[illegible]onem factam in indicio,an rest[illegible]tuatur.*
147 *Minor non potest renuntiare restitutioni in integrum.*
148 *Minor si renunciat restitutioni cum iuramento tenet.*
149 *Sed absoluitur à iuramento ad petendam restitutionem si sit læsus.*
150 *Minori non competit restitutio succedenti maiori.*
151 *Maior succedens minori restituitur, ac si minor.*
152 *Minoribus datur restitutio in eo quod fecerint.*
153 *Restitutio concessa minori, an extendatur ad maiores litis consortes.*

ET similiter minor restituitur aduer-
144 sus tempus concessum † ad retrahendum de Iure, vel consuetudine, si similiter appe[illegible]lauit, & non præsentauit se iu tempore præfixo, Aduersus quoque missionem in possessionem ex pri[illegible]o, &
145 secundo decreto,† sed si est in delicto aduersu[illegible] illud non restituitur, licet forsan
146 veniret re[illegible]ituen[illegible]du[illegible] aduersus † confessionem [illegible]n in iudicio, latè *Boer.dec 63.*
147 Neque potest † renunciare restitutioni in integrum, quia dicitur inducta fauore publicæ vtilitatis.
148 Et quam[illegible]is si renunciat † cum Iuramento teneat re[illegible]nciatio;debet tamen
149 dari absolutio, ad † effectum petendi restitutionem,si adsit læsio, *Felm. in c. si diligenti extra de for.comp.*

Sciendum est etiam, quod minori non
150 competit restitutio, † si succedit maiori, & eius iure vtatur. Maior verò succedens
151 minori † restituitur eo modo,quo poterat restitui ipse m[illegible]nor, *Bald. in l.[illegible]endum ff. de minor. & in l.cum fi[illegible]us §. in hac. ff.de verb. oblig. A[illegible]. dec.21[illegible]2.*
152 Si m[illegible]ores aliquid fec[illegible], [illegible] † eo datur ipsis restitutio, *vt dicta de[illegible].212.*

Vlterius. quod restitutio in integrum
153 concessa minori †ratione minoris ætatis, extenditur etiam ad maiores litis consortes, si res de qua agitur sit indiuidua, secus si sit diuidua, quia tunc non extenditur. *Bald. in l.2. §. sed verum. ff. de minor. Afflict. dec. 213.*

Et tandem est aduertendũ,quod quando fuit commissa causa restitutionis in integrum, cum clausula pro vt de Iure, si discusso negocio, iudex detegit non esse restituendum,non est opus quod prænũcietur per diffinitiuam,non constare de causis; sed postquã elapsus est termi[illegible]s, ad docendum de dictis causis,citatur ad videndum moderari Inhibitionẽ, & [illegible]la succedit loco sententiæ, & non licet appellare,sicque vidi,& audiui semper f[illegible] practicatum à senioribus Tribuna[illegible], & dicit *Ces. de Grass. dec.3.n.13.de r[illegible] integr. Mantic.dec.315.n.5. Rot.decis.2[illegible]. p.6. diuers.& dec.13.p.2. recent.*

De

De fructibus, & litis expensis.

Cap. XI.

Cuius expensis sit instruendum iudicium.

Artic. I.

1 *Iurisdictio est actoris expensis firmanda.*
2 *Probationes quo interim expensis actoris sunt facienda.*
3 *Editio instrumentorum petentis expensis fieri solet.*
4 *Exhibitio rei in iudicio fit petentis expẽsis.*
5 *Merces Agrimensori, vel diuisori à quanam partium sit soluenda.*
6 *Testes cuius expensis conducantur, & examinentur.*
7 *Consilium sapientis datur expensis petentis.*
8 *Limita si consilium esset vtrique parti vtile.*
9 *Limita etiam si tale consilium officio iudicis adhiberetur.*
10 *Iudex si accedit ad locum differentiæ, cuius expensis id fiat.*
11 *Actus regulariter semper fit sumptibus petentis.*
12 *Actus fit etiam sumptibus illius, cui prodest.*
13 *Carceratus cuius expensis adducatur, ab vno carcere ad alterum.*
14 *Responsio positionibus, quando fiat expensis communibus inter litigantes.*
15 *Responderi positionibus petens, debet ipse soluere expensas opportunas.*
16 *Absens, quando est in culpa expensas soluere debet.*
17 *Expensæ circa positionum responsiones ab absente faciendas, à quibus faciendæ.*
18 *Expensæ extractionis quando, & à quo subministranda remissiuè.*
19 *Examinator cuius expensis mittatur ad absentem.*
20 *Expensas litterarum, & positionum copias soluit petens.*
21 *Expensæ in rogitu venditionis, spectant ad emptorem.*
22 *Accommodati restitutio cuius expensis fiat,*
23 *Expensæ post terminatum iudicium quot, & quibus modis debeantur.*

POstquam egimus de restitutione in integrum, & executionibus sunt videnda aliqua de fructibus, & litis expensis, & quia speculator, & alij practici primo de expẽsis locuti sunt, sequendo eorum normam ante fructus de expensis asseremus eorum ordinem prosequentes, & incipiemus ab illis quæ fiunt in structura processus.

1 Igitur est aduertendum, quod † Iurisdictio est firmanda expensis Actoris, quod & idem est faciendum pro interim
2 circa † probationes, & si quis petit edi-
3 tionem Instrumentorum illa † debet fieri sumptibus petentis. *l. præter. §. fin. in fin. ff. de eden.* & qui petit rem exhiberi in Iu-
4 dicio † obtinet pariter suis expensis. *l. si res mobilis cum lege sequenti. ff. de rei vendic. & l. sed si hereditas. ff. ad exhiben.*

Si Agrimensores, seu Diuisores ab vna parte sunt conducti, & petiti in Iudicio,
5 merces † debet solui ab vtraque parte. *l. 4. §. in Iudicio ff. fin. regund.* Testes con-
6 ducuntur, & examinãtur † expensis producentis *l. quoniam. C. de test. cap. 2. §. sed cum de iud. in 6. vbi glos. in verb. producentis. Signor. cons. 47. circa med. vers. 1. casu Surd. de alim. tit. 1. quæst. 63. num. 1.*
7 Si petitur consilium sapientis † datur expensis petentis *Specul. de Assesso. §. salarium. verb. quid si aliter. Gratian. cap. 55. num. 43. Bald. in l. Prætor ait ff. de eden. & in l. 4. §. in iud. ff. fin. regund. Surd. de alim. tit. 1. quæst. 63. num. 4. Cuma. in l. Impera-*
8 *tores. n. 2. ff. de tut. & rat. distrahen.* † quod fallit primo si est vtilis vtriq. parti, quia ab vtraque debetur salarium *d. l. 4. §. in Iudicio. ff. fin. regund.* quod & dicit *Signo-*
9 *rol. cons. 43.* Secundo † fallit quando tale consilium adhibetur officio Iudicis, quia tunc etiam fit solutio sumptibus cõmunibus secundum *Crot. de test. num. 422. Surd. vbi supra, Gratian. vbi supra, Scaccia in praxi cap. 14. num. 2.* Quod idem procedit, & cum eisdẽ limitationibus quan-
10 do petitur, † quod Iudex accedat ad locum differentiæ. *cap. 2. §. sed cum secundo de iud. in 6. Gratian. Surd. & Scaccia ibidem, & dicit glos. in d. §. sed cum. verb. producentis Dec. in l. cum consilium. ff. de off. Assessoris.*

In summa pro regula est, quod qui pe-
11 tit actum fieri, † ille semper fit sumptibus eius *l. Prætor ait §. 1. ff. de eden. d. cap. 2. §. sed cum vbi glos. verb. producentis. Signorol. cons. 47. ante finem Surd. vbi supra Bald. in l. generaliter. §. his de præsentibus num. 5. C. de Iure iur. Dec. vbi supra Castr. in l. venditores num. 4. de verb. oblig.*
12 Actus etiam, † fit sumptibus illius cui prodest *Card. in Clement. causa. quæst. 20. de elect. Felin. in cap. 1. num. 9. in fin. de libell. oblat. Signorol. cons. 47. post princ. vers. aut illud. Surd. de alim. tit. 1. quæst. 63. n. 3.*

Si carceratus est abducendus de vno
13 carcere ad alium, abductio † debet fieri expensis carcerati, si habet; si verò non habet expensis Iudicis detinentis. *Bald.*

in l.generaliter. §. *his de præsentibus n.5.C. de Iur.Iur. adden.ad Cappell. Tolosa 273. in fine. Felin. in c. 1. circa fin.de libell.oblat.*

Si absens tenetur respondere positionibus, nec ipse litiget per Procuratorē;
14 tunc responsio † fit expensis communibus *Specul.de iuram.calumn.§.restat.ver s. penult.vbi.Io.Andr.& Bald.in addit. Cappel. Tolos. decis.273.*
15 Sed qui petit illis responderi, † debet ipse soluere expensas si contingat mittere notarium, & remissoriam. *Domi. de S.Geminiano in in c.præsentium nu. 27.post princ. de testib.in 6.*contrarium tenet *Bartol.in l.2. §. fin.in fine ff. ex quibus caus. in possess. mit.* vbi quod ex quo
16 absens est in culpa, † ideo expensas soluere debet *& Post obser.83. à n.21. ad 23.*
17 dicit à quo sint † sumministrandæ huiusmodi expensæ, & asserit etiam *obseru. 97. num.42.* quando, & à quo sint sub-
18 ministrandæ expensæ extractionis.

Examinator est certũ, quod sẽper mit-
19 titur expensis † absentis, nisi absentia sit ex causa Republicæ, cum hac distin-
20 ctione, quod expensas litterarum, † & positionum copias soluit petens *Post. d. obser.83.n.22.*

Vnumque etiam mente tenendum est ne partes à Notario decipiantur, quod expensæ, quę fiunt in Rogitu venditio-
21 nis † pertinent ad emptorem, non autē ad venditorem *Cenc.de Censib.quæst.57. num. 14.* & quod qui commodatum
22 accipit, & ab eo debet fieri restitutio † illa fit sumptibus restituere debentis. *l. licet certo. §. sumptus. ff. commodat.*

Quando, & quibus causis debeantur expensæ post iudicium terminatum.

Artic. II.

23 *Expensæ post terminatum iudicium, quot, et quibus modis debeantur.*
24 *Expensarum aliæ etiam debentur officio Iudicis, aliæ iure actionis.*
25 *Condemnatio in aliquibus expensis est necessaria, in alijs non.*
26 *Condemnatio expensarum victi in victorē, quando nam fiat.*
27 *Actor si suam intentionem non iustificauit, in expensis condemnatur.*
28 *Victus Victori in expensis non condemnatur in criminalibus.*
29 *Expensæ, vt debeantur debent probari.*
30 *Expensæ non solum debent probari factæ, sed factæ à petente.*
31 *Expensæ ab eo factæ præsumuntur, qui eas facere tenebatur. Vide 42.*

Expensæ autem post terminatum
23 Iudicium debentur † multis modis, vt puta ratione victoriæ, ratione cōtumaciæ ratione temeritatis, & calū-
24 niæ. † Et iterũ aliæ officio Iudicis, aliæ
25 iure actionis. In † alijs est necessaria condē natio, In alijs vero non est necessaria.

In illis, quæ debentur ratione victo-
26 riæ in sententia dicitur victũ Victori † in expensis condemnamũs *l. properandũ. §. sin autem, & l. Sancimus.C.de Iud. l.3. C. de fruct. & lit. expens. c. fin. de dol. & cont. late Franc. in cap. quoniam con. tit. de expens.num.1. Rota in Romana pecuniaria de Sacchettis 23.Martij 1612. dec.191. coram Eminentissimo Cauallerio.* Adeò vt
27 condemnetur etiam † Actor qui suam intentionem non iustificauit *Afflict.decis. 60. num.4.vbi Vrsill.num.7. Barz. decis. 122.num.7.* quod tamen non proce-
28 dit in criminalibus in quibus victus victori condemnari non solet *Bald. in L. qui crimen num.27. C. qui accus. non poss.*
29 Sed vt debeantur † debent probari *Rota in d.Romana pecuniaria de Sacchettis in fine*, & non solum debent probari
30 fuisse factas tot expensas, † sed quod fuerunt factæ à petente *Rot.decis.305.num.3. par. 4. recent.* licet in hoc casu videatur tolli difficultas à *Rota decis. 321. num.2.*
31 *ead.par.4.* vbi quod † præsumuntur factæ ab eo, qui eas facere tenebatur.

Quomodo sit facienda expensarum liquidatio.

Artic. III.

32 *Probatio expensarum quomodo fieri debeat*
33 *Liquidandi modus expensas habetur remissiue.*
34 *Coniectura, & præsumptiones super expensarum liquidatione quales esse debeant*
35 *Expensa an, & quando in quantitate præcisa sint probanda.*
36 *Expensæ modicæ quomodo dicantur satis probatæ.*
37 *Expensæ magnæ, vt satis probatæ dicantur, quid requiratur.*
38 *Expensæ facilius per Peritum liquidantur.*
39 *Perito expensas liquidanti, an standum sit.*

Ct.

40 *Citatio ad eligendum peritum, illum informandum, & videndum mandari referri, remissiuè.*

Probatio autem fieri debet iuxta so-
32 litum illius Tribunalis, † vbi liquidatio est facienda, vt annuit eadem. *Rota in Romana expensarum. 23. Ianuarij 1616. coram S.M.Innocēt.X. nu.6.impressa decis. 209. par. 4. recent.* in qua haaetur
33 etiam † modus faciendi liquidationem per probationes, quæ conuenienter haberi possunt, & per coniecturas verisimiles addito Iuramento petentis liquidationem, quæ decisio tanquam magistralissima de materia poterit in similibus deseruire.

Verum præmissa habēt locum, quando tales coniecturæ, & præsumptiones
34 † sunt claræ, & verisimiles, quia si ob-
35 scurentur; tunc † essent probandæ in quantitate præcisa, vt aduertit *Rot. decis. 521. d.par.4. recent.*

Est tamen aduertendum, quod licet
36 modicæ expensæ † dicantur satis probatæ leuioribus probationibus, & coniecturis, ac per Iuramentum, vt dicit *Ludouis. decis. 175.* Nihilominus in ma-
37 gnis debet concurrere † verisimilitudo, & probabilitas, vt annuit idem *Ludouis. loco citato, vbi add. num. 11. & decis. 512. num. 4.*

Sed vt liberemur à difficultate liquidādi
38 erit eligendus † peritus, qui materiam in huiusmodi examinabit, & suam da-
39 bit relationem, cui standum erit, vt dicit idem *Ludouis. decis. 49. & docet Rota in d.Roman.expensarū corā S.m.Innocentio*
40 *Decimo in fine* † Formulam vero citationis ad eligendum peritū intimationē necessariā, citationem ad eū informādū, et aliam ad videndum mandari referri dabo infra in Iudicio executiuo, & alibi.

Quis præsumatur expensas fecisse.

Artic. IV.

41 *Expensæ prima facie præsumuntur facta à principali, & non à Procuratore.*
42 *Expensæ præsumuntur facta ab illo, qui tenebatur. Vide n. 31.*
43 *Expensas ab alio factas tenetur probare dicens non fuisse factas ab eo, qui tenebatur.*
44 *Expensæ non solent fieri sinè mandato Domini, cuius interest fieri.*
45 *Declara tamen, non ita semper procedere, & quando.*
46 *Expensæ quæ, & quando factæ præsumātur à Procuratore.*
47 *Pecuniæ soluentis præsumuntur.*
48 *Declara hoc probari posse per quascumque probationes, & coniecturas.*
49 *Exceptos alieno nomine faciens debet victoriam causæ procurare.*
50 *Succumbens in aliena lite expensas difficile recuperat.*
51 *Expensas nequaquam recuperat agens malā causam alienam.*
52 *Expensas repetit causam bonam agens.*
53 *Expensas factas ad suam priuatam vtilitatem, vnusquisque reddere tenetur.*
54 *Expensarum quantitas in dubio vnde habeatur.*

Si oriatur quæstio à quo expensæ factæ dicantur, respondebimus cum opinione Rotæ, quod licet videantur
41 prima facie factæ † à principali litigante, & non à Procuratore, quia præsu-
42 muntur factæ † ab illis, qui tenebantur facere, & asserenti contrarium incūbit
43 † onus probandi *Rot. pænes Post. decis. 478. n.4.* & sine mandato Domini cuius inte-
44 rest fieri † non est solitum, vt post *eundem decis. 638. nu. 10.* Attamen hoc pro-
45 cedit, † quando constat principalem illas Procuratori subministrasse, quia
46 secus dicuntur factæ † à Procuratore, vt *in dicta Romana expensarum;* optima-
47 que ratione, quia † pecuniæ præsumuntur soluentis, vt hæc omnia egregie firmat *Rota in eadem Romana expensarum 6. Nouembris 1617. coram eodem impressa decis. 569. par. 4. recent.* vbi etiam reite-
48 ratur, quod ad istum effectum † sufficit probatio quæ haberi potest, & admittūtur coniecturæ. In hoc autem casu Procurator, vel qui alieno nomine litigat,
49 & qui facit expensas † debet esse cautus in procurando victoriam causæ, & omnem adhibere diligentiam ne succūbat,
50 † quia expensas tali casu, difficile recuperaret. *l. ex parte, & ibi Bartol. ff. famil. ercifcund.* quod idem ipsi eueniret,
51 † si ageret malam causam secundū *Bertacch. in repert. vers. expensarum litis n. 15.* Qui firmat ibidem contrarium, si obti-
52 nuit; † Si vero agit bonam causam, tūc repetet, quia vnusquisque tenetur ad ex-
53 pensas † factas ad suam priuatam vtilitatem *Pæn. dec. 391. n. 5. & 18.* & si contingat dubitare quantam expensam quis
54 fecerit pro aliqua expeditione † si non potest ostendere statur eius propriis libris, & Iuramento. *Pæn. decis. 105. n. 12.*

De

De expensis contumacialibus.

Artic. V.

55 *Expensæ ratione contumaciæ debitæ, & solitæ nunquam repetuntur.*
56 *Amplia etsi fuerit iusta causa litigandi.*
57 *Expensæ contumaciales debentur loco pœnæ.*
58 *Expensæ Aduocati, Procuratoris, Notarij, & Hospitij, & alia damna debentur à contumace.*
59 *Expensæ contumaciales, & officio iudicis debitæ differunt.*

QVæ debentur ratione contumaciæ
55 si soluuntur nunquam † repetũ-
tur, etiam si contumax postea
vincat litem *Surd. cons.64.* quod pro-
56 cedit etiam si habuisset † iustam causam
litigandi. *Cassad. decis, 3. de appell.*& ra-
57 tio videtur esset, † quia debentur loco
pœnæ, vt inquit, *Surd. loco citato,*& prop-
ter contemptum Iudicis *Ias. in l. Sancimus. num. 76. de Iud.* & quia dicuntur
58 damnum *Ias. ibidem.* Et tali casu † de-
bentur etiam expensæ Procuratoris, &
Aduocati, Notarii, Hospitij, & alia
damna, *Idem Ias. ibid. num.8.* ad quod
videnda est etiam *glos. in cap. finem liti de dol. & contum. & Bartol in l.1. num. 1. de alien. Iud. mut. caus.*
Et quia, vt inquit, *idem Ias. in d. l. Sãcimus n.8.* Fit differentia, † inter expen-
59 sas contumaciales, & expensas, quæ de-
bẽtur officio Iudicis, dicã de his secũdis,
relictis pro vlteriori declaratione illis,
quæ debentur Iure actionis.

De expensis debitis officio Iudicis.

Artic. VI.

60 *Reus si cedit liti non debet in expensis cõdemnari. Vide 68. & 91.*
61 *Declara si renunciat ex eisdem actis, & non noua superueniente causa.*
62 *Expensæ tolluntur mutua compensatione, si cedens in gradu appellationis habuit sententiam in prima instantia fauorabilem*
63 *Declara tamen esse distinguendum, & quomodo.*
64 *Limita etiamsi cessio fieret post publicationem processus.*
65 *Limita etiamsi cessio fuisset malitiose facta.*
66 *Condemnatio expensarum fit etiamsi liti cedatur ex Rota.*
67 *Declara tamen procedere, quando malitiose fuit cessio facta.*
68 *Expensæ post cessionem in praxi non reficiũtur. Vide 60. & 91.*
69 *Possessio capta non iustificatis litteris Apostolicis dicitur circumscripta.*
70 *Mandatum de manutenendo datur spoliato contra intrusum non iustificatis litteris.*
71 *Expensas Rota mandat refici factas antè litis cessionem.*

ESt aduertendum, quod, vel Reus cõ-
uentus cedit liti, vel potius patitur
60 vlteriora litium incrementa: † si cedit
liti non debet in expensis condemnari
secundum *Bald. in l. quod si nolit in princ. ff. de edil. edict. Crescent. dec. 1. de caus. poss. & propriet:* Quod præsertim habet
61 locum, quando non † superuenit noua
causa, ob quam renunciaret, sed cessit ex
eisdem actis, ex quibus habuisse digno-
scatur iustã causã litigandi *Bald. in l. postquam num.14. C. de expensis,* & quando
qui cedit, in gradu appellationis habuit
in prima Instantia sententiam fauorabi-
62 lem; † tunc enim expensæ mutua com-
pensatione tolluntur *addent. ad Cappell.*
63 *Tolos. decis. 222.* vbi tamen fit † distinc-
tio, aut ex nouis, aut ex eisdem.
64 Quod tamen fallit † si cederet post-
quam illi fuit publicatus processus, & te-
mere litigasset *Aret. in §. hæc omnia 25. in-*
65 *stit. de pæn. temer. litiga.* Et fallit etiam † si
cessio fuisset facta malitiosè *Crescen. d. decis. de caus. posses. & propriet.*
Si verò prout debemus, credimus Ro-
tæ, semper fit condemnatio expensarum
66 † etiam si liti cederetur *Crescen. dec. 3. de sent., & re Iud. Cappell. Tolos. decis. 222. Rota in vna Tirasonen. pretense annexionis, 15. Decemb. 1593. coram bo. mem. Litta, & in Castricen. beneficij. 9. Decembr. 1598. corã*
67 *Pacen.* † Ego autem credo, quod ista
Rotæ oppinio procedat quando cedens
malitiose cessit vt *in d. decis. 5. Crescentij*
68 *de caus. possess. & propriet.* & moneor † quia
in praxi sepe obtinui, & obtinere vidi,
quod expensæ post cessionem nunquam
reficiuntur, & euenit signanter in vna
Teatina beneficij, seu Abbatiæ coram R.P. D. Bicchio inter Ignatium Topium nobilem Teatinum, & Hieronimum Squillanum,
qui cum obtinuisset certo modo proui-
sionem d. beneficij, & inconsulto litte-
ris non iustificatis, & defacto se intru-
69 sisset in possessionem †, fuit talis possessio
cir-

circumscripta, & datum mandatum
70 † de manutenendo Ignatio, qui cum ulterius expẽsas repeteret, ex quo Squillanus cessert liti ante expeditionem mandati de manutenendo, Rota per me-
71 moriale resoluit, † teneri ad omnes præter expensas dicti mandati, hocque euenit mense Februar. 1653. per acta Vincentij Cicelli Notarij Rotalis.

De expensis ratione temeritatis.

Artic. VII.

72 *Litigator calumniosus, & temerarius, sẽper in expensis condemnatur.*

73 *Expensarum condemnatio fit contra mendacem.*

74 *Expensarum condemnatio fit contra acceptantem rescriptum*

75 *Expensarum condemnationem patitur plus debito petens.*

76 *Idem inferẽs litem contra pactum de non inferendo, vel non contraueniendo.*

77 *Item patitur expensas iura sua producere differens.*

78 *Expensas quoq. reficerè debet actor inepté agens.*

79 *Idem dic de actore via, quæ sibi non competit agente.*

80 *Expensas etiam reficere debet, qui suam intentionem non probat.*

81 *Expẽsas reficere debet, qui causam mouie super molestijs, & non probauit.*

82 *Expensarum condemnationem, an patiatur, qui iudicium mutat.*

72 QVando Reus liti non cessit, & litem prosequi non intermisit, † tunc si fuit calumniosus, & temerarius litigator, semper condemnatur in expensis, exempla plura esse possunt.

73 Primo in eo, qui est mendax, † hic .n. condemnatur ad illas. *Afflict. decis.* 126. *& dicit Rota dec.* 730. *p.* 1. *diuers.*

74 Secundo, Rescriptum acceptans † pariter condemnatur. *Marches. de commis. p.* 2. *c.* 3. *de appell. num.* 78.

75 Tertio, ad easdem condemnatur † plus debito petens *Pan. decis.* 280.

76 Quarto, qui infert litem † contra pactum de non inferendo, vel non contraueniendo. *Rota in Romana afflictus.* 8. *Februarij* 1593. §. *sed quicquid coram B.M. Giptio.*

77 Quinto, qui differt Iura † sua producere *Cassad. decis.* 3. 4. & 5. *de appell. Thesaur. decis.* 73. *& Matthesil. singul.* 82. *& dixit Rot. in Romana Fructuum legitimæ.* §. 3. *quia circa finem.* 3. *Decemb.* 1593. *corã R.P.D. Seraph.*

78 Sexto idem euenit Actori † inepte agenti *Afflict. decis.* 60. *num.* 4. *vbi Ursil. n.* 7. *Vant. quib. mod. null. prop. n.* 109. *Barz. decis.* 122. *n.* 7.

Settimo, quando Actor egit vna
79 via, † quæ sibi non competebat *Boer. Vant. & Afflict. vbi supra.*

Octauo, quando, vel Actor agen-
80 do, vel Reus excipiendo, non probant eorum intentionem, vel exceptionem *Afflict. d. dec.* 60. *n.* 4. *vbi Ursill. n.* 7. *& Barz. vbi sup.*

81 Nono, debet etiam condemnari ille, † qui mouit causam super molestijs, illasq. non probauit. *Put. in correctis, decis.* 211. *fol.* 101.

82 An autem debeat condemnari, † qui iudicium mutat videndus est. in correctis *d. Put. dec.* 375. *fol.* 589.

Quibus casibus fiat omissio condemnationis expensarum.

Artic. VIII.

83 *Expensarum condemnatio in pluribus casibus omittitur.*

84 *Expensas non reficit absens, dummodò constet de absentia.*

85 *Expensæ non sunt reficiendæ, quando omnia in libello narrata non probantur.*

86 *Limita tamẽn nisi adsit clausula non se adstringens.*

87 *Clausula non se adstringens in libello, quid operetur.*

88 *Expensarum condemnatio, an fiat ob mutationem iudicij.*

89 *Expensarum refectio fit in mutatione iudicij,*

90 *Limita tamen, quando plura remedia fuerũt cumulata, vel clausulæ salutares.*

91 *Cedens liti non condemnatur in expensis. Vide n.* 60. 68. &

92 *Condemnatio expensarum, an fiat, & si non fuit in libello petita.*

93 *Expensarum condemnationem, neq. patitur litigans ex iusta causa.*

94 *Declara tamen procedere, si reus visis nouis iuribus acquiescit.*

95 *Et quid si illis non obstantibus contradicit.*

96 *Limita tamen si procederetur ex eisdem actis, & ponitur exemplum.*

97 *Victus non excusatur ab expensis, si sententen-*

tentia reuocatur ex eisdem actis.

98 *Pars ex nouiter obtinẽs, quando dicatur contumax, & in culpa.*

99 *Declara hanc tunc in expẽsis condemnari, si pars altera cedit.*

100 *Reus excusatur ab expensis, quando contra ipsum fit petitio plus debito. 116.*

101 *Expensas non patitur victus quando dubiũ praebet causam disputandi.*

102 *Expensarum condẽnatio relinquitur, si veritas sit cancellata, & incerta.*

103 *Et quid dicendum, quando consilia prudentũ sunt sigillata.*

104 *Expensarum condẽnatio relinquitur, si fuit iuramentum delatum in supplementum &c.*

105 *Idem dic, si sola interuenit semiplena probatio.*

106 *Et quid si agatur de facto alieno.*

107 *Et quid si non fuit facta personarum legitimatio petita.*

108 *Expensarum condemnationem subire debet, qui personas non legitimauit.*

109 *Reus extraiudicialiter non requiritus an, & quando ab expensis excusetur.*

110 *Reus excusatur ab expẽsis propria culpa ab actore factis.*

111 *Reus excusatur etiam quo ad expẽsas ratione contumacia ab actore factas*

112 *Idem dicitur de expẽsis factis ab actore propter suam absentiam.*

113 *Et quid de expẽsis pro restauratione iudicij ab actore factis.*

114 *Et quid de illis factis interposita iudicis authoritate.*

115 *Declara tamen si sine dolo, & culpa Rei.*

116 *Reus excusatur ab expẽsis si actor plus debito petat.*

117 *Reus quo ad quantitate debitam, non potest in expensis condemnari ex Bartolo.*

118 *Reus in parte victus an, & quando debeat in omnibus expensis condemnari.*

119 *Expẽsarum refectio potest omitti, omissa vna via, & alia accepta.*

120 *Expẽsae, quae non continentur sub clausula parito breui.*

83 OMittitur etiam † condemnatio ex-
pensarum in pluribus casibus, &c.
84 Primo, si quis † sit absens *Ias. in l. San-*
cimus nu. 9. Rot decis. 29. num. 2. in antiq.
Sed debet constare de absentia *Ias. ibi-*
dem.
85 Secundo, nisi probentur omnia † nar-
rata in libello, sed hoc saluatur, si in
86 † illo adsit clausula salutaris, non se as-
87 tringens; † quia talis clausula non ope-
ratur condemnationem. licet omnia
narrata non iustificarentur. *Boer. decis.*
24.

Tertio, nec fit talis condemnatio
88 † ob mutationẽ Iudicij, † quia nõ debe-
89 tur refectio. Declara tamen si in eodem
libello plura fuerunt remedia cumulata,
90 † & fuerunt adiectae solitae clausulae sa-
lutares implorans &c. deducens &c.
Menoch. recup. rem, 15. num. 750. Natt.
cons. 120. num. 25. Afflict. decis. 95. nu. 7.
91 Quarto, si Conuentus † liti cedat, vt
supra deduximus.
92 Quinto, si petitio expensarum † nõ
fuit adiecta in libello, si credis specula-
tori *de petit. sẽtẽtia nu. 4. & tit. de disput.*
& alleg. §. nunc vidẽdum num. 7. vbi di-
cit peto mihi restitui expensas litis, &
esse per vos restituendas; Contrarium
tamen propter clausulas salutares, tenet
Petr. Duc. par. 2. verb. Iudex regul. 43.
93 Sexto, neque fit condemnatio illarũ, †
quando litigans iustã habuit causam
litigandi, & legitimam excusationem
Rot. decis. 10. de dol. & contum. in noui. & de
stilo Rotae loquitur. *Caputaq. decis. 179.*
par. 1. & 142. par. 3. Guidop. decis. 436.
Cappell. Tolosan. decis. 222. & de eodem
stilo eadem Rota *decis. 730. part. prima*
diuers. Pacuf. de salu. decis. 135. n. 6.
94 Quod tamen procedit, † si Reus con-
uentus acquiescit, postquam vidit noua
95 Iura produci; † secùs si illis non obstan-
tibus contradicit *Dec. in l. qui ex altero*
num. 7. de reg. Iur. Guidopap. dec. 27. Ita
96 relata per *Graunt. Theor. 6. num. 8.* † Se-
cus autem dices, si proceditur ex eisdẽ.
Pro exemplo est si ad fauorem Rei fuit
lata sententia in prima Instantia, & in
secunda producantur noua Iura; quia
tunc si reuocaretur prima ob huiusmo-
di sententiam excusaretur ab expensis,
97 † quod nõ eueniret, si reuocaretur ex eis-
dem actis *Franc. in cap. 1. in fin. de appell*
in 6. Sarnen. de annal. quaest 41. Caputaq
dec. 142. lib. 3. Gratian. decis. 168. quod vt
inquit Caputaq. dicitur de stilo Rotae.
Quinimo si altera pars ex nouiter ob
98 tineret † diceretur contumax negligens
in culpa, ex quo in prima Instantia Iura
de nouo producta non exhibuit, & si
99 altera pars cedit †, deberet talis neglig
ad expensas condemnari, iuxta ea, quae
dicit *Cassad. dec. 3. de appell. Mattesil. sin-*
gul. 82. & videndus est Thesaur. de-
cis. 73.
Septimo excusatur ab expensis Reus e-
100 tiam, † quando contra ipsum fit peti-
tio plus debito. *Bartol. in l. qui soluitur n.*
2. ff. de leg. 2. Surd. cons. 142. num. 7. Salicet.
in prax. lib. 1. cap. 37. num. 4.
101 Octauo, quando dubium in Iure † prae
bet ansam disputandi *Lanfranch. in cap.*
quo-

quoniam. tit. de expens. num. 3.

102 Nono. Idem facit † veritas cancellata, & incerta, vt in legatario *Franc. vbi sup.*

103 Decimo. Faciunt idem † consilia prudentum sigillata, vt dicit idem *Lanfranc. loco citato.*

Vndecimo, si petenti condemnatio-
104 nem, † fuerit delatum iuramentum in supplementum plenè probationis per decretum Iudicis *Lanfranc. vbi sup.*

105 Duodecimo, idem facit, † si interuenit sola semiplena probatio. *Menoch. de arbitr. Iud. cas. 178. n. 8. Gasp. Thes. qu. 45. n. 6. post med.*

106 Decimotertio. Idem operatur † si agitur de facto alieno *Lanfranch. loco cit.*

Decimoquarto, etiam quando in iu-
107 dicio † non fuit facta legitimatio personarum debita, siue respectu actoris, siue rei, ad quem spectat. *Cartar. decis. genuen.*
108 *32. nu. 15. post princ.* sed imò is, qui † personam non legitimauit, debet condemnari in expensis *Gratian. decis. 138. num. 4*

109 Decimoquinto. excusatur reus, † si nō fuit extraiudicialiter requisitus; dummodò tamē statim, ac fuit citatus compareat, & fateatur. *Dec. in l. qui cum alterius. nu. 9. de regul. Iur.*

Decimosexto. Excusatur etiam ab il-
110 lis expensis, quas Actor fecit propria culpa, licet obtineat in sui fauorē, pronunciari *Surd. conf. 64. n. 4.*

111 Decimoseptimo; Excusatur etiam, quoad expensas, † quas Actor fecit ratione contumaciæ, licèt postea obtineat *Surd. ibid. & decis. 274.*

Decimo octauo, Idem dicendū de ex-
112 pensis, quas † Actor absens fecit propter suam absentiam *Surd. d. conf. 64.*

Decimo nono. Etiam dicendū idem
113 in illis expensis, † quas actor fecit pro restauratione Iudicij: puta, quia deseruit appellationem. *Surd. conf. 60. in princ.*

Vigesimo. Et idem quo ad illas ex-
114 pensas, quas † fecit actor, quidem interposita Iudicis auctoritate, sed fine
115 † dolo, & culpa rei *Angel. in l. 1. §. hoc interdictū. ff. de vi, & vi, arm. quem sequitur Rot. in Cesenaten. de Aldinis 9. Noucmb. 1609. dec. 496. coram b. m. Coccino.*

Vigesimo primo. Reus quoque ab ex-
116 pensis excusatur, † si Actor plus debito
117 petat, quia Reus, † nec quo ad quantitatem debitam, potest in expensis condemnari *iux. doct. Bart. in l. qui solidum: num. 2. ff. de leg. 2.* quod idem scripserunt *Castr. & Bart. in c. 1. col. 2. in fin. de pluf. petit. Angel. Aret. in §. si quis agens. num. 8. in stit. de act. Gabr. concl. 2. de expens. num. 10.*

Salust. lib. 1. c. 37. n. 8.

Sed contra hanc opinionem, si reus persistit litigando, & non offerat verum
118 creditum, in parte victus: † Debet in omnibus expensis condemnari. *Surd. decis. 274. num. 6. & decis. 261. num. 9. Caputaq. decis. 46. lib. 1. & egregie firmat Rota in d. Cesenaten. de Aldinis 9. Decembris 1609. coram d. b. m. Coccino.*

Vigesimo secundo, non est prohibitū,
119 † quod quis vna via omissa, aliam aggrediatur, absq. illarum refectione *Ludouis. decis. 270. n. 5. & decis. 388. num. 3.* & istæ
120 expensæ non continentur † sub clausula parito breui: *idem Ludouis. decis. 36. n. 7.*

Quibus casibus fiat condemnatio expensarum, etiam si adsit iuxta causa litis.

Artic. IX.

121 *Regula quod iusta causa excusat ab expensis limitatur multipliciter.*
122 *Reus semper in expensis condemnatur, quādo statutū mādat victū victori condemnari.*
123 *Expensæ dicuntur debitæ iure actionis, quā do statutum mandat illas soluendas esse.*
124 *Expensæ conuentionales, semper sunt soluendæ à succumbente in causa.*
125 *Iudex non debet esse clementior lege.*
126 *Iudex absoluēs ab expensis, nunquam intelligitur de conuētionalibus. 295. & 388.*
127 *Reus non excusatur ab expensis, quando ex processu, & instrumentis potuit videre malam causam.*
128 *Reus habens iustam causam, si mala superuenit, condemnatur in expensis.*
129 *Reus, etsi habuerit iustam causam in Rota condemnatur in expensis.*
130 *Reus in expensis semper condemnatur, stante iuramento.*
131 *Reus succumbens in causa appellationis, semper debet in expensis condemnari.*
132 *Absolutio ab expēsis facta in appellationibus dicitur nulla.*
133 *Expensarum condemnatio, semper est facienda, quando debentur iure actionis,*
134 *Et quid, quando constat ex eisdem actis, de iniustitia sententiæ, ex qua victus prætendit excusationem.*
135 *Limitatur, si sententia ex nouis iuribus nulla detegeretur.*
136 *Regula, quod iuxta causa excuset ab expensis, habet locum solum in reo.*
137 *Actor semper condemnatur in expensis, si ex sententia detegitur malum ius.*
138 *Reus mēdax, semper in expēsis condēnatur.*
139 *Executio, an possit relaxari post litis cessionē*

121 REgula autem per quam dicitur, † quod iuxta cauſa litigādi excuſat
ab expenſis,limitatur pluribus modis,&
122 Primo, quando adeſt ſtatutum † mā-
dans, victum victori in expenſis condē-
123 nari; † quia tunc dicuntur debitæ iure
actionis *Grat.cap.33.num.4. Surd.deciſ.*
274.num.6. & deciſ.261. num.9. & magis
in ſpecie. Matheſil.ſingul.80.vbi add.nu.
7.Surd.de alim.tit.6. quaſt.3.n.26.
124 Secundo. Fallit in expenſis † conuen-
tionalibus *Surd.de alim.tit.6. quaſt.3.nu.*
28.& deciſ.261.num.9.& deciſ.274.nu.6.
Grat.deciſ.83.num.2.gloſ.in §:oportet verb.
ſolo ante finem auth.de Iudic. Vbi quod
125 Iudex non debet eſſe † clementior lege
quæ hoc diſponit. Hocque adeo verum
126 eſt, vt Iudex abſoluens ab enpenſis, †nū
quam intelligitur abſoluere ab expenſis
conuentionalibus *Cualer.deciſ.15.n.9.*
127 Tertio,Fallit quādo facta eſt publica-
tio proceſſus,& inſtrumēta producta;ex
quibus victus potuit videre ſuam malā
cauſam, & renuntiare, & cedere liti; &
ideo litigando,licet ab initio habuiſſet
128 iuſtam cauſam litigandi; † quādo tamē
mala ſuperuenit, ideo debet in expenſis
condemnari. *Dec.in l.qui alterius.nu.7.*
de reg.Iur. Guidopap.deciſ. 27. Rot.relat.
per Grannt.Theoremat.6.num.8.Lanfran-
ch.in c.quoniā tit.de expenſ.n.3.Roman.ſin-
gul.501.
129 Quarto. Fallit † in Rota Romana.
Caputaq.deciſ.340.lib.1. Caſſador.deciſ.13
de reſcript.Grannt.d. Theoremet.6.n.7. &
*Put.deciſ.246.lib.2.*ſed *videndus eſt Man-*
doſ.ſuper regul. Canc. regul. 29. de ſubro-
gan. quaſt. 11.num.11.& Bellam.dec.100
130 Quinto. Fallit † ſtante Iuramento *Se-*
raph.de priuil.Iuram.priuil.13.
131 Sexto, in cauſa appellationis, qui, †
ſuccumbit, debet in expenſis condem-
132 nari, & ſi iudex abſoluit † abſolutio di-
citur nulla. *Roland. conſ.62.n.4.lib.4.*
133 Septimo. Fallit in expenſis debitis
Iure actionis, quia ſemper debet fieri
condemnatio *Iaſ. in l.properandum.§. ſin*
autem n.45.C.de Iud.
134 Octauo. Fallit quando conſtat, † ex
eiſdem actis,vt ſupra diximus de Iniuſ-
titia ſententiæ,ex qua victus prætendit
135 excuſationem, quod ſecus. ſi † ſententia
detegeretur nulla ex nouis Iuribus.
136 Nono. Fallit in Actore, † quia regu-
la facit ſolum pro Reo, Actor enim ſem-
137 per condemnatur in enpenſis, † quando
ex ſententia detegitur malum Ius ha-
buiſſe *Rot.poſt Pacific.de ſalu.dec.147.n.15*
138 Decimo fallit in Reo † mendace.
Rot.dec.730. par.1.diuerſ.

An, & quando cedens liti excuſetur ab expenſis.

Artic. X.

Immiſſio, an poſſit fieri, relaxata executione, poſt litis ceſſionem. eod.& n.139.
140 *Immiſſio in caſu prædicto, non cauſaret attentata.*
141 *Cedens liti amplius in eius iuribus audiri non poteſt.*
142 *Cedēs dicitur fateri ſibi ius non competere.*
143 *Ceſſio litis habet maiorem vim in prophanis, quam in beneficialibus.*
144 *Ceſſio litis in prophanis importat iuris ſui renunciationem.*
145 *Lis per ceſſionem finita,neque per Principis reſcriptum poteſt ſuſcitari.*
146 *Regreſſus ad actiones, quibus ſponte ceſſum fuit non datur.*
147 *Limita tamen ſi antè ceſſionem,fuiſſent commiſſa attentata.*
148 *Cedens liti in beneficialibus,non prohibetur amplius ad eam reuerti.*
149 *Cedens liti in beneficialibus ſimoniacè cedit, ſi recipit expenſas.*
150 *Cedit beneficio nulliter,qui recipit expēſas.*
Beneficium per ceſſionem non vacat receptis expenſis eod.n.150.
151 *Cedens beneficio receptis expēſis indirectè renunciat.*
152 *Ceſſio beneficii facta receptis expenſis, quarè dicatur ſimoniaca.*
153 *Ceſſio,vt ſupra facta ad redimendas vexationes, quomodo procedat.*
154 *Actor renuncians litis,Reo contradicente, poteſt denuò ad litem reuerti.*
155 *Lis poteſt reſtaurari,quotieſcūq.renunciatio non fuit acceptata.*
156 *Litis renunciatio non valet,niſi fiat de vtriuſque partis conſenſu.*
157 *Actus nullus fieri poteſt inter viuos abſente parte.*
158 *Iudex poteſt acceptare pro abſente.*
159 *Acceptatio iudicis pro abſente annullatur non acceptante abſente.*
160 *Renunciatio litis, an teneat vno contradicente et pluribus conſentientibus.*
161 *Cedens liti in Signatura amplius nō auditur*
162 *Renunciatio litis in Signatura facta,impedit litis ingreſſum.*
163 *Tranſactio adimit omnem litem.*
164 *Renunciare liti,inſtantia,& iudicio, & renunciare cauſæ differunt inter ſe.*
165 *Actor & Reus, an ſint in pari priuilegio renuntiandi, ſi volunt.*
166 *Litigator vir inſignis, & probatæ famæ, an excuſetur ab expenſis.*
167 *Ab expenſis excuſatur habens pro ſe prudētum conſilia.*

Re-

REgula vero, quod Reus excusetur
ab expensis per liti cessionem, vt
supra artic. 6. hoc capite diximus *per
Crescent.decis.5, de caus. poss. & proprietat.*
139 declaratur quod post cessionem, † po-
test relaxari executio, & fieri immissio,
140 † quæ non causat attentata. *Rota in Be-
neuent. domus 4. May* 1613. coram Inno
centio X. in fine.
141 Cedens liti facit, † quod in eius Iu-
ribus amplius audiri non possit *l. postquā
liti C. de pact. c. veniēs. de renunc. Rimin Sen.
cons.562. num.1. lib.3. Cappell. Tolosan. de-
142 cis.492.* Ratio est quia dicitur † confes-
sio cedentis, per quam indicat sibi Ius nō
competere. *Bald. in c. per tuas in fin. de Si-
mo. Rim. sen .d. cons.562. n.1. lib.3.*
143 Hoc procedit in beneficialibus, † sed
in profanis Cessio litis haber maiorem
144 efficaciam, cum per eam quis † renun-
cier Iuri suo *Capell. Tolosan. decis.* 449.
*Mascard. conc.347. n.67. Rota decis.11. de
testament. in anti.*
145 Alium effectum producit cessio litis; †
quod .s. per eum lis dicitur finita adeo,
vt per rescriptum Principis suscitari non
possit *l. causas, vel lites C. de trans. Staph.
de literis Iust. c.24. fol.353. circa fin.* Ra-
146 tio est, quia non † datur regressus ad
actiones, quibus quis spontè cessit *l.
queritur §. si venditor. ff. de ed. cap. super li-
teras de renunc. Staphil. de literis grat. d. c.
24. fol.252. num.9.*
147 Limita hanc conclusionem. † Primo si
ante cessionem fuissent commissa atten-
tata *Cæsar. de Graff. decis. 2. nu. 5. de ap-
pell.*
Item limita in beneficialibus, in quibus
148 cedens liti † non prohibetur iterum ad
eam reuerti, & audiri *Mascard. concl.347.
num.64. & seq. Abb. in c. cum. pridem. nu.3.
de pact.* cedēs enim liti in beneficialibus
149 † videtur simoniace cedere, si recipit ex-
150 pēsas, & cessio dicitur nulla, † cū per eam
non vacet beneficium *Innoc. in c. quod in
dubys. de renunc.* esset enim indirecte
151 renunciare in manibus non habentis po-
testatem. *Abb. in cap. cum pridem. de pact.
Mascard. d. concl. 347. num. 64. & 65.*
152 quod autem † dicatur simoniaca legi-
tur *in c. cum, pridem vbi Abb. num.1. de
pact. & cap. Matthæus. de Simon.* † Quo-
153 modo autem procedat, si ad redimen-
das vexationes, dicam infra tit. de con-
fidentiis.
Item limita tandem conclusionem .i.
154 si actor renunciat liti, & Reus contradi-
cit, ex quo non fuit acceptata, quia renū-
155 ciatio debet acceptari, alias lis potest
restaurari, hanc opinionem defendit.
*Bart. in l.4. num.12. C. de pact; quem ibid.
sequitur Dec. num. 18. & 26. post med.*
156 Vbi concludit, quod requiritur † con-
sensus vtriusq. partis, & quod alias non
157 valet; ratio autem est, quia † nullus ac-
tus inter viuos, potest fieri absente parte,
quia consensus vtriusque requiritur, vt
dicit *Bart. vbi supra*, & ibi militat ca-
158 sus quo Iudex † acceptaret pro absente,
sed quod si absens nollet acceptare;
159 tunc annullaretur, sed si plures essent, &
160 vnus tantum contradiceret, † teneret re-
nunciatio.
161 Cedens etiam liti post quam cessit † in
signatura amplius non auditur. *Staphil.
de literis Iust. d. fol. 343. num. 8.* quia
162 † impedit litis ingressum *l. postquam liti
C. de pact. & ibid. Bartol. in fin.* Ac si es-
163 set † transactio, quæ adimit omnem li-
tem. *Cassador. decis.2. n.6. de appell. & Rot.
dec.17. p.2. diuers.*
164 Sed est aduertendum, quod † diffe-
runt inter se renunciare liti instantiæ, &
Iudicio, ac renunciare causæ, vt inquit,
*Alex. in l.4. num.5. post princ. & num. seq.
C. de pactis. Rot. decis. 3. de renunc. in
nou.*
165 An autem Reus, & Actor sint in pari
priuilegio renunciandi, si volunt liti, vi-
dendus est *Alex. in d. l.4.*
Vlterius si vir insignis, & probatæ fa-
166 mæ † litigat excusatur ab expēsis si cre-
dis *Iason. cons.170. num.27. lib.4.* & for-
167 tasse ea est ratio, † quia eodem modo ex-
cusatur ille, qui pro se habet consilia pru
dentum, vt dicit *Lanfranch. in cap. quo-
niam tit. de expens. num.3.* Quod enim
ex alijs exoptat, ex se ipso, & à propria
prudentia consequetur.

De pœnis temere litigantium.

Artic. XI.

168 *Pœna temerè litigantium quotuplex.*
169 *Temerè litigans est periurus, si iurauit de calumnia.*
170 *Temerè litigans est infamis.*
171 *Temerè litigans punitur in pecuniaria, & quomodo.*
172 *Amplia extendi ad libras quinquaginta, tā in ciuili, quam criminali.*
173 *Periurus propter calumniam, quas pœnas hodiè subeat.*
174 *Expensæ viaticorum, an veniant nomine damnorum.*

175 *Periurus repellitur etiam à limine iudi-*
cij.
176 *Declara tamen in praxi hoc non videri ob-*
seruatum.
177 *Pœnæ periurii sunt iudici arbitrariæ.*
178 *Iudex quas pœnas possit periuro infligere.*
179 *Procurator an, & quas incurrat pœnas teme-*
re litigantium.
180 *Lis calumniosa, vel temeraria quanam di-*
catur.
181 *Declara tam in Actore, quam in Reo.*
182 *Lis non dicitur temeraria, nec calumniosa, si*
per vnum bonum testem fundetur inten-
tio.
183 *Dolus abesse præsumitur, quando intentio*
per bonum testem, licet vnum probatur.

168 ET ne ignorentur, † pœnæ temere li-
tigantium sciendum est, tres esse
principaliores. Prima siquidem periu-
169 rium. † si iurauerit de calumnia. Secun-
170 da erit † infamiæ. Tertia erit pecuniaria,
171 vt puta decima pars interesse † de quo
agitur, & *glos. in l. eos. §. ne temerè verb. pœ*
nam. C. de appell. dicit illam esse librarũ,
172 † quinquaginta, præter pœnas extraor-
dinarias, & quod hoc procedat tam in
Ciuili, quam in criminali dicit *Salic. in*
d. §. ne temerè num. 16. de alijs tribus lo-
quitur *Aretin. in §. primo num. 1. Instit. de*
pœn. temer. litig. & in §. hæc omnia in princ.
instit. de pœn. temer. litig.

Quod procedebat antiquitus, hodie
vero, si iurauit de calumnia dicetur pe-
173 riurus, † & condemnabitur ad damna,
& expensas. *§ hæc autem omnia.* ubi *Are-*
tin. in princ. Instit. de pœn. tem. litig. Rol. cõs.
174 *56. num. 3. lib. 2.* Damna † autem esse
viatica, & teneri ad expensas viatiorum
dicit *Castrens. in d. l. eum, qui temer. ff. de*
Iud. Marches. de commiss. par. 2. tit. de ap-
pell. c. 3. num. 37. Bartol. in l. non ignoret. C.
de fructi. & lit. expẽs. & in l. omnes num. 3.
C. de Episc. & Cleric. latè. Caro. locat. par.
1. tit. de fruct. & lit. expens. num. 27. fol. mihi
175 *24.* Et vltra prædictas pœnas, † repelle-
tur etiam à limine Iudicij *Blanc. de com-*
prom. quæst. 4. num. 2. fol. mihi 352. quod
tamen, an in Iure subsistat remitto me
176 ad prudentiores, † cum nec in praxi vn-
quam viderim obseruatum: Hoc tamen
177 certum est, quod pœnæ huiusmodi, † sũt
arbitrariæ Iudici, qui vltra prædictas
178 potest † alias addere, vt firmat *Io. Fab.*
in §. 1. vbi Aretin. n. 1. Instit. de pœn. tem. li-
tig.

Et non solum pœnas incidit principa-
179 lis Dominus, si temere litigat, † sed etiã
eas Incurrit Procurator, si est vera doc-
trina *Castrens. in l. eum, qui temerè num. 4.*
ff. de Iud.

Quia tamen multi dubitant, quinam
sit ille, qui temerè dicitur agere, vel
calumniosam litem mouere, vel dolo li-
180 tigare, † sciendũ est esse illum, qui litem
cepit, & nihil probauit; quod procedit
181 tam in Actore, † quam in reo; secùs erit
si per coniecturas probabiles, vel per v-
num bonum testem fuit fundata partis
182 intentio; tunc .n. lis nec dicitur temera-
183 ria, nec calumniosa, & † dolus abesse
præsumitur *Bald. cons. 106. num. 1. circa fin.*
lib. 3. & dicit Bart. in l. 1. n. 1. ff. de alien. Iud.
mut. cau.

Ad quæ damna teneantur temere litigantes.

Artic. XII.

184 *Damna iudicialia quænam dicantur.*
185 *Damna iudicialia, an debeantur à temere*
litigante.
186 *Damna extraiudicialia quænam dicantur.*
187 *Damna extraiudicialia, an debeat reficere*
temerè litigans.
188 *Lucra perdita ex causa temerariæ litis, an*
veniant reficienda.
189 *Declara multos contrariam tenere opinio-*
nem.
190 *Declara iterum alios, & quos huic contra-*
riam amplecti.
191 *Damna circa personam, quæ causa litis fuit*
coacta suum dimittere exercitium, & re-
ficienda.
192 *Et quid de damno facto ob sequestrum mer-*
cium.
193 *Aduocatus, an repetat damna sibi oblata*
temerè litigatore, quod alys non potuerit
patrocinari.
194 *Declara pœnam temerè litigandi procedere*
contra actorem.
195 *Reus an teneatur ad pœnas contentas in lege*
actoris temere litigantis.
196 *Reus temere litigans tenetur solum ad expen-*
sas Iudiciales.
197 *Damna extraiudicialia per victum nõ sol-*
uuntur in Curia.
198 *Expensæ non reficiuntur in Curia, si per co-*
niecturas, aut testem excludatur dolus.

VTque meliùs declaremùs, quæ dam-
na veniant reficienda à temere li-
184 tigante aduertendum est, † quod alia
dicuntur Iudicialia, puta viaticorum, &
expensæ, pro conducendis Procurato-
ribus.

bus, & Aduocatis pro sportulis, & si-
185 milibus, hæc deberi dicit *Textus in l.Sãcimus. vbi Cyn. num.8.vers. tu dic.C. de Ind.* & de his etiam loquitur *Rota in supra citata Romana expensarum* 23.*Iannar.* 1616.*coram* S.Mem.Innocentio Decimo.
186 †Alia dicuntur extraiudicialia puta dimisi agrum incultum ex causa temerariæ litis per te contra me motæ, reliqui domum non conductam, & similia, & ad
187 † hæc talis litigans non obligatur secũdum *Cyn. in d.l,Sancimus.num.8.vers. tu dic. C. de Ind. vbi etiam Bald. num.13. q.7. Salic.num.7. quæst.7. Arctin. in princ. Castrens. in l.non ignoret. num.3. Thesaur. decis.68.num,5.* & eodem modo, neque
188 esse reficienda † lucra perdita ex causa d.litis dicit idem *Cyn. in d. l. Sancimus.*
189 *num.9, vers.aditio* †Sed contrariam opinionem tenent multi relati per eumdem *Cyn. loco citato num.8.* Licet ipse contrarium teneat, & contra eius opinionem scripserunt. *Bald.cons.106.num.1. lib.3.*
190 vbi dicit, quod si dolose litigauit † tenetur etiam ad ista damna *gloss. in l. prima verb. tenebitur circa med.ff. de alien. Iud. mut. caus. vbi Bart. num.1.* sequitur, & mirabilem dicit, maxime de damnis cir-
191 cã personam, † quæ causa litis coacta fuit dimittere suum exercitium; vbi etiã *Alex.in addit.litera A.* & eãdem glosam sequitur *Boer. decis.52.num.6. Grati. c. 56. num.45. Salic.in l. properandum. §. sin autem alterutra.num.14.C,de Iud. Afin. in praxi. §. 32. cap.2. limit.19.Surd.de alim. tit.9.quæst. 39. num.11.Abb.in c.finem liti n.30.de dol.& cont.addent.ad Vestr.lib.8.c. 2.n.25.*

Quod etiam ampliatur contra illum
192 qui temere sequestrare fecit,† merces alicuius mercatoris, qui ob dictum sequestrum illas vendere non potuit pro precio, quo vendidisset; ille enim tenetur ad talia damna per *text. in l. si decem.ff. de dol.Bald.d.cons.106.n.1.lib.3.*

193 Item amplia in Aduocato,† qui ex causa huiusmodi, litis coactus fuit omittere patrocinia aliis præstare solita, & lucrum, quod fecisset in illis non fecit; potest .n. illa à temere litigante repetere *Abb.in cap.finem liti num. 30. de dol. & cont. Surd.de alim.tit.9.quæst.39.num.11. Grat.cap.56. num.42. per Theoricam Iaf. in l. Sancimus.num.8.C.de Indic.*

194 Quæ declara procedere †contra Actorem; si .n. reus temere litigaret, non
195 teneretur † ad illa cum lex de Actore loquatur. Ideoque tenetur solum ad ex-
196 pensas Iudiciales,† non autem ad fundũ incultum, domum non conductã, & huiusmodi, sic dicit *Cyn.in d. l. Sancimus. num.3. C.de Iud.* Qui tamen videtur etiã loqui de reo, quia textus loquitur de citato, quod esset nimis graue.

Hoc est certum, quod in Curia nos-
197 tra,† non soluuntur talia damna per victum *Mandos.de Commiss.form. 20. vers. sanetur.& Grat.in d.c.56.n.45.*& quod nec
198 reficiuntur,† etiam quod fuerit facta aliqualis probatio per coniecturas verisimiles,& per bonum testem ex quibus dolus excludatur. *Bald.d.cons.106.& Bart.in d.l.1.ff.de alien.Iud.mut.caus.*

An appellatione expensarum veniant damna.

Artic. XIII.

199 *Damna, an veniant appellatione expensarum.*
Expensæ, an veniant appellatione damnorum. eod.n.199.
200 *Expensæ contumaciales, an veniant appellatione damnorum.*
201 *Damna non esse expensas, dicunt Canonistæ.*
202 *Interesse, an veniat nomine expensarum.*
Expensæ an dicantur interesse. eod.n.202
203 *Absolutus ab expensis non dicitur absolutus à damno.*
204 *Expensa an dicantur remissa, quando sunt remissa damna.*

199 AN autem appellatione expensarũ † veniant damna, & è cõtra, est diuersa opinio, quia *Iaf.in d.l. Sancimus nu. 8, test. in l.non ignoret.C.de fruct.& lit.expensis. Lanfranch. d.c.quoniam contra, & Vestr.vbi add.d. lib,8.cap.2. n.25.* Tenẽt quod appellatione expensarum veniunt damna prædicta deductis sumptibus, qui domi fierẽt; Alij dicũt, quod appellatio
200 ne damnorum veniunt † expensæ contumaciales; et istam opinionem defendũt. *Iaf.in d. l.Sancimus; Bart.in l.1.§. hoc Indicium.ff.si quis caus.indic, Boer.decis.62,n.3.* Sed canonistæ, nec vni, nec alteri certai Doctorum consentiunt, dicuntque damna
201 † non esse expensas, *vt in cap. in nostro de Iniur.& refert.Cyn.in d.l.Sancimus num.8. C.de Ind. Surd.decis.261.n.3. Boer. decis.52.num.7. Lancell. de attent.3. par.c. 31.n.164.* quod idem † firmabis, si quæ-
202 ritur an interesse sint expensæ. *Iaf.in d. l. Sancimus num.7. Sal. num.4. de Iud. Bald. num.19. in l. non ignores.C. de fruct. & lit. ex-*

expens. Lancell. vbi supra d. par. 3, c. 31. nu. 164. Et ideo dicunt, quod qui est abso-
203 lutus ab expensis, † non dicitur absolutus à damno, nec quando remissa sunt
204 damna, † dicuntur remissæ expensæ *Surd. d. decis. 261. n. 3.*

Quæ nam sint signa temeritatis.

Artic. XI.

205 *Actor requisitus iurare; si contemnit, præbet indicium temeritatis.*
206 *Actor si noniurat requisitus cogitur causam perdere.*
207 *Iuramentum calumniæ, debet præstari in omni instantia.*
208 *Iuramenntum si petitur in secunda instãtia præstari debet, licet datum in prima,*
209 *Aduocatus, actor, & reus nou liberantur à iuramento calumniæ.*
210 *Iuramentum calumniæ, an præstari debeat à successore in lite.*

MAgnum inditium temeritatis præbet actor quando requisitus, vt
205 de calumnia iurét, † sic iurare cotempsit *Aretin. in §. 1. num. 8. Instit. de pæn. te-*
206 *mer. litig.* adeo vt † si non iuret, causam cogatur perdere. *Iac. But. in l. 2. in princip. C. de iur. cal.* quem sequitur *Aretin. in d. §. p. num. 13. Instit. de pæn. temer. litig.*
207 Tale enim iuramentum † debet præstari in omni Instantia, et si fuit iuratum,
208 in prima, si in secunda † petatur, præstari debet *Aretin. vbi supra num. 15.* nec ã ta-
209 li Iuramento † liberatur Aduocatus, Actor, & Reus, et si mutatur persona, Iurabit
210 ille, qui † in lite succedit *Aretin. ibidem num. 9.*

An Iuramentum Calumniæ possit omitti.

Art: XV.

211 *Iuramentum ommissum regulariter vitiat sententiam.*
212 *Amplia etiam, quod annullat processum.*
213 *Statutum, quod iuramentum possit remitti non valet.*
214 *Iudex non potest, & si vellet, iuramentum remittere.*
215 *Iuramentum non potest tolli, neque per consuetudinem, & quare.*
216 *Iuramentum antiquitus præstabatur tantum in aliquibus casibus.*
217 *Iuramentum calumniæ hodiè regulariter præstatur in omnibus casibus.*
218 *Iurare, an teneatur pars non data copia petiti processus.*
219 *Iuramentum nisi petatur non est necessiario poæstandum.*
219 *Processus, an valeat sine iuramento, quia non petitum, aut non data copia processus.*
220 *Iuramentum tacitè à parte remissum potest relinqui.*
221 *Iuramentum expresè à parte remitti nequit.*
222 *Sententia lata sinè iuramento calumniæ, an, & quando possit confirmari.*
223 *Præsumptio calumniæ cessat, quando constat de bono iure.*
224 *Expensarum condemnatio fit contra vtrãque partem; quando quis vincit, & vincitur.*
225 *Expensarum condemnatio prædicta, quando habeat locum.*
226 *Expensarum compensatio, si fit in iudicio, vbi totum petitur, quomodo fieri debeat.*

DEbet enim semper tale iuramentum
211 præstari, & omissum semper regulariter vitiat sententiam *c. primo de Iuram, cal. in 6. Vant. de null. ex defect. processionum. 29. Put. decis. 398. Tiber. Salust.*
212 *lib. 1. c. 59. num. 4.* Et non solum † annullat sententiam; sed etiam processum *Menoch. de arbit. in q. 20. n. 4. in fin. & Salust vbi sup.*

Quod amplia, vt nec à statuto possit
213 remitti, si enim adesset † statutum, vt dictum Iuramentum non præstaretur nõ valeret. *Menoch. vbi supra d. num. 4.* quod
214 nec facere potest † Iudex, etiam si vellet *Menoch. vbi sup.* nec idem faceret cõsue-
215 tudo quia est de Iure Diuino, vt in *exod. 22. Bart. in extrauag. ad reprimẽdum verbo & figura n. 11. Menoch. vbi supra num. 1. & 2.*

216 Antiquitus hoc Iuramentum † præstabatur tantum in quibusdam casibus, vt *in l. de pupillo §. qui opus ff. de no. ope nunc. in l. qui bona. ff. de damn. infect. Aretin. d. §. 1. num. 7. Instit. de pen. tem. litig.*
217 hodie vero † generaliter præstatur in omnibus casibus, vt *l. 1. & 2. C. de Iur. cal. Aretin. vbi sup. num. 7. & 8.* & dicitur de substantia Iudicij. *Vant. de null. ex defect. process. n. 29.*

Fallit tamen regula. Primo, si pars petàt copiam processuum. & illi non
218 fuerit tradita; † tunc enim non tenetur iu-

iurare, & interim processus valet *Fastol. decis.*18. quem refert, & sequitur *Vant. vbi supra n.*29. *in fine.*

Fallit secundo, si illud non fuit peti-
219 tũ; † tũc enim nõ tenetur iurare,& processus valet *Vant.vbi supra num.*29. *Papien. quem refert Menoch. de arbitr. Iud. quæst.*20. *n.*5.*Vestr.lib.*5.*cap.*2.*num.*3.*fol.* 110.

220 Fallit tertio, si fuit † tacitè à parte
221 remissum,dico tacite, † quia expresse remitti, non potest *l. prima.* §. *sed quia versemur. C. de Iuram. Cal.* Quod Actor tacite illud remittere possit dicit *Vestr. vbi adden. vbi sup.n.*11.*fol.*112.

Fallit quarto, si constat de bono Iure eius,contra quem illud petitur; Tunc
222 enim,†si de eo constat,sententia lata sine iuramento potest confirmari *addent. ad Vestr. d.l.*5. *cap.*2.*num.*13. *& seq.fol.*112.
223 *& seq.* et ratio est; quia † tunc cessat præsumptio calũniæ,quo casu ex euidentia facti,illud non dicitur necessarium *Bald.in c.*2. *nu.*7. *de probat. Rot. post Cenc. de censib.decis.*21. *num.*6. *& pænes adden. ad Galles.de oblig.Cam.decis.*231.*num.*6.*et alibi passim.*

In casu in quo quis vincit,& vincitur *Gabr.conclus.*2. *num.*12. *de expens.* dicit
224 † quod alter alteri in expensis condemnatur, & quod sunt ad inuicem inter ipsos compensandæ; quod habet locum,
225 † quando sunt petita plura per capitula principaliter ; & non quando totum, si pars statim debebatur *Gabr.ibid. nu.*14.

Et cõmpensatio , quando fit in Iudi-
226 cio,vbi totũ petitur,†an fieri debeat indistinctè,vel pro rata,puta peto cẽtum, probo nonaginta, an debeant compensari expensæ, vel condemnari Reus pro rata nonaginta ; & Actor pro decem de opin. Bald. non esse faciendam pro rata, dicit *Gabr. d.conclus.*2. *num.*16.sed contrarium tenet *Bero. cons.* 283. *lib.* 3. *& Gabr.ibid. n.*16.

An omissio condemnationis liberet victum ab expensis.

Artic. XVI.

227 *Expensæ regulariter pro omissis habentur, si iudex,omisit condemnationem.*
228 *Expensæ ommissæ amplius peti non possunt.*
229 *Officium iudicis expirat lata sententia.*
230 *Expensæ omissæ, quod amplius peti nequeãt, de quibus intelligatur,*
231 *Iudex,si in sententia non facit mentionem de expensis, eius officium expirat.*
232 *Iudex,an possit eodem die sententiæ supplere, & in expensis condemnare.*
233 *Limita tamen in expensis iure actionis debitis, & quarè.*
234 *Iudex semper potest condemnare,quoties nõ deficit officium suum.*
235 *Victor,an possit contra iudicem pro omissis expensis agere.*
236 *Absolutus ab expẽsis adiuuatur, si probat causam,quam habuit iustè litigandi.*
237 *Omissio condemnationis expẽsarum, quando præsumatur per errorem adiecta,*
238 *Litis contestatio inducit malam fidem.*
239 *Cessio litis saluat à mala fide.*
240 *Expẽsarum cõdemnationem euitare nequit, existens in mala fide.*
241 *Declara,quid si adsit statutum, quod victus victori in expensis condemnetur.*
242 *Sttautum Vrbis, quod victor victori in expensis condemnetur, vbi locum habeat.*
243 *Sententia absolutoria expẽsarum,contra dispositionem statuti est ipso iure nulla.*
244 *Iusta causa litigandi in casu statuti, quod victus in expensis condemnetur,nõ habet locum.*
245 *Declara tamen si statutum dirigit verba dispositionis in victum.*
246 *Limita vero si verba statuti dirigantur in iudicem.*
247 *Causa ligitima, an excuset ab expẽsis, non obstante statuto,quod victus victori&c.*
248 *Expẽsæ conuẽtionales, an comprehendantur in statuto quod victus victori &c.*
249 *Omissio expensarum, si transit in iudicatum non comprehẽditur in statuto,quod victus victori,*
250 *Et quid si fuit appellatum, & non prosecuta appellatio.*
251 *Omissio expensarum in interlocutorio, potest quandocumque à iudice resarciri.*
252 *Expensarum condemnatio est regulariter necessaria.*
253 *Expensæ iure actionis,quando debeantur,& qui sint casus.*
254 *Expensarum condemnatio,non potest fieri antequam finiatur iudicium.*
255 *Et quid si fieret, num diceretur attentatum ?*
256 *Expensarum condemnationem antequam iudicium finiatur posse fieri quis teneat.*
257 *Expensæ sunt à iudice taxandæ.*
258 *Victor debet iurare se tales expensas fecisse.*
259 *Iudex delato iuramento debet sententiam super expensis deferre.*

Sen-

226 *Sententia expensarum debet esse de factis, & non de faciendis.*

VLterius est valdè de considerabilis casus, quando Iudex omisit con-
227 demnare in expensis; † tunc enim regulariter peo omissis habentur, & am-
228 plius non † possunt peti. *l. terminato C. de fruct. & lit. expẽs. Bart. in l. à diuo Pio. §. sententia. ff. de re Iud. Rot. in Romana expensarum 28. May 1614. coram bo.m. Mãzanedo in folio.* Et ratio est, quia lata
229 sententia † expieat officium Iudicis. *Rota vbi supra*. Et ideò est facienda declaratio, hoc procedere in expensis debi-
230 tis non iure actionis. sed officio Iudicis, cuius ope petuntur, & ratione victoris *Bart. in l. 1. §. hoc Iudicium num. 2. ff. si quis Ius dicen. non obtemp.* Vnde si Iudex in sententia, quam fert non fecit mẽ-
231 tionem de expensis, † eius officium dicitur expirare *Rolãd. cõs. 62. n. 12. & 16. lib. 4.*

Quod procedit ex interuallo, quia si
232 eadem die vellet iudex condemnare. † vtique posset supplere, & in expensis condemnare secundum ea, quæ dixit *Marches. de commiss. tit. de appell. cap. 3. par. 2. n. 48. Granut. Theorem. 6. num. 14. Specul. de appell. §. 2. nu. 14. Specul. de appellat. §. 2. num. 24* ad quod viden. est etiam *Rot. decis. 1. vt lit. pend. in nou.* Sed in debitis iure actionis non
233 ita, † quia actio non desiit primo officiũ Iudicis per sententiæ promulgationẽ,
234 & ideò sempee † poterit coudemnare *Roland. vbi supra, & Granut. d. Theorem. 6. n. 14.* in quibus Iudex debet esse cautus, ne contra se pariat actionem, quia si o-
235 mittit condemnare, † Victor poterit cõtra Iudicem pro illis agere *Specul. §. 2. n. 25. de appell. & dicit tex. in l. Sancimus. C. de Iud.*

Regula prædicta de omissione, proce-
236 dit quatenus doceat, † ille, qui prętendit per omissionem se ab expensis absolutũ, ex quo habuit iustam causam litigandi. *Rot. relata per Granut. obseru. 6. n. . vers. resolutum.* Alias enim, si non doceat se talem iustam causam habuisse, omis-
237 sio præsumitur, † per errorem, quia non fuit petita condemnatio. *Granut. d. verb. resolutum.* Et ratio est, quia is habet contea se præsumptionem malæ
238 fidei; † litis enim con[illegible]o inducit
239 malã fidem, à qua saluari potuisset, † si liti cessisset, quia [illegible]se penitẽ eum cõ-
240 demnationem [illegible]are non potest, vt dicit *Rot. relat. per eundem Granut. ead. obser. 6. loc. cit.*

Declara hoc habere locum, nisi adesset statutum per quod victus, † victori
241 in expensis condemnatur, vt in Vrbe. *Surd. de alim. tit. 1. quæst. 53. nu. 4. Rol. cons. 62. num. 12. lib. 4. Addent. ad Matthesil. singul. 88. num. 7.* sed incidenter ad uertere; quod statutum nouum disponens
242 quod victus victori &c. habet † locum in solo foro Capitolino. vt dixit *Rot. in d. Romana expensarum 28. May 1614. coram d.b.m. Manzanedo.* & aduertendum etiã, quod in casu statuti similis, si Iudex
243 expresse absolueret † sententia diceretur ipso iure nulla, secundum opin. *Roland. d. cons. 62. nu. 14. lib. 4.*

Declarandum iterum, quod in casu
244 statuti similis, iusta causa † non excusat ab expensis *Alex. cons 183. in fin. lib. 5. Surd. decis. 274. num. 6. & decis. 261. num. 9. & de veriori. Grat. 1. cap. 33. num. 4. & de omni statuto indistinctè Surd. de alim. tit. 6. quæst. 3. num. 26. Granut. Theorem. 11. & adden. ad Matthesil. singul. 8. num. 7.*

Sed est procedendum cum distinctione, quod vel .s. tale statutum, dirigit
245 † verba in victum, vel in Iudicem, si in victum procedit supradicta opinio, *vt Grati. d. c. 33. nu. 4.*

246 Si vero dirigit in Iudicem† aliter est respondendum *Matthes. nota. 80. Alex. in l. 1. col. penul. ad l. Falcid. in cap. 1. de rescri. Cartar. Genuen. decis. p. nu. 10. Grati. vbi sup. n. 5.*

247 Sed quod causa legitima, † excuset ab expensis non obstate tali statuto, quod intelligitur tantum in legititima causa nõ subsistente, dicit *Mandos. reg l. 29. qu. est. 11. col. fin. num. 12. Surd cons. 142. num. 7. tit. 1. Bald. in l. terminato num. 21. C. de fruct. & lit. expens. Curt. Iun. cons. 143. n. Alex. in l. properandum. §. fin. autem. alterutrum. C. de Iud.*

248 Item fallit regula prædicta † in expensis conuentionalibus *Alex. con. 32. in fin. lib. 3. Surd. & Roland. vbi supra.*

Vlteeius fallit, si post latam sententiã
249 in qua fuit facta omitio † non fuisset appellatum; quia tunc res Iudicata dat robur omissioni *Franch. March. decis. 58. par. 1.* Et idem dicendum, si fuit appel-
250 latum, † sed appellatio non prosecuta *Franch. vbi sup.*

In interlocutoria vero, quia respectu Iudicis, nunquam transit in iudi-
251 catum † condemnatio, etiam quod fuerit omissa, potest quandocumque resarciri *Marant. parte 6, num. 38. fol. 436.*

252 Est igitur secundum plures † necessaria

ſaria condemnatione ab omiſſione oriã
tur difficultates prǽterquam in certis ca
ſibus, vt ſupra in quibus debentur iure
253 actionis, † & ſunt quæ debentur ex con.
tractu, vel ex contumacia.

Sed eſt aduertendum, quod non po-
254 teſt † fieri antequam finiatur iudicium,
255 ſi enim fieret ante † fieret attentatum *Rota deciſ. fin. de ſent. & re Iudic. in antiq. Lancell. de attent. pendent. appell. cap. 12.*
256 *lim. 11. ſed Maraut.* † videtur tenere cõ-
trarium, quod ſcilicet fieri poſſit, *vt par. 6. de appell. n. 197.*

Et in ſubſtantia obſeruantur tria re-
quiſita in taxatione expẽſarum neceſſa-
257 ria, † primum ſcilicet, quod ſit Iudex,
258 qui taxet. Secundo, quod victor † iuret
ſe illas feciſſe. Tertio, quod Iudex delato
259 iuramento ferat † ſententiam ſuper il-
lis *auth. poſt. Ius iurandum C. de Iud. Lanfranch. in c. quoniam contra de probat. tit. de expenſ. num. 7. Vrſil. ad Afflict. deciſ. 71*
260 Et quod ſemper ſit agendnm † de factis,
non autem de faciendis *Marcheſ. de reſtit. in integr. quæſt. 2. c. 2. n. 60.*

Quando ab exceſſiua taxatione expenſarum detur appellatio.

Artic. XVII.

261 *Appellatio ſuſpenſiua datur à taxatione expenſarum exceſſiua.*
262 *Appellatio prædicta ſemel tantum admittitur, & non vltra.*
263 *Exceſſus expenſarum eſt exprimendus in appellatione.*
264 *Appellatio ab ommiſſione condemnationis expenſarum, quoque admittitur.*
265 *Appellatio prædicta non eſt neceſſaria, ſi uictu generaliter appellauit.*
266 *Amplia etſi victus non proſequatur appellationem, vel illi renunciet.*
267 *Appellatio enim prædicta dicitur facta communis, vtriq. parti.*
268 *Limita, ſi victus par tim eſt abſolutus & appellauit in parte, & partibus.*
269 *Victor quando non poſſit ſe iuuare appellatione victi.*
270 *Victor quãndo debeat ab omiſſione appellare non obſtante appellatione victi.*
271 *Expenſæ Procuratoris, & Aduocati non taxantur in expenſis officio iudicis petitis.*
272 *Declara tamen ſemper eſſe recurrendum ad arbitrium iudicis.*
273 *Iudex an debeat habere conſiderationem expenſarum Aduocati, & Procuratoris.*

261 Vlteriùs ſciendum eſt, † quod à taxatione expenſarum exceſſiua datur appellatio ſuſpenſiua *Lancell. de attent. appell. penden. cap. 11. limit. prima. nu. 108. vſque in fin. Marcheſ. de commiſ. tit de appell. cap. 3. par. 2. num. 43. & 45.* Sed
262 † ſemel tantum admittitur, & non vltra *Marcheſ. ibid. num. 71. Lancell. eodem trac. d. par. 2. cap. 12. lim. 53. num. 8. & ſequ.*
263 aduerten. tamen quod debet exprimi, † exceſſus *Marcheſ. vbi ſup. n. 44.*

Et ſicut admittitur appellatio ab ex-
264 ceſſiua † ita etiam admittitur ab omiſ-
ſione condemnationis illarum *Coutard. de moment. lim. 1. n. 59.* Sed non eſt ne-
ceſſe appellare ab omiſſione, quando vi-
265 ctus generaliter † à ſententia cõntra ſe lata appellauit *Marcheſ. d. c. 3. n. 63.*

Quod amplia etiam ſi victus poſtea
266 vellet, renunciare appellationi, vel illam
267 non proſequererur, † quia per eam fuit
quæſitum Ius victori, & appellatio, dicitur facta communis in hac parte. *Marcheſ. vbi ſup. d. c. 3, n. 65.*

Sed fallit ſi victus fuit condemnatus
268 in negocio principali, † & abſolutus in
aliqua parte, & appellauit in parte, & par
269 tibus. tunc enim victor non † poteſt ſe
iuuare appellatione victi, ſed debet ipſe
270 † ab omiſſione appellare *Marcheſ. d. c. 3. n. 66.*

Et quamuis ſupra diximus, quod expenſæ Procuratoris. & Auocati, in caſu
quo petantur officio Iudicis, non taxã-
271 tur † *ex Veſtr. lib. 9. cap. 2. num. 12. Marcheſ. c. d. 3. n. 5. & tit. de reſtit. c. 2. n. 61.* nihi-
272 lominus ſemper eſt † recurrendum ad arbitrium Iudicis, qui debet habere, ali-
273 quam † conſiderationem mercedis illorum, vt dicit *idem Marcheſ. ibid. n. 50.*

Ad quem Iudicem ſpectet liquidatio expenſarum.

Artic. XVIII.

274 *Expenſarum taxatio coram quo facienda, & an coram vnoquoque iudice ex pluribus*
275 *Expenſarum taxatio coram ſuo iudice firmata defertur ad iudicẽ vltima inſtantiæ.*
276 *Iudex vltimæ inſtantiæ, quid faciat habita expenſarum taxatione ab alio iudice.*
277 *Expenſarum taxatio corã quo faciẽda dicta facultate taxandi omnes expenſas in commiſſione.*
278 *Reſcriptum Signaturæ ſimplex de expenſis, quomodo intelligatur.*
279 *Iudex appellationis cõdẽnans, vel abſoluens ab expẽſis ſimpliciter, quomodo intelligatur*
280 *Declara tamẽ quãdo prædicta ita procedant.*

TAxatio expensarum licet terminec-
tur coram vltimo Iudice appella-
tionis, est tamen in praxi aduertendum,
quod si plures fuerunt Iudices coram
274 vnoquoque † est facienda sua taxa, quæ
postquam firmata fuit, coram suo Iudi-
275 ce, † defertur ad Iudicem vltimæ instan-
tiæ, qui postea illas taxat, & moderatur
276 † & mandata necessaria relaxat. *Rot. dec.
44. vt lit. pend. in antiq.*

Quod tamen vult limitari *Granut.*
277 † quando in commissione est data facul
tas taxandi omnes expensas, & de hoc
stilo Cur. testatur *Theorem. 6. num.* 14. se-
cus si signatura rescriberet simpliciter;
278 tunc † intelligitur de expensis tantum
factis coram ipso. *Marches. de commis. tit.
de in integr. restit. c. 1. quæst. 2. n. 88 & tit. de
appell. c. 3. d. par. 2. n. 75.*

Hic quoque videtur aduertendum,
quod Iudex appellationis simpliciter
condemnans, vel absoluens ab expensis,
279 intelligitur † de omnibus factis, tam co-
ram se, quam coram alijs in quacumq.
Instantia *Dec. in cap. reprehensibilis. nu.
9. & 10. & c. sæpe n. 11. de appell.*

Sed declara procedere, si sententia Iu-
280 dicis appellationis, est † conformis pri-
mæ sententiæ Iudicis à quo, ita *Dec.
vbi supra. num. 9. Granut. Theorem. 6. n. 6.
vers. tertio,* super quo vid. *Marches.
tit. in integr. restit. c. 2. par. 2. n. 48. & tit. de
appell. c. 3. par. 2. n. 75.*

An autem commissa causa post tres conformes à Signatura cum clausula sine præiudicio triũ conformium expẽsatũ taxatio, sit reseruãda iudici, a quo vel possint taxari à iudice ad quem, videnda est *Rota dec. 210. par. 7. recent. & apud Mellin. dec. 108. & in Farfen. pecuniaria 21. Iunij 1610. coram Manzanedo confirmata 16. Martij 1611. coram Innoc. X.*

Quem stilum seruet Rota in condemnatione expensarum

Artic. XIX.

281 *Expensarum condemnatio aliquando omittitur, etiam ab ipsa Rota.*
282 *Expensarum condemnatio à Rota omissa, tũc omissum habetur pro omisso.*
283 *Iusta causa litigandi ad quid prosit in Rota.*
284 *Et quid, quando fit condemnatio ex deductis de nouo.*
285 *Excusatio iustæ causæ, quousque deseruit, succumbenti.*
286 *Expensarum condemnatio subsistit, & si non adsit iusta causa de stilo Rotæ.*
287 *Expẽsæ pluriũ iudiciorũ, quomodo peti possint*
288 *Iudex appellationis potest condemnare ad expensas, etiam coram Iudice à quo factas.*
289 *Amplia intelligi de omnibus expensis, & si dicat de factis coram nobis*
290 *Limita, si iudex à quo absoluisset ab expensis, et non fuisset appellatum.*
291 *Expensa facta in diuerso iudicio, iure denegantur.*
292 *Iudex sibi expensas reseruans non dicitur, neque absoluere, neque condemnare.*
293 *Reseruatio expẽsarũ à iudice sibi facta, quid operetur.*
294 *Verbum condẽmno relictum in condemnatione expensarum subintelligitur.*
295 *Absolutio expẽsarum à iudice facta, de quibus expẽsis intelligatur. &* 126. 388.
296 *Condẽnati in expẽsis vnica sentẽtia, an in solidum, vel pro rate teneantur.*
297 *Limita tamen in criminalibus.*
298 *Expẽsas pecunia reficere impotẽs punitur in corpore.*
299 *Declara tamen non esse in vsu.*
Cautionẽ dare, an cogatur, qui obtinet expẽsas processus, & sententiæ. eod. n. 299.
300 *Condemnatus ad expẽsas in secunda, an dicatur executio primæ sententiæ, vbi de illis nulla mentio.*
301 *Expensæ post litis contestationem in genere, an veniant iure actionis, vel officio iudicis*
302 *Expensarum condemnatio pro executione sententiæ lata pro possessore, an fiat.*

REgula quoque; quod Rota Roma-
na condemnet semper in expẽsis,
siue subsistat, siue non subsistat iusta cau
sa litigandi, de qua *Granut. d. Theor. 6.
n. 6. 7. & 8. & Caputaq. dec. 176. & dec. etiã
340. lib. 1. n. 4. & Cassador. decis. 13. n. 2. de
vsuris, & opinio Putei dec. 246. lib. 4.* nõ est
281 ita simpliciter considerada, quia † Rota
quandoq. etiã ipsa omittit similẽ condẽ
282 nationẽ, & † tunc si omittit habetur pro
omisso *Bellam. decis. 190.* & alias decis. re
fert *Mandos. sup. reg. Cãcell. regul. 29. de sub
roga. Collit. qu. 11. n. 11.* vbi quod omissũ
habetur pro omisso, & quod stilus Rotę,
quod sẽper s. in expensis condẽnet, pro-
cedit, quãdo condẽnatio sequitur, secus
283 est quãdo omittitur. & ad quid prosit † in
Rota, iusta causa litigandi, *dicit Put. in
correct. dec. 373. fol. 598. & Rot d. dec. Rom.
expensarum coram b. m. Coccino.*
284 Quod, & procedit sine difficultate, † quã
do fit cõdemnatio ex deductis de nouo,
*Rot. decis. 10. de dol. & contum. in nou. & de
stylo, qui seruatur in Rota testatur Caputaq.
decis. 179. par. 1 & decis. 142. par. 2. Milis.
repert. verbo expensarum.* & est de mente
*Abb in c. fin. col. 12. de dol. & contum. Gui-
dopap. decis. 436. Cappell. Tolos. decis. 22.* de
quo stilo etiãm testatur *dec. 340. 730. n.° 1
par. 1. diuers. & dec. 135. n. 5. post. Pacific. de
salu.*

ſalu. ſed iſta excuſatio eouſq deſeruit, vt ſupra firmauimus, donec Reus dicta
285 Iura vidit, & ſi illis acquieuit, † ſecùs enim deficit fundamentum cauſæ iuſtæ, & ſic condemnatio in expenſis. ſtilusq. Rotæ ſuffragatur, vt ſubſiſtat condem-
286 natio,† etiam quod non adſit iust a cauſa *Rot. in d. Romana expenſarum coram Coccino*,

Si autem adſint expenſę plurium Iu-
287 diciorum,poterunt peti, † vel in vno, vel in pluribus Iudicijs, vt reſpōdit *Rota in Lucana expenſarum 26. Februar. 1607. coram bo. memor. Juſto*, & Iudex ap-
288 pellationis poteſt condemnare † partes ad expenſas factas, non ſolum corā ſe, ſed etiam coram Iudice à quo, *vt Rota in Aeſina expenſarum 4. Iulij 1629. coram bo. mem. Cardinali Veroſpio in folio*, Vbi quod cenſetur facta con-
289 demnatio de omnibus, † etiam ſi dicar in expenſis factis coram nobis,quod tamen non procederet ſi Iudex à quo
290 abſoluiſſet † ab expenſis, et ab abſolutione non fuiſſet appellatum; vt dicitur in eadem deciſione, ſed *Pen. deciſ. 664.*
291 *num. 3.* dicit quod Iure † denegantur expenſæ factæ in diuerſo Iudicio.

Declara, quod ſi Iudex non condemnat, neque abſoluit expreſſe, ſed dicit, quod ſibi reſeruat expenſas, tali caſu,
292 † non dicitur, neque condemnare, neq. abſoluere *Iaſ. in l. properandum. §. ſin. alterutra col. fin. C. de Iud. Mandel. conſ. 5. num. 6.* Facit tamen dicta reſeruatio,
293 quod ipſe † Iudex,& ſucceſſor poſſit taxare *Bart. in l. ab executore n. 11. de appellat.*

Si Iudex omiſit verbum condemno, & poſuit alia verba victum, victori in expenſis,quarum taxationem; tunc di-
294 citur facta condemnatio, & verba condemnamus ſubintelligūtur *Bart. in l. præſes C. de ſentent.* Secùs autem ſi deeſſent illa verba quarum taxationem.

In caſu etiam,quo Iudex abſoluit,ſem-
295 per dicendū,quod intelligitur † de expēſis,quę debentur tantum Iudicis officio. *Gabr. concluſ. 4. in fin. de reg. Iur.*

Et in caſu quo plures condemnentur in expenſis vnica ſententia, tales
296 † condemnati non tenentur inſolidum, ſed vnuſquiſque pro rata ſua *l. prima, & ſecunda C. ſi plures vna ſententia Caputa-*
297 *quen. deciſ. 343. parte prima.* Quod † tamen fallit in criminalibus. *Boer. deciſ. 310. num. 6. & 8. Auiguon. deciſ. 55. de-*
298 *ciſ. 112. num. 5.* & † qui reficere non poteſt expēſas,in pecunia puniri debet in Corpore. *c. finem litibus. de dol. & contum.* quod tamen non eſt in vſu, & nū-
299 quam, † qui obtinet expenſas proceſſus & ſententiæ cogitur ad præſtādam cautionem *Rot. deciſ. 6. fol. 25. de reſtit. in*
300 *integr. in nou.* † An autem condemnatio ad expenſas in ſecūda,dicatur executio primæ ſententiæ,in qua de illis mentio nulla facta fuit, & quid de taxatione, videnda eſt *Rot. deciſ. 1. in fin. vt lit. pend. in nou. Put. deciſ. 240. fol. 288. in correctis.*
301 Et † an expenſæ poſt litis conteſtationē in genere veniant Iure actionis, vel officio Iudicis, videnda eſt, *Rot. deciſ. 47. de appell. in nou.*

Quibus in caſibus fiat, vel non condemnatio expenſarum.

Artic. XX.

303 *Et quid pro non poſſidente, an fiat.*
304 *Expenſarum condemnatio omiſſa in poſſeſſorio,an poſſit deduci in petitorio.*
305 *Fructuum condemnatio ,ſi omittatur in poſſeſſorio,poteſt deduci in petitorio.*
306 *Fructuum condemnatio fit,licet in parte ſententia reformetur.*
307 *Expenſæ litis an repeti poſſint, ſi cauſa fuit à Principe commiſſa.*
308 *Cauſa ſi ſit a Principe commiſſa, an cenſeat bonam, vel malam fidem.*
309 *Fides bona, vel mala plurimum ſemper attenditur.*
310 *Fides prædicta ſi non ſufficit ad euitandum expenſarum condemnationem, nec minus recuperationem.*
311 *Expenſæ litis cum Monaco, vel moniali litigante,non debentur à Monaſterio.*
312 *Exculenta donata Procuratoribus,& Aduocatis, an habeantur in conſideratione expenſarum.*
313 *Expenſæ factæ pro viaticis,an computandæ, & quæ in litis expenſis.*
314 *Expenſæ vnius famuli,an poſſint computari cum litis expenſis.*
315 *Expenſæ factæ à Canonicis litigantibus cum penſionarys, non extrahuntur ex maſſa communi.*
316 *Beneficiatus cum Eccleſia litigans, an, & quando teneatur concurrere ad expenſas Eccleſiæ.*
317 *Limita,quando lis reſpicit priuatum,& particulare intereſſe.*
318 *Vtilitatem Eccleſiæ, vel priuatum intereſſe, an lis requirat, quomodo cognoſcatur.*
319 *Beneficiatus habens litem cum alijs, an tenea-*

uiatur illi contribuere.
320 *Rusticus, an teneatur ad Gabellam impositã*
pro expensis litis contra se.
321 *Ecclesia, an teneatur ad expensas factas in*
vtilitatem Capituli.
322 *Expensæ litis, vnde sint extrahendæ, quando*
Canonici, & beneficiati simul litigant.
323 *Expensæ à victo debentur in iudicio Sal-*
uiani.
324 *Expensæ in casu prædicto, an debeant refici*
ab ipso victo, vel ex retentione bonorum.
325 *Expensæ ratione iudicij debentur etiam in*
iudicio possessorio.
326 *Expensas non habet, qui per se ipsum cau-*
sam agitat.
327 *Expensæ Procuratorum, & Aduocatorum,*
qui gratis deseruierunt, an peti possint.
328 *Expensas cõsequi nequit negotiorum gestor,*
nisi reuera negotium gessit.
329 *Expensas ab alio non repetit, qui negotium*
ad sui commodum gessit.
330 *Expensas pro alio bona fide factas repetit,*
qui fecit.
331 *Depositum vnius iulij cum obligatione &c.*
an, & quando sufficiat ob Clausulam re-
fectis &c.
332 *Expensæ, quomodo veniant reficiendæ in ca-*
su Breuis apostolici ob fructuum beneficij
refectionem.
333 *Breue mandans refici fructus beneficij, &*
dimitti possessionem, non extenditur ad nõ
expressa.
334 *Condemnatio expensarum contra Canonicos,*
an afficiat successores.

302 SCiendũ est ad huc, quod non fit † ex-
pensarum condemnatio pro execu-
tione sententiæ latæ pro possessore, quod
303 † secùs si fieret pro non possidente ea-
dem. *Rot. decis. 36. de sent. & re Iud. in*
antiq. & quod condemnatio illarum
omissa in sententia lata super possessorio
304 † non potest deduci in petitorio; sed ita
305 non † euenit de fructibus *Rot. decis. 40.*
eodem tit. in antiq. est tamen certum
306 quod in illis fit † condemnatio, licet in
parte sententia reformetur *Put. in corre-*
ctis decis. 400. fol. 173.
307 An vlterius expensæ litis † repeti pos-
sint, si causa fuit à Principe commissa, &
308 an causet bonam, † vel malam fidem, vi-
dendus est *Pen. decis. 406. num. 11.* mala
309 enim, vel bona fides † attenditur pluri-
mum, quia quando illa non fuit suffi-
ciens ad euitandam condemnationem
310 expensarum, multo minus † deseruiet ad
illarum recuperationem *Rot. coram Pen.*
d. decis. 406. num. 7.
Sciendum est quoque, quod expensæ
litis cum monaco; seu moniali litigante
311 † non debentur à monasterio *Put. in cor-*
rect. decis. 264. num. 2. fol. 123.
Estq. aliud valde considerabile, quod
Rota dicat, quod expensæ factæ in excu-
lentis donatis Procuratoribus, & Ad-
uocatis, vt maiorem diligentiam adhi-
312 beant, † debeant haberi in consideratio-
ne, tamquam non impertinentes *Ludonis*
decis. 512. num. 3. quodque in earum cal-
313 culo erãt etiam imputãdæ illæ, quæ † fa-
ctæ fuerunt pro viaticis, ad tollenda im-
pedimenta, & molestias à parte Aduer-
314 saria prestitas, & † expensæ vnius famu-
li *Ludonis. ibidem num. 1. & 2.*
Expensæ quas faciunt Canonici liti-
315 gantes cum pensionarijs, non † sunt ex-
trahendæ ex massa communi cum ipsis
pensionarijs *Ludonis. decis. 263. num. 1.*
vbi adden. num. 7.
Et si beneficiatus litigat cum Eccle-
316 sia, † tenetur concurrere ad expensas, &
sumptus litis, quas facit Ecclesia, quan-
do lis respicit vtilitatem ipsius Ecclesiæ
Ludonis. ibidem num. 5. vbi add. nu. 8. se-
317 cus dicendum, *vt nu. 6.* quando † lis re-
spicit priuatum, & particulare interesse.
318 Quomodo † autem id cognoscatur, *vi-*
de *ibidem num. 8.* sed vt, *ibidem num. 4.*
talis beneficiatus non tenetur *contri-*
319 buere, † si litem habet cum alijs benefi-
ciatis; & datur exemplum in rustico li-
tigante cum sua Communitate, *quæ* im-
posuit gabellam pro habendis pecunijs
320 ad litis expensas, † & dicitur quod ta-
lis Rusticus, non tenetur ad dictam
gabellam, *vt num. 3.* & *quod* Ecclesia
321 non † teneatur ad expensas factas in vti-
litatem Capituli, dicit *Pen. decis. 406. nu.*
7. & Rot. decis. 47. num. 3. p. 4. recen-
tior. dicit *quod*, quando Canonici, & be-
322 neficiari communiter litigant, † expen-
sæ litis sunt faciendę de redditibus cõ-
munibus Canonicorum, & Beneficiato-
rum.
323 In iudicio saluiani † debentur expen-
sa à Victo in tali Iudicio, vt inquit *Pau-*
sic. de salu. fol. 289. num. 65. An vero ta-
les expensæ debeant refici ab ipso victo,
vel sint recuperandæ ex retentione bo-
324 norum ad quæ fuit data immissio; est
controuersia non modica in Curia, &
ego expecto resolutionem Rotæ in
causa Romana saluiani inter Abbat. &
Monacos Sanctæ Crucis ex vna, & egre-
giũ virũ Excellẽtissimũ D. Aloisiũ Ducẽ
Strozziũ, in quo spero victoriã, cum cer-
325 tum sit, quod † expensæ ratione Iudicij
debentur etiam in Iudicio possessorio

Idem

Idem Pacif. de salu. eodem fol. 189 nu. 69.
Et quia supradiximus deberi etiam
expensas Procuratoris, & Aduocati in
326 certis casibus, est aduertendum, † quod
si quis per se ipsum causam agitauit, non
habebit tales expensas *Rot. decis. 41. nu.
5. de sent. & re Iudic. & decis. 5. de procurat. in antiq.*
Expensæ Procuratorum; & Aduoca-
327 torum; qui gratis seruierunt, † peti pos-
sunt sine scrupulo, si ab eisdem eorum
principali remittãtur animo remuneran-
di, alias non. *Rot. decis. 38. de sent. & re
Iud. in antiq.*
Si negotiorum gestor petit ab aliquo
328 consequi expensas, quas dicit fecisse, † il-
las non potest consequi, si re vera nego-
cium non gessit, *Pen. decis. 391. num. 19.*
idemque euenit illi, qui negocium ges-
329 sit ad commodum proprium, † & vult
expensas ab alijs recipere *Idem Pen. decis.
406. num. 11.* si vero illas fecit pro ali-
330 quo bona fide, † potest illas repetere, &
consequi, *idem d. decis. num. 22.*
In casu quo obtineatur Commissio, in
qua rescribatur cum clausula refectis ex-
331 pensis † an, & quando sufficiat deposi-
tum vnius iulij, cum obligatione refi-
ciendi residuum, *videndus est Pen. decis.
114. num. 4.*
Et in casu breuis Apostolici mandan-
tis refici fructus beneficij, & dimitti pos-
332 sessionem, † expensæ non veniunt refi-
ciendæ per consequentiam, quia tale
333 breue † non extenditur ad non expressa
Rot. decis. 237. num. 4. p. 4. recentior.
Et quando est facta condemnatio ex-
pensarum de vno tempore contra Cano-
334 nicos, † talis condemnatio non afficit
successores *Rot. decis. 614. num. 4. par. 4.
recentior.*

Quando actori subministrentur litis expensæ per reum.

Artic. XXI.

335 *Expensarum subministratio regulariter non fit per litigantem.*
336 *Expensarum subministratio obtinetur probata paupertate, cum præsumptione boni Iuris.*
337 *Signatura, quando rescribat subministratis alimentis, arbitrio rota taxandis.*
338 *Signatura quare addat verbum taxandis, & quid operetur.*
339 *Iudex quando non habeat iurisdictionem, nisi facta subministratione expensarum.*
340 *Declara non sufficere, si fieret verbalis oblatio.*
341 *Possidens rem controuersam aliquando petyt litis sumptus, sed fuit expulsus.*
Alimenta, & litis sumptus, nunquam dantur possessori rei controuersæ. eod.

Sæpe etiam euenire solet, quod actores pe-
tant expensas, & litis sumptus, ideo est
335 firmandum pro regula, † quod non solet
per litigantem fieri talis subministratio
*Ludouis decis. 189. nu. 6. vbi plene adden
num. 7. & decis. 263. num. 2.*
336 Obtinebit tamen † probata paupertate, & addita præsumptione boni Iuris
*idem Ludouis. decis. 189. vbi adden. d. nu.
6. & decis. 543.*
Signatura quando vult certitudinariè
respondere:, quod subministrentur ali-
337 menta, & sumptus litis, † rescribit libe-
re cum clausula subministratis alimentis
338 arbitrio Rotæ taxandis † additq. ver-
bum taxandis, ne deberi reducatur in
controuersiam *Ludouis. ibidem. d. decis.
189. num. 4. & add. num. 9.* & stante hac
339 clausula Iudex † non habet Iurisdictio-
nem, nisi facta prius tali subministratio-
ne *idem ibidem num. 5.* nec sufficeret ad
340 dandam iurisdictionem, † si fieret de
eis verbalis oblatio *d. Ludouis. decis. 492
num. 9. Rota decis. 148. num. 1. parte 4.
recent.* & quo ad hoc pauca ista sufficiãt;
vnum tantum addendo, quod aliquan-
do fuit repertus audax, qui possidens
rem controuersam petiit talia alimen-
341 ta, & sumptus, sed fuit expulsus à Rota
quia nunquam dantur possessori rei cõ-
trouersæ, vt dicit *eadem decis. 248. num.
3. part. 4. recent.*

Quæ expensæ pro attentatis reficiantur.

Artic. XXII.

342 *Expensarum taxatio, & condemnatio fit quoque in attentatis, & quando fieri possit.*
343 *Expensæ in attentatis, quomodo taxentur.*
344 *Attentata, an sufficienter purgentur per consensum in reuocationem, & quando.*
345 *Declara sufficere, quando non est necessaria positiua aliqua restitutio.*
346 *Attentata possunt purgari in loco iudicij, licet alibi commissa.*

Re-

347 *Refectio semper est necessaria quo ad expensas. damna, & interesse.*

348 *Passus attentata debet reponi in statu, in quo antea reperiebatur.*

349 *Codemnatio in expensis, damnis; & interesse, non est de necessitate expresse facienda.*

350 *Omissum non habetur pro omisso, vbi agitur de refectione expensarum in attentatis.*

351 *Refectio expensarum, & repositio in pristinum statum, est pars integralis reuocationis attentatorum.*

352 *Expensarum condemnatio, est de sui natura insita in reuocatione attentatorum.*

353 *Expensarum condemnatio, est necessaria, quādo damna, & interesse non sunt pars iudicij*

354 *Omissum habetur pro omisso, quando omissū non est pars iudicij.*

355 *Attentata quomodo reuocentur, quando dāna, & interesse non sunt pars iudicij.*

356 *Expensarum Condemnatio expressa requiritur, quando per viā diffinitiuæ proceditur*

357 *Declara multum interesse, an vno; vel alio modo fuerit pronunciatum.*

358 *Iudicium attentatorum, est magis priuilegiatum, quam iudicium spolij.*

159 *Expensæ in causa attentatorum, an compensentur cum expensis in causis spolij.*

360 *Refectionem expensarum esse necessariam nō obstante omissione, quis dicat.*

361 *Declara tamen præmissa non habere locum in omnibus iuditijs.*

362 *Decreta semper a iuris dispositione recipiūt interpretationem extensiuam.*

363 *Expensæ in iudicio attentatorum, semper reficiuntur, & si decretum non contineat condemnationem.*

364 *Attentans, numquam potest procedere ad vlteriora in negotio principali.*

365 *Attentans debet reficere, etiam expensas, & damna extraiudicialia.*

366 *Attentans, quid facere debeat, si vult procedere ad vlteriora, quando constat de attētatis.*

367 *Terminus attentata passo ad liquidandum præfigitur per commissionem.*

368 *Attentans quid facere debeat, si constat tantum in genere, vt procedat ad vltiora.*

369 *Processus ad vlteriora, quando non retardetur illi, qui attentauit.*

370 *Attentans debet reficere expensas, & damna iudicialia, etiam in partibus passa.*

371 *Declara si de illis constēt tantum in genere, & verisimilitudinarie.*

372 *Amplia, & si de illis adhuc in actis iudicij nō constet in specie.*

373 *Expensæ, & damna certificari possunt ex actorum reuolutione.*

374 *Refectio in attentatis quando prorsus sit necessaria.*

375 *Declara tunc non sufficere depositum vnius iulii cum obligatione residui.*

376 *Expensarum restitutio in attentatis requiritur, vsque ad vltimum quadrantem.*

377 *Attentans, an possit procedere in negotio principali facto deposito.*

378 *Expensæ iudiciales, ex quibus connumerentur.*

379 *Expensæ processales, & pro salario Procuratorum, & Copistarum, vbi narrantur.*

380 *Expensæ pro honorario Iudicis quænam sint.*

381 *Expensæ prædictæ facilè possunt liquidari receptis factis.*

382 *Probationes, quænam admittantur in liquidatione expensarum.*

383 *Limitantur prædicta in expensis voluntarijs, & solitum excedentibus.*

384 *Expensæ voluntariæ, & solitum excedentes, an debeant refici.*

385 *Expensæ solitæ circa Procuratorem, & Aduocatum remissiuè.*

342 IN attentatis fit † condemnatio, & ta-
xatio expensarum, etiam ante sentē-
tiam ferendam in negocio principali, &
in eius sententia tantum taxabitur, quā-
343 tum taxaretur pro diffinitiua in negocio
principali, vt inquit *Rot decis. 5. de
dol. & contum. in nou. & decis. 37. de
sent. & re Iud. in antiq.*

Et in casu, quo quis attentata com-
misit, si tantum consensit, etiam amplis-
sime illorum reuocationi, & pro reuoca-
344 tis habere voluit, † pro sufficienti pur-
gatione non habetur, si est necessaria po-
sitiua aliqua restitutio; † quod secus iu-
345 dicabitur, si talis restitutio non est ne-
cessaria. *Rota apud Conc. in decis. 151. n.
2. decis. 371. num. primo. & inter recent.
decis. 246. num. 1. & 2.* vbi dicit quod
346 sufficit id fieri in loco iudicij, † quam-
uis alibi fuerint attentata commissa *par.
1. rec. quas sequitur Rot. in Cracouien.
attentatorum 26. Nouembris 1652. coram R.P.D. Bichio in folio.*

Sed hoc intelligitur præter expensas,
quia quoad illas, & damna, & inte-
347 resse † semper est necessaria refectio.
*Cef. de Graff. decis. 4. num. 10. de rest. spo-
liat. Caputaquen. decis. 150. num. 5. &
sequen. par. 1. Buratt. decis. 376. num. 4.*
348 *&* 9. † quia reponi debet passus in
statu, in quo ante attentata reperiebatur
Caputaquen. decis. 33. lib. 2. Rota in Romana attentatorum 14. Ianuary 1650. coram B.P.D. Bichio in fol. & in d. Cracouien. attentatorum coram eodem.

Et in hac materia, est aduertendum
quod

quod non eſt neceſſaria expreſſa † con-
349 demnatio in expenſis damnis, & inte-
reſſe, prout dixi in aliis expenſis, neque
350 hic † omiſſum habetur pro omiſſo cum
ſemper etiam ſine tali condemnatione
351 † refectio huiuſmodi, & repoſitio in
priſtinum ſtatum, ſit pars integralis re-
uocationis attentatorum, & de ſui na-
352 ra ineſt in ea † condemnatio, vt in
proximis terminis contra eum, qui ha-
buit recurſus ad Iudices laicos reſpon-
dit. *Rota in Calaguritana beneficij San-
cti Ioannis de Molinares 3. Martij 1651.
coram R.P D.Cerro in folio*, & in iudicio
manutentionis *in Calaguritana de Naua-
rette 16.Iunij 1586. coram Blanchetto im-
preſſ. poſt tractatum D. Poſtij de manute-
nendo deciſ.17.* & in terminis attentato-
rum dixit, *Rota in d.Cracouien. attentato-
rum*.

Ideoque ſemper eſt diſtinguendum,
quod aut damna, & intereſſe non ſunt
353 pars Iudicij, & † tunc eſt neceſſaria cō-
354 demnatio & omiſſum † habetur pro o-
miſſo, vt ſupra firmauimus, & loquitur
*Put.deciſ.61.num.2.lib.3.& annuit. d. de-
ciſ. 17. num.6. apud Poſth.* aut ſunt pars
355 Iudicij, & proceditur † ad reuocationē
attentatorum officio Iudicis, per viam
priuilegiatam decreti talis reuocationis
quicquid eſſet dicendum, ſi procedere-
356 tur per viam ſententiæ diffinitiuæ, † quo
caſu condemnatio expreſſa requiritur,
vt videtur ſenſiſſe *Ceſ. de Graſ. deciſ. 5.
verſ. non obſtat. de reſtit. ſpoliat.* multum-
357 que intereſſe, † an vno, vel altero modo
pronunciatum fuerit apparet ex *Lancel-
lot.de attent. par.3. cap.28.num.66. & ſe-
358 quen.* † Iudicium enim attentatorum
magis dicitur priuilegiatum, quam Iu-
dicium ſpolij *Pen.deciſ.196. num.15. &
fuſius dixi ſupra tit.de attentatis.* Et ideo
Rota expenſas in cauſa attentatorum
359 noluit compenſare † cum expenſis in
cauſa ſpolij, vt teſtatur *Pen.deciſ.118.*

Et omnino non obſtante omiſſione
360 † eſſe neceſſariam refectionem, firmat *d.
deciſ. Cracouien. attentatorum*, vbi ade-
quatè reſpondetur *l.terminato C.de fruct.
& lit.expenſ.& l. Paulus.ff. de re Iud.* &
361 firmatur, quod præmiſſa locum habent
in alijs iuditijs, † quæ explicitam con-
demnationem requirunt, & in quibus cō
demnationis decretum continet im-
plicite, & natura Iudicij, moti ex iuris
362 diſpoſitiòne, à qua ſemper † decreta re-
cipiunt interpretationem extenſiuam
*l. ereunius.ff. de euict. Ludouiſ. deciſ. 176.
n.3.& 4.*

Igitur in Iudicio attentatorum,
363 † expenſæ ſemper veniunt reficiendæ, e-
tiamſi decretum condemnationem non
faciat, & ſi illæ non reficiuntur, Atten-
364 tans nunquam † poteſt procedere ulte-
riora in negocio principali *cap. non
ſolum de appell. in 6. Pen. dec. 196. & fir-
mat. d.deciſ.Cracouien.*

Et non ſolum attentans debet refice-
re expenſas, & damna Iudicialia, ve-
365 rum † etiam extraiudicialia, & in extra-
iudicialibus eſt aduertendum, quod ſi
de illis ſaltem in genere conſtat, & At-
tentans, aliquo modo eſt certus, ſi vult
366 procedere ad vlteriora † tenetur ipſe
liquidare, vel ſaltem, vt etiam ſupra di-
xi, obtinere commiſſionem, in qua præ-
367 figatur † terminus attentata paſſo, ad li-
quidandum; ſi vero ſolum in genere
368 de eis conſtat, ſatis, eſt, quod attentans †
faciat depoſitum vnius Iulij, cum obli-
gatione ſoluendi reſiduum, ſecuta liqui-
369 datione, & hoc caſu non † retardatur
proceſſus ad vlteriora *Ludouiſ.deciſ.506
num,6. & dixit Rota in Ciuitatis Caſtella-
næ attentatorum 5. Maij. 1649. coram Re-
uerendiſſimo Dunozetto Decano in folio, &
in Verulana bonorum 5. Iulij eiuſdem an-
ni in fine coram R.P.D. Bichio, etiā in folio
& in d. Cracouien. coram eodem.*

Quod amplia procedere etiam in
370 expenſis, & damnis Iudicialibus † paſ-
371 ſis in partibus, de quibus † conſtat tan-
tum in genere, & veriſimilitudinarie,
372 † & de quibus adhuc in actis Iudicii nō
conſtat in ſpecie, vt egregie dicitur in
d. *Cracouien.attentatorum coram eodem R.
P.D. meo Bichio.*

In expenſis iudicialibus factis in
loco Iudicij purgationis attentatorum,
373 vbi per attentantem † expenſæ & dam-
na certificari poſſunt ex reuolutione ac-
torum, & ideo pro certis habentur, tali
374 † caſu, eſt prorſus neceſſaria eorum re-
375 fectio, nec † ſufficit depoſitum vnius
iulij cum obligatione ſoluendi reſiduum
*addent. ad Ludouiſ.deciſ.503.num.6. in fin.
Caputaquen. deciſ. 152. num. 7. parte
prima Rota in Auenionen. Attentatorum 4.
Feb. 1650. §. deficit. coram R. P. D. meo
Celſo, vbi allegatur Bald in cap.conqueren-
tem nu. 6. de reſt. ſpoliat.* vbi quod requi-
376 ritur reſtitutio; vſque ad vltimum qua-
drantem, & declaratur *deciſ.Coccini 371
& deciſ.196. Pen.* Firmans, quod Rota
non ſeruat *deciſ.Mohedani* 311. Firman-
377 tis, † poſſe attentantem procedere in
negocio principali facto depoſito.

Et ſi deſideratur, quid connumerandū

ſit

378 sit inter expensas Iudiciales † beneficiũ
optatum recipitur ex dicta decis. Cra-
couien. attentatarum, vbi ad hunc effec-
tum nedum numerantur victæ, seu quæ
379 processales vocantur,† sed etiã illæ, quę
factæ sunt pro salario Procuratorum,
& Copistarum, tam in Rota, quam in Si
380 gnatura Iustitiæ, & pro honorario Iu-
dicis, quippeque Iudicium respiciunt, &
381 facile possunt † liquidari ex receptis
prædictorum, cum in hac liquidatione
non sit necessaria rigorosa, sed stante
382 earum verisimilitudine, † quævis pos-
sibilibis probatio admittitur Rota
in *Romana vineæ 9. Decemb. 1648. & 28. Iunij 1649. coram R.P.D. Royas Tarraconen. Ecclesiæ dignissimo Antistite, & in dicta Auenionen. attentatorum coram R.P.D. meo Celso, & Cracouien. attentatorum coram D.R.P.D. meo Bichio.*
Præmissa non haberent locum si pas-
383 sus attentata,† adduceret etiam expen-
sas voluntarias, & quæ solitum exce-
384 dunt, quia tales non debent † refici, cum
omnia debita conuenientia regulentur
Rot. in Bononien. fideicommissi de Viztanis 4. Maij 1643. in fine coram d. R P.D. meo Bichio in folio, & in d. Auenionen. attentatorum pariter in fine coram d.R.P.D. meo Celso.
385 Quale sit solitum † circa Procuratores, & Aduocatos dixit nobis modernus post Vbert. de modo, & rat. citandi in appendice vltimæ impressionis, vbi dicit de viginti quatuor paulis pro qualibet functione.

De expensis, quæ debentur Iure actionis.

Artic. XXIII.

386 *Expensæ iure actionis. & promissionis semper debentur, & si iudex absoluit.*

387 *Amplia, vel etiam si iudex omiserit condẽnare.*

388 *Absolutio ab expensis, vel omissio à iudice facta, de quibus soleat interpretari. et 126 295.*

389 *Iuramentum actoris, an necessarium in expensis iure actionis, promissionis, & huiusmodi.*

390 *Expensæ domi debent deduci, vbi illæ viaticorum, & Hospitij essent reficiendæ.*

391 *Reus debitum confitens in termino primæ citationis absoluitur ab expensis.*

392 *Expensæ semper sunt reficiendæ habenti clausulam, litem non inferre, aut non contraeuenire.*

393 *Declara hoc donec fuerit declaratum litem esse finitam.*

394 *Declara etiam in his non esse necessariam condemnationem, & quare.*

395 *Expensæ in causa appellationis, in qua appellans fuit negligens, petuntur iure actionis.*

396 *Expensæ factæ in diuerso iudicio non debentur. & 291.*

397 *Expensæ tamẽ factæ, vel in eodem iudicio, vel ab eo dependente omnes debentur.*

398 *Expensæ iudiciales, dicuntur expensæ viuæ, & passim claræ.*

399 *Expensæ prædictæ debent refici in omnibus causis integrè, & absq. diminutione.*

400 *Probatio expẽsarum iudicialium fit per fidem Notarij.*

401 *Notario fidem facienti de expẽsis iudicialibus plene creditur.*

402 *Expensæ etiam pro honorario Procuratorũ, Aduocatorum, & Copistarum debentur iure actionis.*

403 *Expensæ rotales taxantur ad rationem scutorum decem, pro qualibet instantia.*

404 *Declara tamen hoc procedere in expensis officio iudicis debitis.*

405 *Declara quoq. expẽsas iure actionis debitas omnes mandari refici.*

406 *Clausula ad omnia damna, quid operari soleat.*

407 *Expẽsæ veniẽtes ratione damni sunt integrè reficiendæ.*

408 *Expẽsæ, quæ iure actionis debẽtur, integrè sunt reficiendæ.*

409 *Expensæ autem factæ, quonam modo iustificentur.*

410 *Expẽsarum quantitas arguitur à solito, quãdo de illis constat in genere.*

411 *Probatio qualisqualis sufficit data expensarum verisimilitudine.*

412 *Impensa, quod fieri debeat in minori summa, vbi locum habeat hæc regula.*

413 *Expensæ factæ ab hærede grauato pro bonorum defensione, an compensanda cum fructibus indè perceptis.*

Restat modo, vt aliquid afferamus de expensis, quæ debentur Iure
386 actionis, & promissionis, † quæ semper debentur, etiamsi Iudex in sententia Reum absoluerit *Pacif. de salu. in eius obseru. num. 66. fol. 289.* vel etiam si Iudex
387 † omiserit condemnare *idem. ibid.* & quãdo dubitatur à quibus Iudex absoluerit,
388 & quæ omiserit,† semper est intelligendum de expensis, quæ debentur officio Iudicis, & numquam de ijs, quæ debentur iure actionis, obligationis, & conuẽtionis *Caual. dec. 15. n. 29.* Bene verum est

est quod etiam in huiusmodi est necessa-
389 rium † iuramentum actoris tantum im-
pendisse *l. properandum*, *& l. Sancimus C. de Iudic.* & vbi daretur, quod deberent
refici expensæ viaticorum, & Hospitij,
390 † deberent deduci illæ quæ domi factæ
fuissent, & qnod superest taxari *Lanfrãc. in d. c. quoniam contra de probat. num.* 18.
& Guidopap. decis. 625. & in his quoque
expensis absoluitur reus; qui in termino
391 primæ citationis, † debitum confitetur
Onded. cons. 50. *num.* 10. *& cons.* 83. *num.*
64. *lib.* 1. quod tamen amplia, & limita
vt supra firmauimus de alijs expensis.

Qui habet pro se clausulam, litem nõ
inferre, aut non contrauenire, est certus
392 † quod reus tenetut sibi ad omnes ex-
393 pensas, donec fuerit declaratum † litem
esse finitam, sic dixit *Rot. in Tiburtina Castri* 17. *Maij* 1564. *coram Litta in folio*

Er in his neque est necessaria cõdem-
394 natio, † quia veniunt loco dannorum,
& interesse *Rota supra citata Romana expensarum* 28. *Maij* 1614. *coram d. bo. me. Manzanedo circa finem.*

395 Iure actionis petuntut † expensæ illæ,
quas facit appellatus in causa appellationis, in qua appellans fuit negligens *c. reprehensibilem de appell. Roland. cons.* 62. *num.* 16. *lib.* 4.

396 Factæ in diuerso Iudicio † non debẽtur *Duran. decis.* 385. *num.* 8. *& Pen. decis.* 665. *num.* 3. sed factæ in eodem Iudicio, vel ab eo dependente, propter liberationem à molestijs, vel simili pro-
397 missione, † omnes debentur *Rota in Romana domus* 31. *Ianuarij* 1652. *coram R.P.D. meo Meltio in fol.*

398 De iudicialibus, † non est controuersia, quia dicuntur expensæ viuæ, & pas-
399 sim claræ † refici debent in omnibus causis, à Victo Victori integre, & absq. vlla
diminutione *per l. properandum* §. *sin autem C. de Iudic. Rota in Maceraten. hereditatis* 24. *Ianuarij* 1642. *coram R.P.D meo Bichio, in Romana expensarum* 14. *Iunij* 1649. *coram Eminentiss. D. Card. Corrado, in Esina expensarum* 10. *Decembris eiusdem anni coram Reuerendiss. D. meo Dunozetto in folio, & in d. Romana domus coram R.P.D. meo Meltio.*

400 Probatio istarum expensarum, † fit facili modo per Notarium fidem faciẽtem,
non solum de pecunijs sibi solutis, ve-
401 rum etiam de actitatis in Iudicio† cui
plene creditur; vt dixit *Rota in Valentina expensarum* 4. *Iulij* 1618. *coram Santissimo Innocentio X. in folio, & in d. Maceraten. hereditatis coram R.P.D. Bichio.*

Nec solum debentur iure actionis expensæ Iudicialesde quibus supra, verũ
402 † etiam debentur aliæ factæ pro honorario Procuratorum, Aduocatorum, & pro copijs scripturarum, & similibus *Rot. in d. Romana domus coram R. P. D. meo Meltio & relatis in ea.*

Difficultas erit in quantitate debita
Procuratori, & Aduocato, & ideo scien-
403 dũ est, quod† Rota aliquando seqnendo
potius arbitrium, quam rigorem, illas
taxauit ad rationem scutorum decem
pro qualibet instantia, vt dictum fuit
in d. Maceraten. hereditatis in fine, & in d. Esina expensarum §. *non obstat.*

404 Quod procedit † quando debentur officio Iudicis, quia qnando debentur ratione actionis, tali casu refici mandat
405 † totum ad rationem scilicet illius, quod
expensum fuit, quia proueniunt ab obligatione, vt puta faciendi consentire omnem personam, suscipiendi litem in se, manutenendi Actorem in quieta possessione, & similibus, cum clausula ad om-
406 nia damna, † quæ facit, vt premissa tamquam damna debeantur *Paris. cons.* 109. *num.* 38. *lib. p. Surd. cons.* 150. *num.* 10. *& seqq.* & quidem optima ratione, quia expẽsæ, quæ veniunt sub nomine damni,
407 † sunt integre reficiendæ *per text. in c. fin.* §. *pars vero, ibi primo satisfaciant integraliter de expensis, de offi. delegat. c. quoniam* 4. §. *si quis verò de Immunit. Ecclesi. vbi glos. in verb. satisfactum Rot. post Zacch. de obligatione Cam. decis.* 718. *nu.* 5. & in terminis expensarum, qnæ Iure actionis de-
408 bentur, † quod integte sint refundendæ
dixit *Rota in d. Maceraten. hereditatis coram d. R.P.D. meo Bichio & in d. Romana domus coram R.P.D. meo Meltio.*

409 Modus autem † iustificandi expensas
factas cum Procuratoribus, Aduocatis, & Copistis, traditurin d. Romana domus, vbi qnod parte citata, destinatur Notarius ad extraendam notam informationum, & iurium in Rora datorum, & qnantitatis foliorum ex positionibus, quæ de consuetudine per Anditores asseruantur in omnibus causis, quæ in Rota ventilantur. Probatio namq. ista dicitur sufficiens, quia quando constar de
410 expensis in genere, † quantitas illarum
à solito arguitur. *Rot. decis.* 283. *p.* 1. *recentior. Coccin. decis.* 439. *num.* 2. & dara
411 illarum verisimilitudine, † sufficit quali
qualis probatio, eo modo, quo haberi potest *Rot. d. decis.* 744. *nu.* 4. *p.* 4. *tom.* 3 *recentior. & in Spoletana expensarum* 4. *Iulij* 1636. *coram R.P.D. Royas, in folio &*

in d. Romana domus coram R.P.D. Meltio.
Regula quod vbi impensa potest fieri
in minori summa, scilicet producendo
copiam simplicem preuia citatione ad
declarandum, an velit stare simplici co-
412 piæ, † dicitur habere locum, quando In-
strumentum extrahendum, reperitur pe-
nes Notarium, qui solet simplicem dare
copiam, secus autem, vbi dare non tene-
tur simplicẽ vt in notarijs A.C. & Gã. Ap.
Vrbis, vt declarat *d. decis. Romana domus
coram R.P.D. Meltio.*
Et si dubitatur, an cum fructibus ex
hereditate per heredem grauatum per-
413 ceptis, † sint compensandæ expensæ per
eum factæ in litigando, pro defensione
bonorum, & Iurium fidicommissi dicit
Eudonis. decis. 197. num. 3.

De fructuum distinctione.

Artic. XXIV.

414 *Fructuum quotuplex sit distinctio.*
415 *Fructus ciuiles, quinam dicantur.*
416 *Fructus prædictos aliqui voluerunt esse industriales.*
417 *Fructus ciuiles, quod singulis diebus percipiantur quis seruat.*

QVo ad materiam fructuum est præ-
mittenda cognitio circa illorũ
414 qualitates; † alij enim dicuntur
ciuiles, alij naturales, alij industriales,
alij debẽtur ratione moræ, alij ratione
rei, alij ante, & alii post litis contesta-
tionem, alij dicuntur pendentes, alij ex
acti, & nõ pendentes, alij sunt spiritua-
les, alij temporales, alij honesti, alij ino-
nesti; atq. vt initium sumamus in pri-
mis.
415 Ciuiles fructus dicuntur, qui † perci-
piuntur ex re, quæ naturaliter fructus nõ
producit *Rot. post Cenc. decis. 177. num. 6.
& decis. 458. num. 5.* & sunt, qui singu-
lo die percipiuntur, vt puta pensiones
domorum, fructus locorum montium
hortorum introitus, vectigalium, gabel-
larum, operarum seruorum, vsus nauis, &
similes *Bart. in l. ex diuerso. §. non solum
ff. de rei vend. Angel. in l. si maius. ff. eodem
Bald. in l. pro oneribus. C. de Iur. dot. Nat.
cons. 141. num. 2. & ibid.* connumerantur
pascua *Onded. cons. 85. num. 8. lib. 2.*
416 † Quamuis quod dicantur industriales
dicit *Menoch. recuper. rem. 15. num. 623.*
417 Quod † isti singulis diebus percipiantur
dicunt *Bart. in l. fin. §. fin. ff. de Iur. Fisci
Vinc. Franc. decis. 79. parte 1. & Onded. d.
cons. 85. n. 8. lib. 2.*

Fructus Ciuiles in casu resignationis ad quem spectent.

Artic. XXV.

418 *Fructus ciuiles, an spectent ad resignantem, donec litera sint expedita.*
419 *Intimatio expeditionis literarum Apostolicarum, an sit facienda resignanti.*
420 *Resignans liberè, dicitur amittere statim possessionem. 423.*
421 *Resignans libere, an possit prætendere fructus, & si resignatio sit nulla.*
422 *Fructus ciuiles, aliqui volunt deberi resignanti, vsque ad diem data supplicationis.*
423 *Et quid dicendum, sit in libera resignatione 420.*
424 *Fructus item ciuiles, alij voluerunt spectare ad resignantem, donec fuerit capta possessio.*
425 *Item alij voluerunt spectare ad resignantẽ, donec ius quæratur resignatario.*
426 *Ius quando dicatur quæsitum resignatario.*
426 *Fructus ciuiles alij voluerunt spectare ad resignantem, donec suum præstiterit consensum. 432.*
428 *Declara postea spectare ad resignatarium, etiam antè captam possessionem. 433.*
429 *Resignans antè consensum præstitum potest pænitere.*
430 *Amplia, & si resignatarius non cesserit possessionem, & si literas expediuerit.*
431 *Fructus pẽdẽtes, an spectent ad resignantẽ, vel resignatarium.*
432 *Fructus ciuiles, quod spectent ad resignantẽ vsq. ad diem consensus, alij tenent. 427.*
433 *Declara postea spectare ad resignatarium. 428.*
434 *Fructus ciuiles non maturati tempore resignationis beneficij, ad quem spectent.*
435 *Fructus prædicti, ad quem spectent, quando beneficium vacat per obitum.*
436 *Fructus pẽdẽtes siue naturales, siue industriales, ad quẽ spectẽt tempore resignationis.*
437 *Fructus prædicti, an possint diuidi inter resignatarium, & heredes resignantis.*
438 *Pensio, quanam diuidatur pro rata temporis, si pensionarius moritur ante solutionẽ*
439 *Pensio, quæ debetur de fructibus, succedit loco fructuum.*

Cit-

Circa hos fructus sunt variæ oponio-
nes in beneficialibus.
418 Prima opinio est, quod fructus † hu-
iusmodi spectant ad resignantem, donec
literæ sint expeditæ, & intimatæ *Rebuff. in prax. tit. de resignat. num. 41. & in tit.*
de publ. resign. glos. 18. num. 7. & in tract.
de nominib. q. 14. num. 157. & quod sit ne-
419 cessaria † intimatio dicit *Nauar. in cap. accepto opposit. 7. de restit. spoliat.*
420 Si tamen resignatio est libera, † resi-
gnans dicitur amittere statim possessio-
nem, & consequenter non potest à dicto
421 momento prætendere fructus, etiam si re
signatio esset nulla, *Rot. decis. 1. de renūc. in nou. Crescen. decis. 2. num. 1. de restit.*
spoliator.

Secunda, opinio est, quod fructus ad
422 resignantē pertineant, † vsq. ad tempus
datæ supplicationis, & hanc opinionem
tenent *Sarnen. de public. quæst. 7. num. 2.*
quam fuisse sæpè secutam in Vrbe refert
Paris. de resignat. quæst. 6. num. 27. Quid
423 † autem dicendum in libera resignatio-
ne est vidend. *Crescen. vbi supra.*
424 Tertia opinio est; quod fructus † per-
tinent ad resignantem, donec capta sit
possessio per resignatarium, *Rebuff. cons. 186. n. 19. sed limita. apud Crescent.*

Quarta opinio est: quod illi pertinent
425 ad resignantem; † donec ius quæratur re
signatario, quod ius dicitur, quæsitum,
426 † donec purificauerit conditiones, &
post acceptationem *Sarnen. de triènn. q. 27. & qu. 34. in fin. Paris. de resig. lib. 1.*
Declara, *vt in d. dec. Crescen.*

Quinta, & vltima opinio fuit, quod
fructus pertinent ad resignantem, donec
427 † suum consensum præstitit, postea enim
spectant ad resignatarium, etiam, ante
428 † captam possessionem, & hanc opinionē
tenent *Gabr. cons. 192. num. 3. & sequ. lib. 5. Sarne. de infirm. resign. q. 31. col. 2.*
Mohedan. decis. 213. & de geminata reso-
lutione Rotæ refert *Sarnen. de publie. re-
sig. quæst. 7. col. 2.* quod hodie declaratur
à Paul. III. vt dicit *Put. dec. 42. lib. 3.* &
de stilo Curiæ ex constitutionibus Pon-
tificijs refert *Burs. cons. 393. lib. 4. Paris. examinata materia de resignat. lib. 1. quæst. 6 n. 38. cum plur. seqq.*
429 Ratio est, quia † ante consensum
præstitum, potuit pænitere, quod secus
postea *Paleot. decis. 243.*
430 Quod amplia procedere † etiam si
resignatarius non ceperit possessionem,
etiamsi literas expediuerit, quia fruc-
431 tus pendentes spectant ad ipsum, vt di-
cit *Gabr. cons. 192. num. 6. lib. 1. Paris. d. quæst. 6. num. 72.*
432 Quod fructus etiam Ciuiles, † spectē
ad resignantem, vsque ad d. diem, &
433 quod postea spectent † ad resignatarium
dicit *Onded. d. cons. 65. num. 8. in fin. lib. 2.*
Et quod ciuiles non maturati tempore
434 resignationis beneficii † debeantur resi-
gnatario dicit *Rot. post. Cenc. decis. 177. num. 5. & 7.* Secus si beneficium vacat
per obitum, & non per resignationem,
435 quia dantur fructus pro rata *ibid. nu. 16*
quod etiam fructus pendentes, siue sint
naturales, siue industriales, tempore re-
436 signationis debeātur resignatario etiam
si sint maturi, & proximi recollectioni
dicit *Rot. post Cenc. d. decis. 177. n. 8. & 9.*
quodque diuidantur pro rata temporis
437 † inter resignatarium, & hæredes resi-
gnantis, dicit eadem *decis. 10. num. 10. & 16.*

Pensio imposita super fructibus ciui-
libus, si pensionarius moritur, debēt di-
438 uidi † pro rata temporis licet moriatur
ante diē solutionis *l. si operas. ff. de vsufr. & Onded. cons. 85. num. 27. Gabr. cons. 191. num. 5. lib. 2.* qui testatur de opinione Ro-
tæ.

Et quando pensio debetur de fructi-
439 bus, idem est † iudicandum de pensione
quod videretur de fructibus; quia suc-
cedit loco fructuum. *Rota in Papien. fructuum 12. feb. 1601. coram b. m. Card. Lancellotto apud Antonin. variar. resolut. lib. 1. resolut. 46 fol. 84.*

De fructibus naturalibus, & industrialibus, quomodo, & quando debeantur occasione contractus.

Artic: XXVI.

440 *Fructus naturales, quinam dicantur. & 444*
441 *Fructus industriales, quinam sint, & dicantur. & 444.*
442 *Fructus, si petuntur vti fructus, quinam veniant.*
443 *Fructus si petuntur vti damnum, & interesse, quinam veniant.*
444 *Fructus, quinam dicantur naturales, & qui industriales. & 440. 441.*
445 *Fructuum nomine, quæ veniant in reseruatione.*
446 *Fructus debentur, etiam ab illo, qui est in mora.*
447 *Mora æquiparatur litis contestationi.*
448 *Fructus debiti ratione moræ debentur statim*

at mora fuit contracta, & quando.
449 *Amplia predicta in fructibus perceptis, & percipiendis.*
450 *Amplia etiam in contractibus stricti iuris, & in re propria, & actori debita à die more.*
451 *Fructus post litis contestationem debentur in contractibus stricti iuris.*
452 *Intrusus debet restituere fructus à die intrusionis.*
453 *Possessor male fidei, quos fructus restituere teneatur, & per quas actiones.*
454 *Possessor male fidei, an faciat suos fructus industriales.*
455 *Hares possessoris male fidei, an faciat fructus suos.*
456 *Fides mala defuncti transit ad heredes.*
457 *Successor singularis, an faciat suos.*
458 *Emptor rei furtiue, an faciat fructus suos.*
459 *Declara idem procedere, & si postea aquireret Titulum.*
460 *Amplia, etiam si fructus consumpti sint.*
461 *Amplia etiam, & si triennio possideret, si essemus in beneficialibus.*
462 *Possessor an, & qui deducat melioramenta facta in re possessa.*
463 *Amplia, etiam quod possit deducere expensas, & quis ea tenuerit.*
464 *Possidens per 30. annos facit fructus suos.*
465 *Declara vlterius, & limita, prout hic remissiuè habetur.*
466 *Possessor male fidei facit fructus suos in melioramentis perceptis.*
467 *Possessor bone fidei, regulariter tenetur ad fructus post litem motam.*

440 FRuctus naturales, † dicuntur, qui si-
ne industria hominis percipiuntur
vt in glos. in l. & ex diuerso in l. verb. non ha-
bendam ff. de rei vend. l. vnic. ff. de gland. le-
gend. Ioan. Cop. de Iunt. in tract. diuers. tom.
12. fol. 260. col. 3. c. 5. & col. 4. c. 1.
441 Industriales autem sunt, qui opera
hominis percipiuntur, vel proueniunt
ex eius industria l. si nauis. ff. de rei ven-
dic. l. fructus. ff. de vsur. Menoch. recuper. re-
med. 15. num. 623. exemplum datur in
vino, oleo; frumento Menoch. ibid. n. 592
& est bona glos. in l. ex diuerso verbo non ha
bendam ff. de rei vendic.
Et quo ad huiusmodi fructus, tam
naturales, quam industriales, est aduer-
442 tendum † quod si petuntur fructus vti
fructus, tunc veniunt, etiam Industriales;
443 si verò vt damna, & interesse, † non ve-
niunt fructus ex industria. Mantic. de ta-
cit. & ambig. lib. 4. tit. 24. num. 14. &
444 † qui dicantur naturales qui industriales
preter predictos est viden. Put. decis. 80.
445 fol. 40. & quæ † veniant in reseruatione
nomine fructuum est viden. idem d. decis.
365. fol. 341.
446 Fructus debentur etiam ab eo † qui est
in mora glos. in l. p. verb. contestata, & in
l. fin. verb. contestatione C. de vsur. & fruct.
447 lit. vbi dicitur, quod mora † equipara-
tur contestationi, & qui debentur ratio-
448 ne moræ, debẽtur statim ac mora † fuit
contracta in contractibus bonæ fidei
Surd. decis. 221. num. 17.
449 Quod ampliatur † in perceptis, & per-
cipiendis Surd. ibidem nu. 18. & iterum
450 ampl. in contractibus † stricti Iuris, quã-
do agitur de re, quæ est propria, vel quæ
actori est debita à die more Idem Surd.
ibidem num. 19.
451 In contractibus stricti Iuris, † deben-
tur fructus post litis contestationem, vt
dicit idem Surd. eadem decis. d. num. 19.
452 Intrusus quoque, † tenetur ad illorum
restitutionem à die intrusionis Cassad.
decis. p. de trans. possess. & propriet.
453 Possessor malæ fidei, † tenetur de fru-
ctibus perceptis; & percipiendis, à die
adeptæ possessionis; hoc modo; si extant
rei vẽdicatione, si vero consumpti sint
condictione sine causa Imol. in c. in litte-
ris in princ. de restit. spoliat. Gabr. conclus.
p. & 2. de acq. rerum domin. Menocch. re-
cuper. remed. 15. num. 601. & 606.
454 Quod amplia, quod nec † faciat suos
fructus industriales per text. in l. centum
C. de rei vendic. Peregr. de fideic. artic. 49.
num. 130. & 135. Roc. decis. 4. de restit.
spoliat. in nou. Surd. cons. 115. num. 14.
quod procedit etiam in hærede possesso-
455 ris malæ fidei, † qui nec facit fructus
suòs l. 2. in fin. C. de fruct. & lit. expens.
Menocch. d. remed. 15. num. 617. Abb. in
c. grauis num. 10. de restit. spoliat. Afflict.
decis. 240. num. 3. Et ratio est, quia ma-
456 la fides † defunti, transit ad hæredes l. cum
heres. ff. de diuers. & tempor. presc. Bart.
in l. ex diuerso §. 1. num. 12. de rei vendic.
Menoch. vbi supra n. 613. & Abb. ibidem.
457 Successor singularis † facit fructus
suos, vt puta emptor, quia tunc vitium
autoris non transfertur ad successorem
glos. in l. si ego §. passus ff. de public. vbi te-
xt. in eodem §. verbo Iulianus dicit, quod
458 † emptor rei furtiuæ, facit fructus suos
Menoch. ibidem nu. 620. & Abb. ibidem.
459 Quod procedit etiam si postea † ac-
quireret titulum Menocch. recuper. rem.
460 15. num. 605. & etiam si † consumpti
sint ibidem num. 602. & 597. & si essemus
461 in beneficialibus, † etiam si triennio pos-
sideret

siderct vt idem *Menocch. ibid. num.* 593.
462 Sed talis possessor † deduceret melio-
ramenta, si credis *Menocch. d. remed.* 15.
463 *num.* 576. & quod possit deducere † ex-
pensas, non solum dicit *idem Menocch. ibidem num.* 574. *&* 600. verum etiam
Gabr. conf. 75. *num.* 35. *lib.* 2. *Roman. singul.* 336.
464 Declara quod si possedit per 30. an-
nos, † facit fructus suos *Menocch. ibidem num.* 608.
465 Alias explicationes, † & fallentias videmus apud eundem. *Menocch. d. remed.* 15. *num.* 608.
Facit præterea possessor male fidei
466 † fructus suos in melioramentis perce-
ptos secundum eundem *Menocch. d. remed.* 15. *num.* 601. *& Surd. decis.* 294. *nu.* 12.
467 Regulariter possessor bona fidei † tene-
tur ad fructus post litem motam *l. & si in lege §. si ante litem contestatam ff. de petit. hered. Peregrin. d. artic.* 49. *nu.* 137. *Surd. decis.* 211. *num.* 19. quia tunc incipit esse in mala fide.

De fructibus debitis occasione Iudicij particularis, vel vniuersalis.

Artic. XXVII.

468 *Fructus quod debeantur in iuditijs particularibus, quis teneat.*
469 *Fructus debentur à die litis contestatæ.*
470 *Citatio ad videndum sibi inhiberi, an sufficiat pro litis contestatione.*
471 *Fructus, an quoque debeantur in vniuersalibus iudicijs.*
472 *Iudicia vniuersalia, & particularia, an differant, quo ad debitum fructuum.*
473 *Possessor bone fidei per litem fit mala fidei.*
474 *Possessor mala fidei, non solum ad perceptos fructus tenetur, sed etiam ad percipiendos.*
475 *Possessor mala fidei deducit expensas circa culturam, & afficius factas.*
476 *Fructus percepti, & percipiendi, veniunt in spolio violento.*
477 *Amplia idem procedere per nullitatem subhastationis rei minoris.*
478 *Emens subhasta nulliter, tenetur ad fructus, à die subhastationis in rebus minoris. &* 490. 495.
479 *Emens nulliter subhasta, an regulariter teneatur ad fructus. &* 495.
480 *Fructus à quo die veniant in iudicio manutentionis.*

468 IN iudicijs particularibus, † quod de-
beantur dicit *glos. in d. l. sed, & in lege*
469 *§. si ante n.* 1. & quod debeatur † à die li-
tis contestatæ, dicit *Rota in Vrbeuetana fructuum* 7. *Nouembris* 1603. *coram Cardinali Lancellotto*, & pro litis contesta-
470 tione Rota, dixit etiam sufficere † cita-
tionem ad videndum sibi inhiberi ne audeat attenta nullitate deliberationis in vineam ingredi, vel aliquid innouare, vt in *Roman. spolij vineæ.* 20. *Iun.* 1611 *coram b. m. Pirouano decis.* 454. *part. prima rec.*
471 Et idem dicitur, † in vniuersalibus
Iudicijs per doctis nã *Bart. in d. l. sed, & si lege d. §. sin autẽ n.* 1. *ff. de petit. hered. l. nõ ambigit C. de acq. possess. l. certum C. de rei vẽdic. Afflict. decis.* 240. *Rota in Bononien. de Guidalottis* 28. *Ianuarij* 1613. *coram b. m. Cardinali Verospio seniori impres. dec.* 451. *par.* 1. *recent.*
Beninten, autem non facit differentiã inter Iudicia particularia, & vniuersalia,
472 † & dicit sẽper in vtrisq; teneri, quia om-
nes possessores fiũt particulares, ratio est
473 quia possessor quãuis bonæ fidei † per litẽ
fit possessor malæ fidei *Angel. & Castr. in l. sed. & in l. §. sin autem ff. de pet. hered. Beninten. d. dec.* 20. *Rot. dec.* 4. *de restit. spol. in nou.* & nõ solũ extendit ad perceptos,
474 sed etiam dicit ad percipiendos, posses-
sorem teneri *l.* 2. *vbi Bald. num.* 3. *C. de fruct. est lit. expens. Peregrin. de fideic. art.* 49. *num.* 137. *Menoch. d. remed.* 15. *nu.* 626. Sed vt supra talis possessor deducit
475 † expensas circa Culturam, & fructus factas *Gabr. cons.* 55. *num.* 35 *lib.* 2. *Roman. d. cons.* 336. *& Menoch. vbi supra num.* 564. *&* 600.
476 In spolio si illud est violentum † ve-
niunt fructus percepti, & percipiendi secundum *Gabriel concl.* 5. *num.* 97. *de restit. spoliat. Surd. cons.* 515. *num.* 11. *& Menoch. vbi supra circa finem*, & de ijs, qui percipi potuerunt, dicit *Rot. decis.* 483. *num.* 4. *part.* 3. *& dec.* 99. *p.* 4. *recent.*
477 Quod idem procedit, per † nullita-
tem subastationis rei minoris *Surd. decis.* 47. *num.* 8. *Grat. cap.* 45. *num.* 31. *Marcb. decis.* 160. *num.* 12. *& decis.* 163. *Rota post*
478 *Pacif.* 118. Emptor enim subhasta, vt
supra nulliter tenetur à die subhastationis. *Surd. cons.* 115.
An id procedat, etiam in aliis subhastationibus nullis, quidem, sed non in
479 bonis minorum † diuersimode dicendũ
est, quia emens subhasta credit licuisse, *Rota decis.* 552. *par. prima diuers.*

In

480 In iudicio manutentionis, †illi veniunt à die petitionis mandati de manutenendo *Rota deci. 262. parte 3. recent.*

An debeantur ab eo, qui errauit in Iure.

Artic. XXVIII.

481 *Possessor bonæ fidei etiam quod erret in iure, & veritate facit fructus suos.*
482 *Fructus acquiruntur, dũmodò absit mala fides.*
483 *Fides mala dicitur abesse, vbi adest error iuris.*
484 *Fides mala excluditur, etiam ex temerarijs, & iniustis rationibus.*
485 *Fides bona excusat, quia & si contractus sit nullus, creditur validus.*
486 *Fructus soluens per errorem iuris, an possit illos repetere.*
487 *Fructus indebitè scienter soluti non repetuntur.*
488 *Faciens contractum nullum, an teneatur ad restitutionem fructuum perceptorum & n.* 695
489 *Fructus Ecclesiæ sunt restituẽdi ex contractu nulliter cum ea facto ob iuris errorem. & n.* 696
490 *Amplia idem priuilegium fauore minoris ætatis. & n.* 690. 489. 478.
491 *Et quid an procedat idem fauore Fisci*
492 *Et quid in iudicio vniuersali.*
493 *Possessor bonæ fidei, in vniuersalibus, tenetur restituere fructus, quibus est factus locupletior.*
494 *Amplia idem in iudicio particulari, quando fuit facta locupletatio.*
495 *Limita in hæreditate repetita, in actione familiæ erciscundæ, & in condictione indebiti.*
496 *Fructus vsque ad diem litis, spectant ad illum, contra quem læsio allegatur.*
497 *Amplia idem in contractu simulato.*
498 *Fructus, quandò læsio est enormissima, aut restituuntur, aut compensantur.*
499 *Alienatio est ipso iure nulla, si facta sit cum enormissima læsione.*
500 *Læsio enormissima quando autem dicatur.*
501 *Venditor, an possit prætendere fructus perceptos in contractu conditionali.*
502 *Fructus cui nam acquirantur, quando contractus non est ipso iure nullus, sed annullandus.*
503 *Emens à falso Tutore, credens a bono, an dicatur bonæ fidei possessor.*
504 *Et quid, an faciat fructus suos.*
505 *Et quid in emente à Prælato, credente habere ius vendendi.*
506 *Faciens sibi assignare fundum pro legitima, eredens licere, an faciat fructus suos.*
507 *Fructus cuius sint, quando competit remedium reintegrandæ.*
508 *Maritus secundus, quam actionem habeat pro consequendo dotis assignamento.*
509 *Fructus dotis, an acquirantur bona fide possidenti.*
510 *Hæres eredens bona dotalia esse testatoris, an teneatur fructus restituere.*
511 *Fructus percepti, quinam dicantur.*
512 *Fructus percipiendi dicantur immaturi, & pendentes.*
513 *Fructus percipiendi, an dicantur, quando Dominus percepisset.*
514 *Fructus prædicti dicuntur, qui communiter percipi potuissent.*
515 *Fructus in area existens, an dicantur pendentes, vel percepti.*
516 *Fructus percipiendi de proximo, an habeantur pro perceptis.*

POssessor bonæ fidei etiam, quod erret
in Iure; & in veritate tituli, quia
fortasse habet titulum inualidum, ac-
481 quiri †fructus, quia in acquisitione fru-
482 ctuum †non requiritur titulus verus,
sed sufficit malam fidem abesse *Rot. de-*
cis. 336. parte 4. recent. quæ dicitur ab
483 esse, † vbi adest error Iuris *Bar. in d.*
l. sed, & in lege S. iure n. 2. de pet. hered.
Rot. decis. 320. & 328. par. 2. recention.
484 † Mala enim excluditur, non solum ex
iustis, & æquis, sed etiam ex temerariis,
& iniustis rationibus, *vt d. decis. 320.*
485 Et eo minus tenetur illos restituere, †
quia etiam si fecerit contractum nullum
credidit esse validum *Rot. decis. 4. de rest.*
spoliat. in nou. Rota d. decis. 320. & 388.
par. 2. recent. si quis vero per errorem Iu
486 ris illos soluit, †non potest repetere *l.*
cum quis, & l. error. C. de Iuris, & fact.
ignor. Bartol, cons. 93. num. 3. lib. 3. Et
487 † si fuerũt indebite soluti scienter, neque
repetuntur, quia præsumuntur donati
Seraph. decis. 1226. n. 1.
Sed contra, quod scilicet, qui fecit cõ
488 tractum nullum, †teneatur ad restitutio-
nem fructuum perceptorum ex contra-
ctu nullo dicunt *Surd. cons. 115. num. 21.*
Menoch. decis. 160. vsque ad num. 5. Sed
ego ommitto distinctionem, quando ius
assistit. vel resistit. ad quod videbis Batt.
& scribentes in l. sed in lege de pet. hæ-
red.
Est, & etiam fauor Ecclesiæ, quia ille,
qui errat in Iure faciendo cum ea con-
489 tractum nullum, † tenetur ad restitutio-
nem

nem à die contractus. *Surd.conf.*115.*n.*9
11.*& seq.*
Ampl. idem fauore minoris, quia
490 eodem modo, quo errat, † eodem mo
do tenetur ad fructuum restitutionem
à die contractus *idem Surd.conf.*115.*n.*9.
& seq.
491 Quod, an procedat † fauore Fisci,
vide *l. primam, C. de fidei Instrumen.*
*lib.*10.
492 Ampl. in † Iudicio vniuersali, in
quo etiam bonæ fidei, possessor, tenetur
493 ad restitutionem fructuum, † cum qui-
bus factus est locupletior *l. item veniūt.*
§. eos autem ff. de petit. hæredit. Bald. in l. 2.
C. de fruct. & lit. expens.
494 Ampl. etiam in Iudicio particulari, †
si est factus locupletior, de communi.
*Menoch. d. remed.*15.*num.*598. *Becc. conf.*
95.*num.*8. *vbi allegat. Innoc. in c. literis in*
*princ. de restit. spoliat. Couar. var. resol. lib.*1.
*c.*3.*n.*6.
495 His autem pone fallentias, † in hæ-
reditate reperita, in actione fam. erciscū-
dæ, & in condictione indebiti *Aymon.*
*conf.*149.*num.*2.*& Dec. conf.*95.*n.*7
In casu læsionis etiam fructus lucratur
496 † ille, contra quem illa allegatur, vsque
ad diem litis *Castrens. conf.*306.*in finalib.*
*verbis lib.*2. *Franc. Marcb. decis.*179.*par.*1
497 atque idem dicendū† in contractu simu-
lato *Castren. vbi supra*, sed quando læsio
498 est enormissima, † tenetur ad illorum
restitutionē, vel compensat cum credito
à die possessionis, cum hoc casu aliena-
499 tio † sit nulla, & non annullanda per
Iudicis interlocutoriam, etiam si agatur
de emptione, & venditione subhasta
*Giurb. decis.*105.*Castill. decis.*14.*Mastr. de*
500 *cis.*247. † & enormissime dicitur, quādo
Domino tertia pars iusti precii non re-
manet *Fontanell. decis.* 64. *& decis.* 65.
& 66.
In contractu conditionali; si vendi-
510 tor vellet interim fructus perceptos, † de
ciperetur iuxta opinionem *Canal. de Tut.*
*& Curat. n.*271.*& dec.*27.*n.*69.
Quando contractus non est ipso Iure
502 re nullus, sed veniret annullandus; † tūc
fructus acquiruntur a possessore *Canal.*
*de vsufr. d. n.*271. *& d. dec.*45.*n.*66. vbi te-
statur ita iudicasse *Rot. Romanam* 1579.
contra Pallauicinum.
503 Emens quoque à falso Tutore, † cre-
dens à vero, dicitur bonę fidei possessor,
504 & facit † fructus suos *Soccin. Iun. conf.*81.
*num.*5.*lib.*1.*& dixit Aym. in cap. possessor.*
*num.*4. *de regul. Iur. in* 6. *Becc. conf.*95.
505 Idem in emente à Prælato, † creden-
te habere ius vendendi *Anchar. conf.*112
*n.*3.*Becc. in d. qu.*5.*Abb. in c. grauis. n.*10.*de*
rest. spoliat.
506 Idem in faciente † sibi assignare fun-
dum pro legitima, credens sibi licere Ca
streus. *conf.*247.*lib.*1. *Alex. Raud. de annol.*
*c.*37.*n.*147.
507 Similiter in casu, quo † competit re-
medium reintegrandæ; puta frater pri-
mi mariti credebat sibi licere retinere as
signamentū dotis, & licet secūdus mari-
508 tus, possit † agere spolio, tamen, ex quo est
509 in bona fide † lucratur fructus *Natt. cōs.*
74.*num.*14. *Alexand. Raud. d. c.*37.*nu.*138.
*Rot. dec.*552.*num.*1.*par.*1. *diuers.* sicut, &
hæres, qui fuit institutus in omnibus bo
nis, interque erant bona dotalia, si vxor
510 agit spolio, † hæres credens bona esse
testatoris, non tenetur fructus restituere
*Curt. Iun. conf.*6.*num.*25. *Alex. Raud. vbi*
*supra. n.*153. apud quem sunt etiam alii
casus.
511 Percepti dicuntur, † qui sunt à solo
separati *glos. in l. & ex diuerso verbo non*
habendam ff. de rei vendic.
Percipiendi vero, dicuntur duobus
512 modis. † Primo, quando sunt immatu-
513 ri, & pendentes †. Secundo, quando Do
minus percepisset, sic exponit *d. glos. in d.*
l. & diuerso. §. eodem, & dicuntur,
514 † qui communiter percipi potuissent.
*Becc. conf.*95.*num.* 4. & qui existunt in
515 area † non dicuntur pendentes, vel per-
cepti, ad quod est videu. *Put. dec.*305.*fol.*
314. *in correctis.*
516 In huiusmodi dicimus, † quod per-
cipiendi de proximo habentur pro per-
ceptis *Glos. Bart. Alex. & aly. in l. diuortio*
*§. interdum, & ibi Ias. num.*15.*ff. solut. ma-*
*trim. Caual. decis.*44.*n.*16.

Quomodo, & quando inducatur bona, vel mala fides.

Artic. XXIX.

517 *Fides bona inducitur ex quauis credulitate malam excludente.*
518 *Fides mala, inducitur scientia, rem esse alienam.*
519 *Possessor malæ fidei, dicitur sciens rem esse alienam.*
520 *Possessor quoque malæ fidei dicitur, qui scit suum non esse, quod retinet.*
521 *Protestatio, licet extraiudicialis constituit in mala fide.*

Mo-

522 *Monitorium, an constituat in mala fide.*
523 *Amplia, etiam contra minorem viginti annorum, maiorem tamen octo.*
524 *Fides mala, in quibus regulariter inesse dicatur.*
525 *Fructus rei furtiuæ, vel vi possessæ, possunt per Tertium bonæ fidei possessorem præscribi.*
526 *Emens scienter contra canonem, dicitur in mala fide.*
527 *Emens, extraiudicialiter nolente Domino sciës dicitur in mala fide.*
528 *Emens scienter ab eo, qui vendere non poterat, dicitur in mala fide.*
529 *Emens à Procuratore, non viso mandato Domini, dicitur in mala fide.*

ET quia supra diximus, quod bona
517 fides, † inducitur ex quauis credulitate, malam excludente; tunc est sciendũ
518 quod mala fides, † inducitur ex sciẽtia rem esse alienam *Gab.cons.149.num.30. lib.2. Surd.cons.296. num.12.& 36.* ideo
519 eo quo scit rem esse alienam, † dicitur in mala fide. *Crau.cons.146. nu.6. Surd.cons. 296. num.12. & 36.* & qui scit, id quod
520 retinet, suum non esse, † dicitur in mala fide *Surd.d.cons.296.n.12.*
521 Protestatio etiam, quamuis extra-
521 iudicialis † constituit in mala fide, vt dixit *Rota in Valentina decimarum de Gandia.10. Decemb.1607. coram clar. memor. Cardinali Pamphilio in folio, & in Romana vineæ, seu saluiani interdicti 11. Decembris 1609. coram R.P.D. Ottembergo in folio,*
522 *vbi dicitur etiam quod idem facit † monitorium.*
523 Quod procedit, etiam † contra minorem viginti annorum, maiorẽ tamen octo *Alex.cons.99.num.10. lib. 4. & dixit Rota coram Ottembergo in d. Romana vineæ.*
524 Vera etiam mala fides, † dicitur in Raptore, in fure, in disertore, in Hoste in Inuasore, in Simoniaco, Feneratore doloso, fraudolento occupatore, per dolum, & in sciente rem esse alienam *Crauett.cons.47.num.10. & cons.142.n.12. Peregrin.cons.19.n.16.lib.1.*
Sed in hoc aduertendum est, quod fru-
525 ctus rei furtiuæ, vel violenter possessæ, † possunt per tertium possessorem bonæ fidei præscribi, vt notat *Bon.de stat. Vrb. præscript.glos.19.n.245.*
526 Et datur etiam pro regula, quod † dicitur in mala fide, is qui emit, sciens emere contra canonem, vel legem *l. quẽadmodum in fin.C.de agric. & cens. lib.11. Aym.in c. possessor.n.2. de regul. Iur. in 6.*
Item, qui emit extraiudicialiter sciẽ-
527 ter contradicente Domino, † dicitur etiam possessor malæ fidei. *Dyn.in d. cap. possessor num. 3.* & idem dices de eo, qui
528 † emit scienter ab eo, qui vendere non
529 poterat *Dyn. ibidem;* prout etiam, † qui emit à Procuratore non viso mandato Domini *Ceph. cons.315.num.11.& cons. 445. num.72.& 73. Surd. cons.28.num.81 lib.1. Caual.decis.45.num.11. Mastrill. decis.77.n.3.*

Quomodo sit facienda fructuum liquidatio.

Artic. XXX.

530 *Fructuum quantitas, si est de substantia probationis, debet concludenter probari.*
531 *Probatio præsumptiua per antea, vel post, an sufficiat in materia fructuum.*
532 *Probatio à consuetis, quando sit bona in liquidanda fructuum quantitate.*
533 *Testes quinam, & quomodo probent fructuũ quantitatem.*
534 *Probatio leuior sufficit, quando liquidatio est difficilis probationis.*
535 *Præsumptiones, & coniecturæ, quando admittantur in liquidatione fructuum.*
536 *Fructus, qui percipi potuerunt, probato dolo, quomodo possint liquidari.*
537 *Fructuum quantitas in specie, quandonam sit probanda.*
538 *Probatio à consuetis fit, vbi dubitatur de fructuum quantitate.*
539 *Declara, non ita procedere, si dubitatur, an fructus percepti fuerint.*
540 *Testes deponentes de solito super fructibus peceptis, quid probent.*
541 *Testes qualiter debeant deponere circa perceptos fructus.*
542 *Fructuum quantitas probata per triennium continuũ, probat quantitatem annorum præcedentium.*
543 *Et quid, si sit probata tantum in parte.*
544 *Et quid de possessione rei fructifera.*
545 *Probatio triennij annorum interpolatorum, an sit bona pro fructuum quantitate.*
546 *Probatio quantitatis fructuum, computato anno sterili cum fertili, fit deductis expensis.*
547 *Probatio circa fructus per vnicum testẽ, non suffragatur.*
548 *Fructus semper intelliguntur, deductis expensis. & n.571.*
549 *Expensæ, quando non sint habendæ in consideratione in fructuum liquidatione.*

Pro-

550 *Probatio redditus prædij, an possit fieri habita ratione prædiorum cohærentium.*
551 *Probatio redditus unius prædii, an inferatur ad prædium vicini.*
552 *Probatio facta de annis præteritis inseruit præsentibus, & futuris.*
553 *Declara tantum procedere vbi dubitatur de quantitate.*
554 *Fructuũ quãtitas, an probetur per iuramẽtũ*
555 *Declara procedere quando adesset vnus testis, sed valde idoneus.*
556 *Fructus rei pro interesse prætẽso à conductore cõtra locatorẽ, an possit iuramẽto probari.*
557 *Locatio an probet fructuum quantitatem, vel illorum iustum pretium.*
558 *Locatio annua inducit præsumptionem quod plus non percipiatur è re locata.*
559 *Limita tamẽ in feudo, et emphyteusi, & quare*
560 *Locationes tres, an probẽt fructus rei locatæ.*
561 *Fructuũ quãtitas, an probetur ex descriptione*
562 *Sententia quantitatis fructuum, an possit ferri super illorum descriptione.*
563 *Sententia super fructibus non liquidatis, regulariter, ferri non solet.*
564 *Declara tamen in genere posse ferri.*
565 *Fructuum valor modo augetur, modo minuitur.*
566 *Probatio plurium annorum quare fiat circa fructuum quantitatem liquidandam...*
567 *Fructus de præsenti percepti, an faciant argumentum ad præteritos.*
568 *Fructus optimè argumentantur à solito, & vnius anni cum altero computatione,*
569 *Fructuum quantitas articulatur computando tempus sterile cum fertili.*
570 *Annorum denumeratio reddit certitudinem vniuscuiusque anni.*
571 *Fructus non dicuntur nisi deductis oneribus & n. 548*
572 *Testis dicens reddere tot fructus, censetur onera deduxisse.*
573 *Iudex condemnans simpliciter ad fructus, an intelligatur deductis oneribus.*
574 *Iudex in liquidatione fructuum quam pretij viam eligere debeat.*
575 *Fructuum pretium est valde arbitrarium ipsi iudici.*
576 *Iudex dans pretium fructus, quod nam tempus attendere debeat.*
577 *Iudex simpliciter condemnans circa fructus, de quibus intelligatur.*
578 *Iudex quã summã amplecti debeat fructuũ si testis vnus deponit diuersimode ab alio.*
579 *Iudex in casu prædicto debet amplecti opinionem duorum cõtestium, cæteris relictis*
580 *Testes contestes sunt attendendi relictis alijs non huiusmodi dicentibus.*
581 *Iudex quid facere debeat si duo testes deponãt circa fructus per verbum circiter, vel parum plus.*
582 *Fructus, an bene liquidentur ad rationem quinque pro centenario.*
583 *Fructuum liquidatio prædicta est valde iusta in bonis stabilibus.*
584 *Fructuum liquidatio prædicta dicitur valdè iusta etiam in officijs vacabilibus.*
585 *Fructuum liquidatio tandem vt bona dicatur, quid aduertendum sit.*

QVod respicit fructuum liquidationem & probationem, est aduertendum quod quando quantitas fructuum
530 est de substantia probationis, † debet cõcludenter probari, & ad vnguem *Bald. in l. data opera num. 42. C. qui accus. poss. Cæsar de Graff. decis. 21. num. 6. de pro-*
531 *bat.* nec sufficit † probatio præsumptiua per antea, vel per postea *Cæsar de Graff. vbi sup. Caputaquen. decis. 30. p. 2. & decis. 264. par. 3.* cum declaratione, quod quando simpliciter agitur de quantitate
532 fructuum, est bona † probatio à consuetis: sic declarat *Achilles decis. 22. de rest. spoliat. & Rot. in Romana domus 29. Febr. 1608. coram Caual.*

Illorum quantitatem probant etiam
533 † testes vicini, & de auditu à colonis, etiamsi dicant esse publicum, & notorium, vel quod fuerint præsentes recollectioni, & illarum repartitioni cum colonis. *Rot. decis. 100. par. 4. recent.* & quod ex quo liquidatio est difficilis pro-
534 bationis †, sufficiat leuior probatio, dicit *ead. Rot. eodem loco*, & in his intrat regula
535 singula, quæ nõ prosunt, multa iuuãt, † & admittuntur præsumptiones, & coniecturæ *Rot. dec. 139. nu. 3. part. 4. recent.*

Et iterum dicendũ est, quod aut agitur de fructibus, qui percipi potuerunt
536 † & tunc admittitur probatio quantitatis, à verisimili probato dolo, & violentia *Rot. decis. 326. num. 4. par. 4. recent.* Aut agitur de fructibus perceptis, &
537 † tunc non sufficit probatio à verisimili sed est necesse quod fiat probatio quantitatis in specie: sic dicit *Cæsar de Graff. decis. 21. de probat. Caputaquen. decis. 30. par. 2. Achil. decis. 22. in fin. de rest. spoliat.* qui declarat quod vbi dubitatur de
538 quantitate, † tunc fit probatio à consuetis: sed vbi dubitatur an percepti fuerint
539 † tunc à consuetis, vel per coniecturas nõ esse sufficientẽ probationẽ: sed viden. est *Rot. dec. 573. n. 8. & 579. n. 9. p. 3. recen.*
540 Et ideo si agitur de perceptis † sufficit quod testes deponant de solito; secus autem in casu illorum qui percipi potuerunt *Caputaquen. decis. 3. par. 2.* Et ideo testes debent deponere circa perceptos
541 † quod fructus possunt valere, computa-

to anno sterili cum fertili, scuta tot, de-
ductis oneribus, & impensis, assignando
rationem, & causam scientiæ; vt puta
quia ita fuit arrendatum prædium, &
quia ipse arauit, recollegit, vel percepit,
Rot. coram Litta impress. per Tiberium Sa-
lustium lib. 3. fol. 343. num. 6. circa me-
dium, & in Ariminen. Castrorum 7. Iunij
1599. decis. 1317. coram Seraphino.
Et qui probat quantitatem annorum
542 trium continuorum, videtur † probasse
quantitatem annorum præcedentium
Afflic. lib. 2. Feudorum tit. per quos fiat
inuestitura § sed & res. num. 40. & Pen. de-
543 cis. 140. Et probata in parte † facit pre-
sumere perceptionem aliorum fructuum
Rot. decis. 571. num. 2. alias & possessio-
544 nem rei † fructiferæ idem efficere dicit
Rot. decis. 227. par. 3. recent. Et etiam di-
545 citur quod est bona probatio † licet di-
cti tres anni sint interpolati vt annuit
Rot. in Romana spolij vineæ 20. Iunij 1611
decis. 343. par. 1. rec. coram b.m. Pirouano.
quia à consuetis tribus annis compu-
546 tato anno sterili cum fertili, † admitti-
tur deductis expẽsis, vt dicitur in ead. dec.
sed Pen. dec. 140. istã prax. nõ admittit.
Si tamen probaterur per vnicum te-
547 stẽ; † probatio nõ sufficeret, quamuis
cum dictis requisitis deponeret Rot. in d.
Romana spolij vineæ. Dixi deductis ex-
pensis, quia illæ semper veniunt dedu-
548 cendæ † cum non dicantur fructus nisi
illis deductis l. fructus ff. solut. matrim.
Capic. decis. 20. Rot. post Pacific. decis.
149. num. 27. & 28. vbi datur fallentia
549 † quando non sunt habendæ in conside-
ratione. idemque firmat Rot. post Cenc.
decis. 88. & 89.
Et si deficeret probatio circa prædiũ
550 de quo agitur in specie, † est faciendus
recursus ad prædia coherentia, vel vici-
na, quia tunc facta probatione de soli-
551 to circa illa, † talis probatio bene in-
feretur quo ad fructus prædij controuer-
si Bald. in l. 1. num. 22. C. de fruct. & lit.
expens. Corneus cons. 301. in fin. lib. 7. Se-
raphin. decis. 955. num. 3.
Difficultas enim probationis hoc facit
vt procedatur per coniecturas; indeque
dicitur quod facta probatione de annis
552 præteritis † dicitur facta de præsenti, &
futuro Rot. in Tarraconen. liquidationis 3.
Martij 1614. decis. 139. par. 4. rec. coram
553 b.m. Card. Verospio seniore. † quod ta-
men procedit vbi dubitatur tantum de
quantitate, non autem de perceptione
Rota in d. Romana domus 29. Feb. 1608.
decis. 17. coram Caual. & est doctrina Bal-
di in l. 1. nu. 22. C. de fruct. & lit. expen.

554 Alias enim fuit dictum, quod † quan-
titas fructuum probatur iuramento, sed
Rot. in Neocastren. Archidiaconatus 4. Feb.
1591. coram b.m. Gipsio in folio, declarat
opinionem procedere tantum quando
555 pro liquidante † adesset vnus testis e-
tiam valde idoneus; alias enim opinio
non esset vera, & Verald. decis. 183. p. 1.
556 dicit iuramento nõ posse probari † fru-
ctus rei pro interesse prætenso à condu-
ctore contra locatorem non tradentem
vel euincentem rem locatam.
557 Et licet locatio non probet † quanti-
tatem fructuum, nec illorum iustum pre-
cium Rot. decis. 116. nu. 2. par. 1. diuers.
& in Rauennaten. pineti 23. Martij 1607.
coram Sanctissimo Innocentio X. in folio.
Inde tamen oritur argumentum, quod
558 ex annua locatione præsumatur † non
plus percipi ex fundo Cefal. cons. 418.
num. 14. & 27. vbi declarat etiam non
559 procedere in feudo, & emphyteusi, † in
qua quid minimũ solet præstari Natt.
cons. 510. post princ. & Ias. cons. 54. num.
560 21. lib. 1. Quodq. tres locationes † pro-
bent fructus rei, dicunt Natt. & Ias. vbi
supra, & ita tenuit Rot. coram Lancellotto
impressa penes Marches. p. p. fol. 104. n. 3.
561 Descriptio quoque † probat quanti-
562 tatem fructuũ, & super illa potest † fer-
ri sententia Papien. verb. sequestrum num.
1. & dixit Rota coram Pirouano in d. Rom.
spolij vineæ. Ideo quamuis sententia su-
563 per fructibus non liquidatis † regulari-
ter ferri nõ possit, hoc tamen declaratur
564 quod in genere † potest ferri Cagnol. in
l. quatenus num. 21. ff. de regul. Iur. quod
secundum eundem, in l. quatenus proce-
dit etiam in interesse. eodem tit.
565 Et quia valor fructuum † modo au-
getur, modo diminuitur vt inquit Cor-
neus cons. 128. littera E lib. 2. ideo debet
566 fieri † probatio plurium annorum an-
tecedentium; & postcedentium, vt de
tribus diximus supra, & de quinque di-
cit Seraphin. decis. 134. & Rot. decis. 370.
num. 4. par. 4. recent. & quod ex perce-
567 ptis vno anno † arguatur eosdem fructus
de præterito & in eadem quãtitate pos-
sessorem percepisse, dicit Rot. decis. 139
part. 4. recent. ab isto enim soliro, & com-
568 putatione † optimum fit argumentum,
ex præcitata Rotæ opinione: & in hoc
est maxime aduertendum, quod bonus
569 causæ Patronus † debet articulare non
solum circa tale tempus, computato an-
no sterili cum fertili Rot. decis. 100. par.
570 4. recent. † denumeratio enim annorum
reddit certitudinem vniuscuiusque an-
ni, & quid quolibet anno veniat com-
putan-

putandum *Rot. decis.* 608. *num.* 5. *par.* 3. *recent.* verum etiam debet articulare onera, vt dixit *Rot. in d. Ariminen. Castrorum* 7. *Iunij* 1599. *decis.* 1317. *coram Se-*
571 *raphino*, quia non dicuntur † fructus, nisi deductis oneribus Allegata *l. fructus ff. solut. matrim. l. fin. de oper. seruor. Pacif. de Saluian. decis.* 149. *nu.* 27. & 28. & *dixit Rota decis.* 656. *num.* 5. *par.* 3. *recent.* & *Lodouis. decis.* 273. & 277. vbi an-
572 nuit, quod testis dicens reddere tot, † cēsetur onera deduxisse, sed vide *adden. ad d decis.* 273. *num.* 11.

An iudex simpliciter condemnās ad
573 fructus, † intelligatur ad fructus, deductis oneribus viden. est *Rot. apud Put. decis.* 10. *fol.* 7.
574 Iudex in liquidatione, † debet eligere mediam viam circa pretium fructuum. *Pacific. vbi supra n.* 37. *post med.* & regulariter attendere litis contestationem *Rot. decis.* 370. *num.* 4. *par.* 4. *recent.* sed
575 est multum † arbitraria eidem Iudici
576 *decis.* 571. & 727. *par.* 3. *recent.* † debetque attendere tempus, quod percutit negocium, eadem *Rot. decis.* 139. *nu.* 6. *par.* 4. *recent.* & si condemnet sim-
577 pliciter ad fructus, † intelligitur ad illos fructus, ad quos de Iure est facienda cōdemnatio *Ludouis. decis.* 74, *num.* 8:

Sed si testis vnus deponat de vna
578 summa, & alter de alia, † Iudex amplectetur minorem, inqua conueniunt, & sunt contestes *Alex. cons.* 64. *num.* 9. *lib.* 2. *Cesar. de Graff. decis.* 10, *num.* 7. *de testibus*.
579 Quod cessaret † si duo testes contestes essent in certa summa, puta centum, & alij testes essent singulares in minori
580 summa, quia attenderentur † illi, qui sunt contestes in centum, *Alex. d. cons.* 64. *num.* 8. & iterum sublimitaretur si
581 d. duo contestes † deponerent assertiue, puta per verbum circiter, vel parū plus; vel minus *Cesar. de Graff. decis.* 10. *nu.* 8.
582 Dicitur etiam quod fructus † bene liquidantur ad rationem quinque pro centenario *glos. in auth. perpetuo C. de sacrosanct. Eccles. Afflict. decis.* 284. & *dixit Rota in Forolinien. societatis* 13. *Ianuarij* 1614. *coram Damasceno in folio*, &
583 ista taxatio fructuum dicitur valdeiusta, non solum in stabilibus. *Cesar. de*
584 *Graff. decis.* 187. † verum etiam in officijs vacabilibus, vt testatur *Rot. in d. Forolinien. societatis* & *decis.* 571. *num.* 6. *p.* 3. *recent.*

Verum est aduertendum; quod alias
585 liquidatio † non esset bona, nisi quando fuit perscrutatus valor rei, & alias si ageretur de vero valore fructuum difficile attenderetur *Rot. decis.* 651. *parte* 1. *diuers.*

Quis possit esse Iudex liquidationis, & cui debeat adiudicare, & a quo restituendi.

Artic. XXXI.

586 *Fructus in causa beneficiali à quo Iudice taxari possint.*
587 *Absolutus ab expensis absque causa, an dicatur etiam absolutus à fructibus.*
588 *Fructus beneficiorum habentis facultatem testandi, in quem trasmittantur.*
589 *Fructus beneficiorum vacantium in Curia, cui debeantur.*
590 *Fructus, qui percipi potuerunt, an veniant ex canone reintegrandæ.*
591 *Fructus quæsiti in possessorio; an restituantur postea abtinenti in petitorio.*
592 *Acceptanti beneficium, & postea dicenti illud non cadere sub gratia sua, an credatur*
593 *Fructus etiam à solo separati, an comprehendatur sub mandato executiuo.*
594 *Condemnatus coram executore, an possit excipere fructus non habuisse.*
595 *Spoliator, & intrusus, à quo die fructus restituere debeat in beneficijs vacantibus in Curia.*
596 *Fructus beneficiorum occupatorum in Curia vacantium, à qua die restitui debeant.*
597 *Fructus beneficij non percepti, an debeantur successori in beneficio, vel cui.*
598 *Fructuum remissio, an dicatur facta per perceptionem sortis principalis.*
599 *Fructus, qui non subsistant per se iure actionis, sed officio iudicis.*
600 *Fructus a possessore præsumuntur percepti, & sic ab illo sunt restituendi.*
601 *Limita tamen, nisi adest bona fides.* & 689.
602 *Limita adhuc limitationem, quando fuit mortalis, quia tunc debentur.*
603 *Fructus ante motam litem semper debentur bona fide possidenti.*
604 *Processus ad vlteriora non retardatur ex eo quod fructus non sint liquidi.*

Qvis debeat esse Iudex taxationis fructuum in causa beneficiali cō-
586 tra victum per diffinitiuam, † an possit fieri ab alio, quam à constituto in dignitate Ecclesiastica, est viden. *decis.* 31. *de rescript. in nou.*

Et qui absque causa fuit absolutus
587 ab expensis, † an dicatur absolutus à fructibus: negatiuam dicit *Rot. decis. 7. de dol. & contum.*

Et an fructus beneficiorum habentis
588 licentiam testandi, † transmittantur in successorem, vel in executorem testamenti testatur *Rot. decis. 3. de testam. in antiq.*

An fructus beneficiorum vacantium
589 in Curia † debeantur fabricæ, seu alteri legitur *decis. 2. de priuil. in antiq:*

Iterum an fructus, qui percipi potue-
590 runt, † an veniant ex canone reintegrãdæ asserit *Bisignet. decis. 11. de rest. spoliat.*

Sciendum etiam, quod fructus quæsiti
591 per eum, qui obtinuit in possessorio, † nõ restituuntur postea obtinenti in petitorio, quando petitorium fuit post restitutionem intentatum; & acceptanti be-
592 neficium, † dicenti postea illud non cadere sub gratia sua, non creditur *Rot. decis. 7. de caus. possess. & propriet. in antiq.*

Secundum Papazzonum fructus etiã
593 à solo separati, † comprehenduntur sub mandato executiuo, & quo modo procedat, *vide eundem decis. 11. de rescript.*

594 Fructus etiam non habuisse, † potest excipere condemnatus coram executore, sed cum distinctione qnam tradit *Papazz. decis. 1. de renunciat.*

595 Spoliator, & intrusus, vt dixi † debet restituere à die intrusionis in beneficiis
596 vacantibus in Curia, vbi fit † semper cõdemnatio, à die occupationis, nisi habeat titulum à Papa, *vide Papoz. d. decis. 1. de renunc.*

Obseruabitur etiam, quod fructus beneficii, etiam si venerit dies solutionis, & beneficiatus fecerit exactissimas diligentias in illos exigendo, dummodo ve-
597 re non perceperit, † debentur successori in beneficio *Pen. decis. 300. num. 12.*

Regula quod per receptionem sortis
598 principalis, dicatur † facta remissio fructuum, vt apud *Pen. decis. 350.* declaratur ibidem habere locum in pœnis, & vsuris odiosis, quæ non sunt permissæ
599 per stipulationem; † cum per se non subsistant iure actionis, sed officio Iudicis mercenario, ad quod vide late etiam *Ludouis. decis. 93. & decis. 156.* vbi etiam de fructibus recompensatiuis, & quid si protestetur.

Et quando dubitatur, quis teneatur
600 restituere, dices, quod † debent restitui à possessore, quia ab eo presumuntur percepti *Pen. decis. 318. num. 4.* quod li-
601 mita nisi adesset † bona fides, quia per eam fiunt vt supra percipiẽtis, *idem Pen. decis. 108. num. 1.* quod secus est dicen-
602 dum, † quando fuit mota lis, quia tunc debent restitui, *idem Pen. decis. 108. nu.*
603 *4.* secus ante motam litem, † quia presumitur pro possessione, & quod possessio spectabat ad illum *Idem decis. 615. num. 5.*

Et in casu quo esset commissa fructuũ
604 restitutio, si illi non sunt liquidi, † non retardatur processus ad vlteriora, si Pars facit depositum vnius Iulii, cum promissione soluendi residuum facta liquidatione *d. Pen. decis. 96.*

Quale tempus, & valor fructuum attendatur.

Artic. XXXII.

605 *Fructuum æstimatio, vt sustineatur, de quo tempore attendi debeat.*
606 *Frumenti valor non probatur ex partitis venditionum, facta non vno, vel altero die.*
607 *Declara requiri partitas venditionum factarum eodem tempore.*
608 *Fructus beneficij, an veniant in lite, quando est super spolio beneficij.*
609 *Fructuum condemnatio in beneficialibus, ut dicatur venire accessorie.*
610 *Fructuum condemnatio, qui percipi potuerunt, quo casu fieri possit.*
611 *Condemnatus ad fructus, non intelligitur ad illos, quos alter percepit.*
612 *Condemnatus ad fructus, an possit probare illos non percepisse.*
613 *Fructus pendentes tempore sententiæ, an veniant in restitutione.*
614 *Fructus, quando nam restituantur deducto semine.*
615 *Fructus, an possint alienari, pendente lite super beneficio.*
616 *Fructus ex quibus aliquando liquidari soleant.*
617 *Articuli super liquidatione fructuũ in partibus, semper sunt dandi in Curia.*

IN materia æstimationis fructuum ad effectum, vt venditio rescindatur,
605 vel substineatur, † non debet præcise attendi valor de tempore contractus, sed aliquot anni ante, & aliquot postea, vt etiam dixit supra *Penia decis. 563. numer. 3.*

606 Frumenti valor, † non probatur ex partitis venditionum factarum vno, vel altero

altero die, ſed requiruntur †pattitæ ven-
607 ditionum factarum eodem tempore *idē decis.31.n.6.*
608 An fructus beneficij, † veniant in
lite, quando lis eſt ſuper ſpolio benefi-
cij videndus eſt, *Put,deciſ.159.fol.*487.
609 † & an illorum condemnatio in benefi-
cialibus dicantur venire acceſſorie, *idem
deciſ.229.fol.*280.& quo caſu poſſit fie-
610 ri † condemuatio ad fructus, qui perci-
pi potuerunt *idem deciſ.373.fol.*166.cer-
611 tum enim eſt, quod condemnatus ad
fructus, non dicitur condēnatus ad fru-
ctus perceptos per alium *idem deciſ.*197.
fol. 503. & an ſit condemnatus, poſſit
612 † probare fructus non percepiſſe, dicit
idem 418.*fol.*610.
Fructus pendentes tempore ſententię,
613 † veniunt in reſtitutione rei Idem, *Put.*
614 *deciſ.* 305.*fol.* 513.& quando † reſti-
tuuntur deducto ſemine, dicit idem *ibid.*
615 *fol.*314. & an etiam poſſint alienari, †
pendente lite ſuper beneficio, dicit *idem
deciſ.*220.*fol.*280.
Et quia dixi ſupra de liquidatione,
vt cautiùs agatur, & ſciamus exempla
ex quibus illi fuerint aliquando liqui-
616 dati, † vidēdus eſt *Put:deciſ.*418.*fol.*610
Et ſi aliquis pro tali liquidatione pen-
dente, in Curia vellet dare articulos in
617 † partibus vigore remiſſoriæ, dicemus,
quod articuli ſemper ſunt dandi in Cu-
ria, nō autem extra eam, ſic enim firmat
Rota penes d.Put.dec. 184.*fol.*90.

Quo caſu Camera fructus percipiat, Vel beneficato dimittat.

Artic. XXXIII.

618 *Fructus beneficij malè percepti ab immiſſo, percipiuntur à Camera.*
619 *Fructus beneficiorum, quinam ſpectent ad Cameram, à die vacationis per obitum, vſq. ad captam poſſeſſionem,*
620 *Fructus beneficiorum vacantium, quinam ſpectent ad ſucceſſores, etiam ante captam poſſeſſionem.*
621 *Fructus beneficiorum, an umquam ſpectent ad hæredes defuncti.*
622 *Fructus, an poſſint furari ex cauſa neceſſaria.*
623 *Declara tamen eſſe faciendam reſtitutionem, ſi abripiens ad pinguem ſtatum peruenerit.*
624 *Domum vicini deſtruens cauſa incendij, an, & quando teneatur illam reædificare.*
625 *Fures fructuum pœnas Cuſtodum aliquando incurrunt.*
626 *Fructus beneficij regulariter debentur reſidenti.*
627 *Fructus maturati reſidenti morienti, vel eius hæredibus ſunt reddendi, aut creditoribus.*
628 *Fructus ſuccedunt loco alimentorum, vt dicitur de congrua.*
629 *Congrua ſuccedit loco alimentorum.*
630 *Fructus ſeparati à ſolo, antè reſignationem, ſpectant ad reſignantem.*

618 FRuctus beneficij, quod † percipian-
tur à Camera, quando fuerunt ab
immiſſo malæ percepti, dicit *Idem deciſ.
526.lib.1.fol.66.& deciſ.220.fol.*280.præ-
ſertim in Regno Neapolitano, per *cōſt.*
619 *Sixti V.* à die vacationis per obitum, †
vſque ad diem captæ poſſeſſionis per
prouiſum ſpectare ad dictā Cameram,
dicit *Rot.deciſ.*154.*par.3.& d.deciſ.237.
nu.3.par.4. recent.* & in alijs caſibus, ſpe-
620 ctant † ad ſucceſſorem à die obitus an-
teceſſoris, etiam ante adeptam poſſeſſio-
nem *Rot.deciſ.255.pàr.3.recent.*, nec vn-
621 quam tranſeunt ad hæredes † defuncti,
ſed ſpectant ad ſucceſſorem *deciſ.* 529.
par.3.recent.
Accidentaliter etiam nota, quod ex
622 cauſa neceſſitatis, † poſſunt fructus fura-
ri, lege tamen adiecta, quod ſi fur ali-
quando deuenerit ad pinguiorem fortu
623 nam, † tenetur ad illorum reſtitutionē,
ſicut, & ille, qui timens incendium de
624 ſtruit domum vicini, † qui tenetur reæ-
dificare in certis caſibus *Put.deciſ.82.lib.
2.per totam.fol.*222.non tamen ex hoc a-
nimum capiant fures, quia ſæpius in-
625 currunt pœnas, † qui de facto à cuſto-
dibus fructuum miniſtrantur.
Datur etiam pro regula, quod fru-
626 ctus beneficij, †, debentur reſidēti *Rot. de-
ciſ.483.par.3.recent.* & ſi reſidens mori-
tur, maturati durante eius vita, ſunt
627 † ſoluendi, vel eius hæredibus, vel cre-
ditoribus *Rota deciſ.529.num.3.part.4.re-
628 cent.* † ſucceduntque loco alimentorum,
629 † vt dicitur de congrua *Rot.deciſ.745.p.
3.recent.* & in caſu reſignationis aduer-
te, quod ſeparati à ſolo ante reſignatio-
630 nem beneficij, † vt dixi ſpectant ad re-
ſignantem, non autem ad reſignatari,
tum *Rota deciſ.* 515. *num. 4.parte 3. re-
cent.*

Plu-

Plures casus quibus applicantur fructus rei.

Artic. XXXIV.

631 *Fructus dotales spectant ad virum ratione oneris.*
632 *Fructus dotales cessant, cessante onere, marito.*
633 *Fructus, an debeantur de dote, tam soluta, quam promissa marito.*
634 *Declara tam si sit promissa à Patre, quam ab extraneis.*
635 *Amplia adhuc, etiam si sit lapsum biennium.*
636 *Fructus restituendi debentur tantum, à die interpellationis.*
637 *Sequestrum factum, an sufficiat pro interpellatione iudiciali.*
638 *Fructus naturales bonorum extradotalium percepti à uiro, seu ab hæredibus, an restituantur.*
639 *Fructus meliorationum. ad quos spectent.*
640 *Fructus omissi, quandonam adhuc peti possint.*
641 *Fructus pendentes, an veniant in venditione.*
642 *Fructus pendentes spectant ad Emptorem, etiam si sint maturi de proximo recolligendi.*
643 *Fructus, an sint restituendi ab eo, qui retrouenditionem in longum distulit.*
644 *Fructus pendentes tempore deliberationis, an veniant in deliberatione, vel venditione.*
645 *Possessor, quinam præsumatur non percepisse fructus.*
646 *Possessor, qui se ingessit, præsumitur percepisse fructus.*
647 *Fructus, qui seruando seruari nequeunt non præsumuntur durare vltra triennium.*
948 *Condemnatio ad interesse, sit quando fructus amplius non existunt.*
649 *Fructus percepti, respectu liquidationis faciendæ debentur via ordinaria.*
650 *Fructus percepti ab immisso per saluianum, cuius nomine percepti dicantur.*
651 *Fructus ex re, quæ debetur immisso, cuius nomine percepti dicantur.*
652 *Fructus non computantur in sortem, quandiù suppositа pignori est pro summa, quã vale.*
653 *Pignus præsumitur constitutũ animo amplius non reluendi.*
654 *Fructus debentur à die moræ, in iudicio recuperationis dotis.*
655 *Fructus, an, & quãdo debeantur in Legato.*
656 *Hæredes an, & quando teneantur inuestire, ad fauorem legatarij.*
657 *Fructus in obligatione retrouendendi à qua die debeantur.*
658 *Amplia idem, etiam in hærede, & cessionario.*
659 *Et quid in iudicio retinendæ.*
660 *Fructus in spolio iudiciali, non debentur ante propositum interdictum.*
661 *Declara deberi à die motæ litis, & quando.*
662 *Fructuum vera taxatio, quænam dicatur.*
663 *Fructus ab initio percepti debentur interdicto vnde vi, aut clam.*
664 *Fructus, in quibus dicantur consistere vltra potum, & esum.*

IN prophanis in materia dotis, fructus
631 † spectant ad virum, ratione oneris
Rota decis.428. par.3.& 65, num.9. par.4
632 *recent.*& cessanre onere † cessant etiam
fructus *Rot.decis.175.par.3.recent* & de-
633 bentur † de dote promissa, & non solu-
ta, siue dos fuerit promissa à Patre, siue
634 † ab extraneis, qui dotare non tenebã-
635 tur, ac etiam si sit † lapsum biennium
Rota decis.425.par.3. recent. Restituendi
636 vero fructus † debentur tantum à die
interpellationis *d. decis.425.* pro inter-
637 pellatione vero indiciali, fuit † dictum
sufficere sequestrum factum, ex quo di-
citur inducta iudicialis interpellatio,
Rot.decis. 522. par. 4. recent. & fructus
naturales bonorum extradotalium per
cepti à viro, seu ab hæredibus viri, si
638 non sunt in magna quantitate, † non re-
stituuntur *Rot.dec.345. par.3. recent.*
Dixi, & replico, quod fructus melio-
rationum, spectant ad eum, qui fecit ip-
sas meliorationes, nisi aliter conuentum
639 fuerit, † quod ampliatur etiam ad eius
successores *Rot. decis.680 p.4.rrcent.*
In casu, quo fuerit omissa condem-
natio in sententia, si illa non est deman
data executioni, vel illi non fuerunt ad
640 huc petiti; adhuc † iterum peti possit
Rota dec.388.& ead.p.4.recent.
641 In venditione† veniunt fructus pen-
dentes, & pertinent ad emptorem, e-
642 tiam † si sint maturi de proximo recol-
ligendi *ead. Rot, dec.345.* & in casu quo
quis promisit retrouendere, si non re-
trouendidit, & propterea dicitur in mo-
643 ra, illi† debent restitui à sic obligato re-
trouendere illi, cui est facienda retrouẽ-
ditio *decis.733.p.3. recent.*
Si oritur quæstio super fructibus præ-
644 dij deliberati, † an scilicet pendẽtes
tempore deliberationis veniant in deli-
beratione, & venditione, affirmatiuam
sequitur *Ludouis.decis.430 .n.3.*

Et

Et quia dictum est supra, quod fructus præsumuntur percepti à possessore; non tamen ita semper resolues, quia cōclusio
645 fallit, quando constat, † quod possessor se non ingessit in illorum administratione, sed alter illos administrauit *Ludouis. d. 5. vbi add. num. 6.* & quando cōstat possessorē se ingessisse, præsumitur,
646 † quod illos percepit titulo preambulo si de eo docet. Idem *Ludouis. decis. 91. num. 5.* etiam quod titulus esset nullus *n. 6.*

Et si agitur de fructibus, qui seruando
647 seruari non possunt, † non præsumuntur durare vltra triennium *Pacif. de salu. dec. 149. fol. 584.* quo casu non fit condemna
648 tio ad ipsos fructus, † sed ad interesse *Post. obseru. 107. num. 50* et consumpti re
649 spectu liquidationis faciendæ, † debētur via ordinaria *idem decis. 17. n. 7.*

In saluiano fructus, qui percipiuntur
650 ab immisso, non dicuntur† percepti tāquam sui, sed pro debitore; secùs autem est dicendum, quando percipiuntur ex
651 re, † quæ debetur immisso, vti sua præsentialiter idem *Pacific. decis. 107. fol. 526.*

652 Nec in sortem computantur, † quādiu res pignori supposita est pro summa æquiualeuti *idem Pacific. decis. 107. fol. 527* & ratio est, quia vt *ibidem dicitur fol. 526*
653 pignus præsumitur† constitutum animo amplius non reluendi.

In iudicio quoque recuperationis do-
654 tis, † debentur fructus à die motæ litis *Idem decis. 93. fol. 505.*

655 In legato quandoque † debentur fructus, nempe quando testator legat quātitatem ad effectum inuestiendi in aliquo ad rationem tot pro centenario;
656 tunc enim hæredes † tenentur ad fauorem legatarij, si fuerunt in mora inuestiendi ad rationem indicatam à testatore, donec fiat inuestimentum *Rot. penes eundem Pacif. decis. 119. fol. 545.* vbi datur exemplum, quando deductis pecunijs erat creandus census, vel erat facienda emptio locorum montium.

In obligatione quoque retrouenden-
657 di, † debentur à die oblatæ, & depositi precij. *Post. decis. 19. num. 4. & 6.* Quod
658 amplia etiam hæredi, † & cessionario *ibid. n. 3.* & in Iudicio retinendę dicitur
659 † idem Iudicium. *idem Post. decis. 429. n. 5.*

660 In spolio iudiciali non † debentur ante propositum interdictum idem *Post. d. dec. 19. n. 6.* sed debentur à die motæ
661 litis, † si veniunt accessoriè, & non fuerunt petiti principaliter *Rot. post Cenc. dec. 241. & Post. decis. 297. num. 14.* qui etiā *d. decis. 19.* dicit quod vera fructuum ta-
662 xatio est, in annos viginti † diuidere, verum rei pretium, quia tali tempore dicuntur fructus sortē æquare; in interdi-
663 cto verò vnde vi, aut clam, † debentur etiam percepti ab initio *idem decis. 665.*

Fructusque non solum dicuntur consistere in destinatis ad esum, & potum,
664 † sed etiam in ijs, que couferunt quandocumque ad vsum vitæ *Post. obseru. 26. num. 24.*

Quando, & qui fructus debeantur in Iudicio manutentionis.

Artic. XXXV.

665 *Fructus in iudicio manutentionis debentur à die litis, non autem ante litem.*
666 *Declara pro lite mota, quidnam attendatur in casu predicto*
667 *Fructus, in quo iudicio debeantur percepti tantum, & non qui percipi potuissent.*
668 *Fructus percepti pendente petitorio restituuntur tantum in ipso iudicio ordinario.*
669 *Fructus veniunt in consequentiam, si agitur de manutentione super re fructifera.*
670 *Declara contrarium esse, quando petuntur fructus decursi principaliter vti sors.*
671 *Fructus decursi, qui debeantur etiam ante motam litem.*
672 *Limita, si actor restrinxisset se ad terminos decursos post ipsam litem.*
673 *Fructus in manutentione veniunt, licet periti non fuerint.*
674 *Fructus percepti in vim decreti, vel mandati de manutenendo an, & cui restituantur.*
675 *Fructus decursi, etiam ante motam litem debentur in iudicio retinendæ ordinario.*
676 *Fructus, quandonā debeantur etiam percepti ante motam litem, & petitionem manutentionis.*
677 *Fructus pauper non restituit, nisi in fine litis, & quare.*
678 *Amplia, & si percepisset fructus post decisiones rotales.*

Diximus etiam supra artic. 26. quod in Iudicio manutentionis debētur
665 † fructus à die litis, non autem ante litē quod & firmat *idem Post. de manutenendo obseru. 74. in princ. & post eam Rot. decis. 317. num. 4. & 8.* ideo declaratur vl-

666 † vlterius, quod pro lite non attenditur
quid sit mota in petitorio, vel possesso-
rio plenario, sed illa, quæ vere & reali-
ter mouetur in pura manutentione, vt
667 *eadem obseru. num.7.* & † quod in hoc
Iudicio debeantur tantum vere percep-
pti, non autem, qui percipi potuerunt
*dicit idem ibidem num.9. & Rot. penes eun-
dem decis.310. num.10.* & qui fuerunt per
668 cepti pendente petitorio † restituuntur
tantum in ipso Iudicio ordinario, vt *d.
obseru. 74. num.10. & dixit Rot. post Cene.
dec.250.*

Iterum est cauendum, quod quando
agitur de manutentione super aliqua re
669 fructifera; † tunc re ipsa petuntur, & fru-
ctus veniunt in consequentiam: secus
670 † quando petuntur etiam fructus decursi
principaliter vti sors, vt in pensionibus
canonibus, annuis præstationibus, & simi
671 libus; quia hoc casu † debentur etiã de
cursi ante motam litem, *vt ibidem d.
obseru.44. nu.11.* Quod tamen non pro-
672 cederet, † si actor se restrinxisset ad ter-
minos decursos tãtum post ipsam litem
super manutentione, vt *n.12.*

Ampl. conclusionem, quod s. in manu
tentione veniunt fructus; procedere
673 † etiam quod tales fructus petiti non
fuerint *Rota post eundem d. decis.17. n.8.*

Percepti in vi decreti, vel manda-
ti de manutenendo restituuntur Ad-
674 uersario in casu, quo vel in manutentio-
ne, vel in negocio principali obtineatur
idem *obseru.106. num.50. & decis. 19.
n.5.*

Ampl. iterum, quod in Iudicio reti-
675 nendæ ordinario debentur, † decursi e-
tiam ante motam litem *Idem Post. obser.
74. num.5. & decis. 665. num.7. & 8.*
676 debentur etiam percepti ante motam
litem; & petitionem manutentionis, in
casu quo vltra malam fidem ex litis su-
stentatione adsit mala fides aliunde cla-
ra, & ineuitabilis *idem ibidem n.6. & de-
cis.665.*

Si agatur contra Pauperem, illi prout
677 expensæ reseruantur † in fine litis de æ-
quitate; ne alias si bonũ Ius foueat, com
pellatur Iudicium deserere. *Rot. penes
eund. Post. decis.447. num.7.4.* quod pro
678 cedit etiã quod talis pauper, † perce-
pisset illos post decisiones Rotales, &
haberet contra se clausulã parito; dum-
modo non perceperit post mandatum
de manutenendo *ibidem decis. 448. circa
princ.*

De casu quo Iudex omittit condemnare, & de fructibus qui percipi potuerunt.

Artic. XXXVI.

679 *Absolutus videtur à fructibus petitis, qui nõ
fuit ad illos in sententia condemnatus.*
680 *Iudex appellationis potest condemnare ad
fructus in prima sententia omissos.*
681 *Iudex, an postquam pronunciauit in prin-
cipali, possit ad fructus condemnare.*
682 *Fructuum cõdemnatio non potest fieri nisi
præcedente petitione, & liquidatione.*
683 *Fructuum liquidatio quomodo fiat.*
684 *Fructuum liquidatio inter alios facta, an ad
mittatur.*
685 *Rota an, & quando condemnet ad fructus,
qui percipi potuissent.*
686 *Fructibus non existentibus fit condemnatio
ad illorum æstimationem.*
687. *Fructuum æstimatio fit per mediam pretij
viam.*
688 *Fructuum æstimatio fit iuxta valorem mo-
netæ currentis tempore faciendæ æstimatio-
nis.*
689 *Fructus acquiruntur, dummodò absit mala
fides. & n.601.*
690 *Credulitas sola, an sufficiat ad excludendam
malam fidem.*
691 *Amplia, si sit etiam qualis qualis causa
possidendi.*
692 *Fructuum separatio à solo, an operetur illo-
rum acquisitionem*
693 *Fructus à die motæ litis veniunt etiam in
interdicto quorum bonorum.*
694 *Fructus in mutuo prohibentur deberi de
sui natura.*
695 *Fructus rei nulliter emptæ in subhastatione,
quod debeant restitui, dicit Rota. & n.47
479.488.490.*
*Declara, quod in indicio ordinario veniunt
tanquam damna, & interesse. eod. num
695.*
696 *Amplia idem in re Ecclesiæ nulliter vendi-
ta. & n.489.*
697 *Nullitas operatur, vt emptor non faciat fru-
ctus suos.*
698 *Fructuum liquidatio per testes semper su-
mitur à minori quantitate ab eis deposita.*
699 *Fructus, quando veniunt principaliter, quid
in subhastatione nulla.*
700 *Fructuum condemnatio à die factæ subha-
stationis, quandonam fiat.*
701. *Fructus censuum indebitè soluti, an restituã
tur, & qua via.*
702 *Fructuum condemnatio fit à die commissi.
spolij pro censibus intentati.*

Si

SI Iudex omittit condemnatæ ad fructus petitos in sententia lata super negocio
679 principali † pars in illis videtur absoluta; Iudex tamen appellationis potest ip-
680 se † condemnare, *idem decis.* 536. vbi resoluitur, an post quam pronunciauit
681 in principali,†possit ad fructus cōdēnare
Condemnatio tamen secundum Ro-
682 tam, vt apud *Post.d.decis.*19. † fieri non potest, nisi præcedentæ petitione, & liquidatione, vbi datur modus faciendæ
683 liquidationis, † & dicitur quod fit leuioribus probationibus, & admittitur,
684 etiam liquidatio facta † inter alios.
Est quoque aduertendum, quod Rotā numquam condemnat ad fructus, qui
685 percipi potuerunt † nisi in casu spolij violenti *Put. decis.* 317. *num.* 9. & quando fit condemnatio, si tempore condemnationis extare non possunt, loco fru-
686 ctuum† fit condemnatio ad illorum extimationem *Rot. post Cenc. decis.* 70. *nu.* 10. & in illorum precij extimatione
687 † est eligenda media via habita consideratione ad testium depositiones *Rot. ibidem decis.* 79. *num.* 29. & extimatio
688 fit † iuxta valorem monetæ, quæ currit tempore extimationis faciendæ *Cenc.de Censib. q.*85.*in princ.*
Nota vlterius, quod, vt dixi, vt fructus
689 acquirantur sufficit † malam fidem ab esse *Rot.post Cenc. decis.*177.293. *&* 445.
690 & quod sola credulitas sufficit † ad excludendam malam fidem, *idem decis.*415
691 & vlterius idem facit, † qualis qualis occasio possidendi *d.decis.*445. quodque ad effectum acquisitionis, idem opera-
692 tur†separatio à solo in naturalibus, quo ad tempus, quo incipiuntur deberi in Ciuilibus *idem decis.* 177. *num.* 14. sed declara *vt num.* 15.
In interdicto etiam quorum bono-
693 rum † veniunt fructus à die motæ litis *Rot. penes eundum decis.* 445. *num.* 9.
694 Sed in mutuo †prohibentur deberi de sui natura, quia esset vsura, *idem dec.*250
Rota confirmat conclusionem de qua supra, in subhastatione nulla, & re
695 inde empta, quod .s. fructus† debent restitui, sed in Iudicio ordinario, & tamquam damna, & interesse, *vt apud eum-*
696 *dem decis.*377. † quod idem docetur in
697 re Ecclesiæ nulliter vendita; nullitas † enim id operatur, vt emptor non faciat fructus suos *Rota penes eundem decis.*229.
698 & quando fit liquidatio per testes,† sēper sumitur minor quantitas ab ipsis deposita *Rot. ibidem decis.* 293. *num.* 21.
Declara Conclusionem quo ad sub-

999 hastationem nullam, † quando fructus
700 veniunt principaliter, quia tunc fit † cōdemnatio à die factæ subhastationis *Cenc. in tract. de Censib. q.* 91. *num.* 15. vel computantur in sortem *Afflict.decis.* 218. *num.* 4.
In censibus, quando fructus fuerunt
701 indebite soluti,† fit restitutio per viam condictionis indebiti Rota post *d.Cenc. decis.*228. & in spolio intentato pro cē-
702 sibus,† fit condemnatio à die commissi spolij, si credis eidem *Cenc. quest.*91. *d. num.* 15.

Annus fructuum quomodo reguletur.

Artic. XXXVII.

703 *Fructus intelliguntur, etiam ex diuersitate annorum.*
704 *Biennium aliquādo habetur pro anno, in fructuum liquidatione.*
705 *Terra Magisatica quænam dicatur.*
706 *Annus pro liquidatione fructuum, aliquando computatur ex decē, & octo mensibus.*
707 *Quadriennium quandoque computatur pro vno anno, & vbi.*
708 *Triennium in districtu Vrbis computatur pro vna recollecta.*
709 *Legatum de fructibus, an debeatur quolibet anno, vel secundū naturam rei legatæ*
710 *Legatum fructuum debetur, si fructus nascantur.*
711 *Annus naturalis, differt ab anno fructuum.*
712 *Annus naturalis ex quibus diebus constet, & annus fructuum ex quibus reguletur.*
713 *Fructus, an debeantur ratione seminis, vel ratione soli.*

ESseque aduertenda in materia subie-
703 cta†diuersitas annorū ex fructibus, quia intelliguntur secundum naturam illoum, vnde obiectum, quod solet tātum fructus reddere quolibet biennio,
704 bienniū† dicetur annus; in terra magesatica, quæ vno anno pro medietate se-
705 ritur,† & altera medietas acquiescit, dā-
706 tur pro anno†menses, decem, & octo. Silua boschiua, quæ quolibet quadriennio
707 cesari solet, † habet quadriennium pro vno anno, vt de his loquitur *Caual.decis.* 43. *num.* 59. *& in tract. de vsufruct. mul. reli. num.* 170. *&* 245.
In districtu Vrbis pro vna recollecta
708 † requiruntur tres anni, & ideo triennium iuxta materiam, dicitur annus recollectæ. *Castrens. in l.diuortio* §. *in anno num.* 4. *ff. solut. matrim. Rota in Romana versciffionis contractus* 28. *Nouembris* 1580.

*coram S. m. Clem. 8. & in Veliterna affi-
ctus 10. Decembris 1599. coram b. m. Litta.*
Ideo si fiat legatum de fructibus oli-
709 ueti, vel similis, vt supra legatū† non de-
bebitur quolibet anno, sed secundum
naturam de qua supra, quinimo, quia
legatum fructuum est conditionale, illud
710 †debebitur si tales fructus nascētur, quia
hæc est vis conditionis vt aduertit *Surd.
cons. 162. num. 15.* semper enim est fa-
711 cienda† distinctio anni naturalis, ab an-
no fructuum, quia naturalis est, qui con-
712 tinet dies 365. † annus vero fructuū
verificantur ab illorum natiuitate, vt su-
pra, vel in decem, & octo mensibus, vel
in biennio, vel in triennio, vt supra.
Et si est quæstio, an debeantur ratio-
713 ne seminis, vel ratione soli † respondē-
mus, quod debentur ratione soli non se-
minis, & quod ideo ab alio sati Domi-
no soli debentur *l. qui scit C. de vsur. Ce-
ph. cons. 3. num. 71. Menocch. cons. 300.
& Surd. decis. 211. num. 12.*

Quando a condemnatione fructuum detur appellatio.

Artic. XXXVIII.

714 *Appellatio suspensiua datur à condemnatione fructuum.*
715 *Limita quando est adiecta accessorie in sententia possessorij,*
716 *Declara alios aliam contrariam tenere opinionem.*
717 *Iudex debet dare refutatorios respectu possessionis.*
718 *Iudex respectu condemnationis fructuum debet dare reuerentiales.*

Tenendum est etiam pro regula
quod à condemnatione fructuum
714 † datur appellatio suspensiua *Afflict. de-
cis. 77. num. 8: Crescens. decis. 5. de appell.*
& hæc est opinio Rotæ, vt refert *Contard.
de mem. posses. lim. p. num. 29.* quod limi-
715 tatur † quando est adiecta accessorie in
sententia possessorij secundum *Imol. in c.
constitutis lo vltimo de appell. Butr. in c.
quintauallis col. pen. de Iur. Iur.* quia idem
iudicatur de accessorio, quod de principali *Castrens. cons 91. num. 14. lib. 5.*
716 Sed quod detur † appellatio, etiam
quando est adiecta condemnatio fru-
ctuum in causa possessorij *Bald. in l. vnic.
num. 6. C. de moment. possess. Crescen. de-
cis. 5. de appell.* & istam esse opinionem
Rotæ, dicis Contard vbi supra d. Limit. p.
717 *num. 29.* & Iudex † debet dare refutato-
tios, respectu, possessionis & respectu
718 condemnationis fructuum, debet † dare
reuerentiales secundum *Rot. relat. per
Contard. de moment. limit. p. num. 30.*

Ad quem spectent fructus existentes ante aditam hæreditatem.

Artic. XXXIX.

719 *Fructus, an debeant describi in inuentario, & qui, tanquam hæreditarij.*
720 *Die idem, etiam procedere de fructibus post obitum testatoris perceptis.*
721 *Limita in fructibus extraneis.*
Fructus extranei quinam dicantur.
722 *Legatarius, an debeat in inuentario describere fructus perceptos post obitū testatoris.*
723 *Hæres, qui satisfecit de suo creditoribus defuncti, an debeat describere tales fructus.*
724 *Hæres prædictus facit fructus suos pro equiualenti quantitate pecuniarum solutarū.*
725 *Amplia quod possit pro dicta quantitate sibi soluere ex hæreditate.*
726 *Fructus, an veniant in iudicio l. fin. C. de edic. diui Adrian. tollendo.*
727 *Fructus Episcopales, iurispatronatus &c. quinam dicantur remissiue.*

Fructus ante mortem testatoris, & a-
719 ditam hæreditatem existentes, † de-
bent describi in Inuentario tamquam
hæreditarij *Phanuc. de Inuent. par. 3. nu.
35. & seqq. Surd. decis. 92. num. 5.*
Amplia quo ad perceptos postea
720 † quia spectant ad hæreditatem, vel eius
Creditores *Phanuc. vbi supra num. 36:
Surd. ibidem.*
721 Quod fallit † in fructibus extrinsecis,
puta ex pecunia reperta in hæreditate,
in qua hæres sua industria luctatur,
aliquos fructus *Phanuc. ibidem nm. 36.*
722 † quod fallit etiam in legatario per Pha-
723 *nuc. num. 37.* & in illo hærede, † qui de
eius pecuniis satisfecit creditoribus,
quia tali casu debet fructus suos facere
724 † pro equiualenti quantitate pecunia-
rum solutarum, & porest pro d. quanti-
725 tate † sibi soluere ex hæreditate, & fru-
ctus facit suos *Rot. decis. 680. num. 2. par.
p. in nouis Surd. decis. 93.*
726 An autem veniant † fructus in *Iudic.
legis fin. C. de edict. diu. Adrian.* tollen.
vide *Peregrin. de fideicom. artic. 48. n. 61.*
727 Qui dicantur fructus † Episcopales,
Iurispatronatus, Iurrisdictionis, & alij
vide apud *Felin. in c. eum olim de maior.
& obed. & Surd cons. 83. 152. & 575.*

De

De nullitate.

Cap. XII.

Quis possit dicere de nullitate.

Artic. I.

1 *Sententia potest impugnari per viam nullitatis.*
2 *Nullitatis materia tota consideratur per quinque capita.*
3 *Nullitas dici potest à quolibet grauato.*
4 *Ampliatur tam in principali, quam in tertio, pro suo interesse.*
5 *Ampliatur etiam in comparente defendendo reum in criminalibus.*
6 *Nullitas dici potest à quocũq. non prohibito.*
7 *Fallit in tertio, etiam inhabili comparente occasione pub. boni.*
8 *Ampliatur etiamsi adesset clausula nullitatis, & quauis appellatione remota.*
9 *Clausula nullitatis, & qualibet appellatione remota: non comprehendit tertium.*
10 *Nullitas potest opponi à tertio, quamuis nequeat à principali.*
11 *Ampliatur etiã post tres conformes, inuito, & prohibente principali.*
12 *Principalis tertio non praiudicat in causa.*
13 *Exceptio trium conformium non praiudicat tertio.*
14 *Declaratur tamẽ si doceat de interesse, & quomodo.*
15 *Tertius sciens motam litem, & sententiam; quomodo audiatur.*
16 *Tertius arctatur ad tempora, & Instantiam, vt arctatur principalis.*
17 *Tertius veniens ad causam qualis regulariter esse debeat.*
18 *Tertius veniens ad causam, non debet esse suspectus de calumnia.*
19 *Nullitatem dicere potest, qui appellare potest.*

1 SEntentia impugnari potest,† etiam per viã nullitatis. Ideo plura vidētur circa materiam consideranda, vt pu-
2 ta, † Primo, quis possit dare de nullitate. Secundo, coram quo. Tertio, quomodo nullitas deducatur. Quarto, sub qua forma committitur causa nullitatis. Quinto, quomodo nullitas sanetur. Sexto, quomodo illi renuncietur.

Igitur quo ad primum quilibet, qui
3 sentiat se grauatum † potest dicere de nullitate, & hoc intelligitur non solum de principali, sed etiam de tertio, pro
4 suo interesse, siue prætendat ratione priuati, siue ratione publici iuris, vt puta in
5 causis popularibus, † vel quãdo, quis cõparet pro reo in criminalibus, eum de-
6 fendendo,† ne condemnetur. Et admittuntur omnes, qui non reperiuntur pro
7 hibiti;† & quando tertius comparet occasione publici boni, admittitur, etiam
8 si sit inhabilis, *neque repelli* potest,† quãuis causa esset commissa cum clausula nullitatis, & quamuis appellatione re-
9 mota; Quia dicta clausula non comprehẽdit tertium: Imo quamuis princi-
10 palis eam opponere non posset, vt quia est confessus, vel renunciasset nullitatibus, tertius tamen eam opponere po-
11 test, † etiam inuito, recusante, & expresse prohibente principali, etiam post
12 tres conformes, quia tertio, hoc casu non obstat confessio, renunciatio, recusatio, nec expressa prohibitio ipsius prin
13 cipalis, † aut exceptio trium conformiũ:
14 † dũmodo, in primis, & ante omnia, summariè per iuramentum, vel vnum testem doceat de Interesse: & si sciuit li-
15 tem † motam, vel sententiam latam, audiatur in statu, & terminis, in quibus cau-
16 sa reperitur; † arctabiturque ad instantiam, & tempora; ad quæ arctatur prin-
17 cipalis: debet tamẽ † iste tertius regulariter, & extra casus priuilegiatos esse habilis, & capax standi in Iudicio, & om-
18 ninò remoueri suspicio calumniæ, quod nullitas, scilicet, non proponatur ad effectum differendi, vel impediendi executionem, *Vant. cap. quis poss. dic. de null. in princ. vsque ad num.* 32. & in sum-
19 ma est † obseruandum, quod qui potest appellare, potest etiam dicere de nullitate.

Coram quo nullitas possit allegari.

Artic. II.

20 *Nullitas actuum extraiudicialium corã quibus sit dicenda.*
21 *Nullitas iudicialium ante diffinitiuam, absq. appellatione coram quibus proponatur.*
22 *Ampliatur etiam proponi posse coram delegato.*
23 *Nullitas expresse deducta cum appellatione ab interlocutoria, coram quo proponatur.*

480 In iudicio manutentionis, † illi veniunt à die petitionis mandati de manutenendo *Rota deci. 262. parte 3. recent.*

An debeantur ab eo, qui errauit in Iure.

Artic. XXVIII.

POssessor bonæ fidei etiam, quod erret in Iure; & in veritate tituli, quia fortasse habet titulum inualidum, ac-
481 quiri † fructūs, quia in acquisitione fru-
482 ctuum † non requiritur titulus verus, sed sufficit malam fidem abesse *Rot. decis. 336. parte 4. recent.* quæ dicitur ab
483 esse, † vbi adest error Iuris *Bar, in d. l. sed, & in lege. S. iure n. 2. de pet. hæred. Rot. decis. 320. & 328. par. 2. recentior.*
484 † Mala enim excluditur, non solum ex iustis, & æquis, sed etiam ex temerariis, & iniustis rationibus, *vt d. decis. 320.*
485 Et eo minus tenetur illos restituere, † quia etiam si fecerit contractum nullum, credidit esse validum *Rot. decis. 4. de rest. spoliat. in nou. Rota d. decis. 320. & 588. par. 2. recent.* si quis vero per errorem Iu
486 ris illos soluit, † non potest repetere *l. cum quis, & l. error. C. de Iuris, & fact. ignor. Bartol. cons. 93. num. 3. lib. 3.* Et
487 † si fuerūt indebite soluti scienter, neque repetuntur, quia præsumunt ur donati *Seraph. decis. 1226. n. 1.*

Sed contra, quod scilicet, qui fecit cō
488 tractum nullum, † teneatur ad restitutionem fructuum perceptorum ex contractu nullo dicunt *Surd. cons. 115. num. 21. Menoch. decis. 160. vsque ad num. 5.* Sed ego ommitto distinctionem, quando ius assistit, vel resistit, ad quod videbis Bart. & scribentes in l. sed in lege de pet. hæred.

Est, & etiam fauor Ecclesiæ, quia ille, qui errat in Iure faciendo cum ea con-
489 tractum nullum, † tenetur ad restitutio-

nem

nem à die contractus, *Surd.conf.*115.*n.*9
11.*& seq.*
Ampl. idem fauore minoris, quia
490 eodem modo, quo errat, † eodem mo
do tenetur ad fructuum restitutionem
à die contractus *idem Surd.conf.*115.*n.*9
& seq.
491 Quod, an procedat † fauore Fisci,
vide *l. primam. C. de fidei Instrumen.*
*lib.*10.
492 Ampl. in † Iudicio vniuersali, in
quo etiam bonæ fidei, possessor, tenetur
493 ad restitutionem fructuum, † cum qui-
bus factus est locupletior *l. item veniũt.*
§. eos autem. ff. de petit, hæredit. Bald. in l. 2.
C. de fruct. & lit. expens.
494 Ampl. etiam in Iudicio particulari, †
si est factus locupletior, de communi.
Menoch. d. remed. 15. *num.* 598. *Becc. cons.*
95. *num.* 8. *vbi allegat. Innoc. in c. literis in*
princ. de restit. spoliat. Couar. var. resol. lib. 1.
c. 3. *n.* 6.
495 His autem pone fallentias. † in hæ-
reditate reperita, in actione fam. erciscũ-
dæ, & in conditione indebiti *Aymon.*
conf. 149. *num.* 2. *& Dec. conf.* 95. *n.* 7
In casu læsionis etiam fructus luctatur
496 † ille, contra quem illa allegatur, vsque
ad diem litis *Castrens. conf.* 306. *in finalib.*
verbis lib. 2. *Franc. March. decis.* 179. *par.* 1
497 atque idem dicendũ † in contractu simu-
lato *Castren. vbi supra*, sed quando læsio
498 est enormissima, † tenetur ad illorum
restitutionẽ, vel compensat cum credito
à die possessionis, cum hoc casu aliena-
499 tio † sit nulla, & non annullanda per
Iudicis interlocutoriam, etiam si agatur
de emptione, & venditione subhasta
Giurb. decis. 105. *Castill. decis.* 14. *Mastr. de*
500 *cis.* 247. † & enormissime dicitur, quãdo
Domino tertia pars iusti precii non re-
manet *Fontanell. decis.* 64. *& decis.* 65.
& 66
In contractu conditionali; si vendi-
510 tor vellet interim fructus perceptos, † de
ciperetur iuxta opinionem *Canal. de Tut.*
& Curat. n. 271. *& dec.* 27. *n.* 69.
Quando contractus non est ipso Iure
502 re nullus, sed veniret annullandus; † tũc
fructus acquiruntur a possessore *Canal.*
de vsufr. d. n. 271. *& d. dec.* 45. *n.* 66. vbi te-
statur ita iudicasse *Rot. Romanam* 1579.
contra Pallauicinum.
503 Emens quoque à falso Tutore, † cre-
dens à vero, dicitur bonæ fidei possessor,
504 & facit † fructus suos *Soccin. Iun. conf.* 81.
num. 5. *lib.* 1. *& dixit Aym. in cap. possessor.*
num. 4. *de regul. Iur. in* 6. *Becc. conf.* 95.
505 Idem in emente à Prælato, † creden-
te habere ius vendendi *Anchar. conf.* 112
n. 3. *Becc. in d. qu.* 5. *Abb. in c. grauis. n.* 10. *de*
rest. spoliat.
506 Idem in faciente † sibi assignare fun-
dum pro legitima, credens sibi licere Ca
strens. *conf.* 247. *lib.* 1. *Alex. Raud. de annol.*
c. 37. *n.* 147.
507 Similiter in casu, quo † competit re-
medium reintegrandæ; puta frater pri-
mi mariti credebat sibi licere retinere as
signamentũ dotis, & licet secũdus mari-
508 tus, possit † agere spolio, tamen, ex quo est
509 in bona fide † lucratur fructus *Natt. cõs.*
74. *num.* 14. *Alexand. Raud. d. c.* 37. *nu.* 138.
Rot. dec. 552. *num.* 1. *par.* 1. *diuers.* sicut, &
hæres, qui fuit institutus in omnibus bo
nis, interque erant bona dotalia, si vxor
510 agit spolio, † hæres credens bona esse
testatoris, non tenetur fructus restituere
Curt. Iun. conf. 6. *num.* 25. *Alex. Raud. vbi*
supra. n. 153. apud quem sunt etiam alii
casus.
511 Percepti dicuntur, † qui sunt à solo
separati *glos. in l. & ex diuerso verbo non*
habendam ff. de rei vendic.
Percipiendi vero, dicuntur duobus
512 modis. † Primo, quando sunt immatu-
513 ri, & pendentes †. Secundo, quando Do
minus percepisset, sic exponit *d. glos. in d.*
l. & diuerso. §. eodem, & dicuntur,
514 † qui communiter percipi potuissent.
Becc. conf. 95. *num.* 4. & qui existunt in
515 area † non dicuntur pendentes, vel per-
cepti, ad quod est viden. *Put. dec.* 305. *fol.*
314. *in correctis.*
516 In huiusmodi dicimus, † quod per-
cipiendi de proximo habentur pro per-
ceptis *Glos. Bart. Alex. & alij. in l. diuortio*
§. interdum, & ibi Ias. num. 15. *ff. solut. ma-*
trim. Canal. decis. 44. *n.* 16.

Quomodo, & quando inducatur bona, vel mala fides.

Artic. XXIX.

517 *Fides bona inducitur ex quauis credulitate malam excludente.*
518 *Fides mala, inducitur scientia, rem esse alienam.*
519 *Possessor malæ fidei, dicitur sciens rem esse alienam.*
520 *Possessor quoque malæ fidei dicitur, qui scit suum non esse, quod retinet.*
521 *Protestatio, licet extraiudicialis constituit in mala fide.*

Mo-

522 *Monitorium, an conſtituat in mala fide.*
523 *Amplia, etiam contra minorem viginti annorum, maiorem tamen octo.*
524 *Fides mala, in quibus regulariter ineſſe dicatur.*
525 *Fructus rei furtiuæ, vel vi poſſeſſæ, poſſunt per Tertium bonæ fidei poſſeſſorem præſcribi.*
526 *Emens ſcienter contra canonem, dicitur in mala fide.*
527 *Emens, eſtraiudicialiter nolente Domino ſciēs dicitur in mala fide.*
528 *Emens ſcienter ab eo, qui vendere non poterat, dicitur in mala fide.*
529 *Emens à Procuratore, non viſo mandato Domini, dicitur in mala fide.*

ET quia ſupra diximus, quod bona
517 fides, † inducitur ex quauis credu-
tate, malam excludente; tunc eſt ſciendū
518 quod mala fides, † inducitur ex ſciētia
rem eſſe alienam *Gab.conſ.149.num.30. lib.2. Surd.conſ.296. num.12.& 36.* ideo
519 eo quo ſcit rem eſſe alienam, † dicitur in
mala fide. *Crau.conſ.146. nu.6.Surd.conſ. 296. num.12. & 36.* & qui ſcit, id quod
520 retinet, ſuum non eſſe, † dicitur in mala
fide *Surd.d.conſ.296.n.12.*
521 Proteſtatio etiam, quamuis extra-
521 iudicialis † conſtituit in mala fide, vt di-
xit *Rota in Valentina decimarum de Gandia.10. Decemb.1607. coram clar. memor. Cardinali Pamphilio in ſolio, & in Romana vineæ, ſeu ſaluiani interdicti 11. Decembris 1609. coram R.P.D. Ottembergo in folio,*
522 *vbi dicitur etiam quod idem facit † monitorium.*
523 Quod procedit, etiam † contra mi-
norem viginti annorum, maiorē tamen
octo *Alex.conſ.99.num.10. lib. 4. & dixit Rota coram Ottembergo in d. Romana vinea.*
524 Vera etiam mala fides, † dicitur in
Raptore, in fure, in diſertore, in Hoſte
in Inuaſore, in Simoniaco, Feneratore
doloſo, fraudolento occupatore, per dolum, & in ſciente rem eſſe alienam *Crauett.conſ.47.num.10. & conſ.142.n.12.Peregrin.conſ.19.n.16.lib 1.*
Sed in hoc aduertendum eſt, quod fru
525 ctus rei furtiuæ, vel violenter poſſeſſæ, †
poſſunt per tertium poſſeſſorem bonæ fidei præſcribi, vt notat *Bon.de ſtat. Vrb. præſcript.gloſ.19.n.245.*
526 Et datur etiam pro regula, quod † di-
citur in mala fide, is qui emit, ſciens emere contra canonem, vel legem *l. quēadmodum in fin.C.de agric. & cenſ. lib.11. Aym.in c. poſſeſſor.n.2. de regul. Iur. in 6.*

Item, qui emit extraiudicialiter ſcié-
527 ter contradicente Domino, † dicitur etiam poſſeſſor malæ fidei. *Dyn.in d. cap. poſſeſſor num. 3.* & idem dices de eo, qui
528 † emit ſcienter ab eo, qui vendere non
529 poterat *Dyn. ibidem*; prout etiam, † qui
emit à Procuratore non viſo mandato Domini *Ceph. conſ.315.num.11.& conſ. 445. num.72.& 73. Surd. conſ.28.num.81 lib.1. Caual.deciſ.45.num.11.Maſtrill. deciſ.77.n.3.*

Quomodo ſit facienda fructuum liquidatio.

Artic. XXX.

530 *Fructuum quantitas, ſi eſt de ſubſtantia probationis, debet concludenter probari.*
531 *Probatio præſumptiua per antea, vel poſtea, an ſufficiat in materia fructuum.*
532 *Probatio à conſuetis, quando ſit bona in liquidanda fructuum quantitate.*
533 *Teſtes quinam, & quomodo probent fructuū quantitatem.*
534 *Probatio leuior ſufficit, quando liquidatio eſt difficilis probationis.*
535 *Præſumptiones, & coniecturæ; quando admittantur in liquidatione fructuum.*
536 *Fructus, qui percipi potuerunt, probato dolo, quomodo poſſint liquidari.*
537 *Fructuum quantitas in ſpecie, quandonam ſit probanda.*
538 *Probatio à conſuetis fit, vbi dubitatur de fructuum quantitate.*
539 *Declara, non ita procedere, ſi dubitatur, an fructus percepti fuerint.*
540 *Teſtes deponentes de ſolito ſuper fructibus perceptis, quid probent.*
541 *Teſtes qualiter debeant deponere circa perceptos fructus.*
542 *Fructuum quantitas probata per trienniuum continuū, probat quantitatem annorum præcedentium.*
543 *Et quid, ſi ſit probata tantum in parte.*
544 *Et quid de poſſeſſione rei fructiferæ.*
545 *Probatio triennij annorum interpolatorum, an ſit bona pro fructuum quantitate.*
546 *Probatio quantitatis fructuum, computato anno ſterili cum fertili, fit deductis expenſis.*
547 *Probatio circa fructus per vnicum teſtē, non ſuffragatur.*
548 *Fructus ſemper intelliguntur, deductis expenſis. & n.571.*
549 *Expenſæ, quando non ſint habendæ in conſideratione in fructuum liquidatione.*

Pro-

550 *Probatio redditus prædij, an possit fieri habita ratione prædiorum cohærentium.*
551 *Probatio redditus vnius prædii, an inferatur ad prædium vicini.*
552 *Probatio facta de annis præteritis inseruit presentibus, & futuris.*
553 *Declara tantum procedere vbi dubitatur de quantitate.*
554 *Fructuũ quãtitas, an probetur per iuramẽtũ*
555 *Declara procedere quando adesset vnus testis, sed valde idoneus.*
556 *Fructus rei pro interesse prætẽso à cõductore cõtra locatorẽ, an possit iuramẽto probari.*
557 *Locatio an probet fructuum quantitatem, vel illorum iustum pretium.*
558 *Locatio annua inducit præsumptionem quod plus non percipiatur è re locata.*
559 *Limita tamẽ in feudo, et emphyteusi, & quare*
560 *Locationes tres, an probẽt fructus rei locatæ.*
561 *Fructuũ quãtitas, an probetur ex descriptione*
562 *Sententia quantitatis fructuum, an possit ferri super illorum descriptione.*
563 *Sententia super fructibus non liquidatis, regulariter, ferri non solet.*
564 *Declara tamen in genere posse ferri.*
565 *Fructuum valor modo augetur, modo minuitur.*
566 *Probatio plurium annorum quare fiat circa fructuum quantitatem liquidandam.*
567 *Fructus de præsenti percepti, an faciant argumentum ad præteritos.*
568 *Fructus optimè argumentantur à solito, & vnius anni cum altero computatione,*
569 *Fructuum quantitas articulatur computando tempus sterile cum fertili.*
570 *Annorum denumeratio reddit certitudinem vniuscuiusque anni.*
571 *Fructus non dicuntur nisi deductis oneribus & n.548*
572 *Testis dicens reddere tot fructus, censetur onera deduxisse.*
573 *Iudex condemnans simpliciter ad fructus, an intelligatur deductis oneribus.*
574 *Iudex in liquidatione fructuum quam pretij viam eligere debeat.*
575 *Fructuum pretium est valde arbitrarium ipsi iudici.*
576 *Iudex dans pretium fructus, quod nam tempus attendere debeat.*
577 *Iudex simpliciter condemnans circa fructus, de quibus intelligatur.*
578 *Iudex quã summã amplecti debeat fructuũ si testis vnus deponit diuersimode ab alio.*
579 *Iudex in casu prædicto debet amplecti opinionem duorum cõtestium, cæteris relictis*
580 *Testes contestes sunt attendendi relictis alijs non huiusmodi dicentibus.*
581 *Iudex quid facere debeat si duo testes deponãt circa fructus per verbum circiter, vel parum plus.*
582 *Fructus, an bene liquidentur ad rationem quinque pro centenario.*
583 *Fructuum liquidatio prædicta est valde iusta in bonis stabilibus.*
584 *Fructuum liquidatio prædicta dicitur valdè iusta etiam in officijs vacabilibus.*
585 *Fructuum liquidatio tandem vt bona dicatur, quid aduertendum sit.*

QVod respicit fructuum liquidationem, & probationem, est aduertendum quod quando quantitas fructuum
530 est de substantia probationis, † debet cõcludenter probari, & ad vnguem *Bald. in l. data opera num. 42. C. qui accus. poss. Cæsar de Graff. decis. 21. num. 6. de pro-*
531 *bat.* nec sufficit † probatio præsumptiua per antea, vel per postea *Cæsar. de Graff. vbi sup. Caputaquen. decis. 30. p. 2. & decis. 264. par. 3.* cum declaratione, quod quando simpliciter agitur de quantitate
532 fructuum, est bona † probatio à consuetis: sic declarat *Achilles decis. 22. de rest. spoliat. & Rot. in Romana domus 29. Febr. 1608. coram Caual.*

Illorum quantitatem probant etiam
533 † testes vicini, & de auditu à colonis, etiamsi dicant esse publicum, & notorium, vel quod fuerint præsentes recollectioni, & illarum repartitioni cum colonis. *Rot. decis. 100. par. 4. recent.* & quod ex quo liquidatio est difficilis pro-
534 bationis †, sufficiat leuior probatio, dicit *ead. Rot. eodem loco*, & in his intrat regula
535 singula, quæ nõ prosunt, multa iuuãt, † & admittuntur præsumptiones, & coniecturæ *Rot. dec. 139. nu. 3. part. 4. recent.*

Et iterum dicendũ est, quod aut agitur de fructibus, qui percipi potuerunt
536 † & tunc admittitur probatio quantitatis, à verisimili probato dolo, & violentia *Rot. decis. 326. num. 4. par. 4. recent.* Aut agitur de fructibus perceptis, &
537 † tunc non sufficit probatio à verisimili sed est necesse quod fiat probatio quantitatis in specie: sic dicit *Cæsar de Graff. decis. 21. de probat. Caputaquen. decis. 30. par. 2. Achil. decis. 22. in fin. de rest. spoliat.* qui declarat quod vbi dubitatur de
538 quantitate, † tunc fit probatio à consuetis: sed vbi dubitatur an percepti fuerint
539 † tunc à consuetis, vel per coniecturas nõ esse sufficientẽ probationẽ: sed viden. est *Rot. dec. 571. n. 8. & 579. n. 9. p. 3. recen.*
540 Et ideo si agitur de perceptis † sufficit quod testes deponant de solito; secus autem in casu illorum qui percipi potuerunt *Caputaquen. decis. 3. par. 2.* Et ideo testes debent deponere circa perceptos
541 † quod fructus possunt valere, computa-

to anno sterili cum fertili, scuta tot, deductis oneribus, & impensis, assignando rationem, & causam scientiæ; vt puta quia ita fuit arrendatum prædium, & quia ipse arauit, recollegit, vel percepit. *Rot. coram Litta impress. per Tiberium Salustium lib. 3. fol. 343. num. 6. circa medium, & in Ariminen. Castrorum 7. Iunij 1599. decis. 1317. coram Seraphino*.

Et qui probat quantitatem annorum
542 trium continuorum, videtur † probasse quantitatem annorum præcedentium *Afflic. lib. 2. Feudorum tit. per quos fiat inuestitura § sed & res. num. 40. & Pen. de-*
543 *cis. 140.* Et probata in parte † facit presumere perceptionem aliorum fructuum *Rot. decis. 571. num. 2.* alias & possessio-
544 nem rei † fructiferæ idem efficere dicit *Rot. decis. 227. par. 3. recent.* Et etiam di-
545 citur quod est bona probatio † licet dicti tres anni sint interpolati vt annuit *Rot. in Romana spolij vineæ 20. Iunij 1611 decis. 343. par. 1. rec. coram b. m. Pirouano*, quia à consuetis tribus annis compu-
546 tato anno sterili cum fertili, † admittitur deductis expẽsis, *vt dicitur in ead. dec.* sed *Pen. dec. 140.* istã prax. nõ admittit.

Si tamen probarerut per vnicum te-
547 stẽ; † probatio nõ sufficeret, quamuis cum dictis requisitis deponeret *Rot. in d. Romana spolij vineæ*. Dixi deductis expensis, quia illæ semper veniunt dedu-
548 cendæ † cum non dicantur fructus nisi illis deductis *l. fructus ff. solut. matrim. Capic. decis. 20. Rot. post Pacific. decis. 149. num. 27. & 28.* vbi datur fallentia
549 † quando non sunt habendæ in consideratione. idemque firmat *Rot. post Cenc. decis. 88. & 89.*

Et si deficeret probatio circa prædiũ
550 de quo agitur in specie, † est faciendus recursus ad prædia coherentia, vel vicina, quia tunc facta probatione de soli-
551 to circa illa, † talis probatio bene inferetur quo ad fructus prædij controuersi *Bald. in l. 1. num. 22. C. de fruct. & lit. expens. Corneus cons. 301. in fin. lib. 7. Seraphin. decis. 955. num. 3.*

Difficultas enim probationis hoc facit vt procedatur per coniecturas; indeque dicitur quod facta probatione de annis
552 præteritis † dicitur facta de præsenti, & futuro *Rot. in Tarraconen. liquidationis 3. Martij 1614. decis. 139. par. 4. rec. coram*
553 *b. m. Card. Verospio seniore*. † quod tamen procedit vbi dubitatur tantum de quantitate, non autem de perceptione *Rota in d. Romana domus 29. Feb. 1608. decis. 17. coram Caual. & est doctrina Baldi in l. 1. nu. 22. C. de fruct. & lit. expen.*

554 Alias enim fuit dictum, quod † quantitas fructuum probatur iuramento, sed *Rot. in Neocastren. Archidiaconatus 4. Feb. 1591. coram b. m. Giptio in folio*, declarat opinionem procedere tantum quando
555 pro liquidante † adesset vnus testis etiam valde idoneus; alias enim opinio non esset vera, & *Verald. decis. 183. p. 1.*
556 dicit iuramento nõ posse probari † fructus rei pro interesse prætenso à conductore contra locatorem non tradentem vel euincentem rem locatam.

557 Et licet locatio non probet † quantitatem fructuum, nec illorum iustum precium *Rot. decis. 116. nu. 2. par. 1. diuers. & in Rauennaten. pineti 23. Martij 1607. coram Sanctissimo Innocentio X. in folio*. Inde tamen oritur argumentum, quod
558 ex annua locatione præsumatur † non plus percipi ex fundo *Cefal. cons. 418. num. 14. & 27.* vbi declarat etiam non
559 procedere in feudo, & emphyteusi, † in qua quid minimũ solet præstari *Natt. cons. 510. post princ. & Ias. cons. 54. num.*
560 *21. lib. 1.* Quodq. tres locationes † probent fructus rei, dicunt *Natt. & Ias. vbi supra, & ita tenuit Rot. coram Lancellotto impressa penes Marches. p. p. fol. 104. n. 3.*
561 Descriptio quoque † probat quanti-
562 tatem fructuũ, & super illa potest † ferri sententia *Papien. verb. sequestrum num. 1. & dixit Rota coram Pirouano in d. Rom. spolij vineæ*. Ideo quamuis sententia su-
563 per fructibus non liquidatis † regulariter ferri nõ possit, hoc tamen declaratur
564 quod in genere † potest ferri *Cagnol. in l. quatenus num. 21. ff. de regul. Iur.* quod secundum eundem, *in l. quatenus* procedit etiam in interesse. *eodem tit.*
565 Et quia valor fructuum † modo augetur, modo diminuitur vt inquit *Corneus cons. 128. littera E lib. 2.* ideo debet
566 fieri † probatio plurium annorum antecedentium, & postcedentium, vt de tribus diximus supra, & de quinque dicit *Seraphin. decis. 134. & Rot. decis. 370. num. 4. par. 4. recent.* & quod ex perce-
567 ptis vno anno † arguatur eosdem fructus de præterito & in eadem quãtitate possessorem percepisse, dicit *Rot. decis. 139 part. 4. recent.* ab isto enim solito, & com-
568 putatione † optimum fit argumentum, ex præcitata Rotæ opinione: & in hoc est maxime aduertendum, quod bonus
569 causæ Patronus † debet articulare non solum circa tale tempus, computato anno sterili cum fertili *Rot. decis. 100. par.*
570 *4. recent.* † denumeratio enim annorum reddit certitudinem vniuscuiusque anni, & quid quolibet anno veniat computan-

putandum *Rot. decis. 608. num. 5. par. 3. recent.* verum etiam debet articulare onera, vt dixit *Rot. in d. Ariminen. Castrorum 7. Iunij 1599. decis. 1317. coram Se-*
571 *raphino*, quia non dicuntur † fructus, nisi deductis oneribus Allegata *l. fructus ff. solut. matrim. l. fin. de oper. seruor. Pacif. de Saluian. decis. 149. nu. 27. & 28. & dixit Rota decis. 656. num. 5. par. 3. recent. & Lodouis. decis. 273. & 277.* vbi an-
572 nuit, quod testis dicens reddere tot, † cēsetur onera deduxisse, sed vide *adden. ad d. decis. 273. num. 11.*

An iudex simpliciter condemnās ad
573 fructus, † intelligatur ad fructus, deductis oneribus viden. est *Rot. apud Put. decis. 10. fol. 7.*
574 Iudex in liquidatione, † debet eligere mediam viam circa *pretium* fructuum. *Pacific. vbi supra n. 37. post med.* & regulariter attendere litis contestationem *Rot. decis. 370. num. 4. par. 4. recent.* sed
575 est multum † arbitraria eidem Iudici
576 *decis. 571. & 727. par. 3. recent.* † debetque attendere tempus, quod percutit negocium, eadem *Rot. decis. 139. nu. 6. par. 4. recent.* & si condemnet sim-
577 pliciter ad fructus, † intelligitur ad illos fructus, ad quos de Iure est facienda cōdemnatio *Ludouis. decis. 74. num. 8.*

Sed si testis vnus deponat de vna
578 summa, & alter de alia, † Iudex amplectetur minorem, in qua conueniunt, & sunt contestes *Alex. cons. 64. num. 9. lib. 2. Cesar. de Graff. decis. 10. num. 7. de testibus.*
579 Quod cessaret † si duo testes contestes essent in certa summa, puta centum, & alij testes essent singulares in minori
580 summa, quia attenderentur † illi, qui sunt contestes in centum, *Alex. d. cons. 64. num. 8.* & iterum sublimitaretur si
581 d. duo contestes † deponerent assertiue, puta per verbum circiter, vel parū plus, vel minus *Cesar. de Graff. decis. 10. nu. 8.*
582 Dicitur etiam quod fructus † bene liquidantur ad rationem quinque pro centenario *glos. in auth. perpetuo C. de sacrosanct. Eccles. Afflict. decis. 284. & dixit Rota in Foroliuien. societatis 13. Ianuarij 1614. coram Damasceno in folio*, &
583 ista taxatio fructuum dicitur valde † iusta, non solum in stabilibus. *Cesar. de*
584 *Graff. decis. 187.* † verum etiam in officijs vacabilibus, vt testatur *Rot. in d. Foroliuien. societatis & decis. 571. num. 6. p. 3. recent.*

Verum est aduertendum; quod alias
585 liquidatio † non esset bona, nisi quando fuit perscrutatus valor rei, & alias si ageretur de vero valore fructuum difficile attenderetur *Rot. decis. 651. parte 1. diuers.*

Quis possit esse Iudex liquidationis, & cui debeat adiudicare, & a quo restituendi.

Artic. XXXI.

586 *Fructus in causa beneficiali à quo Iudice taxari possint.*
587 *Absolutus ab expensis absque causa, an dicatur etiam absolutus à fructibus.*
588 *Fructus beneficiorum habentis facultatem testandi, in quem trasmittantur.*
589 *Fructus beneficiorum vacantium in Curia, cui debeantur.*
590 *Fructus, qui percipi potuerunt, an veniant ex canone reintegrandæ.*
591 *Fructus quæsiti in possessorio; an restituantur postea abtinenti in petitorio.*
592 *Acceptanti beneficium, & postea dicenti illud non cadere sub gratia sua, an credatur*
593 *Fructus etiam à solo separati, an comprehendatur sub mandato executiuo.*
594 *Condemnatus coram executore, an possit excipere fructus non habuisse.*
595 *Spoliator, & intrusus, à quo die fructus restituere debeat in beneficijs vacantibus in Curia.*
596 *Fructus beneficiorum occupatorum in Curia vacantium, à qua die restitui debeant.*
597 *Fructus beneficij non percepti, an debeantur successori in beneficio, vel cui.*
598 *Fructuum remissio, an dicatur facta per perceptionem sortis principalis.*
599 *Fructus, qui non subsistant per se iure actionis, sed officio iudicis.*
600 *Fructus a possessore præsumuntur percepti, & sic ab illo sunt restituendi.*
601 *Limita tamen, nisi adest bona fides. & 689.*
602 *Limita adhuc limitationem, quando fuit mota lis, quia tunc debentur.*
603 *Fructus ante motam litem semper debentur bona fide possidenti.*
604 *Processus ad vlteriora non retardatur ex eo quod fructus non sint liquidi.*

QVis debeat esse Iudex taxationis fructuum in causa beneficiali cō-
586 tra victum per diffinitiuam, † an possit fieri ab alio, quam à constituto in dignitate Ecclesiastica, est viden. *decis. 31. de rescript. in nou.*

Et qui absque causa fuit absolutus
587 ab expensis, † an dicatur absolutus à
fructibus:negatiuam dicit *Rot. decis. 7. de dol. & contum.*

Et an fructus beneficiorum habentis
588 licentiam testandi, † transmittantur in
successorem, vel in executorem testamenti
testatur *Rot. decis. 3. de testam. in antiq.*

An fructus beneficiorum vacantium
589 in Curia † debeantur fabricæ, seu alteri
legitur *decis. 2. de priuil. in antiq:*

Iterum an fructus, qui percipi potue-
590 runt,† an veniant ex canone reintegrandæ
asserit *Bisignet. decis. 11. de rest. spoliat.*

Sciendum etiam,quod fructus quæsiti
591 per eum,qui obtinuit in possessorio,†nō
restituuntur postea obtinenti in petitorio,
quando petitorium fuit post restitutionem
intentatum;& acceptanti be-
592 neficium,† dicenti postea illud non cadere
sub gratia sua,non creditur *Rot. decis. 7. de caus. possess. & propriet. in antiq.*

Secundum Papazzonum fructus etiā
593 à solo separati,† comprehenduntur sub
mandato executiuo, & quo modo procedat,
vide eundem decis. 11. de rescript.

594 Fructus etiam non habuisse, † potest
excipere condemnatus coram executore,sed
cum distinctione quam tradit *Papazz. decis. 1. de renunciat.*

595 Spoliator, & intrusus,vt dixi † debet
restituere à die intrusionis in beneficiis
596 vacantibus in Curia,vbi fit † semper cōdemnatio,
à die occupationis, nisi habeat titulum à Papa,
vide Papaz. d. decis. 1. de renunc.

Obseruabitur etiam,quod fructus beneficii,
etiam si venerit dies solutionis,
& beneficiatus fecerit exactissimas diligentias
in illos exigendo,dummodo ve-
597 re non perceperit,† debentur successori
in beneficio *Pen. decis. 300. num. 12.*

Regula quod per receptionem sortis
598 principalis,dicatur † facta remissio fructuum,
vt apud *Pen. decis. 350.* declaratur
ibidem habere locum in pœnis, &
vsuris odiosis, quæ non sunt permissæ
599 per stipulationem,† cum per se non subsistant
iure actionis, sed officio Iudicis
mercenario, ad quod vide late etiam
Ludouis. decis 93. & decis. 156. vbi etiam de
fructibus recompensatiuis, & quid si
protestetur.

Et quando dubitatur, quis teneatur
600 restituere, dices, quod † debent restitui
à possessore, quia ab eo presumuntur
percepti *Pen. decis. 318. num. 4.* quod li-
601 mita nisi adesset † bona fides, quia per
eam fiunt vt supra percipiētis,*idem Pen. decis. 108. num. 1.* quod secus est dicen-
602 dum,† quando fuit mota lis, quia tunc
debent restitui, *idem Pen. decis. 108. nu.*
603 *4.* secus ante motam litem, † quia presumitur
pro possessione, & quod possessio
spectabat ad illum *Idem decis. 615. num. 5.*

Et in casu quo esset commissa fructuū
604 restitutio,si illi non sunt liquidi,† non
retardatur processus ad vlteriora,si Pars
facit depositum vnius Iulii, cum promissione
soluendi residuum facta liquidatione
d. Pen. decis. 96.

Quale tempus, & valor fructuum attendatur.

Artic. XXXII.

605 *Fructuum æstimatio, vt sustineatur, de quo tempore attendi debeat.*

606 *Frumenti valor non probatur ex partitis venditionum, facta non vno, vel altero die.*

607 *Declara requiri partitas venditionum factarum eodem tempore.*

608 *Fructus beneficij, an veniant in lite, quando est super spolio beneficij.*

609 *Fructuum condemnatio in beneficialibus, an dicatur venire accessorie.*

610 *Fructuum condemnatio, qui percipi potuerunt, quo casu fieri possit.*

611 *Condemnatus ad fructus, non intelligitur ad illos, quos alter percepit.*

612 *Condemnatus ad fructus, an possit probare illos non percepisse.*

613 *Fructus pendentes tempore sententiæ, an veniant in restitutione.*

614 *Fructus, quando nam restituantur deducto semine.*

615 *Fructus, an possint alienari, pendente lite super beneficio.*

616 *Fructus ex quibus aliquando liquidari soleant.*

617 *Articuli super liquidatione fructuū in partibus, semper sunt dandi in Curia.*

IN materia æstimationis fructuum
ad effectum,vt venditio rescindatur,
605 vel substineatur,† non debet præcise attendi
valor de tempore contractus, sed
aliquot anni ante, & aliquot postea, vt
etiam dixit supra *Penia decis. 563. numer. 3.*

606 Frumenti valor, † non probatur ex
partitis venditionum factarum vno, vel
altero

altero die, sed requiruntur † partitæ ven-
607 ditionum factarum eodem tempore idē
decis.31.n.6.
608 An fructus beneficij, † veniant in
lite, quando lis est super spolio benefi-
cij videndus est, *Put.decis.159.fol.487.*
609 † & an illorum condemnatio in benefi-
cialibus dicantur venire accessorie, *idem
decis.229.fol.280.*& quo casu possit fie-
610 ri † condemnatio ad fructus, qui perci-
pi potuerunt *idem decis.373.fol.166.*cer-
611 tum, enim est, quod condemnatus ad
fructus, non dicitur condēnatus ad fru-
ctus perceptos per alium *idem decis.197.
fol.* 503. & an sit condemnatus, possit
612 † probare fructus non percepisse, dicit
idem 418.*fol.610.*
Fructus pendentes tempore sententiæ,
613 † veniunt in restitutione rei Idem, *Put.*
614 *decis.* 305.*fol.* 513.& quando † resti-
tuuntur deducto semine, dicit idem *ibid.*
615 *fol.*314. & an etiam possint alienari, †
pendente lite super beneficio, dicit *idem
decis.220.fol.280.*
Et quia dixi supra de liquidatione,
vt cautiùs agatur, & sciamus exempla
ex quibus illi fuerint aliquando liqui-
616 dati, † vidēdus est *Put.decis.418.fol.610*
Et si aliquis pro tali liquidatione pen-
dente, inCuria vellet dare articulos in
617 † partibus vigore remissoriæ, dicemus,
quod articuli semper sunt dandi in Cu-
ria, nō autem extra eam, sic enim firmat
Rota penes d.Put.dec. 184.*fol.90.*

Quo casu Camera fructus percipiat, vel beneficato dimittat.

Artic. XXXIII.

618 *Fructus beneficij malè percepti ab immisso, percipiuntur à Camera.*
619 *Fructus beneficiorum, quinam spectent ad Cameram, à die vacationis per obitum, vsq. ad captam possessionem,*
620 *Fructus beneficiorum vacantium, quinam spectent ad successores, etiam ante captam possessionem.*
621 *Fructus beneficiorum, an umquam, spectent ad haredes defuncti.*
622 *Fructus, an possint furari ex causa necessaria.*
623 *Declara tamen esse faciendam restitutionem, si abripiens ad pinguem statum peruenerit.*
624 *Domum vicini destruens causa incendij, an, & quando teneatur illam reædificare.*
625 *Fures fructuum pœnas Custodum aliquando incurrunt.*
626 *Fructus beneficij regulariter debentur residenti.*
627 *Fructus maturati residenti morienti, vel eius haredibus sunt reddendi, aut creditoribus.*
628 *Fructus succedunt loco alimentorum, vt dicitur de congrua.*
629 *Congrua succedit loco alimentorum.*
630 *Fructus separati à solo, antè resignationem, spectant ad resignantem.*

618 FRuctus beneficij, quod † percipiantur à Camera, quando fuerunt ab
immisso malæ percepti, dicit *Idem decis.
526.lib.1.fol.66.& decis.220.fol.280.*præ-
sertim in Regno Neapolitano, per cōst.
619 *Sixti V.* à die vacationis per obitum, †
vsque ad diem captæ possessionis per
prouisum spectare ad dictā Cameram,
dicit *Rot.decis.*154. *par.3. & d.decis.*237.
nu.3.par.4. recent. & in alijs casibus, spe-
620 ctant † ad successorem à die obitus an-
tecessoris, etiam ante adeptam possessio-
nem *Rot.decis.255.par.3.recent.*, nec vn-
621 quam transeunt ad hæredes † defuncti,
sed spectant ad successorem *decis.* 529.
par.3.recent.
Accidentaliter etiam nota, quod ex
622 causa necessitatis, † possunt fructus furari, lege tamen adiecta, quod si fur ali-
quando deuenerit ad pinguiorem fortu
623 nam, † tenetur ad illorum restitutionē,
sicut, & ille, qui timens incendium de
624 struit domum vicini, † qui tenetur reæ-
dificare in certis casibus*Put.decis.82.lib.
2.per totam.fol.222.*non tamen ex hoc a-
nimum capiant fures, quia sæpius in-
625 current pœnas, † qu w de facto à custo-
dibus fructuum ministrantur.
Datur etiam pro regula, quod fru-
626 ctus beneficij, †, debentur residēri *Rot. de-
cis.483. par.3. recent.* & si residens mori-
tur, maturati durante eius vita, sunt
627 † soluendi, vel eius hæredibus, vel cre-
ditoribus *Rota decis.529.num.3.part.4.re
628 cent.* † succeduntque loco alimentorum,
629 † vt dicitur de congrua *Rot.decis,745.p.
3.recent.* & in casu resignationis aduer-
te, quod separati à solo ante resignatio-
630 nem beneficij, † vt dixi spectant ad re-
signantem, non autem ad resignatari,
tum *Rota decis.* 515. *num.4.parte* 3. *re-
cent.*

Plu-

Plures casus quibus applicantur fructus rei.

Artic. XXXIV.

631 *Fructus dotales spectant ad virum ratione oneris.*
632 *Fructus dotales cessant, cessante onere, marito.*
633 *Fructus, an debeantur de dote, tam soluta, quam promissa marito.*
634 *De !ara tam si sit promissa à Patre, quam ab extrancis.*
635 *Amplia adhuc, etiam si sit lapsum biennium.*
636 *Fructus restituendi debentur tantum, à die interpellationis.*
637 *Sequestrum facium, an sufficiat pro interpellatione iudiciali.*
638 *Fructus naturales bonorum extradotalium percepti à uiro, seu ab hæredibus, an restituantur.*
639 *Fructus meliorationum. ad quos spectent.*
640 *Fructus omissi, quandonam adhuc peti possint.*
641 *Fructus pendentes, an veniant in venditione.*
642 *Fructus pendentes spectant ad Emptorem, etiam si sint maturi de proximo recolligendi.*
643 *Fructus, an sint restituendi ab eo, qui retrouenditionem in longum distulit.*
644 *Fructus pendentes tempore deliberationis, an veniant in deliberatione, vel venditione*
645 *Possessor, quinam præsumatur non percepisse fructus.*
646 *Possessor, qui se ingessit, præsumitur percepisse fructus.*
647 *Fructus, qui seruando seruari nequeunt non præsumuntur durare vltra triennium*
948 *Condemnatio ad interesse, fit quando fructus amplius non existunt.*
649 *Fructus percepti, respectu liquidationis faciendæ debentur via ordinaria.*
650 *Fructus percepti ab immisso per saluianum, cuius nomine percepti dicantur.*
651 *Fructus ex re, quæ debetur immisso, cuius nomine percepti dicantur.*
652 *Fructus non computantur in sortem, quandiù supposita pignori est pro summa, quā vale.*
653 *Pignus præsumitur constitutū animo amplius non reluendi.*
654 *Fructus debentur à die moræ, in iudicio recuperationis dotis.*
655 *Fructus, an, & quādo debeantur in Legato.*
656 *Hæredes an, & quando teneantur inuestire, ad fauorem legatarÿ.*
657 *Fructus in obligatione retrouendendi à qua die debeantur.*
658 *Amplia idem, etiam in hærede, & cessionario.*
659 *Et quid in iudicio retinendæ.*
660 *Fructus in spolio iudiciali, non debentur ante propositum interdictum.*
661 *Declara deberi à die mota litis, & quando.*
662 *Fructuum vera taxatio, quænam dicatur.*
663 *Fructus ab initio percepti debentur interdicto vnde vi, aut clam.*
664 *Fructus, in quibus dicantur consistere vltra potum, & esum.*

IN prophanis in materia dotis, fructus
631 † spectant ad virum, ratione oneris
Rota decis.428. par.3. & 65, num.9. par.4.
632 *recent.* & cessante onere † cessant etiam
fructus *Rot.decis.175.par.3.recent* & de-
633 bentur † de dote promissa, & non solu-
ta, siue dos fuerit promissa à Patre, siue,
634 † ab extraneis, qui dotare non tenebā-
635 tur, ac etiam si sit † lapsum biennium
Rota decis.425.par.3. recent. Restituendi
636 vero fructus † debentur tantum à die
interpellationis *d. decis.425.* pro inter-
637 pellatione vero indiciali, fuit † dictum
sufficere sequestrum factum, ex quo di-
citur inducta iudicialis interpellatio,
Rot.decis. 522. par. 4. recent. & fructus
naturales bonorum extradotalium per
cepti à viro, seu ab hæredibus viri, si
638 non sunt in magna quantitate, † non re-
stituuntur *Rot.dec.345. par.3. recent.*
Dixi, & replico, quod fructus melio-
rationum, spectant ad eum, qui fecit ip-
sas meliorationes, nisi aliter conuentum
639 fuerit, † quod ampliatur etiam ad eius
successores *Rot. decis.680 p.4.recent.*
In casu, quo fuerit omissa condem-
natio in sententia, si illa non est deman-
data executioni, vel illi non fuerunt ad
640 huc petiti; adhuc † iterum peti possint
Rota dec.388. & ead.p.4.recent.
641 In venditione † veniunt fructus pen-
dentes, & pertinent ad emptorem, e-
642 tiam † si sint maturi de proximo recol-
ligendi *ead. Rot, dec.345.* & in casu quo
quis promisit retrouendere, si non re-
trouendidit, & propterea dicitur in mo-
643 ra, illi † debent restitui à sic obligato re-
trouendere illi, cui est facienda retrouē-
ditio *decis.733.p.3. recent.*
Si oritur quæstio super fructibus prę-
644 dij deliberari, † an scilicet pendētes
tempore deliberationis veniant in deli-
beratione, & venditione, affirmatiuam
sequitur *Ludouis.decis.430.n.3.*

Et

Et quia dictum est supra, quod fructus
præsumuntur percepti à possessore; non
tamen ita semper resolues, quia cõclusio
645 fallit, quando constat, † quod posses-
sor se non ingessit in illorum administra
tione, sed alter illos administrauit *Lu-
douis. d. 5. vbi add. num. 6.* & quando cõ-
stat possessorẽ se ingessisse, præsumitur,
646 † quod illos percepit titulo preambulo
si de eo docet. Idem *Ludouis. decis. 91.
num. 5.* etiam quod titulus esset nullus
n. 6.
Et si agitur de fructibus, qui seruando
647 seruari non possunt, † non præsumuntur
durare vltra triennium *Pacif. de saln. dec.
149. fol. 584.* quo casu non fit condemna
648 tio ad ipsos fructus, † sed ad interesse
Post. obseru. 107. num. 50 et consumpti re
649 spectu liquidationis faciendæ, † debe-
tur via ordinaria *idem decis. 17. n. 7.*
In saluiano fructus, qui percipiuntur
650 ab immisso, non dicuntur† percepti tã-
quam sui, sed pro debitore; secus autem
est dicendum, quando percipiuntur ex
651 re, † quæ debetur immisso, vti sua præ-
sentialiter idem *Pacific. decis. 107. fol.
526.*
652 Nec in sortem computantur, † quã-
diu res pignori supposita est pro summa
æquiualenti *idem Pacific. decis. 107. fol. 527*
& ratio est, quia vt *ibidem dicitur fol. 526*
653 pignus præsumitur† constitutum animo
amplius non reluendi.
In iudicio quoque recuperationis do-
654 tis, † debentur fructus à die motæ litis
Idem decis. 93. fol. 505.
655 In legato quandoque † debentur fru-
ctus, nempe quando testator legat quã-
titatem ad effectum inuestiendi in ali-
quo ad rationem tot pro centenario;
656 tunc enim hæredes † tenentur ad fauo-
rem legatarij, si fuerunt in mora inue-
stiendi ad rationem indicatam à testa-
tore, donec fiat inuestimentum *Rot. penes
eundem Pacif. decis. 119. fol. 545.* vbi datur
exemplum, quando deductis pecunijs
erat creandus census, vel erat facienda
emptio locorum montium.
In obligatione quoque retrouenden-
657 di, † debentur à die oblatæ, & depositi
precij. *Post. decis. 19. num. 4. & 6.* Quod
658 amplia etiam hæredi, † & cessionario
ibid. n. 3. & in Iudicio retinendę dicitur
659 † idem Iudicium. *idem Post. dedis. 429.
n. 5.*
660 In spolio iudiciali non † debentur
ante propositum interdictum idem *Post.
d. dec. 19. n. 6.* sed debentur à die motæ
661 litis, † si veniunt accessoriè, & non fue-
runt petiti principaliter *Rot. post Cenc.
dec. 241. & Post. decis. 297. num. 14.* qui etiã
d. decis. 19. dicit quod vera fructuum ta-
662 xatio est, in annos viginti † diuidere
verum rei pretium, quia tali tempore di-
cuntur fructus sortẽ æquare: in interdi-
663 cto verò vnde vi, aut clam, † debentur
etiam percepti ab initio *idem decis. 665.*
Fructusque non solum dicuntur con-
sistere in destinatis ad esum, & potum,
664 † sed etiam in ijs, quæ conferunt quan-
documque ad vsum vitæ *Post. obseru. 26.
num. 24.*

Quando, & qui fructus debeantur in Iudicio manutentionis.

Artic. XXXV.

665 *Fructus in iudicio manutentionis debentur à die litis, non autem ante litem.*
666 *Declara pro lite mota, quidnam attendatur in casu predicto*
667 *Fructus, in quo iudicio debeantur percepti tantum, & non qui percipi potuissent.*
668 *Fructus percepti pendente petitorio restituuntur tantum in ipso iudicio ordinario.*
669 *Fructus veniunt in consequentiam, si agitur de manutentione super re fructifera.*
670 *Declara contrarium esse, quando petuntur fructus decursi principaliter vti sors.*
671 *Fructus decursi, qui debeantur etiam ante motam litem.*
672 *Limita, si actor restrinxisset se ad terminos decursos post ipsam litem.*
673 *Fructus in manutentione veniunt, licet periti non fuerint.*
674 *Fructus percepti in vim decreti, vel mandati de manutenendo an, & cui restituantur.*
675 *Fructus decursi, etiam ante motam litem debentur in iudicio retinendæ ordinario.*
676 *Fructus, quandonã debeantur etiam percepti ante motam litem, & petitionem manutentionis.*
677 *Fructus pauper non restituit, nisi in fine litis, & quare.*
678 *Amplia, & si percepisset fructus post decisiones rotales.*

Diximus etiam supra artic. 36. quod
in Iudicio manutentionis debẽtur
665 † fructus à die litis, non autem ante litẽ
quod & firmat *idem Post. de manutenen-
do obseru. 74. in princ. & post eam Rot. de-
cis. 317. num. 4. & 8.* ideo declaratur
vl-

666 † vlterius, quod pro lite non attenditur
quid sit mota in petitorio, vel possesso-
rio plenario, sed illa, quæ vere & reali-
ter mouetur in pura manutentione, vt
667 *eadem obseru. num.*7. & † quod in hoc
Iudicio debeantur tantum vere percep-
pti, non autem, qui percipi potuerunt
*dicit idem ibidem num.9. & Rot.penes eun-
dem decis.*310.*num.*10. & qui fuerunt per
668 cepti pendente petitorio † restituuntur
tantum in ipso Iudicio ordinario, vt *d.
obseru.* 74. *num.*10. *& dixit Rot.post Cenc.
dec.*250.

Iterum est cauendum, quod quando
agitur de manutentione super aliqua re
669 fructifera; † tunc re ipsa petuntur, & fru-
ctus veniunt in consequentiam: secus
670 † quando petuntur etiam fructus decursi
principaliter vti sors, vt in pensionibus
canonibus, annuis præstationibus, & simi
671 libus; quia hoc casu † debentur etiã de
cursi ante motam litem, *vt ibidem d.
obseru.*44.*nu.*11. Quod tamen non pro-
672 cederet, † si actor se restrinxisset ad ter-
minos decursos tãtum post ipsam litem
super manutentione, vt *n.*12.

Ampl. conclusionem, quod .s. in manu
tentione veniunt fructus; procedere
673 † etiam quod tales fructus petiti non
fuerint *Rota post eundem d.decis.*17. *n.*8.

Percepti in vi decreti, vel manda-
ti de manutenendo restituuntur Ad-
674 uersario in casu, quo vel in manutentio-
ne, vel in negocio principali obtineatur
idem *obseru.*106. *num.* 50. *& decis.* 19.
n. 5.

Ampl. iterum, quod in Iudicio reti-
675 nendæ ordinario debentur, † decursi e-
tiam ante motam litem *Idem Post.obser.*
74. *num.* 5. *& decis* 665. *num.* 7. *&* 8.
676 debentur etiam percepti ante motam
litem, & petitionem manutentionis, in
casu quo vltra malam fidem ex litis su-
stentatione adsit mala fides aliunde cla-
ra, & ineuitabilis *idem ibidem n.* 6. *& de-
cis.*665.

Si agatur contra Pauperem, illi prout
677 expensæ reseruantur † in fine litis de æ-
quitate; ne alias si bonũ Ius foueat, com
pellatur Iudicium deserere. *Rot. penes
eund. Post. decis.*447. *num.*7.4. quod pro
678 cedit etiã quod talis pauper, † perce-
pisset illos post decisiones Rotales, &
haberet contra se clausulã parito; dum-
modo non perceperit post mandatum
de manutenendo *ibidem decis.* 448. *circa
princ.*

De casu quo Iudex omittit condemnare, & de fructibus qui percipi potuerunt.

Artic. XXXVI.

679 *Absolutus videtur à fructibus petitis, qui nõ fuit ad illos in sententia condemnatus.*
680 *Iudex appellationis potest condemnare ad fructus in prima sententia omissos.*
681 *Iudex, an postquam pronunciauit in principali, possit ad fructus condemnare.*
682 *Fructuum cõdemnatio non potest fieri nisi præcedente petitione, & liquidatione.*
683 *Fructuum liquidatio quomodo fiat.*
684 *Fructuum liquidatio inter alios facta, an admittatur.*
685 *Rota an, & quando condemnet ad fructus, qui percipi potuissent.*
686 *Fructibus non existentibus fit condemnatio ad illorum æstimationem.*
687 *Fructuum æstimatio fit per mediam pretij viam.*
688 *Fructuum æstimatio fit iuxta valorem monetæ currentis tempore faiendæ æstimationis.*
689 *Fructus acquiruntur, dummodò absit mala fides. & n.*601.
690 *Credulitas sola, an sufficiat ad excludendam malam fidem.*
691 *Amplia, si sit etiam qualis qualis occasio possidendi.*
692 *Fructuum separatio à solo, an operetur illorum acquisitionem*
693 *Fructus à die motæ litis veniunt etiam in interdicto quorum bonorum.*
694 *Fructus in mutuo prohibentur deberi de sui natura.*
695 *Fructus rei nulliter emptæ in subhastatione, quod debeant restitui, dicit Rota. & n.*478 479.488, 490.
Declara, quod in iudicio ordinario veniant tanquam damna, & interesse. eod. num 695.
696 *Amplia idem in re Ecclesiæ nulliter vendita. & n.*489.
697 *Nullitas operatur, vt emptor non faciat fructus suos.*
698 *Fructuum liquidatio per testes semper sumitur à minori quantitate ab eis deposita.*
699 *Fructus, quando veniunt principaliter, quid in subhastatione nulla.*
700 *Fructuum condemnatio à die factæ subhastationis, quandonam fiat.*
701 *Fructus censuum indebitè soluti, an restituantur, & qua via.*
702 *Fructuum condemnatio fit à die commissi spolij pro censibus intentati.*

SI Iudex omittit condemnatæ ad fructus
petitos in sententia lata super negocio
679 principali † pars in illis videtur absolu-
ta; Iudex tamen appellationis potest ip-
680 se † condemnare, *idem decis. 536.* vbi
resoluitur, an post quam pronunciauit
681 in principali, † possit ad fructus cōdēnare
Condemnatio tamen secundum Ro-
682 tam, vt apud *Post. d. decis. 19.* † fieri non
potest, nisi præcedente petitione, & li-
quidatione, vbi datur modus faciendæ
683 liquidationis, † & dicitur quod fit le-
uioribus probationibus, & admittitur,
684 etiam liquidatio facta † inter alios.
Est quoque aduertendum, quod Ro-
tā numquam condemnat ad fructus, qui
685 percipi potuerunt † nisi in casu spolij
violenti *Put. decis. 317. num. 9.* & quan-
do fit condemnatio, si tempore condem-
nationis extare non possunt, loco fru-
686 ctuum † fit condemnatio ad illorum ex-
timationem *Rot. post Cenc. decis. 70. nu.
10.* & in illorum precij extimatione
687 † est eligenda media via habita consi-
deratione ad testium depositiones *Rot.
ibidem decis. 79. num. 29.* & extimatio
688 fit † iuxta valorem monetæ, quæ currit
tempore extimationis faciendæ *Cenc. de
Censib. q. 85. in princ.*
Nota vlterius, quod, vt dixi, vt fructus
689 acquirantur sufficit † malam fidem ab
esse *Rot. post Cenc. decis. 177. 293. & 445.*
690 & quod sola credulitas sufficit † ad ex-
cludendam malam fidem, *idem decis. 415*
691 & vlterius idem facit, † qualis qualis
occasio possidendi *d. decis. 445.* quodque
ad effectum acquisitionis, idem opera-
692 tur † separatio à solo in naturalibus, quo
ad tempus, quo incipiuntur deberi in
Ciuilibus *idem decis. 177. num. 14.* sed
declara *vt num. 15.*
In interdicto etiam quorum bono-
693 rum † veniunt fructus à die motæ litis
Rot. penes eundum decis. 445. num. 9.
694 Sed in mutuo † prohibentur deberi de
sui natura, quia esset vsura, *idem dec. 250*
Rota confirmat conclusionem de
qua supra, in subhastatione nulla, & re
695 inde empta, quod .s. fructus † debent re-
stitui, sed in Iudicio ordinario, & tam-
quam damna, & interesse, *vt apud eun-
696 dem decis. 377.* † quod idem docetur in
697 re Ecclesiæ nulliter vendita; nullitas †
enim id operatur, vt emptor non faciat
fructus suos *Rota penes eundem decis. 229.*
698 & quando fit liquidatio per testes, † sē-
per sumitur minor quantitas ab ipsis de-
posita *Rot. ibidem decis. 293. num. 21.*
Declara Conclusionem quo ad sub-
999 hastationem nullam, † quando fructus
700 veniunt principaliter, quia tunc fit † cō-
demnatio à die factæ subhastationis
Cenc. in tract. de Censib. q. 91. num. 15.
vel computantur in sortem *Afflict. decis.
218. num. 4.*
In censibus, quando fructus fuerunt
701 indebite soluti, † fit restitutio per viam
condictionis indebiti Rota post *d. Cenc.
decis. 228.* & in spolio intentato pro cē-
702 sibus, † fit condemnatio à die commissi
spolij, si credis eidem *Cenc. quest. 91. d.
num. 15.*

Annus fructuum quomodo reguletur.

Artic. XXXVII.

703 *Fructus intelliguntur, etiam ex diuersitate annorum.*
704 *Biennium aliquādo habetur pro anno, in fructuum liquidatione.*
705 *Terra Magisatica quaenam dicatur.*
706 *Annus pro liquidatione fructuum, aliquando computatur ex decē, & octo mensibus.*
707 *Quadriennium quandoque computatur pro vno anno, & vbi.*
708 *Triennium in districtu Vrbis computatur pro vna recollecta.*
709 *Legatum de fructibus, an debeatur quolibet anno, vel secundū naturam rei legatæ*
710 *Legatum fructuum debetur, si fructus nascantur.*
711 *Annus naturalis, differt ab anno fructuum.*
712 *Annus naturalis ex quibus diebus constet, & annus fructuum ex quibus reguletur.*
713 *Fructus, an debeantur ratione seminis, vel ratione soli.*

ESque aduertenda in materia subie-
703 cta † diuersitas annorū ex fructibus,
quia intelliguntur secundum naturam
illorum, vnde obiectum, quod solet tā-
tum fructus reddere quolibet biennio,
704 bienniū † dicetur annus; in terra mage-
satica, quæ vno anno pro medietate se-
705 ritur, † & altera medietas acquiescit, dā-
706 tur pro anno † menses, decem, & octo. Sil-
ua boschiua, quæ quolibet quadriennio
707 cesari solet, † habet quadriennium pro
vno anno, vt de his loquitur *Caual. decis.
43. num. 59. & in tract. de vsufruct. mul.
reli. num. 170. & 245.*
In districtu Vrbis pro vna recollecta
708 † requiruntur tres anni, & ideo trien-
nium iuxta materiam, dicitur annus re-
collectæ. *Castrens. in l. diuortio §. in anno
num. 4. ff. solut. matrim. Rota in Romana
rescissionis contractus 28. Nouembris 1580.*

coram S.m. Clem. 8. & in Veliterna affi- ctus 10. Decembris 1599. coram b.m. Litta. Ideo si fiat legatum de fructibus oli-
709 ueti, vel similis, vt supra legatū †non debebitur quolibet anno, sed secundum naturam de qua supra, quinimo, quia legatum fructuum est condirionale, illud
710 †debebitur si tales fructus nascērur, quia hæc est vis conditionis vt aduertit *Surd. conſ. 162. num. 15.* semper enim est fa-
711 cienda† distinctio anni naturalis, ab anno fructuum, quia naturalis est, qui con-
712 tinet dies 365. † annus vero fructuū verificantur ab illorum natiuitate, vt supra, vel in decem, & octo mensibus, vel in biennio, vel in triennio, vt supra.

Et si est quæstio, an debeantur ratio-
713 ne seminis, vel ratione soli † respondemus, quod debentur ratione soli non seminis, & quod ideo ab alio sati Domino soli debentur *l. qui scit C. de vsur. Ceph. conſ. 3. num. 71. Menocch. conſ. 300. & Surd. decis. 211. num. 12.*

Quando a condemnatione fructuum detur appellatio.

Artic. XXXVIII.

714 *Appellatio suspensiua datur à condemnatione fructuum.*
715 *Limita quando est adiecta accessorie in sententia possessory,*
716 *Declara alios aliam contrariam tenere opinionem.*
717 *Iudex debet dare refutatorios respectu possessionis.*
718 *Iudex respectu condemnationis fructuum debet dare reuerentiales.*

Tenendum est etiam pro regula quod à condemnatione fructuum
714 † datur appellatio suspensiua *Afflict. decis. 77. num. 8: Crescent. decis. 5. de appell.* & hæc est opinio Rotæ, vt refert *Contard. de mem. possess. lim. p. num. 29.* quod limi-
715 ratur † quando est adiecta accessorie in sententia possessorij secundum *Imol. in c. constitutis lo vltimo de appell. Butr. in c. quintanallis col. pen. de Iur. Iur.* quia idem iudicatur de accessorio, quod de principali *Castrens. conſ 91. num. 14. lib. 5.*
716 Sed quod detur † appellatio, etiam quando est adiecta condemnatio fructuum in causa possessorij *Bald. in l. vnic. num. 6. C. de moment. possess. Crescen. decis. 5. de appell.* & istam esse opinionem *Rotæ, dicis Contard vbi supra d. Limit. p.*
717 *num. 29.* & Iudex † debet dare refutatorios, respectu, possessionis & respectu
718 condemnationis fructuum, debet † dare reuerentiales secundum *Rot. relat. per Contard. de moment. limit. p. num. 30.*

Ad quem spectent fructus existentes ante aditam hæreditatem.

Artic. XXXIX.

719 *Fructus, an debeant describi in inuentario, & qui, tanquam hæreditarij.*
720 *Dic idem, etiam procedere de fructibus post obitum testatoris perceptis.*
721 *Limita in fructibus extraneis. Fructus extranei quinam dicantur. eod.*
722 *Legatarius, an debeat in inuentario describere fructus perceptos post obitū testatoris.*
723 *Hæres, qui satisfecit de suo creditoribus defuncti, an debeat describere tales fructus.*
724 *Hæres prædictus facit fructus suos pro equiualenti quantitate pecuniarum solutarū.*
725 *Amplia quod possit pro dicta quantitate sibi soluere ex hæreditate.*
726 *Fructus, an veniant in iudicio l. fin. C. de edic. diui Adrian. tollendo.*
727 *Fructus Episcopales, iurispatronatus &c. quinam dicantur remissiue.*

719 Fructus ante mortem testatoris & aditam hæreditatem existentes, †debent describi in Inuentario tamquam hæreditarij *Phanuc. de Inuent. par. 3. nu. 35. & seqq. Surd. decis. 92. num. 5.* Amplia quo ad perceptos postea
720 † quia spectant ad hæreditatem, vel eius Creditores *Phanuc. vbi supra num. 36: Surd. ibidem.*
721 Quod fallit † in fructibus extrinsecis, puta ex pecunia reperta in hæreditate, in qua hæres sua industria lucratur, aliquos fructus *Phanuc. ibidem nm. 36.*
722 † quod fallit etiam in legatario per *Pha-*
723 *nuc. num. 37.* & in illo hærede, † qui de eius pecuniis satisfecit creditoribus, quia tali casu debet fructus suos facere
724 † pro equiualenti quantitate pecuniarum solutarum, & potest pro d. quanti-
725 tate † sibi soluere ex hæreditate, & fructus facit suos *Rot. decis. 680. num. 2. par. p. in nouis Surd. decis. 93.*
726 An autem veniant † fructus in *Iudic. legis fin. C. de edict. diu. Adrian.* tollen. vide *Peregrin. de fideicom. artic. 48. n. 61.*
727 Qui dicantur fructus † Episcopales, Iurispatronatus, Iurisdictionis, & alij vide apud *Felin. in c. cum olim de maior. & obed. & Surd conſ. 83. 152. & 575.*

De nullitate.

Cap. XII.

Quis possit dicere de nullitate.

Artic. I.

1 *Sententia potest impugnari per viam nullitatis.*
2 *Nullitatis materia tota consideratur per quinque capita.*
3 *Nullitas dici potest à quolibet grauato.*
4 *Ampliatur tam in principali, quam in tertio, pro suo interesse.*
5 *Ampliatur etiam in comparente defendendo reum in criminalibus.*
6 *Nullitas dici potest à quocũq. non prohibito.*
7 *Fallit in tertio, etiam inhabili comparente occasione pub. boni.*
8 *Ampliatur etiamsi adesset clausula nullitatis, & quauis appellatione remota.*
9 *Clausula nullitatis, & qualibet appellatione remota: non comprehendit tertium.*
10 *Nullitas potest opponi à tertio, quamuis nequeat à principali.*
11 *Ampliatur etiã post tres conformes, inuito, & prohibente. principali.*
12 *Principalis tertio non præiudicat in causa.*
13 *Exceptio trium conformium non præiudicat tertio.*
14 *Declaratur tamẽ si doceat de interesse, & quomodo.*
15 *Tertius sciens motam litem, & sententiam; quomodo audiatur.*
16 *Tertius arctatur ad tempora, & Instantiam, vt arctatur principalis.*
17 *Tertius veniens ad causam qualis regulariter esse debeat.*
18 *Tertius veniens ad causam, non debet esse suspectus de calumnia.*
19 *Nullitatem dicere potest, qui appellare potest.*

1 SEntentia impugnari potest,† etiam per viã nullitatis. Ideo plura vidẽtur circa materiam consideranda, vt puta,
2 † Primo, quis possit dare de nullitate. Secundo, coram quo. Tertio, quomodo nullitas deducatur. Quarto, sub qua forma committitur causa nullitatis. Quinto, quomodo nullitas sanetur. Sexto, quomodo illi renuncietur.

Igitur quo ad primum quilibet, qui
3 sentiat se grauatum † potest dicere de nullitate, & hoc intelligitur non solum de principali, sed etiam de tertio, pro
4 suo interesse, siue prætendat ratione priuati, siue ratione publici iuris, vt puta in
5 causis popularibus, † vel quãdo, quis cõparet pro reo in criminalibus, eum de-
6 fendendo,† ne condemnetur. Et admittuntur omnes, qui non reperiuntur pro
7 hibiti;† & quando tertius comparet occasione publici boni, admittitur, etiam
8 si sit inhabilis, *neque repelli* potest,† quãuis causa esset commissa cum clausula nullitatis, & quamuis appellatione re-
9 mota; Quia dicta clausula non comprehẽdit tertium: Imo quamuis princi-
10 palis eam opponere non posset, vt quia est confessus, vel renunciasset nullitatibus, tertius tamen eam opponere po-
11 test, † etiam inuito, recusante, & expresse prohibente principali, etiam post
12 tres conformes, quia tertio, hoc casu non obstat confessio, renunciatio, recusatio, nec expressa prohibitio ipsius prin
13 cipalis, † aut exceptio trium conformiũ:
14 † dũmodo, in primis, & ante omnia, summariè per iuramentum, vel vnum testem doceat de Interesse: & si sciuit li-
15 tem † motam, vel sententiam latam, auditur in statu, & terminis, in quibus cau-
16 sa reperitur; † arctabiturque ad instantiam, & tempora; ad quæ arctatur prin-
17 cipalis: debet tamẽ† iste tertius regulariter, & extra casus priuilegiatos esse habilis, & capax standi in Iudicio, & om-
18 ninò remoueri suspicio calumniæ, quod nullitas, scilicet, non proponatur ad effectum differendi, vel impediendi executionem, *Vant. cap. quis poss. dic. de nullit. in princ. vsque ad num.* 32. & in sum-
19 ma est † obseruandum, quod qui potest appellare, potest etiam dicere de nullitate.

Coram quo nullitas possit allegari.

Artic. II.

20 *Nullitas actuum extraiudicialium corã quibus sit dicenda.*
21 *Nullitas iudicialium ante diffinitiuam, absq. appellatione coram quibus proponatur.*
22 *Ampliatur etiam proponi posse coram delegato.*
23 *Nullitas expresse deducta cum appellatione ab interlocutoria, coram quo proponatur.*

24 *Nullitas est grauamen, & causa appellandi.*

25 *Appellatio sola deuoluitur non expressa nullitate.*

26 *Nullitas post diffinitiuam incidenter deducta cognoscitur à Iudice appellationis.*

27 *Delegatus ad vniuersitatem causarum æquiparatur ordinario.*

28 *Nullitatem principaliter inductam grauatus potest proponere coram iudice à quo, vel ad quem.*

29 *Iudex à quo potest suam sententiare nullam reformare.*

30 *Nullitas proposita coram Iudice superiori, trahit etiam negocium principale.*

31 *Nullitas post sententiam delegati est proponenda coram delegante.*

32 *Iurisdictio iudicis delegati per sententiam expirat.*

33 *Nullitas potest proponi coram delegato, si super parte causæ tantum pronunciauit.*

34 *Iurisdictio delegati durat, si non pronunciauerit super tota causa.*

35 *Nullitas potest proponi etiam coram executore.*

36 *Executor non potest super nullitate pronunciare.*

37 *Executor, constito de nullitate, supersedet, & quæstionem ad superiorem remittit.*

38 *Nullitas regulariter proponitur coram delegante, si delegatus pronunciauit.*

39 *Nullitas, si pronunciauit ordinarius, coram quo iudice proponenda.*

40 *Nullitas semper proponitur coram iudice superiore illi, qui pronunciauit.*

41 *Ampliatur, & si sit incompetens ratione litigantis.*

42 *Clericus legitime litigans coram laico, debet pro nullitate laicum superiorem adire.*

43 *Nullitas, an possit proponi coram iudice habeme parem iurisdictionem tantum.*

44 *Iudex inferior, an cognoscat de nullitate sententiæ superioris.*

45 *Sententia notorie nulla potest cognosci ab inferiore iudice.*

46 *Nullitatis declaratio, non requiritur in notorijs.*

47 *Nullitas incidenter, & per viam exceptionis inducta, cognoscitur ab inferiore.*

48 *Iurisdictio augetur iudici ratione incidentium.*

49 *Iudex laicus quomodo possit de nullitate sententiæ matrimonialis cognoscere.*

50 *Limitatur tamen non posse tangere merita causæ.*

QVo ad secundum, coram quo sit
proponenda nullitas actuum
20 † extraiudicialium, vt puta
contractuum, testamentorum, & huius-
modi &c. scien. est, quod debet propo-
ni coram Iudice ordinario loci.
Iudicialium vero, si poponitur ante
21 diffinitiuam, absque † appellatione, pro
ponitur coram illo Iudice, coram quo
22 causa pendet, † etiamsi ille sit delega-
tus; potest enim actum nullum reuoca-
re, & iterato procedere: si vero deduci-
tur vna cum appellatione ab interlocu-
23 ria, & expresse deducatur; tunc cum sit
inseparabilis ab appellatione; imo quia
24 † nullitas est grauamen, & causa appel-
landi, debet proponi coram Iudice ap-
25 pellationis; secùs si expresse non dedu-
catur, quo casu deuoluitur sola causa ap
pellationis.
26 Post diffinitinam verò, si lis pendet
coram ordinario, vel delegato ad vni-
27 uersitatem causarum, † qui æquiparatur
in hoc casu ipsi ordinario, & inciden-
ter deducatur, Iudex appellationis est,
28 etiam Iudex nullitatis. Si verò principa-
liter, est in electione grauati; eam propo-
nere coram Iudice appellationis, vel Iu-
dice à quo; cuius iurisdictio, cum non
29 expiret, † potest reformare suam senten-
30 tiam, si est nulla. † Et si proponatur co-
ram Iudice superiori, denoluit etiam
31 negocium principale. Quod si † lis pẽ-
deat coram delegato, sique pronuncia-
32 uerit super negocio principali; † Quia
iurisdictio eius expirat per sententiam;
nullitatis causa erit proponenda coram
33 Iudice delegante. † Si vero pronuncia-
nit super parte, potest proponi coram
34 ipso, quia † durat eius Iurisdictio. Po-
35 test † etiam nullitas proponi coram
36 executore; nam licet non possit super
nullitate pronunciare, si tamen de nulli-
37 tate † constat, debet quæstionem ad su-
periorem remittere, & interim superse-
dere. *Vant. de nullit. c. coram quo null. prop.
sit, per totum.*
Regulariter autem sciendum est, quod
38 iu causa nullitatis si pronunciauit Dele-
gatus, debet adiri Iudex superior dele-
39 gati; † si veto pronunciauit ordinarius,
potest aliquando adiri idem, & Iudex ad
quem, *Franc. in c. dilecto. num. 64. extr. de
appell.*
Et in omnem euentum, quando alius
40 iudex adeundus sit, debet esse † superior
Iudicis qui pronunciauit, qualiscumq.
41 fuerit ille, qui pronunciauit, † etiã quod
alias sit incompetens ratione personæ li-

tigan-

42 tigantis. † Ideo Clericus, cuius causa litigiosè pendet coram Iudice laico, debet super nullitate sententiæ ipsius, adire iudicem laicum superiorem. *Franc. in d.c. dilecto n.74.*

43 Iudex etiam non superior, † potest adiri, dummodo habeat parem Iurisdictionem, & poterit de nullitate cognoscere, *Franc. ibidem. n.7.*

44 Inferior autē regulariter † non cognoscit de nullitate sentētiæ superioris, præ-
45 terquam in duobus casibus. † Primo si nullitas esset adeo notoria, & manifesta,
46 quod appareret † per inspectionem ip-
47 sius sententiæ; † Tunc enim non requiritur vlterius declaratio nullitatis, ideo etiam de ea inferior cognoscit. Secun-
47 do, quando nullitas deducitur † incidēter, & per viam exceptionis; quia tunc
48 † ratione incidentium augetur iurisdictio, & minor potest de nullitate sententiæ superioris cognoscere, qua ratione
49 Iudex laicus poterit cognoscere de nullitate sententiæ matrimonialis, si excipi-
50 piendo deducatur, dummodò non tangat merita causæ, *Franc. ibid. num.7. vsque ad num.73. Felin. in c. in litteris. extr. de off. delegat.*

Quomodo nullitas deducatur.

Artic. III.

Ap-

61 *cis.* 285. Tertio quando † solummodò
62 appellatur, quia † appellatio à diffini-
tiua, sub verbo appello, comprehendit,
etiam accessorium, & habet in ventre
nullitatem, quamuis non exprimatur
*l. quædam mulier. ff. fam. ercisc un. l. Carme-
lia. ff. de iur. patr. l. si is. C. de Iur. delib.
Bart. in d. l. si expressim. ff. de appell. & re-
lat. & in l. 1. in princ. post glos. in verb. quæ-
stionis. C. quando prouoc. non est necess.
Franc. in c. dilecto quæst.* 29. vbi idē Frāc.
63 *num.* 148. † discurrens per quinque ca-
pita reducibilia, vt supra ad duo redu-
cit, & ponit effectus, quos vnum quod-
que operatur.

Si vero appellatur ab interlocutoria;
64 † quia tunc non venit accessoriè, nec
comprehenditur sub appellatione, neq.
65 † Iudex appellationis potest de ea co-
gnoscere, Tunc nullitas potest solum
66 † cognosci per viam attentatorum ap-
pellatione pendente, vel tamquam cau-
67 sa grauaminis deducta ad iustificandam
appellationem. *DD. & post alios. Franc.
in d. c. dilecto. n.* 54.

68 Et si interlocutoria haberet vim dif-
finitiuè, regularetur in omnibus, vt diffi
nitiua. *Franc. ibid. n.* 55.

Et si deducatur taliter, quod posset
69 stare principaliter, & accessoriè, cense-
tur deducta modo vtiliori, eam deducē-
70 ti; † dummodo habeat clausulam om-
ni meliori modo; *Dec. post alios in d. c. di-
lecto. Grat. cons. fin. vol.* 2.

Potest causa nullitatis simul, & semel
71 cum causa appellationis cumulari, &
prosequi, licet videantur contraria re-
72 media, *glos. in l. prima C. quan. prouoc. non
est. necess. Bartol. & alij in d. l. si expres-
73 sim. ff. de appell.* nisi nullitas, & appella-
tio ex diuersis fontibus oriantur *Franc.
in d. c. dilecto. extr. de appell.*

Et in Cur. partes semper simul, & se-
74 mel eas committunt, & prosequuntur; †
75 id autē † intelligas si deducatur condi-
tionaliter, non autem copulatiuè; Pu-
76 ta, † dico sententiam nullam, & si qua
est appello; tunc enim possunt cumu
lari, & prosequi tam à diffinitiua, quam
ab interlocutoria habente vim diffiniti-
uè, *Franc. in d. cap. dilectō. num.* 55. *& seqq.*
77 † An vero tunc nullitas censeatur dedu-
cta principaliter, vel incidenter, viden-
da est, *glos. Bald. & Angel. in l. prima. C.
quan. prouoc. non est necess. Franc. in d. cap.
dilecto n.* 97. vbi vult quod principaliter
sit deducta.

Poteritq. Iudex delegatus, cui huiusmo
di causa committitur, pronunciare tam
78 † super appellatione, quam super nulli-
tate. *Franc. in d. cap. dilecto. num.* 55. dū-
79 modò fuerit ei commissa causa appella-
tionis, cum appellatio in ventre habeat
nullitatem, vt supra dixi.

Si vero committatur causa nullitatis
simpliciter, poterit nihilominus, etiam
stante appellatione Iudex delegatus so-
80 lum de nullitate, † non autem de appel-
latione cognoscere; licet secus dicendū
81 sit in ordinario, de quo tamen est, vi-
dendus *Franc. in d. c. dilecto num.* 76. *&
seqq.* Estque huiusmodi indagationis v-
82 tilitas, quia si nullitas accessoriè ad ap-
pellationem, & viam actionis deduci-
tur; regulabitur in omnibus seruando
naturam causæ appellationis, operatur-
83 que † omnes effectus deuolutiuos, &
suspensiuos, quos operatur ipsa appel-
84 latio, arctabiturque ad fatalia appella-
tionis, & deseretur deserta appellatio-
85 ne, † & qui renunciat appellationi, cen-
setur renunciasse etiam nullitati, *Franc.
in d. c. dilecto. num.* 18. *post Bartol. & alios
in l. expressim. Salicet in l. fin. C. de temp.
appell.*

86 Idque procedit si appellatur † a sen-
tentia nulla, etiam ex defectu iurisdictio
nis, neque propterea confirmatur actus
nullus, vt per *Franc. ibid. num.* 15. *&* 17.
87 † habetque tunc in ventre, etiam nulli-
tatem, & operatur huiusmodi appellatio
omnes effectus, quos operatur, si esset in-
88 terposita à sententia valida. † deuoluit
enim, causam nullitatis, & etiā negocium
principale ad iudicem ad quem, suspē-
89 ditque † executionem, & operatur pri-
uilegium attentatorum *Franc. ibid. n.* 18.
ex. de appell.

Si vero æquè principaliter deducatur
90 per viam actionis, potest † intentari,
vsq. ad triginta annos, sicut aliæ actio-
nes, *iux. not. in cap. nostra extr. de procu-
rat.*

91 Per viam vero exceptionis semper
potest deduci, quia omnes exceptiones
sunt perpetuæ. *l. Pater. §. fin. ff. de except.
Specul. in d. tit. §. in summa Franc. in d. cap.
dilecto n.* 10. *ex. de appell.*

Imo quamuis nullitas fuerit princi-
paliter deducta coram vno iudice exe-
quente ad effectum impedindi executio-
nem, & quamuis tunc super ea pronun-
92 cietur eam reiciendā, † poterit nihilo-
minus deinde, etiam principaliter via
ordinaria proponi, agendo coram prio-
ri, vel alio Iudice, *Franc. in d. cap. dilecto.
num.* 33. *&* 104. *post Bart. & alios in l. 4. &
§. condemnatum. & in l. à diuo Pio. §. si super*
Re-

Rebuff. de re Iud. Vestr. lib. 8. cap. 1. fol. 144.
93 Et quãto tempore duret † huiusmodi instantia, vide *Vant. de nullit. c. quoties, & infra quod tempus num. 8. & per tot.*
Igitur, quando deducitur principaliter, si requirit altiorem indaginem, de-
94 bet procedi via ordinaria, & debent seruari omnes termini iuxta qualitatem, & substantiam causæ, desertaque appel-
95 latione remanebit tantum causa nullitatis. *Bald. in l. cum maiores C. de inof. testam. Vant. vbi sup. n. 24.*
Si vero nullitas est notoria, sufficit ter-
96 minus ad dicendum contra † commissionem, & contra Iura producta, *Rot. decis. 5. de lit. contest. in nou. Franc. in c. dilecto Vestr. lib. 5. c. de seruat. term. in caus. nul. fol. 117. & lib. 8. c. 1. fol. 244.*
Aduerte tamen, quod, quando nullitas, & appellatio æquè principaliter de-
97 ducuntur, † debet prius terminari causa nullitatis, & deinde cognosci causa
98 appellationis, † & si ordo peruertatur, dummodo, pars hoc petat, protestetur, & appellet, processus est nullus, sed parte
99 † non contradicente sustinetur, *Vant. de null. c. quot, & quibus mod. null. in eodem prop. n. 14. post Franc. in d. c. dilecto. n. 24. & 36. ex. de appell.*
100 Potest quoque multoties sententia, † à qua non licet appellare, vt puta quia transiuit in iudicatum, vel quia fuit lata in possessorio, & huiusmodi; per viam
101 nullitatis impugnari; † quia prohibitus appellare, non censetur prohibitus
102 dicere de nullitate; dummodò † principaliter, & seorsim ab appellatione, id fiat, *Vant. c. quis poss. dic. de null. num. 33.*
103 & tunc causa nullitatis deuoluit, sicut appellatio, *Bart. in d. l. si expressim. & in l. prima. C. quando prouoc. non est necess. & in l. sicut proponis C. quom. & quan. Iud. Vestr. fol. 252.*
Et quando proponitur nullitas sen-
104 tentiæ, siue in genere, siue in specie † proponatur, potest ex quocunque capite, etiam non expresso annullari. licet se-
105 cus † sit in contractu, vel alio actu extraiudiciali; Si enim eius nullitas ex-
106 presse proponatur, † non potest proponens aliam nullitatem prosequi, præter expressam, *Vant. vbi supra fol. 105.*
107 Potest etiam † causa nullitatis attẽtatorum, & negocium principale simul, & semel cognosci, & terminari, ne continentiæ causarum diuidantur, vt indemnitati partium consulatur, *Staph. cap. 21 fol. 342.*

Ideo licet possit committi causa nullitatis censurarum, & illa cogno-
108 sci, absque eo quod cognoscatur de validitate, vel inualiditate sententiæ. *c. 1. extr. de appell. c. per tuas. ex. de sent. excom.*
109 Ad instantiam tamen † alterius partis datur commissio, quod simul, & semel cognoscatur de nullitate censurarum,
110 ac conformitate sententiæ, † licet possit iudex prius expedire causam nullitatis, si de ea prius constet, vt in simili. *Egid. conclus. 506. & Staphil. c. 22. fol. 348. in fin.*
Et ad præmissa omnia videlicet, quomodo nullitas principaliter, vel incidẽ-
111 ter † censeatur deducta, quid importet,
112 † quid operetur, & in quo differat, quod principaliter, vel incidenter deducitur,
113 † similiter si incidenter, vel cumulatiuè deducatur, quando denuo deduci possit,
114 deserta etiam causa principali; † vel si illi renuncietur, an causa quoque nullitatis deserta, vel illi renunciatum censeatur, vide in omnibus *Vant. d. c. quot, & quibus mod. null. prop. poss. per totum & Franc. in cap. dilecto num. 170.* & quid in
115 sententia excommunicationis, vide
116 *ibidem n. 179.* & quando deseritur appellatio, an deserta appellatione impediatur executio, propter iudicium nullitatis. vide *ibidem num. 128.* Et in causa
117 † nullitatis, an, & quando requiratur libellus, & litis contestatio, quæ debeant exprimi, & peti in libello, quomodocũque procedatur, latè de huiusmodi materia libelli, videndus est, *Franc. in d. cap. dilecto. n. 41. cum seqq.*
118 Nec Iudex nullitatis debet † pronunciare, nisi parte citata, *c. caueant, & c. omnia. 3. q. 9. l. eaque. C. quomodo, & quan. Iud. Rot. decis. 16. de re Iud. in nou.*
119 Licet Princeps, vel rescribens, † possit interpretare rescriptum suum; & si nul-
120 litas procedat à mala † rescripti interpretatione, potest eam reuocare, etiam parte nõ citata, vt *not. in c. causam. extr. de rescript. Franc. in d. c. dilecto.*
121 Quomodo autem pronunciandum, † principaliter, ne siue incidenter, nullitas
122 ducatur, † & quando iudex nullitatis, possit super negocio principali pronũciare, dcit *Franc. in d. c. dilecto Vestr. d. c. 1. fol. 245.*
123 Et quando sententia nulla † possit confirmari per Iudicem appellationis, & per quæ verba videtur confirmata, dicit idem *Franc. in d. cap. dilecto. num. 94 & 98.*
Quando etiam propositis nullitate, & de-

124 & desertione appellationis, † super qua prius debeat, pronunciare, videnda est, *Rot. decis. 29. de re iud. in antiq.*

Scito tamen, quod licet in causis nul-
125 litatum, debeat procedi per tres † conformes, nihilominus datur commissio
126 præfixionis termini ad docendum † de prætẽsa nullitate, quo elapso, & nihil,
127 quod releuet docto, † procedatur ad vlteriora, hoc docet *Vant. de nullit. e. quot. & intra. quod temp. n. 2.*

Et Hodie Auditores Rotæ possunt, ab
128 sque noua † commissionẽ huiusmodi terminum præfigere, vt dixi *per constitu-*
129 *tionem Pij IV* · † quo casu non solet pronunciari expresse super nullitate, quia si pronunciaretur daretur appellatio.

Sub qua forma committatur causa nullitatis.

Art.° IV.

176 *Nullitas ex defectu iurisdictionis impedit executionem, etiam si altiorem indaginem requirat.*

177 *Fallit tamen, si executio esset irretractabilis, & simile damnum afferret.*

178 *Ampliatur, etiamsi requireret altiorem indaginem.*

179 *Limitatur, quando euidenter appareret de calumnia.*

180 *Statutum probibens dici nullitatem valet, sed limitatur multipliciter.*

181 *Nullitas resultans à repugnantia, & perplexitate sententiæ, non potest à statuto prohiberi.*

182 *Nullitas ex dolo aduersarij, vel iudicis, nō potest à statuto prohiberi.*

183 *Nullitas ex defectu iuris naturalis, non potest prohiberi à statuto.*

184 *Nullitas proueniens ex forma alterius statuti neque potest prohiberi.*

185 *Item nullitas ex defectu iurisdictionis, incōpetentia, & non seruatæ formæ commissionis.*

186 *Nullitas quoque procedens ex nullo modo agendi.*

187 *Nullitas quoque patens ex tenore sententiæ vel actorum, ad quos se refert.*

188 *Nullitates an, & quæ sanentur, etiam si non obstante statuto impugnari possint.*

130 QVo vero ad qnartum caput, videlicet, sub qua forma committatur causa nnllitatis, aduertenda sunt infrascripta.

131 Quando causa nullitatis committatut cum appellatione, † tunc commissio
signatur simpliciter, prout in causa appellationis; Si vero committitur sepa-
132 ratim ab† appellatione, tunc si sumus in
casu, in quo natura causæ non permittit
appellationem super aliquo, ex capite
appellationis denegatur, vt puta propter rem indicatam, & si petatur com-
133 missio aduersus vnam, vel duas sententias, signatur dicta Commisio cū clausula prout de iute, ea ratione, quia licet
134 † sententia nulla, non transeat in iudicatum, *l. 4. §. condemnatum, vbi Bart. & aly. ff. de re Iud.* Attamen nu litas dedu-
135 cta per † viā actionis, si requirit altiorē
indaginem, non impedir executionem,
136 etiam si fuerit inhibitum, † cum inhibitio tali casu, tamquam minus legitima non sit timenda. *cap. non solum. in fine, & cap. Romana. de appell. in 6.* Pręsumi-
137 tur † enim pro re iudicata, & pro validitate, donec nullitas probetur; argum. *l. 2. C. de fals. Innoc. in c. post electionem. extr. de concess. præben. Rot. decis. 3. de except. in nou. Dec. in cons. 21. & Vant. d. cap. num. 24. & cap. quot, & quibus mod. nullitat. prop. poss. nu. 29. & c. fin. nu. 127.*

Quia tamen, quando nullitas est eui-
138 dens, † & notoria, nec requirit altiorem indaginem, sed potest in continenti probari, vt quia opponens, dicat se non fuisse citatum, vel talem non esse Procuratorem, impedit executionem, nec potest dici res iudicata, *d. §. condemnatum. l. licet. ff. de re. ind. & vtrobique notant. DD. Oldrad. cons. 106. Rom. in l. si vero negociū. §. de viro. ff. solut. matrim. Staphil. cap. 6.*
139 *fol. 288. & seqq.* Debetque † actus nullus in continenti reuocari, *Vant. d. c. pri-*
140 *mo num. 22.* Ideo signatur prout † de iure, vt iudex cognoscat, an impedit executionem, *Vestr. lib. 8. cap. 1. fol. 245.*
141 Facit in simili, † quia si statutum remouet, quascumque nullitates, tamen non intelligitur de notorijs, vel quæ possūnt in continenti probari. *Put. dec. 13. & 15. de constit.*

Dicitur antem in continenti probari
142 posse, quando potest† probari intra tempus, faciendæ executionis, *DD. in d. §. condemnatum. Franc. in d. cap. dilect. num. 29*
Concludens tamen non posse in eo da-
143 ri certa regula, & † quod ideo remanet sub arbitrio iudicis, *Galles. in tract. de oblig. Cam. quæst. 17. vbi add. fol. 83. Vestr. d. fol. 245. Staphil. c. 7. fol. 290.* licet idem *Staphil. c. 13. fol. 309. & seq.* vo-
144 luerit commissionē nullitatis aduersus † vnicam sententiam, quæ fecit transitum in iudicatum, deberi signari cum clausula parito iudicato sicuti aduersus tres conformes.

At si essemus in claris nullitatem non
145 impedire executionem, † peteretur q. cōmissio, ante executionem factam, debet addi clausula sine præiudicio rei iudicatæ, vel sine præiudicio legitimæ executionis. Si vero executio est cepta; tunc
146 † additur clausula sine præiudicio vlterioris, quicquid dicat *Staphil. d. fol. 290.*

147 Præseruatq. d. clausula sine præiudicio legitimæ, † vel vlterioris executionis, iurisdictionē iudici à quo exequēdi, nec daretur cōmissio, quod iudex causæ nullitatis procederet ipse super executione. *Staph. c. 19. fol. 336.*

148 Etsi petatur committi causa † nullitatis in casu, in qno, ex natura causæ denegatur appellatio, vt in possessorio, vel

vel post tres conformes; tunc signatur commissario cum clausula parito Iudicato *Bald. in l. prima.C. ne lic.ter. prouo Clem. vt calumnijs. & ibi DD. de re Iud. Stapb.c.13.fol.310.*

150 Est tamen magis priuilegiata † executio trium conformium, siuè sint diffinitiuæ, siuè sint interlocutoriæ,quam vnicæ non appellabilis, licet eodem

151 modo in vtraque referibatur. † Sola enim nullitas ex defectu iurisdictionis ad

152 uersus † eas opponi potest: dummodo

153 † opponatur excipiendo, vel si opponatur agendo, in continenti probari possit, vt voluerunt, *glos.& DD. in d. Clem. vt calumnijs. Dec.post alios.cons.38.Gomes. in d. compend. fol. 167. col. 2.* Licet nul-

154 litas † etiam ex defectu citationis:& mādati admittatur,vt supra diximus *in eorum capitibus particularibus.*

155 Insuper opponens nullitatem,† nullo modo auditur, neque potest procedi in causa nullitatis, donec tres conformes executioni fuerint demandatæ, *d. Clem. vt calumnijs*, nisi executio sit irre-

156 tractabilis, vel personalis; † quia tunc

157 nullitas opposita impedit executionem, etiam trium conformium, *Guidopap. de-*

158 *cis.529.* vel nisi tertius pro suo interesse ante executionem nullitatem opponat. *Rot.decis.16. de sent.& re Iud. in antiq.* de quo vide *Card.in d.Clem. vt calumnijs. n. 5.& dixi cap. de re.Iudic.*

Si vero proponitur aduersus vni-

159 cam non † appellabilem, vel rem Iudicatam, licet fiat executio ,pendente tamen causa executionis, poterit etiam procedi in causa nullitatis, ita vt, alter processus,alterum non impediat,etiam

160 si inhibeatur. † dummodo negocium

161 principale nō præiudicet causæ nullitatis; tunc enim parte opponente

162 † suspenditur negocium principale, donec expediatur causa nullitatis, *DD. in d. §. condemnatum Franc. post alios. in d. cap. dilecto Rot. d.decis.3. de except. in nou.*

163 Et hoc causat multos effectus in fauorem dicentis de nullitate, quia si ille, postquam sit executio, esset suspectus de dilapidatione, vel alia legitima causa subesset, sufficeret loco executionis sequestrare rem, si sit mobilis,vel eius fructus, si sit immobilis, *Bald.In l.eum, qui ad l. Iul.de adult.&in l.si senatus.ff. de fer.*

164 Si etiam obtinetur in causa † nullitatis, reuocabitur executio, tamquam attentata, *Franc.in d. c. dilecto Staphil. cap.7.fol.90. in fin.Vestr. d.fol.244. cum duobus seqq.*

Quod si orator, quando apponenda

165 est dicta † clausula,parito iudicato,allegat paupertatem, loco ipsius apponitur alia clausula; videlicet dimissa possessione, ac reseruatis fructibus,& expēsis in fine litis, & constito de oratoris

166 paupertate, quia dicta † clausula parito iudicato, importat, non solum dimissionem possessionis,sed etiam restitutio-

167 nem fructuum, & expensarum. Idemq. seruant in causa restitutionis in integrū, vt late notauimus supra *in cap. de restit. in integr. & Cassad. decis.11. de rescript. Vestr. lib.4.c. de dol. & contum. fol.87.*

In aliis quoque casibus,causa nullita-

168 tis suspendit executionem, † in quibus non esset apponenda d. clausula, videlicet. Si executio afferat præiudicium ir-

169 reparabile, dummodò † nullitas non sit calumniosa. *Franc.in d.c.dilecto. Vestr. d. fol. 244. Staph.c.7.fol.290.* vel deducatur per viam exceptionis,quo casu sem-

170 per suspenditur executio, † quando potest in continenti probari. *DD.in l. 4. d. §. condemnatum. ff.de re iud.Rot.dec.3.de except.in nou.Staphil. d. fol.290.* Est enim

171 † fauorabilior exceptio,quam actio nullitatis, itaut, si statutum prohibeat appellari, & dici de nullitate,elapso certo

172 termino,† non intelligitur de nullitate proposita per viam exceptionis, & seorsim ab appellatione, vt latissime *Franc. in d.cap.dilecto.num.146.& seq.* Si etiam

173 † prohibeat dari de nullitate non censetur prohibitū excipi; si vero prohibeat

174 † dici de nullitate, intelligitur, quomodocumque prohibitum,etiam incidenter,& ab interlocutoria, *Put.decis.15.20. & 21.de consti.*

Et quando nullitas deducitur per viā exceptionis, dicitur Iudicium summa-

175 rium, et si requirat altiorem indaginem, non impedit executionem: præcipuè trium conformium, iuxta terminos. *Clem.vt calumnijs. de sent. & re Iud.Frāc. in d.c.dilecto num.26.& 32. Staphil. cap.6. fol. 287. & cap.7.fol. 290.* dummodò

176 † non sit nullitas ex defectu iurisdictionis,quæ impedit executionem,quamuis requirat altiorem indaginem. *Vant.cap. quot. & quibus, mod. null. in Iud. num. 33.*

177 Si tamen executio esset irretractabilis, vel afferret damnum irreparabile

578 superſederetur in ea, quamuis nullitas requireret altiorem indaginem, *Iaſ. in l.1.§. ſi ſeruus. num. 4. ff. de acquir. poſſeſſ. & ibi Alex. num. 7. Clar. in dicta praxi quæſt. 94. verſ. ſcias etiam.* Niſi
179 † euidenter appareret de calumnia; quia tunc fieret omninò executio. *Boſſius poſt alios in d. ſua praxi. tit. de nullit. aduerſ. ſententi. num. 4.*

180 Et quia ſupra fecimus,† & faciemus infra mentionem de ſtatuto prohibente dici de nullitate, ſciendum eſt, quod tale ſtatutum valet, ſed limitatur pluribus modis.
181 Primò, vt non procedat in nullitate reſultante ex repugnantia, & perplexitate ſententiæ, prout diximus de pacto.
182 Secundo, in nullitate cauſata à † dolo aduerſarii, vel Iudicis. Tertio, in nulli-
183 tate † proueniente ex defectu Iuris naturalis, puta citationis. Quarto, ſi nul-
184 litas † proueniat ex alio ſtatuto, dante formam procedendi, quæ non fuit ſer-
185 uata. Quinto, † ex nullitate ex defectu iuriſdictionis, ſiuè index ſit omnino incompetens, ſiue ob non ſeruatam formã
186 commiſſionis. Sexto,† niſi nullitas procedat ex nullo modo agendi. Septimo, ſi nullitas ſit patens ex tenore ipſius ſenté-
187 tentiæ, † vel ſi ſententia referat ſe ad acta nulla expreſſe, vt late per *Franc. in d. c. dilecto. n. 125 & ſeqq.* Quando verò non
188 refert, ſe expreſſe † ad acta, an etiam quando nullitas reddat in caſu noſtro ſententiam nullam, ita quod non obſtãte ſtatuto poſſit impugnari, vidẽdus eſt *Franc. ibid. n. 139.*

Quamodo nullitates ſanentur.

Artic. V.

189 *Nullitates actorum &c. regulariter, ſunt quæ ad Curiam ex partibus deferuntur.*
190 *Actus nullus, an poſſit de partium conſenſu reualidari.*
191 *Subſtantialia iudicij, de partium conſenſu nõ poſſunt remitti.*
192 *Declaratur tamen, vt per Fel. loco bis citato.*
193 *Sententia poteſt reualidari in vim pacti ab ipſis partibus.*
194 *Sententia an, & quomodo reualidetur non opponente parte de nullitate.*
Proceſſus an, & quando reualidetur, non opponente parte de nullitate.
195 *Declaratur tamẽn, quando cauſa ſtatuti reſpicit fauorem partis tantum.*
196 *Proceſſus, & ſententia non ex quacũq. nullitate ſubuertuntur.*
197 *Actus debent ſuſtineri, quando eſt ſatisfacta lex.*
198 *Nullitates ſolent ſanari à Signatura, exceptis tribus, & quibus.*
199 *Nullitates tres, neque per Papam ſanari ſolent, etiam cum refectione expenſarum.*
200 *Pars tacens poteſt ſe tueri exceptione nullitatis.*
201 *Nullitates, quæ poſſunt opponi aduerſus tres conformes.*
202 *Iudex quas nullitates debeat tollere, etiam parte non opponente.*
203 *Nullitates, quæ numquam cenſentur excluſæ, etſi nullitates prohibeantur.*
204 *Nullitates, quæ poſſunt proponi etiam, elapſo termino.*
205 *Declaratur tamen, dummodo euidentes, & notoriæ.*
206 *Nullitates euidentes, & notoriæ, quando dicantur.*
207 *Ampliatur etiamſi deducantur per viam exceptionis.*
208 *Princeps, quos defectus supplere poſſit ad tollendas nullitates.*
209 *Princeps ſupplẽs defectus nullitatis, nihil addit extrinſecum.*
210 *Nullitas cũ iniuſtitia ſanatur per Principẽ, ex plenitudine poteſtatis.*
211 *Papa in beneficialibus eſt abſolutus Dominus.*
212 *Nullitates iuris poſitiui, quando ſanẽtur ſine refectione expenſarum.*
213 *Fallit tamen, ſi pars dedit de nullitate.*
214 *Commiſſio tollendi nullitates, qualiter fiat.*
215 *Acta litis ordinatoria pereunt perempta inſtantia ſtatutaria.*
Sententia lata ſine ſubſtantialibus eſt nulla.
216 *Acta reſpicientia veritatem cauſæ non pereunt.*
217 *Commiſſio, quod omnes termini ſubſtantiales reiterentur, quomodo ſignetur à ſignatura.*
218 *Nullitates in beneficialibus, ſanantur indiſtinctè, abſque expenſarum refectione.*
219 *Clauſula refectis expenſis, ſolet dari cum clauſula, quatenus de iure reficienda.*
220 *Pauper quibus clauſulis obtineat ſanationem nullitatum.*
221 *Commiſſio nullitatis, quando ſoleat dari cum clauſula, dummodò literæ ante terminum &c.*
222 *Proceſſus eſt nullus ſuper nullitate ſi procedatur literis non expeditis.*

Sa-

223 *Sanatur tamen factus parte præsente, cum clausula refectis expensis.*

224 *Etsi factus parte absente sanatur cum clausula citata parte.*

225 *Clausula citata parte, quando soleat opponi in sanatione processus.*

126 *Disputatio super validitate commissionum literis non expeditis est sublata.*

227 *Commissiones causarum, literis non expeditis non valent.*

228 *Processus sanatur, etiam quando fuit erratũ in nomine aduersarij in commissione.*

Processus prædictus tamen non potest dici nullus, ibid.

229 *Commissio procedendi ad ulteriora datur in actione incompetenti.*

230 *Sanatio nullitatum non potest dare nouum ius; alias sanatio non valet.*

231 *Nouum ius non potest dari ex sanatione nullitatis, cum sit præter mentem concedentis.*

232 *Testamenta, & contractus inualidi, quare non possint sanari.*

233 *Nullitates in quantũ respiciunt probationes non sunt sanatæ.*

234 *Sanatoria, quo ad probationes, an detur & quomodo.*

235 *Examen testium nulliter examinatorum non sanatur.*

236 *Fallit, si testes essent examinati cum interrogatorijs aduersarij.*

237 *Declaratur tamen, si interrogatoria sint data à legitima persona, secus &c.*

238 *Nullitates in causis iniuriarum, etiam refectis expensis non sanantur.*

239 *Sanationes nullitatum nihil hodiè inseruiũt in curia.*

340 *Iudices in Curia hodie procedunt, quibusuis non obstantibus nullitatibus.*

241 *Processus, & sententia nulla, quando sustineantur per confessionem in actis factam.*

242 *Confessio facit Notorium.*

Confessus non seruatum ordinem iudiciariũ opponere nequit.

243 *Iudex potest ferre sententiam iuxta confessionem rei.*

244 *Confessus potest opponere nullitatem iurisdictionis.*

245 *Iudex debet habere iurisdictionem, ut possit pronunciare super confessione.*

246 *Confessio in criminalibus tollit omnes nullitates.*

Reus confessus potest ex processu condemnari, ibid.

247 *Declaratur tamen confessionem debere esse spontaneam.*

248 *Nullitas ex actibus factis die feriata de facili sanatur.*

249 *Causæ, quæ possint expediri die feriata etiã in honorem Dei.*

250 *Processus criminalis factus tempore quadragesima, an teneat.*

251 *Causæ Ecclesiæ possunt per Iudices Ecclesiasticos in Ecclesia tractari.*

252 *Causæ Clericales per laicos in Ecclesiis tractata, sunt ipso iure nulla.*

Circa quintum, Quomodo nullitates sanentur processus sententiæ, &
alii actus nulli (prout sunt regulariter,
189 qui † de partibus ad Cur. deferuntur, vt
ait *Egid. conclus. 74. Staphil. c. 23. fol. 350. post n. 8.* etiam facti ab habente iurisdi-
190 ctionem, † non possunt de consensu par
191 tium reualidari; quia substantialia †
iudicii, consensu partium non possunt
remitti, *l. quoties. C. de dignit. lib. 12. Guidopap. dec. 216. latè Felin. in cap. significasti. extr. de for. comp.* vbi conclusionem
192 hanc exornat, & multa congerit.

Possunt quidem partes sententiam,
193 vel alios actus reualidare, vt valeant in
vim pacti, sed non in vim sententiæ, vel
illius actus, vt ibi declarat. *Felin.* Si tamẽ
194 sententia, † vel processus annullaren-
tur, etiam ipso iure per statutum, vel cõ
suetudinem, propter defectum alicuius
solemnitatis inductam ad merum fauo-
rem partis; si pars prosequatur causam,
neq; opponat de nullitate, reualidatur;
195 dummodò, causa statuti, nullo modo re-
spiciat fauorẽ publicum statuentis, aut
constituentis, sed solius partis, *glos. in c. statutũ in princ. in verbo committatur de rescrip. in 6.*

Quia tamen, vt plurimum partes con-
196 tradicunt, opponuntque † nullitates, &
nimis graue esset litigantibus, si propter
quascumque nullitates, processus, & sen-
tentiæ subuerterentur; imo debent actus
197 sustineri, † quando satisfit intentioni
legis, licet iuris solemnitas omittatur.
Cassad. d. 2. de Iud.

Solet Signatura omnes nullitates sa-
nare, dummodo nõ sint de tribus, videli-
198 cet iurisdictionis, citationis, & manda-
ti, quæ etiam per Papam sanari non so-
lent *Clem. pastoralis de rẽ iudic.* etiam
199 †cum refectione expensarum; pars enim
quæ vidit nulliter procedi, forsan noluit
200 se defendere, sciens se esse tutam, excep-
tione nullitatis, argum. *Tex. l. an inutilis. ff. de accept. in princ.*

Suntque huiusmodi nullitates fauo-
201 rabiles, possuntque † opponi, etiam ad-
uersus tres conformes; quinimò iudex
202 † debet eas tollere, etiam parte non op-
po-

Et præmissa omnia, intelliguntur,dūmodò ex huiusmodi sanatione, non de-
230 tur nouum ius; esset enim, tunc gratia principaliter concessa, quæ per signatu-
231 ram † iustitiæ fieri non solet, & obstaret regula *Cancellariæ.18. de non tollendo Ius quæsitum.*

Ideo contractus,testamenta,& similia inualida,non sanantur,neque reualidā-
232 tur, quia per sanationem ; tunc daretur ius non habenti,& alteri,auferretur.*Staphil..c.6.fol.286.*

233 Non intelliguntur, †etiam sanatæ nullitates, inquantum respiciunt probationes, etsi peteretur sanatoria,quò ad pro
234 bationes, † non daretur, nisi cum clausula, dummodo alias rite, & recte &c. ac saluis exceptionibus &c.

Ideo examen testium, etiam iurato-
235 rum, † sinulliter,& sine interrogatoriis, fint examinati, nullo modo sanaretur;
236 Si autem fuissent examinati nulliter, † sed cum interrogatorijs partis Aduersæ, datis à persona legitima, ex quo dando interrogatoria videtur habuisse, notitiam examinis, fecisseque suam diligentiam, posset examen sanari, & de hoc vidēdum est.exemplum tempore Vrbani Octaui fel.record.per acta hodie Paluzzi Notarii A.C. in causa *Romanæ successionis*,in qua post Iudicium A.C.deuolnta ad Rotam, ex quo interrogatoria non fuerant data à legitima persona
237 † Rota, dixit non esse testes sanandos, vt legitur in *decis. facta in eadem causa die 14. Martij 1646. coram rpd. Bichio in fol.*

238 In causis vero iniuriarum, † nullitates, etiam refectis expensis,non sanantur.

Hodie huiusmodi nullitatum sana-
239 tiones, in nihilo regulariter ferebāt in curia,†quia omnes iudices,non obstante quacūq.nullitate debent ad vlteriora
240 procedere, † dummodo non destruant probationes;& non sit ex tribus, vt in *d. reformatione Rotæ, & Tribun Vrb. facta per Pium IIII. supra citata, & in alia facta per Paulum V. const. 71. in bull. non. tom.3.* & ille numquam sanantur, vt supra.

Si etiam processus, & sententia, essent nulli, ex quocunque capite, dummodo
241 in actis adsit † confessio partis, sustinerentur in vim confessionis, factæ,tamen per personam habilem, & coram iudice competente. Confessio enim, facit no-
242 torium, † neque potest confessus opponere, non fuisse seruatum ordinem iudi-
243 ciariū; †sed iudex potest ferre sententiā iuxta illius confessionem, *cap. personis, extr. de rest. spoliat. Clem. constitutionem in fine. cum ibi not. de elect. Afflict. decis. 172.num, 2. Bartol.in l. si confessus ff. de custod.& exhibit. reor.*

244 Quæ tamen procedunt,† dummodo non sit nulla ex defectu iurisdictionis,est
245 † enim necesse, quod iurisdictio sit legitime ad iudicem deuoluta,ad hoc,vt nō obstantibus cæteris nullitatibus, possit ex sola confessione pronunciare, *Franc. in c.dilecto. num.5. & seq. extr. de appell. Vant.qualiter, & quib.mod.null.san. possit n.126.*

246 Confessio etiam in † criminalibus tollit omnes nullitates, itaut reus confessus delictum, possit etiam ex processu nullo condemnari. *Innoc.in c. qualiter,& quando.secundo extr.de accus.Alex. in l. inter stipulantem §,1. in fin.& ibi.Ias. num.11. ff. de verb.oblig.*dummodo con-
247 fessio, † sit spontanea, videlicet non metu tormentorum, & sit facta coram iudice competente. alias secus, vt late per *Clar.q.85.vers. item posset.*

Idem etiam in ciuilibus. *Afflict. decis. 372*l † Similiter si nullitates proueniant,
248 ex eo,quod, actus fuerit factus die feriata de facili sanatur.

Sciendum est tamen, quod omnes actus
249 non † requirentes causæ cognitionem, vel strepitum Iudiciarium possunt expediri die feriata, etiam in honorem Dei, *Guidopap.decis.215;*

Nota etiam incidenter,quod processus criminalis factus tempore quadrage-
250 simæ, † de iure non tenet, cnm eo tempore sit prohibita cognitio causarum criminalium, *l.quadraginta.C.de fer.* licet d.lex.nō sit in vsu, vt dicit ibi *glos.Clar. q.50.vers. pariter.*

Insuper procedendo de nullitate tem-
251 poris, ad locum. sciendum est, † quod causę Ecclesiasticæ, possunt per iudices Ecclesiasticos, etiam in Ecclesia tractari *c.qua fronte.extr.de appell.*

Iudicia vero sæcularia tractata in Ec-
252 lesia per Iudices † sæculares essent ipso iure nulla *.cap. de cætero extr.de immunit. Ecclesiarū in 6.Franc. ind. cap. qua fronte princ.& quoad causas Criminales est,textus in cap. 1.& cap. cum Ecclesiæ de immunit. Ecclesiar.*

Quo-

Quomodo possit nullitatibus renunciari.

Artic. VI.

253 *Nullitati præteritæ, & futuræ, quomodo renunciari possit.*

254 *Iudex, quo casu possit sententiã nullã exequi.*

255 *Partes, an possint se obligare de stando sententiæ etiam nullæ.*

256 *Sententia, quando mercatur executionem in vim pacti.*

257 *Limitatur, quando nullitas oritur à repugnantia, vel dolo.*

258 *Limitatur etiã si pateat ex tenore sententiæ, errore, aut defectu iurisdictionis.*

259 *Nullitas, quando possit dici, non obstante pacto facto.*

260 *Appellationi renuncians, an etiam nullitati renunciet.*

261 *Statutum prohibens opponi laudo, vel instãtiæ, fallit in defectu citationis.*

262 *Nullitas, an possit opponi elapso termino ad defensiones dato.*

Banniti, an possint dicere nullitatem, post terminum illis statutum ad defensiones ibid.

263 *Nullitas deducenda post terminum ad defensiones, qualis esse debeat.*

264 *Nullitati renunciat, renuncians appellationi iam interpositæ, & pendenti.*

265 *Actus cuiuslibet si fiat mẽtio, semper intelligitur de valido.*

266 *Actus inualidus non habetur in consideratione.*

267 *Fallit, si lex haberet in consideratione animum facientis.*

268 *Actum faciens punibilem, an incurrat pœnam, si nulliter faciat.*

269 *Actus nullus in multis casibus nihilominus punitur.*

270 *Actus, quando sit ipso iure nullus, vel [illegible] an nullandus.*

Circa vltimum, quomodo possit nullitatibus renunciari, s[illegible]endu[illegible] est
253 † quod nullitati præteritæ, vel [illegible]e, renunciari potest per pa[illegible] vt si quis promittat, dicatq. stare s[illegible] ferẽdæ, vel latæ, nec dicere d[illegible]ate, sed illi
254 omnino acquiescere q[illegible] † casu potest Iudex sententiam suam [illegible]m nullam exequi.

Licet enim part[illegible]s non possint substã-
255 tialibus Iudicij re[illegible]ar[illegible], † neque nullitates supplere po[illegible]t, tamen per pactum se obli[illegible]a[illegible] de parendo sententiæ,
256 & tunc † sententia valet, mereturque executionem, non in vim sententiæ, sed in vim pacti *Vant. d. c. qualiter & quib. mod. null. san. poss. num. 17.*

Quod procedit, nisi nullitas causetur à repugnãtia, & perplexitate ipsius sen-
257 tentiæ, vel à dolo Aduersarij, & Iudici-
258 aut † nullitas sit patens, ex tenore ipsius sententiæ expresso Iuris errore, aut causetur ex defectu Iurisdictionis. His
259 enim quatuor † casibus, etiam si adsit pactũ de nõ dicẽdo de nullitate, poterit nihilominus dici, *Franc. in d. c. dilecto n. 116. & seqq.*

Renuncians autem appellationi, non intelligitur renunciare nullitati, cum
260 sit diuersa; sicut etiam, si statutum dis-
261 ponat, quod contra laudum, vel Instantiam nihil possit opponi, non exclu-
262 ditur nullitas citationis, vel si † statuatur terminus ad faciendas defensiones, vel excipiendum, tamen elapso termino, poterit nullitas opponi, vt in terminis, qui solent statui bannitis, vltra quod licet non possint audiri, poterunt tamen nullitatem opponere, *Franc. in d. c. dilecto num 109.*

Illud tamen de appellatione intellige
263 † vt procedat in nullitate principaliter deducenda, non in nullitate quæ inclu-
264 ditur in appellatione, Ideo si † renunciat appellationi iam interpositæ, quæ pendeat, censetur nullitati quoque renunciatum *Franc. ibidem num. 114.*

Et pro complemento huius capituli s[illegible]m est, quod quando fit mentio,
265 de re [illegible]p[illegible]o, † citatione, vel alio actu;
266 [illegible]g[illegible]r de valido, quia actus † in[illegible]us nullius est momenti, nec habetur in consideratione, tam in fauorem, quam in odium illum facientis, nisi lex
267 † habeat in consideratione nõ effectum actus, sed solum animum facientis.

Tunc enim si est imposita pena illi a-
268 ctui, faciens † etiam eum nulliter, incur-
269 rit pœnam, sicut † etiam in certis aliis casibus, actus nullus punitur, vt inquit *Felin. in c. tenore num. 2. & 9. extra de rescript.*

Quomodo autem cognosci possit,
270 quando actus est ipso Iure † nullus, vel veniat annullandus, videndus est *Vant. nullit. e. quot & quib. mod. null. nu. 48.*

De

De alternatiua cap. Odoardus cap. Peruenit, & Moratorijs.

Cap. XIII.

De Priuilegio paupertatis.

Artic. I.

1 *Actio est inanis, quam debitoris inopia excludit.*
2 *Sententia est inutilis, quando debitor non est soluendo.*
3 *Debitor si non sit soluendo carceribus mulctatur.*
4 *Debitorem inopem non decet in persona molestare.*
5 *Paupertas excusat à pœna periurij.*
6 *Debitor impotens non potest excommunicari ob non solutionem.*
7 *Debitor carceratus an, & quando debeat ali ab ipso creditore.*
8 *Iudæi pauperes debent ali in carceribus.*
9 *Debitoribus pauperibus succurritur de iure ciuili, & canonico.*

1 Est tritum adagium, quod inanis † est actio, quam in opia debitoris excludit, inutilesque sunt sententiæ, res
2 iudicata, & executoriales, quando debitor non est soluendo, vt inquit. *Textus in l. nam, & is. ff. de dol. c. olim 2. extr. de rest. spoliat.*

Quia tamen duri, aliquando creditores, vbi executio realis fieri non potest,
3 † debitores carceribus mulctant, & est in cõueniens, quod debitor inops propter
4 paupertatem molestetur in persona, † vel carceri mancipetur, & ibi marcescat *l. nemo. C. de exact. lib. 10*; vnde videmus,
5 quod in obligationibus, † etiam iuratis paupertas, & impotentia excusant, à pe-
6 na periurii, † neque tunc potest debitor excommunicari ob non solutionem, vt *not. Dec. post alios in c. 1. & 9. extr. de off. deleg.*

Hinc est etiam, quod debitor carce-
7 ratus, † si non habet vnde viuat, debet ali ab ipso creditore, *glos. in l. fin. C. de erogat. milit. ann. lib. 12. Afflict. decis. 61. Guidopap. decis. 211. & firmat Paul. V. const. 71. tom. 3. fol. 288.* quod extenditur
8 † etiam ad Iudæos, vt dicam infra *tit. de septuagenaria.*

9 Ideo multa remedia, † tam de iure ciuili, quam canonico fuerunt tradita, per quæ succurritur pauperibus debitoribus, & omissis, quæ narrantur à Reuerendissimo Scannarolo de Visitatione carcer. ad cuius opus lectorem remitto in materijs relatis, verbo pauper, & paupertas.

De beneficio Quinquennalis dilationis. Et quando maior pars creditorum, minori parti valeat præiudicare.

Artic. II.

10 *Alternatiua quid sit, quibus detur, & quando.*
11 *Dilatio quinquennalis ad soluendum quomodo detur de iure.*
12 *Cessio bonorum negatur lapsa quinquennali dilatione.*
13 *Maior pars creditorum, quomodo intelligi debet.*
14 *Creditorum numero parium, benignior pars capitur.*
15 *Minor pars creditorum, an debeat stare maiori, & quando.*
16 *Ampliatur idem, quando debitor aufugisset,*
17 *Creditores debent habere, quem conueniant.*
18 *Remissio in præiudicium minoris partis, quã do fieri nequeat.*
19 *Maior pars creditorum potest præiudicare minori, etiam in hypotheca.*
20 *Maior pars non habens hypothecam, in quibus possit præiudicare minori habenti.*
21 *Hebræi an, & vbi habeant beneficium alternatiuæ.*
22 *Commissio admissionis ad alternatiuam, quibus olim dirigeretur.*
23 *Commissio prædicta, quibus clausulis signabatur.*
24 *Alternatiua committebatur multis solemnitatibus.*
25 *Commissio super alternatiua, quibus committeretur in curia, & quando.*
26 *Commissio prædicta extra curiam, quibus committeretur, & quibus clausulis.*
27 *Carceratus ad alternatiuam admittendus, quomodo relaxaretur.*

QVod laicis scilicet condemnatis,
vel molestatis pro debiro ci-
19 uili † indulgerur de iure bene-
ficium alternatiuæ, aut dilationis quin-
quenualis, vel cessionis bonorum arbi-
trio maioris partis creditorum.

Dilatio autem quinquennalis ad sol-
11 uendum de iure non conceditur, † nisi
præstita fideiussione de soluendo in fine
termini, l. *quoties, & l. vniuersa vbi Bald,*
not. C. de prec. Imper. offer. & qui obti-
12 nuit dilationem quinquennalem ad sol-
uendũ, illa elapsa non potest deinde ce-
dere bonis, *glos. Bart. Angel. & aly in l. fin.*
C. qui bon. ced. poss. Afflict. dec. 378.

Maior autem pars intelligitur, respe-
13 ctu summæ, non numeri, & si sinr pares
ratione summæ, intelligitur maioris par
tis numero; l. *maiorem. ff. de pact. cum ibi*
notat. Aretin. cons. 157. Si etiam sint pa-
14 res numero, capitur benignior pars, l.
fin. cum ibi not. C. qui bon. ced. poss.

Quando vero maior pars creditorum
vult concedere dilationem debitori, ad
soluendum, vel partem debiti eidem
15 remittere, † si debitor est defunctus, &
hæres non vult adire hæreditatem, nisi
habita huiusmodi dilatione, vel remis-
sione, potest cogi minor pars creditorũ,
ad standum maiori parti. Similiter, si
16 † Debitor est absens, qui aufugit, neque
vult comparere, nisi eum bona dilatio-
ne, vel remissione, cogitur minor pars
stare maiori, ea ratione, in vtroque ca-
17 su, † vt creditores habeant, quem con-
ueniant. l. *Iuris gentium. §. hodie. vbi DD.*
& l. maiorem. & l. *rescriptum. vbi glos. &*
DD. ff. de pactis.

18 Si vero creditores habent, † quem
conueniant, tunc non potest fieri remis-
sio in preiudicium minoris partis Debi-
torum, *Bald. Angel. & post alios Alex. in*
19 *d.* §. hodie; † procedunt etiam præmissa,
quando omnes creditores habent hipo-
thecam, nam si minor pars illam habe-
ret, & maior pars illam non haberet,
20 tunc maior pars posset præiudicare mi-
nori, quo ad remissionem partis debiti
tantùm, non autem, quo ad dilationem
Bartol. & aly in l. *rescriptum. Alex. in d. §.*
hodie Afflict. decis. 288.

Conceditur autem hoc beneficium,
21 vt dixi, etiam † Hæbreis in Terris Ec-
clesiæ, vt dicam forsam *tit. de septuagena-*
ria.

Quando igitur antea petebatur com-
missio admissionis ad huiusmodi alter-
natiuam, siue in Curia, siue extra dirige
22 gebatur † commissio iudici, qui debito-
rem condemnauit, vel coram, quo mo-
lestabatur, & semper signabatur, cũ clau-
23 sula cõstito summariè de oratoris pau-
24 pertate, & prout de iure; multæ † enim so-
lemnitates requiruntur, de quibus *in d. l.*
fin.

Quando vero in commissione non
25 narrabatur lis, † vel molestia, si causa
expdiẽda erac in curia, committebatur
alicui iudici ordinario cum eisdem clau-
lis.

Extra Cur. verò committebatur ordi-
26 nario Ecclesiastico, † cum clausula, quod
procederet, prout iustum fuerit, & si erat
carceratus solebat concedi, quod rela-
27 xaretur præstita fideissione, donec † co-
gnosceretur, an veniret admittendus.

De Cessione bonorum.

Artic. III.

28 *Cessio non est necessaria, quando aliunde de*
paupertate constat.
29 *Cessio quid operetur remissiue.*
30 *Cessioni, quando cum iuramento renunciari*
possit.
31 *Renuncians cum iuramento cessioni, an pos-*
sit amplius audiri.
32 *Cedens bonis, quando iterum audiri possit*
33 *Cessio, quando requiratur, vel non, remissi-*
ue
34 *Cessioni cum iuramento renunciari nequit*
ex communi.
35 *Ampliatur, si sit paupertas notoria.*
36 *Debitor fisci ad cessionem bonorum non ad-*
mittitur.
37 *Fideiussori non prodest cessio bonorum de-*
bitoris.
38 *Cessio bonorum, an liberet cedentem a de-*
bito.
39 *Cessio bonorum ignominiosa liberat de-*
bito.
40 *Alternatiua negatur obligatis in forma Ca-*
meræ.
41 *Vtilitas publica est priuatæ præferenda.*
42 *Mercatoribus victum ad Vrbem conducenti-*
bus fauendum est.
43 *Mercatores prædicti prætio suarum rerum*
non sunt defraudandi.
44 *Debitor ex causa panis, an habeat beneficiũ*
cessionis.
45 *Romam interest pinguem, & abbundantem*
esse.
46 *Alternatiua an, & quando negetur lusori-*
bus, Meretricibus, & Ganeonibus.
47 *Alternatiuæ priuilegia, & Moratoria-*
rum

rum hodie non sunt in vsu.
48 *Alternatiua, & Moratoriæ hodie sunt pro-*
hibitæ.

NOtandum tamen est, quod si legi-
time constare posset de pauperta-
28 te, † & impotentia, aliundè, quam per
cessionem, esset necessaria cessio, *Abb. in*
c. Odoardus. extr. de solut. Rot. decis. 31. de
re iudic. in antiq. Staph. cap. 8. in fin. fol. 297.
29 †De huiusmodi cessione, quid operetur,
30 † quando illi cum iuramento renũciari
31 possit, † an renuncians cum iuramunto
possit amplius super huiusmodi admis-
32 sione audiri, †quando cedẽs iterum au-
33 diri possit, † quando requiratur, vel nõ
requiratur cessio, & latè de materia: vi-
denda sunt, vltra notata *in d. l. fin.* quæ
dicit *Rot. d. decis. 31. de re iud.*
Et in effectu videtur esse communior
34 opinio, † quod cessioni, etiam cum iu-
ramento renunciari non possit, *Felin. in*
cap. si diligenti. extr. de for. comp. & in cap.
ex rescripto. extr. de Iur. Iur. Guidopap. de-
cis. 211.
35 Maxime si paupertas; †sit notoria, vt
per *Felin. ibid. Boss. in sua praxi. tit. de car-*
cer. Fideius. committ. n. 25.
36 Estque speciale in debitore fisci, vt
ad cessionem bonorum non admittatur,
Guidopap. d. decis. 211.
Admissio autem debitoris ad cessio-
37 nem † non prodest fideiussoribus, vt in-
quit ibidem. *Guidopap.* & decreuit *Iulius*
III. const. 13. bull. nou. to. 1. fol. 576. neque
38 liberat cedentem à debito. † quin posse
iterum conueniri, quãdocumque deuene
rit ad pinguiorem fortunam; nisi cedat
39 ignominiose; sicuti fit, † quando serua-
tur forma statutorum locorum, quia
tunc liberatur. *Guidop. decis.* 343.
Non debent autem talia beneficia
40 concedi † obligatis in forma Came-
ræ pro rebus ripalibus, ne propterea
mercatores conducentes victualia ad
Vrbem retrahantur; vtilitas enim pu-
41 blica, † quæ præferenda est priuatæ attẽ-
ditur summoperè, & debet maximus fa-
42 uor præstari Mercatoribus conducenti-
bus talia victualia ad vrbem, neque de-
43 bent, † sub pretextu alternatiuarum,
moratoriarum, & similium gratiarum,
defraudari prætio suarum mercium,
vt deinde eas liberaliori animo ad Vr-
bem conducant ex vi *Constit. 15. Innoc.*
VIII. tom. primo bull. nouo. fol. 641.
44 Idemque eueniet debitori ex causa
panis, vt voluit *Iulius III. constit. 18. eo-*
45 *dem. tom. 1. fol.* 581. Interest enim † Ro-
mam pinguem, & abundantem esse. *l.*
prima §. cura. ff. de off. præfect. Vrb. l. fin.
C. quorum appell. non recip. cap. primo, &
ibi not. extr. de empt. & vendit.
Lusoribus etiam, & meretricibus, &
46 Ganeonibus huiusmodi gratiæ de Iu-
re denegantur, dummodo de eis certa
notitia habeatur.
Hæc, quæ dixi militant de iure com-
47 muni, † sed hodie ob calumnias de-
bitorum, qui dicto iuris beneficio abu-
tebantur, à curia recesserunt, eum mo-
ratoriæ, quinquennales, & dicta priui-
48 legia, † fuerint expresse prohibita à cõ-
stitutione *Pauli V. super reformatione*
Tribun. Vrb. tit. de iudicibus in causis ci-
uilibus. §. nec concedant const. 71. in bull. nou.
tom. 3. fol. 192.

De facultatibus visitatorum Carcerum.

Artic. IV.

49 *Priuilegijs alternatiue, & moratoriarũ, quæ-*
nam priuilegia hodie successerint.
50 *Priuilegia Visitatorũ Carcerũ, an extendã-*
tur per ditionem Ecclesiæ.
51 *Priuilegia prædicta, quomodo extendantur,*
vt supra.
52 *Limitatur in carceratis ex mandato A.C.*
53 *Communicatio facultatum S. Visitationis,*
quomodo habeatur ab A.C.
54 *Excarcerationis modus poni potest in citatio-*
ne cõmunicationis facultatũ S. Visitationis
55 *Iudex de Partibus excusatur adimplendo su-*
perioris mandatum.
56 *Conditio peior est carcerati in arbitrarijs.*
57 *Citatio pro commissione facultatũ S. Visita-*
tionis in partibus qualiter formari possit?
58 *Citatio prædicta exequitur contra creditores*
in Curia. si ibi sunt.
59 *Citationi prædictæ extra Curiam exequen-*
dæ, quid addendum sit.
60 *Citatio prædicta debet dare terminum ad*
comparẽdũ, & procuratorem constituendũ.
61 *Decretum commissionis facultatũ S. Visita-*
tionis obtinetur, etiam per contradictas
in contumacia.
62 *Citatio quomodo fiat super commissione fa-*
cultatũ S. Visitationis, constituto exaduer
so Procuratore.
63 *Iudex delegatus cum facultatibus S. Visita-*
tionis, quomodo excarceret debitorem.
64 *Iudex delegatus, vt supra vtitur aposto-*
lica auctoritate.
65 *Pauper quot modis excarcerari possit remis-*
siue.

66 *Clericus pauper, an possit, vti priuilegijs lai corum pauperum excarcerandorum.*
67 *Excarceratio Clerici pauperis Episcopo cō mitti debet.*
Fallit, si sit suspectus Episcopus. ibid.
68 *Clerici pauperes, in quo foro beneficio vtā tur, ne à creditoribus vexentur.*

SEd aduertendum, quod licet fuerint ligatæ manus iudicum ordinariorū; in huiusmodi concessionibus, vice versa fuit etiam præstitus tantus fauor in ea-
49 dem constitutione erga pauperes carceratos, in speciè Visitatoribus Carcerū, vt sub eorum titulo videri poterit in eadem reformatione, vt nihil vltra desiderari posse videatur à pijssimo Patre pauperum.

Dictaque constitutio non modo com præhendit carceratos in Vrbe in quibu-
50 scunque carceribus, verum etiam se extendit per totam ditionem Ecclesiasticā, hoc pacto tamen, quod pauperes carcerati præuio memoriali porrecto Illustrissimo, & Reuerendissimo Domino A. C.
51 obtinent † ab eodem litteras communicationis facultatum D. S. Visitationis, Iudicibus de partibus, qui illos retinent sub custodia, dummodo fuerint carce-
52 rati † vigore mandati eiusdem A. C. & tales iudices vtuntur misericordia dictæ constitutionis, illosque excarcerant secundum modum, & facultates comprehensas. *in constit. 28. edita à Paulo V. de facultatibus A. C. in bull. nou. tom. 3. fol.* 153.

Sciendum etiam, quod sunt multi pauperes, perorrescentes, vel parum fidentes in humanitate iudicum de partibus, obtinent communicationem talis
53 facultatum ab eodem† A. C, parte citata, qui modus est magis securus, & ego pluries expertus sum, quia hoc modo
54 in citatione † exprimi poterunt specialiter modi, quibus desideramus vti, in excarceratione clientis, absque eo, quod debeamus stare discretioni dicti iudicis
55 de partibus, † qui hac ratione excusatur, etiam in adimplendo superioris mā-
56 datum; alias enim, † quando res cadit sub arbitrio peior conditio semper remanet pro carcerato. Citatio, qua ego aliquando vsus sum pro carcerato de partibus fuit infrascripta.

Illustrissimo, & Reuerendissimo Do-
57 mino Vecchiarello. Citentur infrascripti prætensi creditores infrascripti carcerati ad videndum per Illustrissimum, & Reuerendissimum Dominum communicari facultates S. visitæ iuxta formā constitutionis Pauli V. super reformatione Tribunaliū editæ Romę, & suarū facultatū D. Gubernatori Ciuitatis N. cū facultate ipsum instantem excarcerādi, data idonea cautione de soluendo scuta tot, quolibet mense, vel etiam facta indicatione bonorum, ac data cautione de se repræsentando in eisdem statu, & terminis in quibus carceratus reperitur in casu impedimenti, vel quod bona non sufficiant, præstitoque consensu eld. bonorum subhastationi, & deliberationi, & adhuc constito de eius paupertate, & non facta subministratione alimētorum per ipsos creditores, & in omnem euentum facta etiam cessione bonorum prout de iure, & seruata forma motus proprij fel. record. Pij IV. ac cum alijs facultatibus S. Visitæ à dicta constitutione concessis, vel dicendum causam, quare dictæ facultates communicari, vt supra nō debeāt, alias videndū per ipsū Illustrissimum Dominum dictæ facultates communicari, & desuper, quodcūq Instrumentum decreti decerni conced & expediri, quibuscunque non obstantibus, et decretum opportunum fieri, ad d. instante Domino Frontino carcerato principali siue &c. Scrantonius No

58 Ista citatio, si creditores sunt in
tia, exequitur contra eosdem in Curia,
59 si vero sunt extra eam, additur in
nec non ad constituendum, vel substituendum Procuratorem reperibilem, & acceptantem, alias videndum contra ipsum procedi per contradictas, vel edic-
60 ta publica. & datur in eadem citatione terminus cōgruus ad cōparendū, vel Procuratorem cōstituendum; & contra non
61 comparentem, vel non constituentem Procuratorem, proceditur per contradictas, vel edicta in contumaciam, & *obtinetur* decretū etiā in contumacia, si verò
62 † constituat Procuratorem, citatur primo modo, quo supra, & obtinetur expeditio, quæ præsentatur in partibus mo-
63 do debito, & illius vigore Iudex delegatus, vtitur facultatibus dictæ constitutionis, & debitorem per aliquem ex modis in eadem reformatione registratis
64 † excarcerat, & Apostolica vtitur auctoritate, illamq. pauperibus impartitur.

Quot modis autem talis excarceratio
65 concedatur, non est meū ad vnguem referre, poterit enim, quisque percurrere dictam reformationē sub eodem titulo, *et constitution. 113. Pij V. tom. 2. fol.* 239. *& constit. 68, eiusdem fol.* 199. & quæ scri-

psit

pſit Reuerendiſs. P. D. Scannarolus; vt annui ſupra *de Viſit. carcer.*

Et quod diximus de laicis, habet etiã
66 locum in Clericis, † ſi volunt eius benefi-
67 cio vti, † ſed tunc committitur Epiſco-
po, ſi non ſit ſuſpectus, bene verum eſt,
68 † quod Clerici ſolent alio beneficio decentiori vti, ob ordinis reuerentiam, & eſt infraſcriptum, quod in Curia eſt vſitatiſſimum in Tribunali Eminentiſſimi, & Reuerend. D. mei Card. Ginnetti S. D. N. PP. Vicarij.

Quale beneficium afferat Cap. Odoardus, & Cap. Peruenit.

Artic. V.

69 *Clerici pauperes habent beneficium cap. Odoardus*
70 *Clerici per cap. Odoardum abſoluuntur ab excommunicatione, conſtito de paupertate.*
71 *Clerici vtentes cap. Odoardus debent cauere, ſi ad pinguiorem fortunam venerint.*
72 *Clericus per cap. Odoardus non liberatur, ſed ſolutio differtur ad tempus habile.*
73 *Beneficiũ cap. Odoardus requirit idoneã cautionem.*
74 *Cautio iuratoria, quando ſufficiat Clerico vtenti cap. Odoardus.*
75 *Cautio iuratoria, quando non ſufficiat.*
Promiſſio cum hypotheca non ſufficit, ſi requiritur idoneitas. ibid.
76 *Paupertas excuſat à fideiuſſoria, & pignoratitia.*
Cautio iuratoria ſufficit in caſu paupertatis. ibid.
77 *Clerico opponenti beneficiũ cap. Odoard. quid relinquendum in executione rei iudicatæ.*
78 *Clerico qualificato in caſu prædicto, an plus eſſet relinquendum.*
79 *Creditor an, & quid poſſit conſequi à Clerico habente beneficium cap. Odoardus.*
80 *Beneficium cap. peruenit, quibus concedatur.*
81 *Beneficium cap. peruenit, quid operetur.*
82 *Beneficium cap. peruenit, deducit primo alimenta Clericis.*
83 *Alternatiua non omnibus laicis concedebatur.*
84 *Clerici, an teneantur deferre biretum viride.*
85 *Clericus, quando non admittatur ad cap. Odoardus ob non ſolutione penſionis.*
86 *Clericus, ſi iurauit, aut ſoluere penſionem aut dimittere beneficium debet implere.*
87 *Dubitatur tamen, ſi non iuraſſet perſonaliter*
88 *Condemnatus per tres conformes, an habeat beneficium cap. Odoardus.*
89 *Debitor negans debitum, an admittatur ad ceſſionem bonorum.*
90 *Debitor negans debitum ex cauſa, admittitur ad ceſſionem.*
91 *Debitor etiam poſt ſententiam poteſt cedere bonis.*
92 *Debitor negando debitum non amittit beneficium ceſſionis.*
93 *Commiſſio admiſſionis ad c.c. Odoard. & peruenit, quibus detur.*
94 *Commiſſio prædicta dabatur olim Vicario Papæ non narratis moleſtys.*
95 *Vicarius Papæ in ſua iuriſdictione hodie non indiget cõmiſſione quoad exiſtẽtes in curia*
96 *Commiſſio admiſſionis ad cc. Odoar. & peruenit, quibus detur in Partibus.*
97 *Commiſſio prædicta, quibus clauſulis ſoleat ſignari.*
98 *Citatio extra curiam fieri nequit, ſi commiſſio ſit in Curia.*
99 *Creditores, an poſſint ad curiam trahi à quibus, & quando.*
100 *Beneficia cc. Odoard. & peruenit, & alternatiua impetrabantur ob dilationem.*
101 *Cauſæ alternatiuæ, & c.c. Odoard. & peruenit quo tempore finiri debeant.*
102 *Terminus expediẽdi cauſas c.c. Od. & peruenit vltra menſem non prorogatur.*
103 *Executio contra admiſſum ad beneficia cap. Odoard. & peruenit, quando fieri poſſit.*
104 *Biretum viride non deferens, quando fuſtigetur.*
105 *Biretum viride non deferens, quando ad triremes condemnetur.*
106 *Commiſſio ceſſionis ſolet ſignari cum clauſula, & ſeruata forma motus propry.*
107 *Dilationes moratoriæ olim debitoribus diuitibus concedebantur.*
108 *Dilationes prædictæ concedebantur per Signaturam Sanctiſſimi.*
109 *Dilationes prædictæ per quod tempus, & quibus clauſulis concedebantur.*
110 *Dilationes prædictæ aliquando dabantur cũ clauſula ad electionem creditorum.*
111 *Hypotheca in omnibus minus eſt, quam cautio idonea.*
112 *Cautio idonea comprehendit pignora, & fideiuſſores.*
113 *Moratoriæ Clericis in odium laicorum non conceduntur.*
Moratoriæ aduerſus executoriales non conceduntur. ibid.
114 *Moratoriæ non conceduntur fideiuſſoribus, et quare?* Mo-

Moratoriæ laicis extra terras Ecclesiæ non dantur. ibid.

115 *Moratoria concernens fiscum committitur in Camera.*

116 *Causa abreptæ, vel subreptæ moratoriæ non solet committi.*

117 *Moratoria, constito de subreptione, per Signaturam reuocatur.*

118 *Debitores cum dolo, & fraude decocti latronibus assimilantur.*

119 *Debitores bona occultãtes acriter puniũtur.*

120 *Moratoriæ hodie raro, vel nunquam conceduntur.*

121 *Camera moratorias olim Christianis, & Hæbreis tollerantias dabat, ad libitum.*

122 *Eadem postea dabat ad mensem cum idonea cautione de soluendo.*

123 *Limitatur, si aliam dilationem orator non habuerit.*

124 *Camera prædicta postea tollerantias nullo modo dabat.*

125 *Moratoriæ, dilationes, & tollerantiæ hodie sunt prohibitæ.*

126 *Moratoriæ, quænam concedantur, mercatoribus exteris, & à quo in Vrbe.*

QVando igitur Clerici propter eorum paupertatem creditoribus
69 † satisfacere nequeunt, habent beneficium *cap. Odoardus extr. de solutionibus, & cap. Peruenit. extr. de fideiuss.* quæ tamen inter se differunt.

70 Per capitulum enim Odoardus, passim omnes Clerici constito de eorum paupertate absoluuntur à sententia excommunicationis lata contra eos, ob non solutionem, & liberantur à molestiis
71 † præstita cautione de soluendo in euentum, quod peruenerint ad pinguiorem fortunam; nam non liberantur à
72 debito, sed differtur solutio in tempus pinguioris fortunæ, *Cassad. decis. 11. de*
73 *rescriptis & quamuis d. cap. Odordus.* requirat idoneam cautionem, si tamen
74 Clericus aliã habere nõ possit, sufficiet, iuratoria, vt ibi notat glosa, licet alias iu-
75 ratoria nõ sufficit, neq. promissio cũ hypotheca, quãdo requiritur idoneitas. *l. si mandato Titij. §. fin. ff. mandato. authent. generaliter. C. de Episc. & Cleric. l. prima. §. super C. de assert. toller. Oldrad. cons. 68 Staph. cap. 17. fol. 325.*

Aliquando etiam si requiratur suffi-
76 ciens cautio, † paupertas excusat à fideiussoria, & pignoratiua, sufficitque iuratoria, vt *Gemin. in cap. primo de dol. & contum. in 6. Rom. cons. 434. Staph. d. cap fol. 325.*

Et si Clericus in executione rei iudicatæ; quoad fructus, & expensas oppo-
77 neret beneficium *cap. Odoardus.* solent ei quãuis inferioris fortunæ, relinqui pro victu, & vestitu viginti quatuor ducati aurei de Camera, quolibet anno, & si
78 etiam esset qualificatus, augeretur dicta summa pro qualitate personæ, reli-
79 quum vero cõsignatur victori creditori *Cassad. decis. 6. de appell.*

Beneficium autem *cap. peruenit.* con-
80 ceditur † nobilibus tantum, & graduatis Clericis, cuius vigore assignantur
81 † fructus beneficiorum per eos obtentorum creditoribus, præsertim, fideiussoribus, qui pro eis soluerunt, donec fue-
82 rint † santisfacti, deducta tamen prius tanta summa pro Clericis, quod secundum eorum qualitatem non egeant victu, & vestitu. *Cassador. d. decis. 6.* sicuti
83 beneficium alternatiue, non omnibus laicis fuit solitum concedi, ita etiam dd. beneficia Clericis denegantur. An autẽ
84 Clerici teneantur deferre, sicut alij debitores biretum viride, declarat *Pius IV. bull. nou. constit. 39. tom. 2. fol. 40.*

Et quando Clericus beneficiatus personaliter consensit, reseruationi pensio-
85 nis, † si orta lite super eius solutione signaretur commissio cum clausula, absque retardatione solutionis pensionis, non admitteretur ad beneficium. *cap. Odoardus*; Quia debet propter iuramẽ-
86 tum soluere, † aut beneficium dimittere, vel si non personaliter, sed per Pro-
87 curatorem consensisset, & sic ipse non iurasset corporaliter, forsitan secus esset.

Similiter condemnato per tres con-
88 formes, propter nimiam eius contumaciam, denegatur huiusmodi beneficiũ, vt inquit *Bald. in l. prima C. qui bon. ced. poss. Aretin. & Ias. in d. §. fin. Instit. de a[illegible] Comes. in d. compend. fol. 171. & seqq.*

Pariter secundũ aliquòs, debitor, qui
89 negat, debitum, absque iusta causa, & deinde condemnatur, non potest admitti ad cessionem bonorum, *Bart. in l. qui cedit. ff. de cess. bon.*

Si vero habuit iustam causam negan-
90 di, † & litigandi, vt quia plus debito fuit petitum, tunc debet admitti, *Bald. in l. 1. C. qui bon. ced. poss. Afflict. decis. 296.*

91 Sed videtur indistinctè, † quod etiam post sententiam, debitor possit cedere bonis, vt ibi. Et quod negando debi-
92 tor, † non amittat beneficium cessionis videndus est, *Dec. in l. nemo ex his. ff. de regul. Iur. Boss. in sua praxi. tit. de carcer. fideius. comm. n. 26.*

Quan-

Quando autem committitur causa admissionis ad beneficium dd. capitulorum, si in Commissione narretur lis, vel molestia, solet, sicut diximus de alter-
93 natiua, siue in Curia, siue extra ea committi iudicibus coram quibus con-
94 ueniuntur. † At si non narratur, lis, vel molestia, in curia committitur Vicario Papæ, qui nec eget commissione in sua
95 iurisdictione, † & inter subditos, in hoc enim procedit iuxta suas facultates ordinarias, vt infra dicam. In partibus
96 vero cōmittitur † ordinariis locorum,
97 & semper signatur commissio, cum clausula constito summarie de oratoris paupertate. & prout de iure *formul. commiss. de cumul. diuers. Iud Staph. cap. 8. in fin.*
98 Et quando committitur in Curia numquam datur facultas citandi extra Curiam, inconueniens enim est trahere creditores ad curiam, nisi pro maxima
99 † summa, & nisi Orator perorresceret litigare in partibus.
Ratio est, quia beneficia alternatiuæ,
100 † & dd. Capitulorum multoties impetrabantur per diuites, ad effectum solummodo differendi solutiones; fuit alias e-
101 tiam cautum, † quod huiusmodi causæ deberent infra tres menses expediri, iuxtam *Constit. 16. Clem. VIII. tom. primo fol.* 489.
102 Neque posset iste terminus † vltra vnum mensem prorogari, quo elapso
103 procedi posset ad executionem perinde, ac si iudicatum fuisset oratores ad huiusmodi beneficia admittendos non esse, vt *in Extrauag. Clem. VII. contra moratorias, & dilationes, quinquennales, & in alia Extrauag. eiusdem Clem. VII. cōn. impetran. tes cap. Odoandus.*
104 Debētque laici admissi † ad huiusmodi bebeficia deferre biretum viride, sub pæna fustigationis pro prima vice,
105 † & triremium pro secunda vice, vt in alio *motu proprio Pij IV. const. 39. tom. 2. fol.* 40.
106 Ideo solet in commissiōnibus, † præcipuè in Curia, addi clausula, & seruata forma *d. motus prop. Pij IV.*
Aliquando etiam adueniente tempore solutionis, debitoribus diuiribus, qui ex aliqua rationabili causa soluere
107 † non poterant; solebant concedi, aliquæ dilationes moratoriæ nuncupatæ, &
108 † concedebantur per Signaturam Santissimi, inter subditos status Ecclesiastici, &
109 ad † quatuor, vel sex menses, addita tamen in commissione suprascripta clausula, data idonea cautione in forma depositi, de soluendo iuxta, *l. vniuersa. de prec. Imper. offer. & cap. vniuersa. 25. quæst. 2.*
110 Aliquando etiam addebatur clausula, & ad electionem creditorum, an vellint bona immobilia prosatisfactione
111 acceptare, † minus enim est habere hypothecā in immobilibus, quam cautionem idoneam, quæ comprehendit pi-
112 gnora, † vel fideiussores. *l. si mandato Titij. §. fin. ff. mand. Staphil. cap. 17. fol.* 324.
Non conceduntur autem moratoriæ
113 Clericis † in odium laicorum, neque aduersus executoriales, cum in eis sit tēpus præfixum, in quo debent parere.
Similiter non conceduntur fideiusso-
114 ribus, † ne procedatur in infinitum, nec dantur laicis extra terras Ecclesiæ. *Staphil. d. fol. 325. vers. quartus.*
Et si moratoria concernat fiscum com
115 mittitur in Camera, † quæ in similibus est Tribunal ordinarium *tot. tit. C. vbi caus. fiscal.*
Etsi forte allegetur per creditores, mo
116 ratorias esse obreptitias, † vel subreptitias, nō solet committi causa subreptio-
117 nis, † vel obreptionis, ne lites ex litibus oriantur, sed constito de subreptione
118 per Signaturam reuocantur; bene verū est, quod si constiterit debitores cum dolo, & fraude decoxisse, assimilantur
119 latronibus; † Idemque erit si bona occultauerunt, & acriter puniuntur, vt *in const. 112. Pij V. tom. 2. fol.* 238.
120 Hodiæ autem huiusmodi † moratoriæ raro, vel nunquam conceduntur, & ego numquam aliquam vidi, & Camera, quæ olim moratorias, aliasque dila-
121 tiones concedebat, Christianis; hæbreis vero tolerantias ad libitum. ante reformationem Pauli V., tales moratorias,
122 † aut dilationes ad mensem tantum dabat, præstita prius cautione idonea de
123 † soluendo, & dummodo orator aliam dilationem non habuerit; tolerantias
124 vero nullo modo concedebat, sic mandante *Reformatione Tribunalium edita per Pium Quartum in const. 55. in bull. nou. tom. 2. fol. 56.* nouissime autem fuit, vt
125 † supra totum prohibitum à *d. const. 71. Pauli V.* super eadem reformatione publicata.
Bene verum est, quod hodie Eminentissimus Camerarius, iuxta suas ordinarias facultates per motus proprios sibi
126 solitos dari, † concedit exteris mercatoribus moratoriam ad annum, cum certis limitationibus pro debitis contractis

extra

extra statum Ecclesiasticum, quo saluatur persona debitoris, & eius bona, quæ solent afferre ad Vrbem, & hoc ad publicam vtilitatem, ne mercatores à trāsportatione mercium ad istam mundi Metropolim retrahantur.

Formula Iudicij in capitulo Odoardus &c.

Artic. VI.

127 *Iudicium in obtinendo beneficium cap. Odoardus, qualiter fiat.*

128 *Monitorium in iudicio cap. Odoardus est faciendum.*

129 *Monitorij prædicti formula, qualis esse possit.*

130 *Citatio contra iura, an fiat, & quando in iudicio cap. Odoard.*

131 *Fides Clericatus an, & quando sit, producenda in iudicio cap. Odoardus.*

132 *Paupertas admittendi ad cap. Odoardus est probanda.*

133 *Paupertas qualiter probari possit, & debeat ad supradictum effectum.*

134 *Testis ad probandam paupertatem, qualiter deponere debeat.*

135 *Præsumptio est magis pro paupertate, quam pro diuitijs.*

136 *Testes super paupertate negatiuam debent concludere, & de quo tempore.*

137 *Paupertas non est actus permanens, sed variabilis.*

138 *Illatio à præterito tempore, ad præsens, non datur.*

139 *Citatio ad dicendum contra articulos super paupertate fit, & quando.*

140 *Iuramētū calumniæ fit admissis articulis, ipsisque productis in probatione paupertatis.*

141 *Intimatio admissionis articulorū, & mandati examinis fit in probatione paupertatis.*

142 *Testes super paupertate, debent iurare per diem ante in Curia.*

143 *Examen testium super paupertate fit post iuramentum, sequenti die.*

144 *Informatio concludens admissionem ad cap. Odoardus fit accepto summario testiū.*

145 *Quantitas redditum est iudici adducenda, & quare, in iudicio cap. Odoardus.*

146 *Nobilitas personæ probata præfertur ignobili in assignatione congruæ in iudicio cap. Odoardus.*

147 *Termini substantiales, an sint necessarii in iudicio cap. Odoardus.*

148 *Termini, qui sint seruandi in iudicio. cap. Odoardus.*

149 *Citatio ad reiterandū terminos substātiales, & ad sententiam fit in iudicio cap. Odoardus.*

150 *Citatio ad sententiam pluries potest repeti in iudicio cap. Odoardus.*

151 *Cedula sententiæ in iudicio c. Odoardus qualiter fieri possit.*

152 *Clericus admittendum ad cap. Odoardus debet debitum confiteri, & omnia sua bona.*

153 *Clericus, quando prædictam confessionem facere debeat.*

154 *Notarius, quando rogetur de confessione debitorum Clerici, & suorum bonorum.*

155 *Notarius debet rogari de obligatione Clerici si perueniet ad fortunam pinguiorem.*

156 *Obligatio Clerici, si ad pinguiorem fortunā, fit in forma Cameræ.*

157 *Inhibitio creditoris non appellantis in tempore, quando concedatur.*

158 *Appellatio à sententia admissionis ad cap. Odoardus fieri potest.*

159 *Appellatione prædicta interposita retardatur inhibitio.*

160 *Appellatio est inanis, quando agitur cum inope.*

161 *Creditor cum inope amittit creditum, & expensas &c.*

VTque satisfaciam àmico qui desiderat habere formulam Iudicij,
127 † quo vtuntur Clerici. in obtinendo beneficium. *cap. Odoardus, & cap. peruenit. iux. facul. Eminentissimi Vicarij*, erit *Infrascripta*.
128 Fit primo monitorium, † quod poterit esse huiusmodi.

De mandato Eminentissimi, & Reuerendissimi Domini Cardinalis Ginetti, &c. siue Illustris., & Reuerēdissimi Domini Oddi eius Vicegerentis, *& ad* instantiam N. Presbyteri, seu Clerici Romani principalis, tenore præsentium.

129 Moneantur omnes; † & singuli in executione præsentiū nominandi, et cognominādi, & alias omni &c, Quatenus infra triduum proximum ab executione præsentium computandum sub 500, ducatorum Auri de Camera, mandati executiui &c. aliisque pœnis R.C.A. applicand. &c. debeant, & quilibet ipsorum debeat ex causis, & rationibus in processu causæ, & causarum huiusmodi suis loco, & tempore deducendarū specificandarū, & probandarū Infrascriptum R, D.

R.D. Instantem ad beneficiũ cap. Odoar
dus de solutionibus, ac cap. peruenit de
fideiussoribus, admittere, & admitti vi-
dere &c. dictoque beneficio, eiusque
indultis, & priuilegiis vti, & frui vidẽ-
dum, & vltra quam facere potest vigore
illius non teneri, ne mendicare cogatur,
nec cogi posse &c. & quo ad eius perso-
nam non molestari, & pro sustentatione
eius personæ super omnibus, & singulis
suis bonis congruam posse retinere, &
beneficio personæ arbitrio Domini de-
clarando cum suis vtensilibus, & aliis
mobilibus ad sui vitam necessarijs con-
cedi de super, & præmissis quecunque
Iura, & articulos produci: testes induci
iurare, examinari, terminos seruari, sentẽ
tiã, seu sententias, necessaria fieri, et alia
ferri, promulgari, inhibitiones quascun-
que necessarias, & opportunas concedi
videndum, mandata, quæcunque neces-
saria, & opportuna decerni, & ea rela-
xari, seque in expensis condemnari; Ius,
& iustitiam fieri ministrari, aliaque in
præmissis, & circa ea quomodolibet ne-
cessaria, & opportuna fieri vidisse, dedu
cens omne ius &c. alioquin &c. non so-
lum præmisso, sed & omni &c. Pro Leo-
nardo de Leonardis, Ioannes Petrus Cle
mens substitutus.

Executo suprascripto monitório de
more personaliter, vt afficiat contra
omnes creditores, vel saltem con-
tra quos admitti desideratur, & illo
130 in actis reproducto, fit citatio contra
Iura in forma, & in illius termino pro-
131 ducitur † in broliardo fides Clericatus,
& fit repetitio monitorij.

132 Deinde necesse est probare † pauper-
tatem dicti admittendi ad tale benefi-
133 cium *cap. Odoardus*, Et vt melius probe-
tur formantur articuli, dictam pauperta-
tem concludentes, cum coarctatione
negatiuæ, prout alias per me traditum
fuit, quod .s. non posset esse minus, quod
134 si haberet alia bona ipse † testis non sci
ret, per causas sibi notas Quia .s. fuit in
formatus, et notitiam perfectam habet
bonorum, & conditionis illius, vt de
his docet alias allegata *Romana alimen-
torum 2. Maij 1650. coram Eminentissimo
D. meo Othobono in fol.* & licet in dubio
135 † præsumendum sit potius pro pauper-
tate, quam pro diuitijs, vt annuit *Rot. in
Interrãnen. prætensi fideicõm. 2. Decb. 1643
136 coram R. P. D. Meltio in folio.* nihilomi-
nus est aduertendum, quod testes debẽt
concludere dictam negatiuam de tem-
pore litis, & examinis, & ratio est, quia
137 † paupertas non est habitus permanens,
138 sed variabilis, † & à præterito tempore
non infertur ad aliud præsens, vt conclu
dit *Rota in alias etiam allegata Toletana
Matrimonij. 1. Febr. 1649. coram Eminen
tissimo D. meo Cardinali Corrado in folio.*

Firmatis articulis iuxta cautelam tra
139 ditam, citantur creditores † ad dicendũ
contra articulos in forma iuxta ea, quæ
superius etiam dixi, & postquam obtẽ-
140 tũ est † decretum admissionis illorum,
facta eorundem productione in broliar-
do, cũ præstatione iuramẽti calũniæ fit
141 intimatio parti, † qualiter Dominus ad
misit articulos, & mãdauit examinari, &
deinde preuio iuramẽto per eosdẽ præ-
142 stãdo per diẽ iuridicã ante, † vt fieri solet
de stilo illius Tribunalis, in causis gra-
143 uioribus, † eorundem examen valide
procurabit, & perfecto examine, accep-
144 to summario formabit † informationem
in scriptis concludendo causas propter
quas, ille debet admitti ad tale benefi-
cium, adducendo paupertatem, quam
145 probant testes, † & quantitatem reddi-
tum existentium, ad hoc vt iudex possit
arbitrari, quantum, & quid sit Clerico
consignandum.

Et in hoc etiam erit aduertendum,
146 quia si persona admittenda, † est nobi-
lis diuersimode iudicatur cum eo, quã
si esset, inferioris conditionis, & ideo
si articulis addetur qualitas nobilitatis,
& illa probabitur, pinguior congrua ob-
tinebitur.

Redeo ad processum in Iudicio ne-
cessarium, in quo est sciendum, quod
147 † in illo sunt necessarii, etiam termini
substantiales, quia agitur in causa gra-
uis præiudicii, illique erunt fere, quos
infra dabo in iudicio ordinario ad libel
148 landũ scilicet, † articulandũ, dicendũ
contra articulos producendum omnia
dicen. contra producta, nec non decla-
ran. & Iuran. de calumnia, etsi forte ade
rit commissio, necesse erit in principio
addere ad dicendũ cõtra commissionẽ;
& vbi actor fuerit admissus ad illorum
seruationem.

149 Citabitur ad videndum † illos reite-
rari, & ad sententiam in forma, prout e-
tiam ista citatio habetur vt infra in iudi
cio pro executione literarum Apostoli-
carum, quando agitur pro immissione,
& alibi in iudicio ordinario.

150 Neque debemus esse contenti † vnicã
citatione ad sententiã, ne dicatur, quod
illa precipitanter feratur, sed saltem
aliam renouamus, quia in isto termino
poterit obtineri sententia, cuius formu-
la, hæc esse poterit.

151 Christi nomine inuocato pro tribunali sedentes, & solum Deum prę oculis habentes, per hanc nostram diffinitiuam sententiam, quam de Iuris peritorũ consilio ferimus in his scriptis, in causa, & causis, quæ primo, in prima, inter R.D.A. Actorem ex vna, & DD.S.D.C.D.E.&F. assertos eius creditores reos conuentos de et super admissione ad beneficiũ cap. Odoardus de solutionibus, et cap. peruenit de fideiussor. rebusq, aliis in actis causæ, et causarum huiusmodi latius deductis, coram nobis versæ sunt; et vertuntur instantia, partibus ex altera: dicimus, decernimus, declaramus, et diffinitiue sententiamus d.R.D.A. Actorem nostræ Curiæ Celestis militem, facta prius per eũ suorum debitorum confessione, nec non omnium, & singulorum suorum bonorũ reddituum, et prouentuum, quorumcũq. indicatione, et assignatione illorum ad fauorem suorum creditorum infrascriptis tamen alimentis, aliisque sibi inferius reseruandis semper saluis, et facta per eundem obligatione de satisfaciendo illis si, et post quam peruenerit ad pinguiorem fortunam, fore, et esse admittendũ, & prout harum serie admitti volumus, et mandamus, ac admittimus ad d. beneficia, et vt talis admissus vti, ac frui debere prerogatiuis, et indultis in eisdem capitulis contentis, dictisq. eius assertis creditoribus non licuisse, nec licere DD.A. molestare personaliter, et quo ad eius personam, ac alia sibi inferius reseruanda vigore cuiusuis eorum prætensi crediti, etiam obligatione Camerali Vallati, et vigore quorumuis mandatorum executiuorum, suspicionis fugę alteriusq. cuiusuis generis, et speciei per quosuis DD, Rom. Curiæ Iudices, etiam per nos, et Curiam nostram decreti, et relaxati, seu infuturum decernendi. et relaxandi, cum quouis exequatur apposito, seu apponendo, et pro prædictis omnibvs, et singulis non grauetur, et inhibitiones nostras desuper necessarias, et opportunas decernendas, et relaxandas fore, et esse, prout decernimus. et relaxamus; ac non grauetur, et inhibitiones concedimus. dictoque R. D. A. pro honesta suæ vitæ substentatione, et ne mędicare cogatur reseruamus scuta tot. pro quolibet anno sua vita naturali durante, super omnibus, et singulis suis bonis præsentibus, et futuris, et vlterius alia scuta tot. pro vna vice tantum pro vtensilibus, et mobilibus ad sui personã necessariis, pro quibus decernimus, et relaxamus, quæcunque manda ta necessaria, et opportuna, et ita dicimus, pronunciamus, decernimus, et declaramus, et diffinitiue sententiamus, non solum præmisso; sed omni &c.

Ita pronunciaui Ego &c. Vicegerẽs &c.

Vidisti amice, quod in corpore d. sen-
152 tentiæ Clericus admittendus ad d. beneficium tenetur confiteri debita, et facere indicationem omnium suorum bonorũ
153 Ideo sciendũ est, † quod hoc praticatur hac ratione vidlicect, quod in termino proseruato habito à Iudice talis Clericus se confert ad officium notarii
154 causæ, ibique præsentibus testibus, † notarius rogatur de confessione debiti, et indicatione bonorum, et de obligatio-
155 ne, † quam ille facit de soluendo suis creditoribus, si; et postquam deuenerit ad pinguiorem fortunam, cum adiectio-
156 ne obligationis Cameralis, et fit de his publicum Instrumentum.

Si creditores non appellant in tẽpore
157 conceditur inhibitio † superius specificata in forma solita.
158 Si vero appellant † prout possunt, quia
159 Iudicium est ordinarium, retardatur † inhibitio, sed cum res sit cum inope, si ali
160 quando succedit appellatio, † videtur
161 inanis, † ne creditores cum pecuniis sibi debitis, etiã expensas perdere teneantur, vt enim dixi in principio huius capituli inanis est actio, quam inopia debitoris excludit.

De Septuagenaria.

Cap. XIV.

Quibus, & quando concedatur.

Artic. I.

1 *Senes dicuntur exemplum iuniorum.*
2 *Senes excusantur à muneribus publicis personalibus.*
3 *Senes excusantur à tutela.*
4 *Senes in criminalibus torqueri non solent.*
5 *Senes semper mitius puniuntur.*
6 *Senes pœna ordinaria puniri non solent.*
7 *Senes instar minorũ sẽper dicũtur excusabiles*
8 *Septuagenarius pro debito ciuili carcerari non potest.*
9 *Septuagenarius non conuenitur, nisi in quantum facere potest.*
10 *Septuagenariæ cognitio, eiusq. priuilegiorum admissio proponitur Sanctissimo. & n. 11.*
12 *Creditores debent citari, quando causa septuagenaria proponitur Sanctissimo, & qualiter.*
13 *Nomina, & cognomina citandorum ponuntur*

nuntur, etiam in calce citationis.

14 *Commissio pro septuagenario signatur tantum contra citatos.*

15 *Citatio, & intimatio, quæ hodie fit creditoribus pro septuagenario, quibus officialibus detur.*

16 *Citatio, & intimatio prædicta datur cum cõmissione, quæ petitur obsignari.*

17 *Item cum insertione nominum, & cognominum citandorum, & quare.*

18 *Intimatio vero prædicta fit separata à commissione omnibus,*

19 *Commissio pro septuagenaria obtenta peruenit ad banchũ Cursorũ, vbi incapsatur.*

20 *Commissionis prædictæ productio si quæ fiat, vbi, quando, & sub qua forma. n. 21.*

22 *Citatio ad dicendum contra commissionem in septuagenario qualiter, & quando fiat.*

23 *Repititio cõmissionis in septuagenario, quãdo fiat.*

24 *Citatio ad dicendum contra iura, quando fiat in iudicio septuagenaria.*

25 *Citatio creditoribus ad videndum sibi inhiberi, quando fiat in septuagenaria.*

Iudex, quibus cognitis soleat inhibere in septuagenaria. ibid.

Inhibitio ad fauorem septuagenarij, qualiter expediatur, tam in Curia, quam extra. ibid.

26 *Commissio pro septuagenaria iudici de partibus directa, qualiter expediatur.*

27 *Inhibitio septuagenaria, hodie non solet afficere pro debitis contractis post 70. annos*

28 *Creditores in concessione septuagenariæ, an hodie citentur, & bonum sit illos citare.*

29 *Notarij A. C. quando commissiones septuagenar. spectant ad eorum tribunal, quid faciant.*

30 *Formula commissionis pro septuagenaria.*

31 *Dies excapsationis solet notari, à quo, & vbi.*

OMnibus innotuit, quod semper est veneranda virtuosa senectus *l. semper ff. de iur. immu.* Senes enim dicun-
1 † tur exemplum iuniorum *cap. paulus 2. qu. 7.* Ideo dicuntur teneri ad correctionem dictorum iuniorum, vt si exẽpla domesticæ laudis, eos non prouocãt ad decora vitæ, saltem correctionis medicina compellat *l. prima. C. de emend. propinquo.*
2 † Hinc merito senes excusantur à muneribus publicis personalibus *l. si vltra.*
3 *C. de decurio. lib. 10.* excusantur à tutela.
4 *l. 2. de excus. tut.* † & ex quauis causa in criminalibus torqueri non solent. *l. si quis in graui. §. ignoscitur. ad Senat. Consult. Sillan. Pedamont. decis. 123. num. 3. Lud.*
5 *Lucen. decis. 13. num. 53.* & mitius semper puniuntur, idem *Pedam. d. decis. 123.*
6 *n. 3.* penaque ordinaria puniri non solent. *glos. in l. auxilium. §. in delictis. verb.*
7 *miseratio. ff. de minor.* † ad instar minoris, & semper etiam dicuntur excusabiles. *c. tãta 24. dist. 86. vers. & quia adhuc. vbi glos.*
8 Et septuagenarius pro debito † ciuili carcerari de iure non potest, *Grat. cap. 328. num. 14. & cap. 506. nu. 1. & cap. 805. num. 1. Ricc. decis. 333. num. 5. par. 3. Pedamont. d. decis. 123, num. 4. cum alys adduct. per Castagn. in tract. deduct. ne egeat quæst. 8. & in prohem.* Quinimo
9 † non potest conueniri nisi in quantum facere potest, si credis *Grat. d. cap. 328. num. 14. & cap. 506. num. 17. & Couarruu. var. resol. lib. 2. cap. 1. n. 4.*
10 Hinc ideo licet hoc fit de † iure communi, & declaratio huius materiæ fortasse spectaret ad Signaturam Iustitiæ, quæ respondet prout de Iure; tamen ad tollendas disputationes, quæ possent oriri, inolerit stilus adeundi Sanctissimũ,
11 † & ab eo obtinendi commissionem, in qua petitur iniungi alicui iudici ordinario, vel in Curia, vel extra, vt constito sibi de ætate septuaginta annorum inhibeat creditoribus.
12 Sed debet animaduertere, † quod antequam adeatur Sanctissimus, sunt citãdi creditores, quibus inhiberi desideratur, & cum citatione debet etiam parti transmitti tenor commissionis, & si desideratur formula citationis erit Infrascripta,

Eminentissimo D. Datario Sanctissimi siue &c. Citentur infrascripti prætẽsi creditores instantis, ad dicendum causã quare commissio, cuius copia, sibi trãsmittitur signari non debeat, a Sanctissimo D.N. in Camera, & informandum quatenus &c. alias &c. instante D. Seio principali siue &c.

13 In calce citationis apponuntur † nomina, & cognomina citandorum, & per Cursorem, seu Nuncium exequitur, contra omnes cum diligentia; quia si ali-
14 ter † fieret commissio signaretur solũ contra illos, qui fuissent citati, & alias non afficeret.
15. Executa vero citatione fit † subsequẽs intimatio, quia vtraque datur hodie egregio viro D. Armindo Riccio dicno stro Primario Curiali, nunc autem Sagacissimo sub Datario, qui habito verbo cum Eminentissimo, et Reuerendiss. D. meo Cardinali Dignissimo Datario Corrado, vel datur Illustriss. & Reuerẽ. D. meo Dignissimo Stephano Vgolino, S.D.N. Auditori, qui procurat illius obsignationem.

16 Citatio inquam, † & intimatio supra-
dicta datur vna cum commissione, quæ
petitur obsignati a Sãtitate sua ad obtin
endã gratiã pro septuagenario, & si vis
cautius agere, vt dictus D. Subdatarius
vel Illustris. D. Auditor, sit certus de iden
17 titatè cõmissionis † trãsmissæ, fit dicta ci
tatio cũ insertione nominũ, & cognomi
nũ citãdorũ à tergo copiæ d. Cõmissio-
18 nis, † quæ signari desideratur. Intimatio
vero fit omnibus in cedula, et copia
separatã a dicta Cõmissione originali.
19 Obtenta in dicta † commissione,
cuius formulam habebimus infra, per
suos tramites peruenire solet ad banchũ
Cursorum in Curia, vbi incapsatur in-
capsula illius Iudicis cui directa reperi-
tur, & excapsata à notario causæ, & al-
20 lata ad officium, † fit illius productio in
brolliardo, & actis Notarii causæ sub in
frascripto tenore.
21 Die tali &c. coram &c. Pro N, con-
tra N. Franciscus Melanus Santissimi D.
N. Papæ Magister Cursorum facto pro-
duxit, & exhibuit commissionem ma-
nu eiusdem Sanctissimi D, N. signatam
prout in folio tenoris &c. petens &c.
Et deinde fit citatio infrascripta,
22 Citetur infrascripti † exaduerso prin-
cipale ad dicendũ contra commissionẽ
vltimo loco in actis præsentatã, & iuxta
illius formam videndum mandari pro-
cedi ad p. d. instantem D. Stio princi-
pali siue &c. Petruccius Notarius.
23 In termino huiũs citationis fit il-
lius repetitio in brolliardo ad fauorẽ
creditoris in formã.
24 Postmodum fit citatio † ad dicendũ
cõtra producta etiã in forma, & in illius
termino iustificatur narratiua, ex qua
Papa motus fuit ad cõcedendã gratiã,
quia de stilo semper in calce apponitur
clausula de mãdato S.D.N. Papæ Aud.C.
cõstito de assertis, citet, inhibeat, & pro-
cedat vt petitur, & sequuta iustificatione
dictæ narratiuæ, fit citatio infrascripta.
25 Ad videndum sibi ipsis † inhiberi ad
statim, seu ad p.d. & interim, quando-
cumque iuxta formam commissionis, de
qua in actis, & literas inhibitoriales in-
forma concedi ad p.d. Instante &c. &
in termino dictæ citationis, Iudex agni-
ta iustificatione dictæ narratiuæ, solet in
hibere, & dictas litteras Inhibitoriales
concedere, aduersus creditores citatos
cum insertione commissionis obtentæ
in forma: si agitur de Debitore existen-
te extra Curiã in cartha pergamena, vel
tẽpore pestis in carta imperiali ne trãs-
missa per postã suffumigatione teratur
Si vero agitur de debitore existente in
Curia in cartha ordinaria ad reparandã
miseriam senectutis.
26 Si autem commissio dirigitur † Iu-
dici de partibus expeditur Breue, per
rpd. Emerix præuia registratione com-
missionis in Dataria, prout supra dixi
de commissionibus, quæ diriguntur ad
partes.

Formula vero commissionis, licet eã-
dem registrauerimus supra, iterum tradere
placet, ne cogamur extra centrum quæ
rere id, quo indigere videmur.
27 Aduertendum est etiam, † quod in
tali cõmissione s.m. Innocentius X. sole
bat, apponere aliam restrictiuam, quod
S. Inhibitio non afficiat pro debitis con
tractis post ætatem septuaginta annorũ,
credo ad obuiandum fraudibus, quæ ab
huiusmodi senibus potuissent cõmitti.
quod, an hodie sit seruãdum docebit ex
perientia, sed hoc esse de Iure dixi alibi
28 Et vlterius, quod stilus citandi † cre-
ditores ad dicendum causam, quare cõ-
missio &c. semper fuit solita fieri tem-
pore fel. record. Vrbani Octaui, & in
principio Pontificatus Innocentii X.; sed
postea illæ fuerunt signatæ etiam, absq.
dicta citatione, sed vt tutius agamus be
ne erit illos semper, vt supra citare, quia
facilius propter contumaciam non cõ-
parentium, vel comparentium, & alle-
gantium friuolas exceptiones gratiam
obtinebimus.
29 Aduertendum aduc, † quod Notarii
A. C. quando commissiones huiusmodi
spectant ad eorum Tribunal, procedunt
modo infrascripto. Si enim in Cor-
pore commissionis adest nomen certi
notarii; tunc talis commissio consi-
gnatur Notario nominato; Si vero non
adest, destribuitur per turnum, prout fa-
cere solent Notarij Rotæ, & ad digno-
scendam regulam talis turni, solent ha-
bere librum, qui solet retineri à Mensa-
rio, vel Conclauista, vbi tales, & omnes
Commissiones solent adnotari cum
nomine Notarij in margine, cui consi-
gnari contingerit; & quod illæ non ex-
capsantur, sine interuentu iuuenis men-
sarij, & iuuenis Conclauistæ, ideo soler-
tes causarum Patroni, mittent sollicita-
tores ad mensarium, qui Curam geret
vocandi socium, & commissionem ex-
capsandi.

Tenor inquam Commissionis poterit
esse infrascriptus.

Auximana.

30 BEatissime Pater cum † Deuotus San-
ctit. Vestr. Orator A. de tali loco

ob

ob temporum infortunia, aliosque sinistros euentus reperiatur valde aere alieno grauatus, etiam sub vsuris, cum diuersis personis in executione præsentium nominandis, & cognominandis, etiam vigore obligationis Cameralis, seu obligationum Cameralium Iuramento, seu Iuramentis vallatarum, quarum vigore dicti prætensi creditores respectiue, diuersa mandata executiua, tam in Curia A. C. quam extra eam contra ipsum oratorem relaxari obtinuerunt, seu etiam obtinere prætendunt; verum quia Pater Sancte orator prædictus ob illius ingrauescētem ætatem annorum septuaginta & ex malis, quæ à senectute causātur, si carceribus mancipari contingat, potius in illis marcescet, & morietur, quam valeat dictis creditoribus satisfacere. Ideo humiliter supplicat S. V. quatenus ex benignitate Apostolica, dignetur committere, & mandare A. C. vt sibi legitime constito, quod dictus orator septuagesimū annum attingat, inhibitionem, seu non grauetur perpetuum, ne quo ad eius personam tantum à prædictis eius creditoribus molestetur, concedat, concessamque seruari mandet, & faciat, cum facultate eosdem citandi, etiam domi dimissa copia, & eisdem Inhibendi sub Ecclesiasticis Censuris, & pænis, seruata forma Sac. Concilii Tridentini, alijsque pænis eius arbitrio infligen., & moderan. & procedendi iuxta suas ordinarias facultates, etiam singulis diebus, & horis, præterquam in honorem Dei, feriaris, & absque confectione regestri, seu extractus, & absque sportularum solutione, cæteraque omnia, & singula facien. dicen. geren. exercen. & exequen. in præmissis, & circa ea quomodolibet necessaria, vel opportuna, præmissis, nec non constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, stilo Palatij, & Curiæ, præfatis obligationibus cameralibus, & iuramento, seu iuramentis, quot quot sūt vallatis, mandatis illorum vigore relaxatis, vel in posterum quandocumque relaxandis, per quæcumque Tribunalia, tam Curiæ, quam extra, & cum quibus uis exequatur fortasse relaxatis, seu in posterum relaxandis, & terminis forsan ad soluendum susceptis, obligationibus de repræsentando in Carceribus, etiam cautionibus, & iuramentis firmatis, cęterisque in contrarium facientibus non obstantibus, statum &c. pro plene, & sufficienter expressis habe n, &c.

31 Et quia Notarij dictam † commissionem solemniter excapsant, solet à tergo illius notari dies excapsationis per hæc verba: die tali excapsata: Iacobus Franciscus Belgius Conclauista.

An concedatur contra loca Pia.

Artic. II.

32. 33. Commissio pro septuagenario solet concedi de plano, & an etiam contra Ecclesiam.

34 Papa dicitur Pater pauperum, & misericordiæ.

35 Locus pius, & Ecclesia vtuntur iure communi, nisi sint expresse priuilegiata.

36 Amplia præsertim, si agatur de bonis temporalibus.

37 Clerici in contractibus iudicantur, vt laici.

38 Ecclesia; & locus pius succedentes laico, qualiter indicentur.

39 Ecclesia, & locus pius in casu prædicto, an conueniantur coram Iudice Ecclesiastico.

40 Lis cæpta coram laico, ibi terminari debet, etsi succedat Ecclesiasticus litiganti.

41 Ecclesia succedens in bonis priuatorum, vtitur illorum iuribus.

42 Limita, si reuocaret emphiteusim vtendo adminiculo iuris Ecclesiæ.

43. 44 Hæbrei nutrices Christianas habere non possunt, & quare.

45 Hæbrei debent habitare in locis separatis à Christianorum domibus.

46 Hæbrei coguntur deferre signum, vt facilius euitentur.

47 Hæbrei arceantur à recreationibus familiaritatum, ludendi, & comedendi cum Christi fidelibus.

48 Hæbrei arceantur ab officio pietatis curandi Christianos infirmos.

49 Hæbrei prohibentur vocari Domini, ne superbia inflentur.

50 Hæbrei coguntur tenere libros eorum rationis banchariæ, & quo idiomate.

51 Hæbrei, quibus in locis habitare possint in statu ecclesiastico.

52 Hæbreorum scelera remissiue, & eorum priuilegia, & à quo fuerint ablata.

53 Hæbrei pauperes carcerati, an obtineant alimenta à creditoribus Christianis.

54 Hæbrei prædicti quare obtineant dicta alimenta, & quo iure & 55. & 56.

57 Hæbrei prædicti obtinent alimenta, per iudices ordinarios, non per S. Visitationē. 58

59 S. Visita carceratorum declarauit præstationem alimentorum non comprehendere Iudeos.

60 Ecclesia solet exercere opera pietatis.

61 Ecclesia alienat bona pro redemptione captiuorum.

Re-

Redemptio captiuorum dicitur causa vrgens alienandi bona Ecclesiastica.

Ecclesia pro redemptione captiuorum alienat vestes, & sacram supellectilem. ibidem.

62 *Ecclesia alimenta præstat pauperibus, & egenis ob famem.*

63 *Ecclesia liberat captiuum, etiam quod proprio culpa inciderit in captiuitatem.*

64 *Ecclesia ex quibus præsumatur permittere posse septuagenarios inhibitionem personalem obtinere.*

32 Ista commissio solet de plano concedi inter priuatos; quia hoc prouenit ex dispositione Iuris Ciuilis, vt supra
Difficultas solum videtur inesse, quando
debitor vult illam obtinere pro inhiben
do Ecclesiæ, seu loco pio, quia tunc pro
pter priuilegia illis concessa tam de
Iure Codicis, quam de Iure Canonico,
vt ex se quisque videre poterit, non sic
de facili videtur concedenda, quia prima facie præualet priuilegijs concessis
senectuti de dicto Iure Ciuili.
33 Nihilominus materia bene, † & accurate perpensa, quia nihil magis conuenit Ecclesię, quam exercitia pietatis,
34 & misericordię † cum Papa dicatur Pater pauperum, & in omnibus exempla
Christi Domini ante oculos semper habeat, criminosis etiam senibus parcẽdo,
vt legitur *in cap. tanta. 24. 86. distinct. vbi glos. verbo quia simplicitatem, & cap. fraternitatis 34. dinst. & cap. tempora, nu. 6 quæst. 7.* Facilius in ciuilibus miseram
Carceratorum vitam intuendo ad subueniẽdum senectuti rescriptum pro septuagenario concedet, ne vires senio consumptæ carceribus diutius macerentur.
35 Præcipue, quia locus quantumuis pius priuilegiatusque, & Ecclesia vtitur
Iure communi, nisi expresse reperiatur
priuilegiata *Ias. in l. sancimus. num. 7. C. de Iud. glos. in cap. peruenit. de testibus. Dec. in cap. vltimo. de for. comp. & in cap. primo. de alienand. feud. Idem Ias. in l. si certis annis. num. 14. C. de pact. Mascard. concl. 424. num. 5. & conclus. 1019. nu. 4. Gabr. cons. 168. n. 86. lib. 1.*
36 Et præsertim in bonis temporalibus, †
in quibus nisi, vt supra constet de contrario, vti tali iure, dicit *glos. in d. c. peruenit. de test. & in d. cap. 1. de alien. & Ias. in l. si certis annis. num. 14. C. de pact. Menoch. præsumpt. 131. num. 62. lib. 3. & Mascard. vbi supra.*
37 Et quia etiam in contractibus Clerici iudicantur, vt laici, *Afflict. decis. 361*
38 *n. 8. recepto.* † in casu, in quo si Ecclesia,
vel locus Pius succedit laico, & est reus,
39 & hæres; † si iudicium alibi non reperitur ceptum debet conueniri coram Iudice Ecclesiastico. vt est *testus in ca. Clericus nullus. 11. quæst. vbi glos. in verb. secularem. in fin. Bart. in l hæres absens. in princ. ff. de Iud. Rot. decis. 5. de for. comp. in antiq.* alios citat *Surd. decis. 100. num. 6. Abb. in cap. quia. 5. de Iud. vbi late. Felin. & Dec. num. 11. Ias. in authent. quas actiones. n. 39 C. de Sac. Sanct. Eccles. Menoch. præs. 322.*
40 *n. 19.* Secus vero dicendum est: † quando
iudicium reperitur incoatum cum defuncto, & Ecclesia illi succedat; quia tũc
lis debet terminari coram Iudice laico,
corã quo pendet secundum *Angel. in l. scilicet, vbi Imol. Castr. Alex. Rom. & alij. quos citat Surd. decis. 100. n. 6. & cons. 222 n. 10.* In hoc tamen non figo pedem stante supradicta resolutione Vrbani VIII.
41 Fauet etiam nostræ intentioni, † quia
in successione bonorum priuatorum, Ecclesia vtitur iure ipsorum priuatorum,
& datur exemplum in emphiteusi priuata, quæ transiuit in ipsam. *Corb. de Iure Emphit. tit. ob canon. non solut. quæst. 2.* Se-
42 cus tamen esset dicendum † in isto casu, si Ecclesia renouaret emphiteusim, vtendo adminiculo iuris Ecclesiæ. *Bero cons. 120. num. 13. lib. 1. & Corb. vbi sup. dicta quæst. 2. circa finem.*
Sed ad istam materiam faciunt, quæ dicunt *Salic. in l. 2. num. 26. C. de Iur. emphit. Ias. in l. 2. num. 51. C. eodem tit. vbi Bald. num. 17. in 2. lec. Bart. in auth. quas actiones, C. de Sacr. Sanct. Eccles. in vltimo verb. & ibidem DD. relati à Corb. dicta quæst. 2. Surd. cons. 221. n. 43. & decis. 100 n. 10.*
43 Addo etiam pro dicta oppinione, †
quod licet Iudæi fuerint semper, & sint
acerrime infensi Christianæ Religioni,
& propterea nutrices Christianas habere non possunt, vt Iussit *Innoc. IV. constit. 2. §. 5. tom. 1. pag. 64. & Paul. IV. const. 3.*
44 *§. 4. to. eod. fol. 189.* † & ad euitandam eo-
45 rum pestem, † debeant habitare
in locis separatis à Christianorum domibus, vt voluit dictus *Paul. IV. dicta*
46 *constit. 3. §. 1.* et vt facilius euitentur coguntur deferre signum glauci coloris, vt
in eadem *constit. Pau. IV. §. 3.* & arcẽtur
47 à recreationibus ludendi, † commedendi, & familiaritatem habendi cum Christi fidelibus, vt in eadem *constit. §. 7.* Qui-
48 nimo † arcentur etiam ab opera pietatis
curandi Christianos infirmos, ne sub

clipeo

clipeo pietatis impietatem exerceant, vt in eadem *constitutione dicti Pauli* §. 10 *& in alia const.68.Gregor.XIII.tom.2.fol.*
49 388. † & ne eorum superbiam intlent prohibeantur vocari Domini à *d. Paulo* IV. §.12. quia reperti sunt deceptores,
50 † & praui coguntur libros eorum rationis banchariæ,scriptos non lingua eorũ naturali hæbrea,sed vel latina,vel vulgari nostra;vt voluit dictus Paulus dicta
51 *constit.3.§.8.* Expulsi etiam fuere ab vniuerso statu Ecclesiastico,exceptis Roma Ancona & Auenione, vt voluit *Sanctiss. Pius V. constit.80. tom.2. bull.nou.fol.209. & fel.recor. Clemens VIII.constit.19.to.3.*
52 *fol.17.* & licet † multa priuilegia obtinuissent *à S.M.Pio.IV. in eius const.* 48. *tom.2.fol.47.* quia tamen illis abutebantur,fuerunt reuocata à dicto *Sanctissimo D.Pio V.const.6.tom.eodem fol. 146. & Clem. VIII. dicta const.19.* & qui vult scire eorum flagitias, & scelera legat const. 70.*Greg.XIII.tom.2. fol.340.*

53 Nihilominus, si sunt pauperes,&carcerantur à creditoribus Christianis,docto de eorum paupertate obtinent à dictis Christianis creditoribus alimenta non obstante quocumq. priuilegio Christianorum, vt remature perpēsa, & discussa resoluit, *Rota in vna Romana alimētorum 12.Iannar.1621. coram b.m.doctis-*
54 *simo Manzanedo in fol.&* † quamuis non sit bonum sumere panem de manibus fi-
55 liorum, † dare canibus, & nihil ad nos pertineat de ijs,quæ foris sunt *cap.gaude-*
56 *mus. de diuort.* etiam,quod Iudei pascātur àChristianis,iubere non dedignatur; quia propriæ naturæ pietatem sequendo caritatem, etiam in illos vult exercere, ne inopes veri cultus cognitione, famæ, etiam contabescant. *Fel.in cap.2. nu. 5.*
57 *vers.sed in contrarium. de Iudeis.* † Quod tamen credo habere locum,quando Iudei alimenta petunt à iudicibus ordinariis, de quorum mandato ad Christiano
58 rum Instantiam carcerati fuere, quia si illa vellent consequi à Visitatoribus Carcerum, nō obtinerent, obstaret enim illis *const.68. Pij V. cum alia Pauli V. super reformatione Tribunalium supra indicata de facultatibus Visitatorum Carcerum*, stante
59 declaratione à dictis Visitotorib.facta, quod .s. dicta præstatio alimentorum non compræhendit Iudeos, vt declarat *dicta decisio. Romana alimentorum coram Manzanedo.*

60 Fauet etiam nostræ opinioni,† quia Ecclesia solet exercere opera pietatis, *vt glos.in c.summa.12.q.2. Abb. in c.nulli, num.6.de Eccles.Redoan.de reb. Eccles. ru-*
61 *br:20. de caus. piet. num.1. & 2.* Alienat bona pro redemptione captiuorum, & ista dicitur causa vrgens *Test.in §. Sanctissimus.in auth.de alien.& emphit.cap. aurum.12.quæst.2. vbi glos. Rip. in l. obligatione nom.45. de pignor. Redoan dicta rub. 20.n.4. &5.* Alienat ob dictam causam vestes, & sacram supellectilem *cap.sacrorum, & cap.aurum.12. quæst. 2. Alimenta,*
62 præstat † pauperibus, & Egenis ob famem *l.Sancimus.C.de sacr. sanct Eccles. c. sicut. cap.aurum.cap.gloria. 12. quæst. 7. & ibidem Archid.Gemin.& Turrecremat. &*
63 *alij Rodoan.loco citato*, † quod ampliatur etiam si captiuus, vel pauper tale infortuniū culpa propria incidisset *glos.in cap. sacrorum.12.quæst.2.Bald. & alios* congerit, & cumulat *Couarru. var. resol. libr.2 cap.16. & Menoc.cons. 182. n.8.*
64 Ideoque videtur concludendum,† quod si talia facit,fortiùs permittet,quod pauperes septuagenarii commissionem pro inhibitione personali valeant obtinere

FINIS.

IN-

INDEX
LOCVPLETISSIMVS
CONCLVSIONVM
MATERIARVM, RERVM, ET VERBORVM,

Quæ in tota Praxi, de Iudicijs in genere continentur Alphabetico ordine digestus.

A

Absens.

Ali-

Ap-

Appellatio

Ap-

Causæ

Causæ

Causa

Ce-

Clau-

Clericus.

Com-

Com-

Commissionum Formulæ.

For-

Com-

Compromissum.

Compulsoria.

Com-

Con-

Con-

D

Damnum

Datio in ſolutum

Debitor

Debitum

Decisio

Declaratoria.

Decreta irritans.

Decreta iudicialia diuersa

Decreta Citationum

De-

Et

Em-

Exa-

Execu-

Ex-

Expensarum Condemnatio.

Et

Em-

Exa-

Exceptio.

Ex-

Execu-

Ex-

Expensarum Condemnatio.

Fru-

G

Gratia

Grauamen

Grauatoria

Grauatus

Gubernator Vrbis

H

Habitus Clericalis

Hebrei

I

Identitas.

Imme-

Inno-

re

tis

In-

Iu-

mitte-

Iudicis

Defectus, vel incapacitas iurisdictionis

Iudex adiunctus

Iudex appellationis

Iu-

Idem

Iurisdi-

Am-

Lit-

M

Notarij signum

Notitia

Notorium

No-

Nul-

O

pe-

Po-

Proba-

Pro-

Et

Procurator Fisci.

Re-

Reus

S

Scri-

Sen-

Li-

Quin-

T

Ter-

Ter-

Termi-

Testes

LAVS DEO.

REGESTVM.

† ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii KK Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii KKK Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sſſ Ttt Vuu Xxx Yyy Zzz

Aaaa Bbbb Cccc Dddd Eeee.

Omnes ſunt Duerniones. Præter † Quaterniones.

ROMAE. M.D.C.LVII.
Typis Iacobi Dragondelli.